BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
8
4 I
26

F. 565.

Ant. [illegible]o Avgustinus a Baianis Vindicatus

Digitized by Google

Digitized by Google

AVGVSTINVS A BAIANIS VINDICATVS

LIBRIS VIII.

IN QVIBVS OSTENDITVR

DOCTRINAM IANSENIANAM

LONGÈ DISTARE A DOCTRINA

S. AVGVSTINI.

Auctore R. P. FRANCISCO ANNATO *Societatis* IESV *Theologo.*

8-4-I 96

PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM CRAMOISY, Regis & Reginæ Architypographum, & GABRIELEM CRAMOISY. viâ Iacobæâ.

M. DC. LII.

Cum Priuilegio Regis, & Approbatione.

Digitized by Google

8.4.I.26

Digitized by Google

AVCTOR LECTORI.

VM cautum eſſet, Optime Lector, decreto Vrbani VIII. contra Ianſenium, ne quis Ianſenianas controuerſias editis in lucem diſputationibus tractaret; & Ianſenianorum obfirmata ad non parendum voluntas caſſam reddidiſſet ſanctæ Sedis expectationem illam quâ putabatur, poſt adeò perſpicuam Noui Auguſtini condemnationem, vlteriorem antiquæ perenníſque fidei confirmationem ac defenſionem fore ſuperfluam; plerique veræ doctrinæ propugnatores hinc impellente neceſsitate reſpondendi multiplicatis ſine modo ac ſine fine Ianſenianorum libris, illinc retrahente præuaricationis metu & Pontificij decreti reuerentiâ, coacti ſunt tractatus aliquos edere vel nullo vel alieno aſſumpto nomine. Quòd quia & malè acceptum à pleriſque fuit, & de huiuſmodi opuſculorum authoritate ac fide non parum detraxit; tentandum fuit vt liberè apertéque ac ſine larua cum Nou-Augu-

Digitized by Google

ſtinianis agere liceret. Et viſum eſt Eminentiſſimis Cardinalibus ſanctæ Inquiſitionis faciendam eſſe huiuſce rei copiam petentibus: & primò quidem R. Patri Sibille, Belgæ, Ordinis S. Dominici, cuius lucubrationem in dies expectamus, tum etiam mihi, vti conſtat ex ſubiecto paulò poſt decreto.

Hinc verò colligitur hoc commodum, quòd eâ ratione diſſipatur inanis vmbra, quâ Nou-Auguſtiniani ſimplicium animos confundebant, cùm dicerent parem eſſe cauſam eorum, qui pro vel contra Ianſenium ſtarent: perinde enim prohibitos eſſe iſtorum atque illorum libros. Id enimverò tum demum credi poterit quando conſtabit datam illis eſſe facultatem ab Eccleſia doctrinam Ianſenij propugnandi, ſicuti datur nobis facultas impugnandi.

Conſequitur etiam, quàm ſit inane quod ab aliquo tempore inculcare non ceſſant, eamdem hanc eſſe controuerſiam cum eâ, quæ verſatur inter Thomiſtas & Moliniſtas. Equidem Moliniſtæ qui ſint mihi non ſatis liquet: ſed controuerſiam quæ verſatur inter Thomiſtas & Theologos Societatis IESV *diuerſiſſimam ab ea eſſe, quam fecit Nouus Auguſtinus Ianſenij, vel ex eo percipi poteſt, quòd Thomiſtis & Theologis Societatis per-*

Digitized by Google

æquè non licet de ſuis controuerſiis libros in lucem edere, & peræquè liberum eſt ſuam quibuſque ſententiam dictando, docendo, diſputando aſſerere ac tueri. Quo priuilegio Nou-Auguſtiniani ſi gaudere cupiunt, ab ijs nihil poſtulatur aliud, niſi vt eius ab Ianſenio, qui ad huiuſmodi concordiam reduci non poteſt, id admittant quod Thomiſtæ ac Ieſuitæ communi conſenſu conſtanter admiſerunt, & de quo nullæ vnquam inter eos fuit controuerſia: id negent quod ijdem communi pariter & conſtanti conſenſu ac ſine vllâ vnquam controuerſiâ negauerunt. Hoc ſi fecerint, cum illis non ſecus ac cum Thomiſtis diſputabimus, ſaluâ fidei compage, illæſóque caritatis vinculo; ſi facere noluerint, ſpero confectum iri ſequentibus diſputationibus, vt illi patrocinium apud Antiquum Auguſtinum, quod hactenus conati ſunt, inuenire nunquam poſſint. Vale.

Digitized by Google

Approbatio Reuerendiſsimi Magiſtri Modeſti à Ferrariâ Procuratoris Generalis Minorum Conuentualium, & Conſultoris Sancti Officij Vrbis.

OPvs, cui titulus eſt : *Auguſtinus à Baianus vindicatus*, ab admodum Reuerendo P. Franciſco Annato Aſſiſtente Galliæ Societatis IESV ſummo mentis acumine ſtrenuè elaboratum, maxima animi voluptate perlegi. Præclarum ſanè eximiúmque opus ſum perſcrutatus, in quo nedum nihil Catholicæ Fidei contrarium, nihil à veritate alienum aut bonis moribus repugnans inueni; quin potius miram ingenij profunditatem, doctrinæ copioſam exuberantiam, ſanctorum Patrum ac ſacrorum Conciliorum ſubtilem & non ita penetrabilem intelligentiam. In eo ſiquidem veram ac germanam D. Auguſtini ſententiam circa liberum arbitrium ac eius indifferentiam, ſtatum puræ naturæ, mandatorũ poſſibilitatem, gratiam ſufficientem, ſacramentorum efficaciam, aliáque multa noſtræ fidei dogmata, intactis ijs, quæ inter PP. Dominicanos & Societatis IESV vertuntur, controuerſijs, non mĩnori ingenij profunditate ac dexteritate, quàm doctrinæ vbertate ac ſoliditate elucidat, ac à Baianorum obiectionibus admirabili felicitate ac facilitate tuetur: eorumdem effugia ac obiecta contra Bullas ſummorũ Pontificum Pij V. Greg. XIII. ac Vrbani VIII. inania & omnino nulla oſtendit. Quare abſque vlla animi hæſitatione affirmo nedum opus digniſſimum eſſe quod in lucem prodeat, ſed ſummopere expetendum ac procurandum vt quàm citiùs prælo mandetur. Datum Romæ 14. Iulij 1652.

FR. MODESTVS à Ferrariâ Procurator Generalis Ordinis Minorum Conuentualium; ac ſanctæ Romanæ & Vniuerſalis Inquiſitionis Conſultor.

Locus † ſigilli.

Digitized by Google

Facultas Sacræ Congregationis ſancti Officij Fer. 4. die 3. Maij 1651.

IN Congregatione Generali S. Romanæ & Vniuerſalis Inquiſitionis habitâ in Conuentu S. Mariæ ſupra Mineruam, coram Eminentiſſimis & Reuerendiſſimis Dominis S. R. E. Cardinalibus, in tota Republica Chriſtiana contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus à S. Sede Apoſtolicâ ſpecialiter deputatis.

P. Franciſco Annato Societatis IESV *Aſſiſtenti Galliæ petenti ſibi concedi licentiam imprimendi aliquot Tractatus, in quibus conatur oſtendere doctrinam Ianſenianam longè diſtrare à doctrina S. Auguſtini, intactis penitus controuerſijs quæ ſunt inter Theologos Ordinis ſancti Dominici & Theologos Societatis; Sacra Congregatio conceſſit Oratori licentiam petitam, viſo priùs per P. Hilarionem Ordinis Ciſtercienſis libro prædicto, ſiue à Magiſtro Modeſto à Ferrariâ Minorum Conuentualium, Conſultore Sancti Officij Vrbis.*

IOAN. ANTONIVS Thomaſius
ſanctæ Rom. & Vniuerſalis
Inquiſitionis Notarius.

Locus † ſigilli.

Digitized by Google

SVMMA PRIVILEGII
Chriſtianiſſimi Regis.

CAVTVM eſt Auctoritate Regis, nequis in Regno ſuo alijs ve locis ditioni ſuæ ſubjectis infra decem proximos annos librum, cui titulus eſt ; *Auguſtinus à Baianis Vindicatus*, &c. abſque *Sebaſtiani Cramoiſy*, Architypographi Regij permiſſu, imprimat aut diuendat, à die publicationis horum exemplarium ; qui ſecus fecerit, mulcta indicta, provt amplius in diplomate Regio continetur, mulctabitur. Datum Pariſijs 14. Octobris 1651.

Sic ſignatum

De mandato Regis

CRAMOISY.

INDEX

Digitized by Google

AVGVSTINVS A BAIANIS VINDICATVS LIBRIS OCTO.

LIBER PRIMVS.

Quo monſtratur malè meritos eſſe de S. Auguſtino qui cum antiquioribus Patribus illum committunt. Sed neque committendum eſſe cum Doctoribus Scholaſticis. 3

Cap. 1. *Auguſtino contradicere qui Patres Antiquos Semipelagianiſmi accuſant.* 5

Cap. 2. *Ex præiudicio Auguſtini de ingenio, ſanctitate, doctrina & aliis SS. PP. prærogatiuis.* 7

Cap. 3. *Idem probatur ex ea quam S. Auguſtinus accuſat nouitate doctrinæ Pelagianorum, & Semipelagianorum.* 11

Cap. 4. *Confirmatur ex ea quam laudat antiquitate doctrinæ Pelagianis & Semipelagianis oppoſitæ.* 13

Cap. 5. *Nec Patres Græci Auguſtini iudicio Pelagianis aut Semipelagianis præluſerunt.* 21

Cap. 6. *Suppoſitione illa Baianorum, Semipelagianos abſolui.* 26

Cap. 7. *Ex eadem ſuppoſitione ſequi, vel condemnandum Auguſtinum cum hæreticis, vel cæteros hæreticos cum Auguſtino abſoluendos.* 38

Cap. 8. *Eos qui S. Auguſtinũ commendant poſtulare ne ab aliis PP. ſeparetur.* 47

Cap. 9. *Quid ſentiant Baiani de Scholaſticis Doctoribus.* 63

Cap. 10. *Conſpirare Baianos cum hæreticis in illo Scholaſticorũ odio.* 65

Cap. 11. *Ab Eccleſia damnatum eſſe illud odiũ in Scholaſticos.* 69

Cap. 12. *Quare ſcholaſticos oderint hæretici, quare caros habeat Eccleſia.* 71

Cap. 13. *Baiani Eccleſiæ infallibilitatem petunt dum ſcholaſticos inſectantur.* 75

Cap. 14. *Soluuntur quæ ſcholaſticis obiecta ſunt.* 79

Cap. 15. *Iudicium S. Caroli Borrhomæi de ſcholaſticis Doctoribus, & eorum doctrina.* 80

Cap. 16. *Nec ipſam S. Thomæ Theologiam excipi à ſuſpicionibus Baianorum.* 87

LIBER II.

Quo monſtratur multominus opponendam eſſe Auguſtini ſententiam Conciliorum definitionibus. 94

Cap. 1. *Suſpectæ Baianorum cogitationes de authoritate Eccleſiæ & Conciliorum.* ibid.

Cap. 2. *Primum exemplum de timore pœnæ.* 98

§. 1. *Quid Nou-Auguſtiniani, quid Tridentinũ sẽtiat de timore pœnæ.* ib.

§. 2. *Nou-Auguſtiniani Tridentinum peruersè interpretantur.* 100

§. 3. *Nou. Auguſtiniani, ab Auguſtino diſſentiunt timorem pœnæ approbante.* 106

§. 4. *Confuſa eorum Theologia & ſecum pugnans circa timorẽ pœnarũ.* 109

§. 5. *Pergunt Nou. Auguſtiniani de timore pœnæ pugnantia dicere.* 120

§. 6. *Pelagianis conſentiunt & naturæ vires contra gratiæ neceſſitatem extollunt.* 126

§. 7. *Compendio ſoluuntur eorum argumenta.* 131

Cap. 3. *De efficacia ſacramenti pœnitentiæ.* 133

Cap. 4. *De mandatorum diuinorum impoßibilitate.* 140

§. 1. *Quid Tridentinum, quid Baiani de poſſibilitate diuinorum mandatorum.* ibid.

§. 2. *Baiani verba Tridentini truncant, ſententiam diſſimulant & contrariam attingunt.* 142

§. 3. *Baiani ſententiam Auguſtini ſicut & Tridentini deprauant.* 148

§. 4. *Perſpicua D. Auguſtini teſtimonia ex libro de natura & gratia pro gratia ſufficiente, ad implenda mandata in iis qui ea trãsgrediuntur.* 151

§. 5. *Idem probatur ex aliis S. Auguſtini locis.* 157

§. 6. *Vrgetur illud S. Auguſtini, tranſgredientem mandata Dei poſſe illa ſeruare ſi velit.* 161

§. 7. *Nihil iuuare Baianos quod primi parẽtis culpa factum ſit, vt eius*

Digitized by Google

posteri gratia sufficienti destituerẽtur. 164

§.8. Ex discipulis S. Augustini posse intelligi quæ fuerit Magistri sententia. 169

Cap. 5. *De Deo omnes saluare volente.* 175

§.1. Quid Tridentinum, quid Nou. Augustiniani de Deo omnes saluare volente. ibid.

§.2. Baianos Augustino contradicere colligitur primùm ex Prospero. 178

§. 3. Idem colligitur ex pluribus ipsiusmet Augustini testimonijs. 181

§. 4. Idem colligitur à pari ex argumento quo solet vti Augustinus contra Donatistas. 186

Cap. 6. *De indifferentia liberi arbitrij.* 189

§.1. Quid Baiani, quid Tridẽtinum sentiat de indifferentia liberi arbitrij. ibid.

§.2. Falsum esse quod dicunt Nou. Augustiniani, quæstionem Philosophicam de indifferentia liberi arbitrij à Tridentino prætermissam. 193

§.3. Negare illos eam ipsam indifferentiã quamquam adstruit Tridentinum: nec posse retinere cum potentia consentiendi gratia diuinæ potentiam dissentiendi, aut etiã non cõsentiendi. 196

§.4. Nec cum gratiæ defectu stare posse potentiam benè agendi: seu non agendi malè in eorum sententia. Doctrinæ Baianorum contradictiones. 202

§.5. Vrgentur Baiani authoritate Tridentini. 206

§.6. Augustinus pro Tridentino contra Baianos circa indifferentiam liberi arbitrij. 211

§.7. Expenditur Augustini doctrina in libro de spiritu & litera. 220

§.8. Idem probatur ex doctrina Augustini necessitatem excludentis à libero arbitrio. 225

§.9. Alia S. Augustini testimonia pro indifferentia liberi arbitrij: dequæ illius vertibilitate non solum in Adamo, sed etiam in posteris: & de potentia non peccandi. 234

§. 10. Probatur indifferentia voluntatis ex eligendi facultate iuxta mentem S. Augustini. 140

§.11. Etiam in voluntate obstinatorij indifferentiam agnoscit Augustinus. 245

§.12. Idem probatur ex Prospero. 248

§.13. Breuis solutio longarum obiectionum. 250

§.14. Alia solutio minimè quidem necessaria, sed tamen sufficiens. 255

LIBER III.

Quo monstratur non esse opponendum Augustinum decretis Pontificum. 263

Cap. 1. *Opponunt Baiani.* ibid.

Cap. 2. *Resistere Baianis ipsummet Augustinum.* 265

Cap. 3. *Fidem fallere Baianos dum approbant damnatas à Romanis Pontificibus propositiones.* 271

Cap. 4. *Inania Baianorum effu-*

Digitized by Google

gia contra Bullam duorum Pontificum Pij V. & Greg. XIII. 277
Cap. 5. Inania eorumdem obiecta contra Bullam Vrbani VIII. 294

LIBER IV.

Quo monstratur repræsentari à Baianis S. Augustinum hodiernis hæreticis consentientem: 213

Cap. 1. Instantia prima. De Attritione. 314
Cap. 2. De amore cõcupiscentiæ. 322.
Cap. 3. De Auctore peccati. 326
Cap. 4. De sacramentorum efficacia. 330
Cap. 5. De Deo omnes saluare nolente, & de Christo mortuo tantùm pro prædestinatis. 338
Cap. 6. De mandatorum impossibilitate. 344
Cap. 7. De gratia sufficiente. 351
Cap. 8. De libero arbitrio. 361

§. 1. Quid Caluinus, quid Tridentinum de libero arbitrio. ibid.
§. 2. Suspecta Baianorum præambula in gratiam Caluini contra Tridentinum. 366
§. 3. Baianos à Caluino nihil differre circa facultatem liberi arbitrij ad eligendum inter bonum & malum. 367
§. 4. Tertia Baianorum responsio conuincitur ob multiplicem cum eorum principijs repugnantiam. 569
§. 5. Caluino imponunt, nec suam ab illius doctrina distinguere posse circa voluntatem gratiæ pedissequam. 372
§. 6. Virtus & vitium nihilo magis sunt in nostra potestate iuxta Baianos quàm iuxta Caluinum. 374
§. 7. Verius ostenditur liberum arbitrium nihilo magis à Caluino destrui quàm à Nou-Augustinianis. 381
§. 8. Baiani redeunt ad primas cogitationes, & de Caluini doctrina bene sentire coguntur. 384
§. 9. Baiani negatam ab hereticis indifferentiam pariter negant & secum pugnant. 388
§. 10. Baianorum & Caluini conformitas in doctrinæ substantia magis inculcatur. 391
§. 11. Eorumdem conformitas etiam in modo philosophandi. 393

LIBER V.

De statu puræ naturæ. 398

Cap. 1. Negant hæretici possibilem esse statum puræ naturæ, ibid.
Cap. 2. Hæretici hæreticè negant statum puræ naturæ possibilem esse. 401
Cap. 3. Baiani hæreticis con-

Digitized by Google

sentiunt in proposita quæstione. 404

Cap. 4. *Probatur illam Baianorum doctrinam destruere conceptum gratiæ supernaturalis à S. Augustino expressum.* 414

§. 1. *Baiani malè coniungunt rationes supernaturalis & naturalis in eadem forma, & Pelagianis suffragantur.* ibid.

§. 2. *Ostenditur nullam superesse veram & propriam rationem entis supernaturalis in tota originali iustitia iuxta positiones Baianorum.* 419

§. 3. *Ad veram rationem supernaturalis denì requiri vt sit gratuitum & indebitum ex Augustino contra Baianos.* 423

§. 4. *Reiicitur quod opponunt Baiani, S. Augustinus semper credidit gratiam supernaturalem alia ratione gratuitam esse, quàm quia sequitur ad gratuitam creationem naturæ intelligentis, nec excluſit tantùm debitum in merito boni operis fundatum.* 426

§. 5. *Baianorum angustia sub hoc argumento laborantium.* 436

Cap. 5. *Non-Augustiniani quæ sunt apud Augustinum dubia pro certis exploratisque proponunt.* 441

Cap. 6. *Plus probare Non-Augustinianos quàm velit Augustinus.* 452

Cap. 7. *Repugnare illos Augustini sententiæ manifestæ de possibilitate medij status inter sapientiam & stultitiam.* 464

Cap. 8. *Baianorum labor, & desperatio in altero Augustini testimonio exponendo.* 471

§. 1. *Proponitur Augustini locus ex tertio de libero arbitrio nusquam ab eo retractatus, sed potius confirmatus contra Baianos.* ibid.

§. 2. *Augustinus in Epistola ad Hieronymum, vel sine attentione lectus à Baianis, vel non intellectus.* 477

§. 3. *Baiani quàm infeliciter explicent Augustini locum ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordiis.* 481

Cap. 9. *Expenditur locus Augustini in Psal. 70.* 497

§. 1. *Responsio Non-Augustinianorum & Augustino, & Conciliorum definitionibus contraria.* ibid.

§. 2. *Reiicitur altera eorum responsio corruptum esse locum Augustini diuinantium.* 506

Cap. 10. *Præludium ad solutionem argumentorum quæ Baiani obiiciunt, contra nuperum scriptorem.* 510

Cap. 11. *Primum argumentum diluitur.* 516

§. 1. *Bonum naturæ conueniens posse differri ad tempus salua prouidentia æquitate.* ibid.

§. 2. *Dari naturale virtutis exer-*

Digitized by Google

citium. 518
§. 3. Dari etiam naturalis ordinis adiutorium. 525

Cap. 12. Diluitur secundum argumentum. 527
Cap. 13. Tertij argumenti solutio. 532
Cap. 14. Quartum argumentum soluitur. 533

§. 1. Ostenditur mala naturalia non repugnare innocenti nature in adultis, ex mente Augustini. ibid.
§. 2. Idem ostenditur in paruulis. 541
§. 3. Qua ratione Augustinus ex naturalibus malis puerorum inferre potuerit peccatum originale. 546
§. 4. Iterum ostenditur ex Augustino aliqua mala posse innocentibus pueris infligi. 552
§. 5. Hallucinari Baianos dum tanti referre putant hanc controuersiam ad scopum Augustini. 555

LIBER VI.

De ignorantia inuincibili iuris naturæ. An excuset peccatum. 558

Cap. 1. Lutheri sententia de ignorantia inuincibili Ecclesiæ contraria. ibid.
Cap. 2. Nou. Augustiniani Luthero suffragantur contra Catholicam doctrinam. 561

§. 1. Generalia Catholicarum scholarum pronuntiata erroris in fide accusant. ibid.
§. 2. Eadem accusatio Ecclesiam ipsam petit. 563

Cap. 3. Nou. Augustiniani secum pugnant quando generale pronuntiatum scholasticorum deserunt. 568
Cap. 4. Augustinus generale pronunciatum scholasticorum amplectitur contra Baianos. 571

§. 1. Augustinus omne peccatum censet esse debere voluntarium peccanti. ibid.
§. 2. Impropria tantum peccata vocat quæ non sunt voluntaria committenti. 574
§. 3. Chimerica Baianorum philosophia Augustino nequaquam repugnante. 579

Cap. 5. Idem confirmatur ex libro primo operis imperfecti contra Iulianum, numero 48. 581
Cap. 6. Confirmatur iterum ex iis quæ docet Augustinus de infantium, & puerorum ignorantia, & de improuisis adultorum motibus. 562
Cap. 7. Soluuntur aduersariorum argumenta. 590

§. 1. Nou. Augustiniani ad accusandam iuris naturalis ignorantiam testimoniis vtuntur, quæ desi-

Digitized by Google

gnant ignorantiam facti, vel iuris positiui. ibid.

§. 2. Augustinus peccatum ex ignorantia sequutum, & peccandi necessitatem impropriè nonnunquam accipit. 593

§. 3. Augustinus sæpe etiam intelligendus de ignorantia quæ adhibita diligentia superari potest. 595

§. 4. Ignorantiam sæpe sumit pro illa quæ non tollit omnem mali notitiam, sed tantùm minuit: omnem peccatorem ex Augustino esse etiam prænaricatorem. 596

§. 5. Baiani nimis probant, ex religiosa consuetudine petendi veniam eorum quæ quis per inaduertentiam, vel ignorantiam commisit, non sequi peccatum esse culpabiliter. 612

Cap. 8. Exponitur locus Palestinæ Synodi, de ignorantia secundùm necessitatem, & non solùm secundùm voluntatem. 614

Cap. 9. Expenditur Augustini testimonium ex libro de natura & gratia, cap. 67. 623

§. 1. Ex citato loco septem notatu digna contra Non-Augustinianos colliguntur. ibid.

§. 2. Reiicitur Apologistæ Iansenij inanis cogitatio. Augustinum citato loco indistinctè negare, & ignorantiam & quæ fiunt ex ignorantia esse peccata. 628

Cap. 10. Quid sentiat S. Hieronymus de ignorantia iuris naturalis in epistola ad Algasiam. 635

LIBER VII.

De gratia Semipelagianorum quo quæritur an illi gratiam internam admiserint.

Præfatio. 639.

Cap. 1. Primum argumentum Baianorum petitum ex comparatione hominis lapsi cum homine stante, refertur & reiicitur. 641

§. 1. Doctrina Massiliensium de gratia necessitate in vtroque statu, iuxta Baianorum interpretationem. ibid.

§. 2. Ex admissa in Adamo à Massiliensibus gratia ad perseuerandum, malè inferri admissam quoque ad initium fidei in eius posteris. 643

§. 3. Baianos peruersè interpretari quod illi dicebant Adamum integris viribus adiutum à gratia volentem.

§. 4. Donum perseuerantiæ in quo consistat, & cur maiorem in homine lapso gratiam quàm in stante requirat. 647

§. 5. Baiani Pelagianos cum Semipelagianis confundunt. Prosperi versus nihil iuuant eorum causam, nec facilè ab illis explicari possunt,

Digitized by Google

conuincuntur eo quod citant ex eodem Prospero ad 8. capitulum Gallorum. 649

Cap. 2. Secundum argumentum petitum ex doctrina Gennadii, & Cassiani proponitur & soluitur. 651

§. 1. Nou. Augustiniani proposiii sui immemores. ibid.

§. 2. Non quaritur vtrũ Massilienses admiserint gratiam internam ad initium fidei, sed vtrum eam quoque negauerint, aut dixerint non esse necessariam. 652

§. 3. Nou-Augustiniani doctrinam Gennadij reformant ad typos Caluinianæ. 655

§. 4. Tridentino manifestè contradicunt. 657

§. 5. Damnant quòd Louanienses olim absoluerant. 660

§. 6. Quid cauendum in interpretanda Gennadij sententia. 661

Cap. 3. Tertium argumentum petitum ex iis quæ docuit Augustinus ante Episcopatum reiicitur. 665

§. 1. Nou-Augustiniani antiquum Augustini errorem ibi quærunt vbi non est. ibid.

§. 2. Augustini opuscula hactenus approbata damnant. 671

§. 3. Consequenter damnant eorum approbatores atque adeo Ecclesiam ipsam. 675

§. 4. Eadem damnatione involui ea quæ scripsit Episcopus & cum Pelagianis & Semipelagianis disputans. 676

§. 5. Augustinum in his postremis operibus approbare quæ dixerat in prioribus illis. 683

§. 6. In iisdem prioribus operibus sancti Augustini contineri quæcumque Baiani desiderant ad veram diuinæ gratiæ confessionem. 686

§. 7. Pugnare secum Baianos & veram gratiam quærere vbi eam reperiri negant. 669

Cap. 4. Quartum argumentum, petitum ex odio Augustinianæ ac Medicinalis gratiæ, quo Massilienses laborabant, refutatur. 703

§. 1. Expositam ab Augustino fuisse Medicinalis gratiæ indifferentiam quantum satis erat, & Baianos de Massiliensium ingenio atque virtute nimium bene sentire. ibid.

§. 2. Massilienses diuinæ gratiæ necessitatem auersatos esse præscindendo ab eius efficacia. 707

§. 3. Etiam ingenioſi & probi queruntur de prædestinatione antecedente quæ per gratiam indifferentem exequenda est. 715

Cap. 5. Semipelagianos negasse internam gratiam ad initium fidei, & credendi voluntatem necessariam probatur manifestis testimoniis SS. Augustini, Prosperi,

Digitized by Google

& Paragraphorum.

Prosperi atque Hilarij. 717

§. 1. Affirmare sufficientiam naturæ vel liberi arbitrij est negare necessitatem diuinæ gratiæ. ibid.

§. 2. Hoc ipsum negatur dum asseritur gratiam dari secundum merita. 721

§. 3. Item dum prioritas & præuentio nostræ operationis ad eandem gratiam adstruitur. 722

§. 4. Massilienses aperte negant necessitatem diuinæ gratiæ ad initium fidei. 723

Cap. 6. Subterfugium Baianorum præcluditur de triplici gratia à Massilienfibus admissa citra gratiam Augustinianam. 728

§. 1. Ex consensu Semipelagianorum cum Pelagianis sequitur nullam omnino internam gratiam ad initium fidei necessariam ab illis agnitam. ibid.

§. 2. Idem sequitur ex præsumpta apud illos naturæ sufficientia. 731

§. 3. Initialis gratia quam admittunt, in beneficio creationis includitur. 732

§. 4. Idipsum probatur ex æqualitate facultatis ad bonum & malum quam tuentur. 734

§. 5. Non fuisse omissuros hanc responsionem vt purgarent accusationem diuinæ gratiæ reiectæ tot ies intentatam. 735

§. 6. Baiani dum Augustiniane gratiæ Caluinianam substituunt, Massilienses absoluunt. 739

§. 7. Gratiam, quam vocant Augustinianam, nullo vsquam loco apud Augustinum reperiri. 741

§. 8. De auxilio quo, & auxilio sine quo non: abuti Nou-Augustinianos illa distinctione, & minimè consequi quod intendunt. 747

Cap. 7. Naturalem tantùm gratiam à Semipelagianis, supernaturalem ab Orthodoxis tanquam necessariam semper admissam. 754

§. 1. Nou-Augustiniani cur audire nolunt in hac disputatione distinctionem naturalis & supernaturalis gratiæ. ibid.

§. 2. Certissimis testimoniis conuinci naturalem tantùm gratiam à Massilienfibus ad initium fidei admissam. 757

§. 3. Idem probatur ex eo quod Massilienses eiusmodi gratiam referunt ad reliquias naturæ integræ. 760

§. 4. Idipsum colligitur ex confessione ipsorummet Baianorum, qui secum ipsi pugnant. 764

§. 5. S. Prosperi sententiam corrumpunt. 766

§. 6. A controuersia cardinibus aberrant. 768

Digitized by Google

Cap. 8. *Vindicantur Augustini testimonia quædam antea producta, & primò quidem quod est in libro de spiritu & litera cap. 31. & seq.* 776

§. 1. *Baiani triumphant dum secum pugnant, & pro Caluino.* ibid.

§. 2. *Nec in Pelagianos, nec in Semipelagianos quadrare posse expressam ab Augustino sententiam loco citato.* 778

§. 3. *Augustinus nec reiicit illam sententiam, nec de illa dubitat, Nou-Augustiniani male fidei conuincuntur in referenda eius sententia.* 780

§. 4. *Probatur esse illam germanam Augustini doctrinam ex solutione obiectionum, & eiusdem Augustini confirmatione.* 784

§. 5. *Inanis subtilitas Baianorum distinguentium inter id quod est proprium voluntatis, & quod est propriæ voluntatis.* 786

Cap. 9. *Vindicatur etiam quod habetur libro primo quæstione secunda ad Simplicianum.* 791

§. 1. *Augustinus ex propria, quam tum habebat cùm hæc scriberet, sententia, loquitur.* ibid.

§. 2. *Idem conuincitur hac sententia cum sententia Massiliensium collata.* 793

§. 3. *Nec emendari doctrinam illam ab Augustino, nec retractari.* 794

§. 4. *Non esse idem quod dicebant Semipelagiani:* Quod bonum operamur Dei est, *& quod dicit Augustinus*, solus præstat posse bene agere, & semper bene viuere. 796

§. 5. *Sæpe dictum, nunquam autem probatum, Semipelagianos admisisse gratiam illam quæ tollit indifferentiam liberi arbitrij ad opera fidem consequentia.* 799

Cap. 10. *Eiusdem Augustini doctrina de congrua & incongrua vocatione in eadem quæst. 2. lib. 1. ad Simplicianum, vindicatur à falsa Baianorum interpretatione.* 800

§. 1. *Augustini sententia de congrua & incongrua vocatione.* ibid.

§. 2. *Agere Augustinum de congruitate interna ac vere gratia.* 802

§. 3. *Implicata Baianorum doctrina & confusa de congruitate externa tantum vocationis.* 810

§. 4. *Abhorrere non solùm à communi Ecclesiæ sensu, sed etiam à mente Augustini quod dicunt, si dicenda sit congrua vera per Christum gratia, nullam esse incongruam.* 812

Cap. 11. *Vindicatur etiam*

Digitized by Google

illud quod ſumitur ex lib. 12. de Ciu. Dei cap. 6. de duobus hominibus æqualiter affectis corpore & animo, æqualiterque tentatis. 815

§. 1. Prima Baianorum interpretatio repugnat Auguſtini verbis atque ſententiæ. ibid.

§. 2. Secunda etiam reſponſio, manifeſtè falſum aſſumit, Auguſtinus loquitur de hominibus in ſtatu naturæ lapſæ conſtitutis. 819

Cap. 12. S. Hieronymus à calumnia Non-Auguſtinianorum liberatur. 825

§. 1. Quod Baiani damnant in Hieronymo, Catholicam admittit interpretationem, & Caluini tantum regulis aduerſatur. ibid.

§. 2. Iniuriæ Hieronymo illatæ contradicit Apoſtolica ſedes & Concilium Romanum ſub Gelaſio. 828

§. 3. Contradicunt & Auguſtinus & Proſper. 833

§. 4. Contradicit perpetuus ad hunc uſque diem Eccleſiæ ſenſus. 837

§. 5. Contradicunt ipſimet Baiani, ſecumque pugnant. 838

Cap. 13. Reſpondetur immeritiſſimo Sacerdoti. 840

§. 1. Immeritiſſimus Sacerdos iudicio Sorbonæ opponit imaginaria teſtimonia. ibid.

§. 2. Sancti Thomæ ſcholam offendit graui impoſtura. 841

§. 3. Eius imperitia in rebus Theologicis. 844

§. 4. Rationes friuolæ quibus conatur probare quod intendit de gratia Semipelagianorum. 846

LIBER VIII.

In quo agitur de authoritate Sancti Auguſtini, præſertim in iis quæ ad diuinam circa homines prouidentiam ſpectant: oſtenditurque hactenus creditum à pleriſque Sanctis eruditiſque viris certa tantum capita doctrinæ Auguſtinianæ tenenda eſſe neceſſariò. 851

Cap. 1. Cæleſtinus ſummus Pontifex. 852

Cap. 2. Inſigniores aliquot Cardinales. 859

Cap. 3. Præſules alij omnium nationum celeberrimi. 864

Digitized by Google

Index Capitum & Paragr.

Cap. 4. *Præcipui Doctores diuerſorum Ordinum & Nationum.* 871

Cap. 5. *Idem eſt ſenſus ipſiuſmet Auguſtini.* 888

Cap. 6. *Baianorum reſponſio refellitur.* 900

FINIS.

AVGVSTINVS

Digitized by Google

AVGVSTINVS

A BAIANIS

VINDICATVS.

AD tribunal S. Auguſtini prouocare non ceſſant Nou-Auguſtiniani, eoque, ſeu præſidio, ſeu prætextu conantur eludere omnem aliam veritatis inueniendæ rationem. Ego verò vadimoniũ vltro promitto, certus tota iſta diſputatione non alio quàm Auguſtino iudice diſceptare: nec ipſis repugnare ſi Auguſtinus conſenſerit, ſi non damnauerit etiam conſentire: ſperoque fore vt æquus Lector minimè vanam fuiſſe promiſſionem certò comperiat. Sed ſpero quoque comperturum velamen hoc eſſe, quod obtendunt ſuis erroribus, & præter inanem Auguſtini titulum nihil admodum in eorum Theologia re-

periri quod reuera sit Augustinianum. Insita n. mirum est illa humanis mentibus astutia, vt co gitationum suarum nouitatem tegere conentur antiquis nominibus: & vt posteriores Philoso-phi sua somnia prius fuisse somniata conten-dunt à Zenone vel Socrate, ab Aristotele vel Platone; ita & inter Christianos qui exorbitant, opinionibus suis inscribunt sancta & veneran-da nomina, ne sine auctore mentiri videantur. Caluino si creditur, quidquid eructat, Euange-lium est, Luthero nullum excidit nisi verbum Dei. Ita nunc quoque Hipponensis & Iprensis non duo sed vnus idemque Augustinus est, vt non ita pridem nouorum Dogmatistarum qui-dam obiiciebat. Sed detrahenda hæc larua est, doctrinaque ita distinguenda vt constare pos-sit saluo & incolumi Hipponensi Augustino Iprensem merito fuisse damnatum.

LIBER PRIMVS.

In quo monstratur malè meritos esse de S. Augustino qui cum antiquioribus Patribus illum committunt : Sed neque committendum esse cum Doctoribus Scholasticis.

INTELLIGO potissimum eos, qui cùm rectam putent antiqui Augustini sententiam, ex ea emendari volunt veluti falsam quæ fuerat communis PP. Antiquiorum. Fatentur enim ab Origene ad Augustinum vsque, cæteros Patres, Græcos præsertim, strauisse viam Semipelagianis: & demptâ pertinaciâ, quæ nulla esse potuit, Ecclesia nondum reclamante vel per oracula Summorum Pontificum, vel per decreta Conciliorum, eodem illos errore correptos. Augustini doctrinam, qua parte Semipelagianos respicit, fuisse *nouam & opinioni Patrum contrariam*, ita enim habet titulus capitis 17. libri 7. de hæresi Pelagiana: Rationem illos petiisse contra S. Augustinum *ex antiquorum Patrum doctrina & Ecclesiæ sensu*, perturbatos fuisse, *nouitate doctrinæ ipsius & ab antiquorum sensu dissonantiâ*, atque hanc querimoniam veritate nixam fuisse deinde significant. Quæ qui dicunt, nec verum dicere, & malè meritos esse de S. Augustino, sequentibus argumentis demonstratur : atque hoc deinde ad causam Scholasticorum persimilem extenditur. Iansen. lib. 7. de hæresi Pelagiana cap. 4. & 17.

Sed ne sibi quidquam imponi Baiani conquerantur, hîc exscribenda visa sunt noui Augustini verba, qui dum causas quærit, propter quas Massilienses tantopere ab-

Digitized by Google

horruere propositum prædestinationis ab Augustino cõstitutum, sic loquitur. *Decima horroris ratio, quia sententia noua est, & opinioni Patrum contraria.* Et mox. *Decima denique ratio cur tantopere diuinæ prædestinationis constitutionem quæ humanas præuenit voluntates abhorruerint ex antiquorum PP. doctrina*, Ex Ecclesiæ sensv petitvr. *Quotquot enim Augustini ætatem antegressi sunt, videntur prædestinationem hominum, non secundùm illud beneplacitum voluntatis Dei, sed secundùm præscientiam alicuius operis aut voluntatis ex parte hominis antecedentis, vnanimi pænè consensione docuisse*, & deinde. *Ecce primum, quod Massilienses in Augustini doctrina perturbauit, nouitas fuit, & ab* Antiqvorvm sensv dissonantia. Et ne quis putaret falsam hac in parte fuisse Massilienſium persuasionem, addunt. *Quid quod non modò Massilienses, quorum in hac re potest esse suspecta fides, istam exaggerant querimoniam; sed etiam ipse Prosper idem sensisse videatur. Sic enim in fine litterarum*, &c. Allatisque Prosperi verbis ad Augustinum, *Quæ quidem Prosperi verba totáque Massiliensium de nouitate querimonia, quantâ veritate nitantur ex ijs vtcumque æstimari potest quæ de Origenis epistola ad Romanos commentantis, adeóque ipsius Augustini sententia ante susceptum Episcopatum supra suis locis diximus.* Vtraqve qvippe qvantvm ad hvnc articvlvm perfecte Semipelagiana fvit. Vt non mirvm sit alios inferioris notæ et perspicaciæ scriptores inter vtrivsqve ætatem interiectos ad evndem scopvlvm impegisse. *Nam vt Augustini doctrinam inter Latinos in Occidente; ita inter Græcos in Oriente Origenis plerique in scripturarum explicatione sectati sunt.* Concludunt *hanc esse humanæ mentis infirmitatem* vt error *non ita perspecta facilis, nullo Ecclesiæ adhuc damnatus anathemate, corruptæ naturæ conceptibus valde consentaneus,* scriptvris instrvctvs, *multisque veritatibus intertextus, ab auidis incautisque Lectoribus hauriatur.*

Lib. 7. de hæres. Pelag. c. 17.

Ex his habes 1. doctrinam de prædestinatione supponente præscientiam alicuius meriti ex parte homi-

Digitized by Google

num esse *perfectè Semipelagianam & erroneam.* 2. Contrariam S. Augustini doctrinam fuisse nouam, non solùm Massilienſibus, sed ipsi etiam Prospero. 3. Meritò visam esse nouam, quod & Origenes, & ipsemet Augustinus ante Episcopatum contrariam, hoc est illam *perfectè Semipelagianam* tenuissent, & consequenter alij inferioris notæ SS. Patres inter vtrumque interiecti. Vnde intel- Cap. 4.
ligi potest quamobrem dixerit antea D. Augustinum *non potuisse aliter extricari* ab errore illo, nisi *Deo reuelante*, quia nimirum traditio, & scripta Patrum non succurrebant, imò potius repugnabant, postquam erat error ille, vt dicunt, *Scripturis instructus*, & conformis *Ecclesiæ sensui*, seu, vt antea quoque dixerunt, *Ecclesiastico sensui*. Quod dici non posset si tantùm vnus aut alter ex antiquioribus illis Patribus, & non vel omnis vel maior pars in illo errore fuisset: hoc est, vt dicunt, *quotquot Augustini ætatem antegressi sunt.*

CAPVT I.

Augustino contradicere, qui PP. Antiquos Semipelagianismi accusant.

PRIMVM argumentum petitur ab auctoritate ipsius Augustini, quam Nou-Augustiniani destruunt, dum stabilire illam ac firmare se fingunt; cùm sit euidentissimum, Augustinum errare, si Baiani non falluntur, id quod multis modis iam demonstrabimus. Et primò postquam tanta est, quantam prætexunt, inter omnia dogmata ista connexio, vt vno subtracto totam machinam subrui necesse sit: ideóque nemo possit esse nisi voce tenus Semipelagianus; consequens est, vt Augustinus, qui maximè omnium intellexit arcanas illas, & inscrutabiles vulgo commissuras, crediderit non potuisse rectam esse SS. PP. in vna istarum controuersiarum parte doctrinam, quam sciret erroneam esse in alterâ; ipsósque dum de gratiâ, & prædestinatione malè sentiunt, destruere

Digitized by Google

quod videri poterant rectè docuisse de peccato originali & communi damnatione generis humani. Quid igitur cogitabat Augustinus, quando duobus prioribus libris contra Iulianum, Pelagianos prouocat ad tribunalia Sanctorum Patrum qui præcesserant, tum Latinorum, tum Græcorum, eorúmque catenam texit, & verba recitat ad firmandam peccati originalis fidem? Adeóne imprudentem censent, vt non intelligeret respondere posse Iulianum pugnare secum ipsos Patres: & quod dicerent de peccato Originali, ab illis solui, dum de gratia & prædestinatione disputant?

Secundò, relicto illo arcanæ connexionis prætextu siue inter omnia placita Pelagianorum, siue inter contrarias omnes Catholicæ doctrinæ partes; positóque, quod certissimum est, atque etiam, vt deinde monstratur, Augustinianum; separabiles esse pleraſque quæstiones has, neque vlla necessitudine colligatas; perspicuum nihilominus est, sequi ex aduersariorum sententia Augustinum disputatorem esse ineptum, quando iudices optat Sanctos Patres, à quibus si damnentur Pelagiani in vna controuersiæ parte, damnandus sit ipse vicissim in alia, quæ pluris etiam referat ad laudem gratiæ Christi, & cùm debeat Augustinus hoc iudicium repudiare quâ parte fidei suæ contrarium est; quis non videt immeritò ipsum postulaturum ab aduersariis vt acquiescant in eo etiam, quod ipsorum sententiæ iam constitutæ repugnabit? Age, Iulianus Pelagianus negat *vllam esse hæreditariam hominum damnationem*: affirmat, *hominum prædestinationem posteriorem esse præscientiâ meritorum*, pugnante contra vtrumque Augustino. In primo Iulianus Patres experitur aduersarios, patronos in secundo, vt tute censes: Augustinus è contrario contra Patres, vt dicis, pugnat in secundo, quos in primo sequitur. Quid igitur iam faciet? Quando ita iubent Sancti Patres, inquit Augustinus, necesse est fateri primum: Et quando ita iubent, inquit Iulianus, necesse est fateri secundum.

Infrà lib. vltimo.

Digitized by

In ſecundo, inquit Auguſtinus, decepti ſunt: In primo quoque, inquit Iulianus, decipi potuere. Quòd ſi vrgeat Auguſtinus conſtare aliunde non fuiſſe deceptos in primo, viderit Iulianus num etiam conſtet aliunde non fuiſſe deceptos in ſecundo: atque ita Patrum auctoritate derelictâ, iam ad alia vtrique argumenta tranſibunt, nec quia Patres aliquid dixere, rectum putabitur; ſed quia illud aliunde probabitur rectè fuiſſe conſtitutum, conſequens erit vt & Patres rectè ſenſiſſe concludantur. Et ita Patrum auctoritas quâ ſperabat Auguſtinus ſe vſurum eſſe tanquam principio, concluſio fiet, ſubibitque ipſa quoque aleam diſputationis modò proſperam modò iniquam, proüt aliunde conſtiterit rectum eſſe aut non eſſe quod Patres docuerint. Quo pacto quis non videt affingi puerilem Auguſtino diſcurſum?

CAPVT II.

Idem probatur ex præiudicio Auguſtini de Ingenio, Sanctitate, Doctrina & aliis Sanctorum Patrum prærogatiuis.

SED eſt vnde tertiò conuincamus Auguſtinum nequaquam ita ratiocinando progreſſum: nec credidiſſe Patres veluti caſu quodammodò incurriſſe in vnam veritatem quam Pelagiani non viderant, modò cum iiſdem ab alia errauiſſe. Quod ex eo euidenter conſtat, quòd totum huius probationis momentum ponat, non in eo quod aliunde conſtet SS. Patres in eo rectè ſenſiſſe in quo Pelagiani errabant, qui eſſet ineptus quidam, vt dixi, atque inutilis diſcurſus; ſed in eorum quos citat *Ingenio*, *Sanctitate*, *Doctrina*, & ſenſuum Eccleſiaſticorum cognitione quæ non magis probant eſſe illis credendum affirmantibus originale peccatum, quàm negantibus prædeſtinationem præſcientiæ meritorum præuiam. Quo fit vt Auguſtinus nihil pro ſe contra Pelagianos ex

Digitized by Google

Patribus possit concludere, quod à Pelagianis non possit contra ipsummet Augustinum retorqueri. Et hoc experiendo fiet manifestum.

Videtur Augustino intolerabile Manichæismum impingi SS. Patribus, dum dicunt Pelagiani errorem esse Manichæorum id quod illi dixerant de peccato originali. *Nunc ergo*, inquit Augustinus ad Iulianum, *quia video*

lib. 1. con. Iul. c. 1.

» *te à veritate desertum ad maledicta esse conuersum, ita di-*
» *stribuam disputationem meam, vt ostendam prius, quantis,*
» *& qualibus Ecclesiæ Doctoribus Catholicæ nomine Mani-*
» *chæorum intolerabilem facere non cunctéris iniuriam: &*
» *cùm me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris.* Dicant Baiani, sit ne minùs intolerabilis iniuria, quæ Sanctis Patribus infertur nomine Pelagianorum, quàm quæ illis fit nomine Manichæorum? Atque auctore, vt ipsi putant, Augustino, tam illi Pelagiani fuere circa quæstionem de prædestinatione, quam fuisse putantur à Pelagianis Manichæi circa quæstionem de peccato originali. Et si eam ob causam Sacrilega sunt eorum tela, nonne sequitur euidenter Augustinum quoque in eos sacrilegè iaculatum, dum hæreticam vocat quam dicunt ab iis approbatam esse doctrinam? Vnde quod postea dicit Augustinus de Ambrosio, *Si hæc ibi verba reuerendi Ambrosij non legisti, quo modo redarguendum librum in quo*

cap. 2.

» *ea sunt posita suscepisti? Si autem legisti, cur aduersum me*
» *furis, & Ambrosium facis tacito eius nomine Manichæum?*
» & paulò post, *sit operæ pretium, quæso te, aspicere illos quo-*
» *dammodò aspicientes te, & mansuetò ac leniter dicentes ti-*
» *bi, itane nos, fili Iuliane, Manichæi sumus? Rogo quid re-*
» *spondebis? Quibus eos oculis intueberis?* & iterum *Rogo te*
» *aspice tot ac tales Ecclesiæ Catholicæ defensores atque rec-*
» *tores. Vide quibus tam grauem tamque nefariam irrogaris in-*
» *iuriam.* Et si hoc *qui dicit Manichæus abs te dicitur, istos*
» *aspice, istos erubesce, istis parce, vel tibi potiùs, ne rector &*
» *habitator illorum tibi fortè non parcat ..... Si mihi per eos*
» *amicus fieri non vis, saltem peto ne per me illorum efficiaris*

inimicus

inimicus, & obliuiſcere huius erroris & propemodum furoris quo in tot & tales Patres Manichæum iaculabaris opprobrium. Si neſciens, hoc feciſti, cur non miſeram reſpuis imperitiam? Si ſciens, cur non ſacrilegam deponis audaciam? Conuinceris vndique, luce clariora ſunt teſtimonia tanta Sanctorum, in quorum conuentum te introduxerim aſpice. Et abſit vt audeam cæcos iſtos viros vel cogitare vel dicere. Et vſque adeò permiſcuit imis ſumma longus dies, vſque adeò tenebræ lux & lux tenebræ eſſe dicuntur, vt videant Pelagius, Celeſtius, Iulianus; & cæci ſint Hilarius, Gregorius, Ambroſius, & libro ſecũndo Iulianum dicit, dum cœpit ipſum *apud imperitorum decolorare iudicia eos qui Catholicam fidem contra hæreticos defenderunt, hæreſis nefariæ nomine accuſare.* Et lib.3. *Iam verò Manichæorum crimine quæ Catholica lumina audeas, vel neſcias, vel te neſcire fingas infamare, non opus eſt ea hîc dicere.* Et lib.5. *tuas etiam calumnioſiſſimas contumelias non eſt neceſſe ſæpius refutare, quibus me vnum nominatim videris appetere, & in tot ac tanta Catholica lumina tacitis eorum nominibus vel inſanus inſilis, vel cæcus offendis.* Et iterum lib. 1. contra Iul c.4. *Cernis quàm tibi perniciosum ſit tam horribile crimen obiicere talibus, & quàm mihi glorioſum ſit quodlibet crimen audire cum talibus? ſi cernis cerne, & tandem tace, Pelagianam linguam tot linguis Catholicis deprime, tot venerandis oribus proterua ora ſubmitte.* Hæc inquam omnia quæ iure meritiſſimo Auguſtinus obiicit Iuliano, quis non videt totidem verbis eodémque omnino iure à Iuliano regeri poſſe in Auguſtinum, ſi verum eſſet Sanctos Patres tam docuiſſe quod Auguſtinus impugnat tanquam hæreticum, & Pelagianum, de ordine inter prædeſtinationem & præſcientiam, quàm docuiſſe conſtat quod Iuliano videtur Manichæum, de peccato originali & hæreditaria generis humani corruptione? Quid, inquam, diceret Auguſtinus, ſi vera eſſet aduerſariorum ſententia, obiicienti Iuliano. Si non legiſſet Ambroſium, imperitiam: & ſi legiſſet, quærenti cur aduerſus ipſum fureret & Am-

Digitized by Google

brosium faceret tacito eius nomine hæreticum Pelagianum? An non id etiam in Augustinum rectissimè quadraret, *sit operæ pretium, quæso te, aspicere* (illos Sanctos Patres) *quodammodo aspicientes te, & mansuetè ac leniter dicentes tibi, ita ne nos tibi, Augustine, Pelagiani sumus?* Et hoc dicẽtes quibus oculis intueretur Augustinus, quibus non audeat intueri & Iulianus? num & istud quoque Augustino congrueret, *si hoc qui dicit* de ordine præscientiæ ac prædestinationis, *Pelagianus abs te dicitur, istos erubesce, istis parce, vel tibi potiùs ne Rector & habitator illorum tibi fortè non parcat, & si mihi per eos amicus fieri non vis, saltem peto ne per me illorum efficiaris inimicus?* Num & illud, *Obliuiscere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot ac tales Patres* quot floruere *à tempore Origenis*, ad ætatem Augustini, *Pelagianum iaculeris opprobrium. Si nesciens hoc feciſti; cur non miseram respuis imperitiam? Si sciens, cur non sacrilegam deponis audaciam? Conuinceris vndique, luce clariora sunt testimonia tanta Sanctorum*, de præsupposita quam damnas prædestinationi præscientia meritorum, *in quorum conuentum te introduxerim aspice*, num denique illud etiam. *Iam verò Pelagianorum crimine quæ Catholica lumina audeas vel nescias, vel te nescire fingas infamare: non opus est & hic dicere, non est necesse calumnioſissimas contumelias sæpius refutare*, quibus Pelagianos videris appetere tanquam de ordine prædestinationis atque præscientiæ malè sentientes, & *contra tot ac tanta Catholica lumina, tacitis eorum nominibus, vel insanus insilis, vel cæcus offendis.*

Hîc ego sanos omnes appello, & quibus supersunt aliquæ sensus minimè perturbati reliquiæ, an non sit manifestum eos qui SS. Patrum Augustino antiquorum doctrinam ita faciunt aliqua ex parte Pelagianam, & ab eodem Augustino damnatam sicuti aliqua etiam ex parte Manichæam fecerat Iulianus; & irritum reddere hunc Augustini contra Iulianum impetum: & in eundem Augustinum retorquere omnia, quibus ille Iulianum im-

petebat maledicta, videlicet *cæcitatem, insaniam, calumnioſiſſimas contumelias, criminationes, audaciam ſacrilegam, miſeram imperitiam, errorem, furorem, impudentiam, quæ neſciat erubeſcere ad conſpectum talium & tantorum hominum.* Quæ quia eſt indigniſſima cogitatio, quid ſupereſt niſi vt dicamus affectatos iſtos Auguſtini ſectatores, qui luſtra numerant in operum eius meditatione conſumpta, & de trigeſima lectione gloriantur; non aliter eum legiſſe quàm quomodo Moyſen à Iudæis legi dicit Apoſtolus, nempe ita *vt obtuſi ſint ſenſus eorum & velamen poſitum ſit ſuper cor eorum vſque in hodiernum diem?* Nec eſt quo ſe illi ſperent his caſibus exoluendos, niſi fateantur Orthodoxam eſſe Sanctorum Patrum doctrinam, neque magis Semipelagianam dici poſſe, quàm quo ſenſu dici poteſt Semipelagianum quidquid Semipelagiani, qui non erant in multis hæretici, cum orthodoxis communi conſenſu tuerentur. Sed iuuat hoc adhuc oſtendere vno aut altero argumento ex eadem Auguſtini auctoritate.

CAPVT III.

Idem probatur ex ea quam Auguſtinus accuſat nouitate Doctrinæ Pelagianorum, & Semipelagianorum.

PROBATVR ergo 4. ex eo quod Sanctus Auguſtinus nouam eſſe ſignificat Pelagianorum doctrinam, etiam qua parte diuinam gratiam & prædeſtinationem attingit. Patet ex lib.2. contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, vbi dicit Pelagianos *inducere hæreſim* NOVI *erroris.* Et deinde cap.6. Sic loquitur. *Itane vero filij ſuperbiæ inimici gratiæ Dei.* O NOVI *hæretici Pelagiani, quiſquis dicit gratia Dei omnia hominis bona merita præueniri, nec gratiam Dei meritis dari, ne non ſit gratia ſi non gratis datur, ſed debita merentibus redditur, fatum vobis videtur aſſerere?* ex lib.4. *his ita ſe habentibus quid prodeſt* NOVELLIS *hæreticis inimicis Crucis Chriſti; & diuinæ oppu-*

Digitized by Google

„ *gnatoribus gratiæ, quod à Manichæorum errore sani videan-*
„ *tur & aliâ suâ pestilentiâ moriuntur?* Item cap. 8. *Eorum pro-*
„ *fanas* NOVITATES *Ecclesiam Christi & Orientalem & Occi-*
„ *dentalem* horruisse dicit, & NOVA *istorum hæreticorum va-*
cap. 9. „ *niloquia* vocat. Item. *Respondeant certè hæretici* NOVI *quid*
„ *bonorum meritorum præcedat in hominibus inimicis nomini*
„ *Christiano. Non solum enim non habent bonum, sed habent etiam*
cap. 10. „ *pessimũ meritũ.* Item puto quod *concedant* NOVI HÆRETICI
„ *huic homini Catholico Cypriano, scire spiritum Sanctum men-*
„ *tes bonas etiam antiquis temporibus adiuuisse primò etiam quod*
„ *ipsi nolunt, nec mentes bonas eas nisi per Spiritum Sanctum*
cap. 13. lib. 5. „ *habere potuisse.* Addit *Catholicas aures horruisse profanas Pe-*
„ *lagianorum* NOVITATES, & hinc ostendi antiquam esse do-
contra Iul lib. 3. „ ctrinam quam impugnant. iterũ contra Iulianum, NOVI
Ibid. lib. 5. „ *denique hæretici vos estis.* Item. *Sed quamuis tergiuerseris, ô*
„ *hæresis Pelagiana, quæ contra muros* ANTIQVÆ *veritatis*
„ NOVAS *construis machinas.* Item, *sentisne iam tandem gra-*
„ *tiæ huius inimici quanto sint fonte lachrymarum plangendi, &*
„ *ne alios ad interitum secum trahant quantâ pastoralis curæ ob-*
„ *seruatione vitandi? Vos enim augetis* ISTA NOVITATE *eam,*
„ *quæ in omnibus est hæreticis, occidui temporis prauitatem. Vos*
Ibid lib. 6. „ *estis ruina morum* &c. Item, *multi quippe sunt in eis* (SS. Pa-
„ tribus) *qui non solùm præter me, verum etiam priores me, ista*
„ *dixerunt, quæ vester* NOVVS ERROR *oppugna.* Adde rur-
„ sus ex lib 2. ex Ambrosio intelligi *Quid Catholicas veritas*
„ *soleat prædicare, quid* PROFANA NOVITAS *conetur euerte-*
„ *re.* Interque Catholicas illas veritates ponit, *hominem esse*
„ *capacem virtutis & perfectionis per Dei gratiam.* Et in libro
cap. 2. „ de bono perseu. Vbi potissimùm contrà Semipelagianos
disputat, postquam enumerauit tria illa controuersiarum
capita, in quorum vno aut altero Semipelagiani adhuc
errabant, iterum vocat illos NOVOS HÆRETICOS *inimicos*
cap. 19. & 23. *gratiæ Christi, longè ante conuictos quàm natos*, eandémque
sæpius repetit nouitatis obiectionem. Et in Epist. 157. ad
Optatum: *Te autem si libenter vel patienter admittis, charis-*
sime. Pater, admoneo, ne hæresim NOVAM *minus cautus in-*

Digitized by Google

curras, quæ ANTIQVISSIMÆ *fidei ſtabilita molitur fundamenta conuellere aduerſus gratiam Dei diſputando, quam Dominus Chriſtus puſillis, & magnis ineffabili bonitate largitur.*

Ex quibus omnibus ſic argumentor. Si quid eſt in doctrina SS. Patrum Auguſtino antiquorum in quo illi cenſeri poſſint Semipelagiani, ſpectabit hoc ad illam quæſtionem, an gratia detur ſecundùm merita, & an ſit neceſſarium aliquam præſcientiam prælucere prædeſtinationi ad ſoluendum liberum arbitrium & vitandum fatum: Atqui doctrina SS. Patrum Auguſtino antiquiorum ex eo capite ſana eſt & erroris expers: Ergo illi nihil habent in quo cenſeri poſſint Semipelagiani. Maior ſupponitur ex conſenſu aduerſariorum. Minor conſtat ex Auguſtino locis citatis, dum vocat *nouum errorem & nouam ſeu nouellam hæreſim, & profanas nouitates* id quod Semipelagiani ſuper hac quæſtione docuerunt. Quis enim non meritò rideret Auguſtinum, qui nouum diceret id quod eſſet à multis ſæculis traditum? Quis non illi imperitiam obiiceret atque ignorantiam antiquæ doctrinæ? Quis non retorqueret nouum potiùs id dicendum, quod vel inuentum ab ipſo eſſet, vel certè interpolatum, cæteris Patribus iam inde ab Origenis tempore contrarium docentibus?

CAPVT IV.

Idem probatur ex ea quam S. Auguſtinus laudat antiquitate Doctrinæ Pelagianis, & Semipelagianis oppoſitæ.

CONFIRMATVR & probatur 5. Quia non ſolùm Auguſtinus nouam eſſe dicit illam Pelagianorum ſeu Semipelagianorum ſententiam, ſed ſuam inſuper affirmat eſſe antiquam atque ab iis Patribus acceptam qui perperam fuiſſe dicuntur Semipelagiani. Iam produxi locum ex lib. 6. contra Iulianum, vbi dicit multos eſſe ex

Digitized by Google

. Patribus præter ipsum, & priores ipso qui docuere quæ nouus error oppugnabat. Sed sunt pleraque alia testimonia quibus constat Augustinum suæ sententiæ contra Pelagianos & Semipelagianos etiam quâ parte gratiam attingit & prædestinationem, auctoritatem conciliare ex cõsensu SS. Patrum qui iam vixerant. Libro 4. contra duas epistolas Pelagianorum, quia dicebant Pelagiani turbatũ in Occidẽte tanquam ad nouam quam Augustinus spar-
cap. 8. gebat doctrinam, *Ad curam nostram*, inquit Augustinus, „ *existimo pertinere, non solùm scripturas Sanctas Canonicas* „ *aduersus eos testes adhibere, quod iam satis fecimus; verum* *etiam de Sanctorum litteris qui eas ante nos famâ celeberrimâ* *& ingenti gloriâ tractauerunt aliqua documenta proferre, vt* *admoneantur qui putant istos aliquid dicere, quemadmodum* *de his rebus ante noua istorum vaniloquia Catholici Antisti-* „ *tes eloquia diuina sequuti sint: vt sciant à nobis rectam & an-* „ *tiquitus fundatam Catholicam fidem, aduersus Pelagianorum* „ *hæreticorum præsumptionem perniciemque defendi.* Et cum
cap. 9. Cypriani testimonium retulisset de peccato originali, subdit. *Iam verò gratiam Dei quemadmodum aduersus istos* „ *prædicit Cyprianus, vbi de oratione Dominica disputat, euiden-* „ *ter apparet.* ait enim &c. ac recitatis illius testimoniis, „ *Nunquid iste Sanctus tam memorabilis Ecclesiarum in verbo* „ *veritatis instructor liberum arbitrium negat esse in hominibus* „ *quia Deo totum tribuit quod rectè viuimus?..... Nunquid sub* „ *nomine gratiæ fatum asserit, quamuis dicat in nullo glorian-* „ *dum quando nostrum nihil sit? Nunquid sicut iste Spiritum* „ *Sanctum adiutorem ita credit esse virtutis, tanquam ipsa vir-* *tus quæ ad hoc adiuuatur, oriatur ex nobis, quando nostrum* „ *nihil asserens hoc Apostolum dixisse commemorat, quid habes* „ *quod non accepisti? virtutemque excellentissimam hoc est pa-* „ *tientiam, non à nobis dicit incipere ac deinde adiuuari spiritu* „ *Dei, sed ab ipso caput, ab ipso originem sumere? Postremò nec* „ *propositum bonum, nec studium virtutis, nec mentes bonas si-* „ *ne gratia Dei incipere & esse in hominibus confitetur cùm di-* *cit, in nullo gloriandum quando nostrum nihil sit,* & mox, *Res-*

Digitized by Google

pondeant certè hæretici noui quid bonorum meritorum præcedat "
in hominibus inimicis nomini Christiano; non solùm enim non "
habent bonum, sed habent etiam pessimum meritum, & tamen "
etiam sic Cyprianus intelligit, & quasi post hanc doctri- "
nam nihil restaret ad exhauriendum funditus Pelagiano- "
rum errorem, concludit Augustinus. *Discant ergo esse Ca-* "
tholici qui dedignantur si quid mali non faciunt & si quid bo- "
ni faciunt non in se ipsis sed in Domino gloriari. Vide Lector an non hæc Augustini corollaria contineant, quidquid etiam Semipelagiani oppugnabant, adeò vt nihil reliquum sit quod impedire possit ne Catholici censeantur, si hæc admiserint, & tamen totam doctrinam hanc, omnino Catholicam, & nihil retinentem Pelagianæ prauitatis, ac proinde nec Semipelagianam, colligit Augustinus ex Cypriano: atque hoc testimonio cogi vult & antiquam esse doctrinam Semipelagianæ contrariam, & Auctores habere *Catholicos Antistites.* An ergo credidit fuisse illos Semipelagianos?

Confirmat hoc ipsum Augustinus ex Ambrosio *Pe-* ib. cap. 11.
lagiani dicunt, inquit, *ab homine incipere meritum per libe-* "
rum arbitrium cui Deus subsequens gratiæ tribuat adiumentum "
(hoc etiam dicebant Semipelagiani) *etiam hic eos refellat* "
venerandus Ambrosius dicens. Et post recitatam Ambrosij sententiam *Quid apertiùs, quid sufficientiùs dici potest.* Et mox cùm excussisset Ambrosij testimonio id in quo Semipelagiani resistebant, nempe nos ex nobis posse petere, pulsare, orare, atque ita incipere aliquo nostro merito, *Nunquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambrosius, &* "
gratiam Dei sicut filio promissionis congruit gratâ pietate "
commendat; ideo destruit liberum arbitrium? & postea, *nimis* cap. 12.
longum esset si omnia velim commemorare quæ S. Ambrosius "
aduersus hanc hæresim Pelagianorum tanto post exorturam, non "
quidem respondens, sed prædicans Catholicam fidem, atque "
in ea homines ædificans dixit & scripsit. omnia commemorare "
potui quæ glorioſissimus in domino Cyprianus posuit in Epistolis suis, quibus demonstratur, quomodo sit hæc quam tenemus "

„ *fides vera vereque Christiana atque Catholica, sicut per scri-*
„ *pturas sanctas antiquitus tradita, sic à Patribus nostris & us-*
„ *que ad tempus quo isti eam conuellere tentarunt retenta atque*
„ *seruata.* En vt ex duobus his Patribus iudicium de cæteris ferri vult, colligique quam contra Pelagianos & Semipelagianos defendit de diuina gratia sententiam à Patribus traditam, seruatamque ad suam vsque ætatem. Confer hoc nunc, amice Lector, cum eo quod Baiani dicunt, cæteros Patres ab Origene ad Augustinum vsque, fuisse Semipelagianos.

Eandem iterum gratiæ necessitatem probat Augustinus lib. 2. contra Iulianum aliis eorundem Sanctorum Cypriani atque Ambrosij testimoniis, additque illis Gregorium atque Hilarium Pictauiensem. Et quia dicebant Pelagiani id quod eorum etiam reliquiæ obiecerunt, vt constat ex Epistolis Prosperi atque Hilarij ad Augustinum, suam sententiam tantùm esse idoneam hominibus ad virtutem accendendis; quos contraria, hoc est Catholica, in desperationem ageret; vide quid dicat

„ *Itane in corde vestro dicere audetis, quod cùm vos audiunt ac-*
„ *cenduntur homines ad virtutem, cùm autem istos audiunt tan-*
„ *tos ac tales viros Cyprianum, Hilarium, Gregorium, Ambro-*
„ *sium, cæterosque Sacerdotes Domini desperatione franguntur ac*
„ *renuntiant studiis perfectionis? hæccine monstra cogitationum*
„ *ascendunt in cor vestrum, & non elidunt frontem vestram?*

En vt Sanctis Patribus attribuit Augustinus doctrinam illam suam, quam eâ ratione Semipelagiani oppugnabant quôd homines ageret in desperationem, & studium virtutis extingueret, redderetque inutilem prædicationem: hoc est doctrinam de necessitate gratiæ, deque prædestinatione à præscientia independente. Ergo vel in eo non fuere SS. Patres Semipelagiani, vel Semipelagianus fuit ipse Augustinus.

Idem colligitur ex initio libri tertij contra Iulianum, vbi Augustinus illum premit repudiantem Iudices qui Pelagium damnauerant eo nomine, quod oporteat

æquum

Digitized by Google

æquum iudicem, ira, odio & amicitia vacuum esse. Premit, inquam, illum auctoritate Ambrosij & Coepiscoporum eius, qui nec iram aut odium, in nondum natos Pelagianos habere potuerant, nec cum eorum aduersarijs amicitiam: & statim distinguit tria illa capita hæresis Pelagianæ, quorum secundum est, *gratiam dari secundum merita nostra*, qui fuit proprius error Semipelagianorum, atque ita supponit hunc etiam errorem à Sanctis Patribus damnatum.

Et quia duellum Augustino Iulianus offerebat, vide quid respondeat. *Ego autem absit vt ad monomachiam vos prouocem, quos vbicumque apparueritis*, VBIQVE DIFFVSVS CHRISTI *debellat exercitus*. exercitum autem illum non ex viuentibus tantùm conflat, sed ex mortuis, vnde & addit, *Oblato, sicut loqueris, placuit componi fœdere bellum, vt pugnas omnium contentio nostra derimeret? absit vt apud mihi Catholicos arrogem quod tibi apud Pelagianos arrogare non pudet, vnus sũ è multis qui profanas vestras nouitates vt possumus refutamus .... Antequam essem natus huic mundo, & antequam essem renatus Deo, multa Catholica lumina vestras futuras tenebras redarguendo præuenerunt. De quibus iam duobus superioribus libris meis quanta potui manifestatione. disserui.* Et mox, *quippe sunt in eis qui non solùm præter me. verum etiam priores me, ista didicerunt, quæ vester nouus error oppugnat. Cùm ergo non eos ipse fecerim, sed inuenerim huius quam negatis socios veritatis, quomodo eis ego sum auctor huius quem putatis erroris?* Et alia plura dicit quæ ostendunt euidenter voluntariâ cæcitate laborasse qui Augustinum tamdiu speculati non intellexerunt testantem ipsum quam contra Pelagianos & Semipelagianos doctrinam defenderet, ab ijs Patribus acceptam qui ab Origene ad Augustinum vsque floruerunt: ac proinde non tantùm SS. Patribus iniurioſum, sed falsissimum insuper atque Augustino contrarium esse quod dicunt, Semipelagianam fuisse Sanctorum Patrum doctrinam qui Origenem inter & Augustinum vixere.

lib. 3.

lib. 6.

C

Digitized by Google

cap. 3. Quid quod in lib. de Prædestinatione SS. significat se cùm ita erraret ante initum Episcopatum, quemadmodum errare postea visi sunt Semipelagiani, scripturis videlicet & SS. Patrum libris nondum examinatis, conuictum este testimonio Cypriani quo dicit, *In nullo gloriandum quando nostrum nihil sit. Quo præcipuè testimonio, inquit, etiam conuictus sum cum similiter errarem, putans fidem quâ in Deum credimus non esse donum Dei, sed à nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona quibus temperanter & iustè & piè viuamus in hoc sæculo, neque enim putabam fidem Dei gratia præueniri, &c.* Gratiam Dei dari secundum merita vel fidei vel cuiuslibet alterius bonæ voluntatis: &, Prædestinationem quæ Augustino est gratiæ præparatio, esse ex præscientia alicuius meriti, idem sunt; & hic est proprius error Semipelagianorum, in quem cum Augustinus initio imprudenter incidisset, emendauit illum intellecta Sanctorum Patrum qui præcesserant contrariâ sententiâ. Et tamen Sancti Patres illi fuerunt Semipelagiani? ô eximios interpretes Augustini!

Nam quod non solius Cypriani cognitâ sententiâ sed aliorũ quoque Patrum, adductus sit vt illam cogitationem emendaret; ostendit ipse deinde in libro de bono perseu. contra Semipelagianos etiam propriè scripto,
cap. 2. & 4. vbi non solùm repetit Cypriani testimonium vt ostendat multis ante annis præparatum contra ea *quæ futura erant Pelagianorum venena antidotum*, & prædictos hæreticos, *longè ante conuictos esse quàm natos & confossos lingua* Cypriani tanquam *telo inuictissimæ veritatis*. Sed addit
cap. 19. etiam testimonium Ambrosij. Ac ne quis diceret Latinos esse Patres illos, aliter autem sentire Græcos; adducit Nazianzenum, & quasi non dubitaret quin ex tribus istis facile intelligeretur quænam esset opinio cæterorũ obiectionem aduersariorum quâ dicebant impediri fru-
cap. 20. ctum prædicationis & exhortationis persuasione Prædestinationis illius Augustinianæ quæ fatalis videbatur, ita solvit: *Quamobrem si & Apostoli & Doctores Ecclesiæ*

qui eis ſucceſſerunt eoſque imitati ſunt, vtrumque faciebant, id eſt & Dei gratiam quæ non ſecundùm merita datur veraciter prædicabant, & piam obedientiam præceptis ſalubribus inſtruebant, quid eſt quod inuicta concluſi violentia veritatis recte ſe iſti noſtri (Semipelagiani) *dicere exiſtimant, & ſi verum eſt quod dicitur de Prædeſtinatione beneficiorum Dei, non eſt tamen populis prædicandum?* Et paulò ante, *vnde ſupradicti tractatores excellentiſſimi diuinorum eloquiorum, & gratiam Dei veram ſicut prædicanda eſt prædicarunt, id eſt, quam nulla humana merita præcedunt, & ad facienda diuina præcepta inſtanter hortati ſunt.* cap 19.

Atque ita ſoluit quæſtionem quam Proſper propoſuerat de auctoritate omnium ferè Patrum antiquorum, qui Prædeſtinationem docuerant ex præſcientia dependentem. *Illud etiam*, inquit Proſper, *qualiter*, diluatur *quæſumus upatienter inſipientiam noſtram ferendo demonſtres, quòd retractatis priorum de hac re opinionibus, penè omnium par inuenitur & vna ſententia, quâ propoſitum & Prædeſtinationem Dei ſecundùm præſcientiam receperunt, vt ob hoc Deus alios vaſa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem vniuſcuiuſque præuiderit, & ſub ipſo gratiæ adiutorio in qua futurus eſſet voluntate & actione præſciuit.* Vbi vides Auguſtino proponi quæſtionem de Prædeſtinatione ad gloriam, quæ præſupponeret Prædeſtinationem ad gratiam, & præſcientiam meritorum ex illa gratia dependentium, tanquam à Patribus ferè omnibus aſſertam, hoc enim ſignificant illa potiſſimum verba, *& ſub ipſo gratiæ adiutorio, &c.* Auguſtinus autem quia magis propendebat in eam partem quæ admittit Prædeſtinationem ad gloriam antecedentem Præſcientiam meritorum etiam dependentium à diuina gratia; atque adeo antecedentem prædeſtinationem ad eandem gratiam, aut certè in ea incluſam; ne dubia certis miſceret, & quorum libera eſt definitio, iis quæ neceſſariò ſunt credenda, ita illi obiectioni reſpondet, vt oſtendat Sanctos illos Patres id docuiſſe quod vtium & neceſſarium erat &

Digitized by Google

sufficiebat damnandis Semipelagianis. Et ideo eorum testimonio probat Dei Gratiam non dari secundùm merita nostra, sed omne meritum præcedere, ex quo sequitur Prædestinationem, quæ est gratiæ præparatio, non esse ex præscientia meritorum. Quidquid sit de alia illa distinctione à Sanctis Patribus insinuata, quâ ex præparatione gratiæ seu ex Prædestinatione ad gratiâ, sequitur præscientia boni vsus huiusmodi gratiæ, quæ est præscientia meritorum, & ex illa præscientia sequitur vlterius Prædestinatio ad gloriam, quam à Prospero, vt dixi, propositam Augustinus scitè declinat in hoc intentus vt gratiæ necessitatem eorumdem Patrum auctoritate probet. Vnde infert Prædestinationem ad gratiam independentem à præscientia meritorum quam contra nouos hæreticos Semipelagianos deffendit, agnitam fuisse atque approbatam à SS. Patribus, ex illis itaque hoc tantum sumit quod & necessarium est & ad confutandos hæreticos sufficit, cætera relinquit. Et ideò post allatum eorumdem Patrum testimonium de necessitate
cap. 19 gratiæ; *Quid euidentius*, inquit, *quid illustrius à Dei Tractatoribus quærimus, &c.* Et mox. *Isti tales tantique Doctores dicentes non esse aliquid de quo tanquam de nostro quod Deus nobis non dederit gloriemur, &c.* quibus probat illos & præscientiam agnouisse, & prædestinationem illam quam ipse per Apostolos prædicatam contra nouos hæreticos operosius deffenderat. Ex quibus omnibus euidenter constat, meridie caligare Baianos recentiores existimantes Augustinum in ipsis reuixisse Ecclesiæ Dei tot sæculis incognitum: quando dicunt Sanctos Patres Semipelagianis præluxisse illos, quorum testimonijs Augustinus vsus est, vt quam tuebatur contra Semipelagianos de præscientia & Prædestinatione sententiam confirmaret. Spero æquum Lectorem suis omnia momentis pensaturum: neque passurum sibi fucos fieri præiudicio vigiliarum & diuturnæ in Augustino voluendo meditandoque diligentiæ, quando constet

Digitized by Google

adeò expoſitis, adeóque obuijs apud Auguſtinum locis approbaſſe illum, quos illi damnatos volunt.

CAPVT V.

Nec Patres Græci Auguſtini iudicio Pelagianis aut Semipelagianis præluſerunt.

NEc eſt quod illa ſe limitatione tueantur quod dixerint Sanctos Patres, *præſertim Græcos*, quaſi verò Latinos Cyprianum, Ambroſium, alioſque non adeò ſuſpectos putent; quia vt iam dixi, Gregorius illis annumeratur, etiam vbi contra Semipelagianos propriè diſputatur: & quia in libris contra Iulianũm Auguſtinus partem illam de neceſſitate gratiæ quæ ſola reſtabat cum Semipelagianis diſputanda, vtriuſque Eccleſiæ Orientalis & Occidentalis conſenſu & communi conſpiratione tum Latinorum tum Græcorum Patrum etiam defendit. Audiamus Auguſtinum, *Numquid Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Gregorius, Baſilius, Ambroſius, & Ioannes de plebeia fece ſellulariorum ſicut Tullianè iocaris in veſtram perniciem concitati ſunt? Numquid milites? numquid Scholaſtici auditoriales? .... Epiſcopi ſunt, docti, graues, ſancti, Veritatis acerrimi defenſores aduerſus garrulas vanitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuiſti, non potes inuenire quod Ephesi. Si Epiſcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum ſi tales poſſent illic facilè ſedere tot, quia nec iſti vno tempore fuerunt ..... Hos itaque de alijs atque alijs temporibus atque regionibus, ab Oriente, & Occidente congregatos vides .... Quantò tibi eſſent iſti iudices optabiliores, ſi teneres Catholicam fidem, tantò tibi ſunt terribiliores, quia oppugnas Catholicam fidem. Quam in lacte ſuxerunt, quam in cibo ſumpſerunt, cuius lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerunt, quam contra inimicos etiam vos, tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertiſſimè ac fortiſſimè defenderunt. Talibus poſt Apoſtolos ſancta Eccleſia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, paſtoribus, nutritoribus creuit. Ideo profanas voces veſtræ nouitatis*

de hæreſ. Pelag. l. 7. c. 4.

lib. 1. con. Iul. ſub fin.

BIBLIOTECA NAZ ROMA VITTORIO EMANUELE

„ *exhorruit, & tanquam caput colubri calcauit, obtriuit, obiecit.*
„ *His igitur eloquiis & tanta auctoritate Sanctorum profecto aut*
„ *sanaberis Dei misericordiâ donante .... Aut si, quod abominor, in*
„ *eâdem, quæ tibi videtur sapientia, & est magna stultitia, perdu-*
„ *raueris; non tu indices quæsiturus es vbi causam tuam purges; sed*
„ *vbi tot sanctos Doctores egregios, atque memorabiles Catholicæ*
„ *veritatis accuses, Irenæum, &c. Cæteroſque socios ac participes*
„ *eorum, insuper & vniuersam Christi Ecclesiæ cui diuinæ fami-*
„ *liæ dominica cibaria fideliter ministrantes ingenti in domino gloria*
„ *claruerunt. Aduersus hanc autem miserabilem quam Deus*
„ *auertat insaniam sic respondendum esse video libris tuis, vt fides*
„ *quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios &*
„ *Christi professos inimicos etiam ipsum defenditur Euangelium.*

Hic ego amabo te, Lector, intuere sub qua specie Augustinus Sanctos illos Patres aspiciat, & an opinio de illis concepta quam præ se fert, vllâ ratione pati possit vt magna eorum pars Nazianzenus, Basilius, Chrysostomus, & tota cum illis Orientalis Ecclesia consensisse putetur Iuliano, & ab Augustino dissensisse circa illud caput erroris Pelagiani quod præcipuum est, de sufficientia liberi arbitrij & gratiæ necessitate? An ita errauerint *Episcopi docti, graues, Sancti.* An fuerint *veritatis acerrimi defensores*, qui fuere Auctores periculosissimi contra Dei gratiam erroris. An possint *terrere oppugnantes* Catholicam fidem, qui eam ipsi corruperunt? An contra Pelagianos tanquam *inimicos nondum natos fortissimè pugnauerint*, qui arma suppeditauere? An illos *Plantatores*, *Rigatores*, *Nutritores* iactare debeat Ecclesia, qui zizania Semipelagianismi superseminarunt? An eorum informatione fieri potuerit vt *exhorreret* nouos hæreticos, qui eodem ipsi essent horrore digni? An eorum *eloquia* dici possint ad *sanandum* apta, quæ virus inspirant. An non meritò sint accusandi quantumuis Sancti si præcant *hæreticis*; & an sint *Doctores egregij*, qui hæreses tradunt? Si accusare illos, *vniuersam Christi Ecclesiam* accusare est, an non eam igitur accusarit Augustinus. An *Dominica cibaria*

Digitized by Google

fideliter miniſtrauerint qui miniſtrauere infecta veneno? An eorum fides contra hæreticos *ſicut Euangelium* ipſum defendenda ſit, quæ prius eſt ab hæreſi purganda? Atque vt videas non vnius tantùm partis ſed totius Catholicæ veritatis contra Pelagianos & Semipelagianos fieri auctores ac defenſores ſanctos illos Patres, vide quid dicat Auguſtinus initio libi tertij poſt ea, quæ retulimus verba ex fine libri ſecundi, *De iudicibus apud quos dicis non potuiſſe vos agere cauſam veſtram, quia nemo de rebus dubiis bene conſultat, niſi qui ab odio, ira, & amicitia vacuum pectus attulerit; iam quidem ſuperiore libro reſpondi, quia ſi tales iudices .... ſalubrius quæreretis ſancto Ambroſio & Coepiſcopis eius vtique cederetis.* Et mox, dum explicat quæ ſint ea in quibus cedere debeant, totum errorem Pelagianorum his tribus capitibus comprehendit. *Sed obſecro te quomodo cauſam veſtram* ante *cœperant odiſſe quàm noſſe*, Epiſcopi qui Pelagium damnauerant in Oriente, *quia eam procul dubio nouerant, oderant. Nouerant enim vos dicere nihil mali paruulos habere naſcendo quod purgari debeat renaſcendo. Nouerant vos dicere gratiam Dei ſecundùm merita noſtra dari, vt iam gratia non eſſet gratia, quia non gratis daretur, ſed ſecundùm debitum redderetur: nouerant vos dicere hominem in hac vita poſſe nullum habere peccatum, vt van ei ſit neceſſarium quod in oratione dominica tota dicit Eccleſia, dimitte nobis.* Vbi vides quamuis Auguſtinus, contra Iulianum de peccato originali potiſſimum diſputet, ceteras tamen inuoluere controuerſias, & eandem eſſe ſupponere omnium rationem, quod attinet ad iudicium Sanctorum Patrum.

Confirmatur, quia Auguſtinus capita hæc ita damnata eſſe dicit in Oriente, nimirum, Conſtantinopoli & in Paleſtina, vt ipſe in eo iudicio partem nullam habuerit aut habere potuerit. vnde ita loquitur. *Quam verò tanta & lepida eſt gratulatio, quod vnum dicis egreſſum qui in ſe ſummam prælij ſtatim optat intelligi, videlicet vt Pelagianis, tu videaris Dauid, ego autem Goliath. Videris ſi tu hoc indixiſti pactum & placitum cum Pelagianis, vt ſi victus fueris nihil vltra* lib. 3. contra Iulianum initio.

Digitized by Google

„ *rius illi audeant. Ego autem absit vt ad Monomachiam vos pro-*
„ *uocem, quos vbicumque apparueritis, vbique diffusus Christi debel-*
„ *lat exercitus, qui debellauit apud Carthaginem Celestinum quan-*
„ *do illic ipse non eram, & rursus Constantinopoli tam longè à re-*
„ *gionibus Africanis, qui debellauit in Palestina Pelagium, vbi cau-*
„ *sam vestram suæ damnationis timore damnauit. Ibi enim omnino*
„ *cecidit hæresis vestra.* Augustino procul stante ac nihil agẽte, Orientalis Ecclesia, hoc est Græca, ipsa per se vniuersum errorem Pelagij damnauit, etiam illam partem quâ putabatur gratia dari secundũ merita: & tamen Ecclesia illa in eodem errore versabatur iam inde à tempore Origenis, donec eam Augustinus dedocuit? hæc quæso quomodo cohærent? vel in illa Ecclesia vigebat tunc cognitio veritatis oppositæ Pelagianismo, vel non; si non vigebat, quomodo potuere illi Episcopi qui tum in Palestina, tum Constantinopoli conuenere, damnare Pelagium quin se ipsi quoque damnarent atque suam Ecclesiam? si vigebat; quibus auctoribus atque informatoribus, si qui hactenus in ea floruerant sancti Patres, Pelagianismo infecti erant saltem ex parte? videri potuit nouum Constantinopoli, dignumque anathematismo quod & obuia Chrysostomi scripta, & recens traditio atque memoria prædicationum illius confirmarent? vide, Lector, quæ sint Baianorum commenta, quámque negligenter abillis & lectus & examinatus sit Augustinus.

lib. 1. contra Iul.

Eodem pertinet quod antea retulit Augustinus, 14. Episcopos Orientis vno loco congregatos ideo Catholicum pronuntiasse Pelagium, quia ille coram eis quamuis fictè, suos errores damnauit, quibus continebatur etiam ille, qui spectat ad gratiæ necessitatem. Et dum refert condẽnationem Innocentij contra eosdem errores, hoc dicit respondisse virum Sanctum Africanis Con-

„ cilijs, *Quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris,*
„ atque adeo cum Orientali, *tenet perseueranter Ecclesia*, &,
„ *Non est ergo cur prouoces ad Orientis Antistites quia & ipsi vti-*
„ *que Christiani sunt, & vtriusque partis terrarum fides vna est,*

quia

Digitized by Google

quia & fides iſta Chriſtiana eſt: Quod poſtea ſubbtiliter notat contra Iuliamum, Baſilium non dixiſſe ipſam voluntatem hominis ſiue ſubſtantiam vel naturam, *malum à ſe poſſe facilè ſeparare: ſed ab ea poſſe facilè ſeparari, ſic verba ſua librantem, vt & Manichæos, contra quos agebat, refelleret, & contra diuinam gratiam humanam ſuperbiam non extolleret.* Et quod refert ex Chryſoſtomo Chriſti gratiam non vnum illud primi hominis peccatum, *ſed etiam poſt illud introeuntia peccata interfeciſſe.*

Denique cum ex quinque argumentis quibus Pelagiani impugnabant peccatum Originale, hoc eſſet vnum, quod ſequeretur inde *virtutem in homine non poſſe perfici, quòd ingenerata vitia incredibile eſſet poſſe conſumi*, Auguſtinus libro ſecundo contra Iulianum probandum ſuſcipit ex Patribus, nulla eſſe quinque argumenta illa, atque adeò, nec iſtud quintum: & contrariam aſſumit poſitionem, contenditque ſtante veritate peccati Originalis *non ideo perfectionem eſſe deſperandam virtutis, per eius gratiam qui ex origine vitiatam mutare poteſt & ſanare naturam*, hoc autem probat, quia Patres quos recenſet, & quibus Græcos annumerat Gregorium, Baſilium, Ioannem, ſcilicet Chryſoſtomum, vtrumque poſuerunt, & peccatum Originale & ſperabilem ex Dei gratia virtutis perfectionem, vnde concludit. *Tales quippe ac tanti viri ſecundùm Catholicam fidem quæ vbique toto orbe diffunditur & hoc. 1.* peccatum originale, *& illa* quinque quæ conſequenter neganda eſſe putabant Pelagiani, *confirmant, vt veſtra fragilis & quaſi argutæ nouitas, ſolâ auctoritate conteratur illorum, præterquam quòd ea dicunt, vt ſe per eos loqui veritas ipſa teſtetur. Sed nunc auctoritate primitus eorum veſtra eſt contumacia comprimenda, vt à præſumptionis impetu repercuſſi, & quodammodo ſauciati, dum tales homines Dei ſic in fide Catholica errare potuiſſe non creditis, vt aliquid dicerent, vnde eſſet conſequens Deum non eſſe hominum creatorem, nuptias eſſe damnandas, in baptiſmo non omnium remiſſionem fieri peccatorum, Deum eſſe iniuſtum, nullam ſpem*

Digitized by Google

„ *nobis remansisse virtutis proficiendæ*, (hæc sunt quinque
„ illa Pelagianorum argumenta,) *quæ omnia vel aliquid eo-*
„ *rum nefas est opinari; ausus præcipites refrænetis, & tanquam*
„ *ex furore resipiscentes, incipiatis, in qua nutriti estis, recolere*
„ *& aduertere ac resumere veritatem.* Si tales ac tãti viri *secun-*
„ *dùm Catholicam fidem, quæ toto orbe diffunditur*, tractarunt hoc etiam caput, quod est de sperandæ per Dei gratiam virtutis perfectione & si eâ ratione illud tractarunt, vt *argutula nouitas* Pelagianorum & *contumacia* in ijs etiam quæ ad hoc caput spectant *sola eorum auctoritate* conteratur: si per eos loquitur veritas ipsa dum hæc tractant; quis locus relinqui potest cogitationi illi quâ putantur doctrinam fermento Semipelagianismi corruptam in hac parte tradidisse? & quæ maior est repugnantia, *vt tales homines Dei sic in fide Catholica errare potuerint*, vt negarent, *spem nobis remansisse virtutis perficiendæ*, ex suppositione peccati Originalis, quám vt dicerent illius spei primordia in nobis atque in libero arbitrio nostro independenter à gratia esse sita? Eant nunc Baiani, & sanctos Patres, præsertim Græcos, auctore Augustino calumnientur tanquam Semipelagianos.

CAPVT VI.

Suppositione illa Baianorum Semipelagianos absolui.

SECVNDVM argumentum positionem illam Semipelagianismi Sanctorum Patrum eo nomine oppugnat, quòd sit sancto Augustino iniurioſa, quando sequitur inde Semipelagianos ab eo iniquè vexatos, quippe quorum causa si disceptetur, apud æquos rerum æstimatores ex illa hypothesi iure nitatur. Age enim, Faustum Rhegiensem quamuis ætate posteriorem, exempli causâ cum Augustino committamus: sedeatque certaminis arbiter, qui nec imperitus sit, nec studio partium aliave vlla perturbatione suspectus, Quæstio quæ discepta proponitur, hæc est, vtrũ gratia detur secundùm

aliquod meritum noſtrum, hoc eſt, vtrum danda decer-
natur ex alicuius meriti noſtri præſcientia? Affirmat Fau-
ſtus: negat Auguſt. nec tantũ negat, ſed arcet etiã aduer-
ſariũ communione Catholicorum, & hæreticum vocat.

Dicet Fauſtus hæreticum in primis denotari doctri-
næ nouitate, Catholicum antiquitate vel ipſo Auctore
Auguſtino, qui *nouitiæ præſumptioni* Pelagianorum op- l. cont Iul.
ponit *Catholicam antiquitatem*, qui Catholicæ fidei *verita-
tem & antiquitatem*, perpetuo coniungit, qui *nouitiam pe-
ſtem* vocat Iuliani doctrinam, & *nouas machinas contra mu-
ros antiquiſſimæ veritatis conſtructas*. Ego verò, inquit Fau-
ſtus, quid innouo, qui ducentorum circiter annorum fi-
dem ſeruo? Addetque quod dixerat antea Baſilius ad-
uerſus calumniantes quod tres Deos diceret. *Si Patrum
fidem proſequor, cur omiſſis Patribus me bello impetis*; & illud,
*ſi ex me ipſo loquor, ne audias me; ſi vero quæ ſcripta ſunt lego;
ſuccumbe veritati*. Quin ex ipſius quoque Auguſtini
verbis tuebitur ſeſe contra Auguſtinum in hunc mo-
dum, *ſi hoc qui dicit*, Dei gratiam ex præſcientia merito-
rum decerni, *hæreticus abs te dicitur; iſtos aſpice, iſtos erubeſ-* "
ce, iſtis parce qui à temporibus Origenis in Eccleſia Ca- "
tholica ſanctitate & doctrina floruerunt ..... *Si autem* lib. 1. cont.
iſtos hæreticos *eſſe non dicis: nec me poteris inuenire cur di-* Iul. "
cas. Neque enim ob aliud eſſe dicis, niſi quia de diuina circa "
homines prouidentia, *quod credunt credo, quod tenent te-* "
neo, quod docent doceo, quod prædicant prædico. Tantumne "
apud te poteſt opinio præiudicata, vt à ſolis ortu vſque ad occa- "
ſum tot ac tantos Catholicæ fidei Doctores & defenſores anti- "
quos & noſtræ ætati contiguos, dormientes & manentes non "
ſolùm deſerere, verùm etiam hereticos audeas appellare?, Quid "
reſponderet Auguſtinus Fauſto ita vrgẽti, ſi verum eſſet
quod Baiani confingunt SS. Patres, præſertim Græcos,
ducentis circiter annis hoc credidiſſe, quod ipſe in Semi-
pelagianis damnauit?

Nam ſi temperamentum illud obtendant *præſertim* lib. 1. contra
Græcos, erit adhuc quod Fauſtus Auguſtino, ex Auguſti- Iul.

Digitized by Google

„ no reponat. *Non est ergo cur reijcias Orientis Antistites, quia*
„ *& ipsi Christiani sunt, & vtriusque partis terrarum fides ista*
„ *vna est, quia & fides ista Christiana est.* Et cùm Nazianze-
„ num produxerit, dicet esse *magni nominis & famâ celeber-*
„ *rima illustrem Episcopum. Cuius eloquia ingentis merito gra-*
„ *tiæ etiam in linguam Latinam translata vsquequaque clarue-*
„ *runt..... Numquid & istum* Pelagij *sapere vel iacere venena*
„ *dicturas es? .... An tibi parva in vno Gregorio Episcopo-*
„ *rum Orientalium videtur authoritas? est quidem tanta persona,*
„ *vt neque ille* hoc quod dicit de diuina Gratia & præscien-
„ tia meritorum, *nisi ex fide Christiana omnibus notissimâ di-*
„ *ceret: nec illi eum tam clarum haberent atque venerandum,*
„ *nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ veritatis agnos-*
„ *cerent.* Cum Basilium Nazianzeno subiunxerit, addet,
„ *vide iam an non sufficiant ad defensandam fidem meam ex*
„ *Orientis partibus duo isti tam insignes viri, & tam clara præ-*
„ *diti sanctitate, & sicut fertur etiam carne germani*, in quo
„ quidem Augustinus deceptus est, sed nihil ad rem, &
„ cùm addiderit Chrysostomum, *ita ne verba S. Ioannis E-*
„ *piscopi audes tanquam è contrario sententiis* Orthodoxorum
„ *opponere, & eis aduersarium constituere? absit; absit hoc ma-*
„ *lum de tanto viro credere aut dicere, absit, inquam, vt Constan-*
„ *tinopolitanus Ioannes*, de Gratia & Prædestinatione Dei,
„ *tot ac tantis Coëpiscopis suis, maximéque Romano Innocentio,*
„ *Carthaginensi Cypriano, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat*
„ *Ambrosio .... ingredere, ingredere: sancte Ioannes ingredere*
„ *& conside cum Patribus tuis, à quibus nulla ratio, nulla tenta-*
„ *tio te separauit ..... absit vt tu aliud saperes*, quàm quòd sa-
„ pit Ecclesia Catholica, *& in ea tam præcipuus emineres.* Ite-
„ rumque ad Augustinum conuersus. *Audis ne hominem in*
„ *fide Catholica & eruditum & erudientem?* Iterumque, *Nunc*
„ *primum perspicis hoc didicisse & docuisse tot sanctos quod &*
„ *nos didicimus & docemus, muta iam istam mentem ..... in*
„ *quorum conuentum te initio duxerim conspice, hic est Con-*
„ *stantinopolitanus Ioannes, quem tu in numero eruditorum ac*
„ *Sanctorum excellentissimum in hâc ipsâ tua* contra Pelagia-

Digitized by Google

nos *disputatione posuisti. Hic est Basilius, cuius te verbis .... putasti aliquid adiuuari, hinc sunt & cæteri, quorum te mouere debet tanta consensio.....* Non est ista in Semipelagianis conspiratio. *In Ecclesia Catholica doctrinæ sanæ studijs claruerunt, spiritalibus armis muniti, & accincti strenua contra hæreticos bella gesserunt, perfuncti fideliter suæ dispensationis laboribus in pacis gremio dormierunt.*

Bajani quid hîc dicent, & quid hîc facient? Non vident nisi fateantur id quod tantopere refugiunt, nec Semipelagianos sibi satis fuisse cognitos, nec antiquos Patres, præsertim Græcos, sed vsque ipsum post sextam & trigesimam lectionem Augustinum? Non intelligunt Faustum Rhegiensem & omnes cum eo Massilienses ac Semipelagianos de tanto Pelagianismi domitore triumphaturos?

Sed non hic desinet Fausti defensio: Purgabit hæretici crimen ipso *hæresis* nomine quam Tertullianus Græca voce dictam putat ex *interpretatione electionis, quâ quis siue ad eam instituendam, siue ad suscipiendam* vtitur. Ego verò dicet Faustus, nullam electionem doctrinæ, aut optionem facio: non examino quod Patres tradiderunt, sed bonâ fide recipio nulla penitus re vel detractâ vel additâ, vel mutatâ, memini fidei doctrinam ab Apostolo *depositum* dictam. *Quid est autem depositum? id est quod tibi creditum est, non quod à te inuentum: quod accepisti, non quod excogitasti: rem non ingenij, sed doctrinæ: non vsurpationis priuatæ, sed publicæ traditionis: rem ad te perductam, non à te prolatam: in qua non auctor debes esse, sed custos: non institutor, sed sectator: non ducens, sed sequens.* de præscript cap. 6. 1. Tim. 6

Quidni enim Faustus eâ se ratione distinguat ab hæreticis, quam suggerit eorumdem temporum scriptor & hæreticorum insectator acerrimus, Vincentius Lirinensis.

3. Eodem pertinet secessio à doctrina iam constituta, quæ cum sit etiam necessaria hæresis nota, minimè tamen in Faustum cadet. Sunt inquam hæretici omnes

Digitized by Google

lib 1. Retract. etiam Schismatici, de quibus illud quod est in Epistola Iudæ *Segregantes semetipsos* Augustinus interpretandum censet. Nemo autem segregat se nisi à toto præexistente, atque ita prior est vera doctrina, hæresis autem posterior; vnde illud Tertulliani. *In omnibus veritas imaginem antecedit, postremò similitudo succedit. Cæterùm satis ineptum vt prior in doctrina hæresis habeatur*; & illud, *ita ex ipso ordine manifestatur id esse dominicum & verum, quod sit prius traditum, id autem extraneum & falsum, quod sit posterius immissum*; & illud, *Posterior nostra res non est, immò omnibus prior est; hoc erit testimonium veritatis vbique occupantis principatum.* Item illud. *Solemus hæreticis compendii gratia de posteritate præscribere.* Eodem spectat quod Tertullianus, *adulterinam* & *adulteram*, vocat hæreticorum doctrinam, stylum etiam *adulterum*, & hæresim ipsam *adulterium*, vt sit consequens, quemadmodum adulterio matrimonium necessariò præuium est: ita & hæresi veram doctrinam. Id quod idem Tertullianus exprimit cùm dicit: *Quid denique fuit antequam à vobis interpolarentur Scripturæ? cum autem omnis interpolatio posterior credenda sit, veniens vtique ex causa æmulationis, quæ neque prior, neque domestica est eius vnquam quod æmulatur, tam incredibile est sapienti cuique vt nos adulterum stylum intulisse videamur scripturis, qui sumus à principio & primi, quàm illos non intulisse qui sunt & posteri & aduersi.* Quâ oratione quis non videt, si vera supponerent aduersarij, Faustum sic armari, vt Augustini tela omnia aduersus ipsum inania sint. Ego, inquiet, in doctrina prior sum, qui ducentorum annorum fidem sequor, non est posterior mea res Augustine, sed tuâ prior: ac proinde dominicum & verum quod doceo, quia prius. Tu vero vide num sequare extraneum aliquid & falsum, quia posterius immissum. Adulterium verò quale aut quomodo nobis obijcias, quod tuis nuptijs anterius est? Nec erit Augustinus quod reponat præter hoc vnum, Origenem videlicet huius adulterij primitus reum esse, legitimam autem ac veram

Aduersus Hermog. De præscript. c 6,

ib. c. 31.

ib c. 35.

ib. cap 38.

Digitized by Google

fuiſſe quæ inter illum & Apoſtolos doctrina viguerat; ac proinde adulterinum quidquid ex adulterio illo ſequẽtibus annis eſt propagatum: ſe igitur Origene ac ſequentibus Patribus duorum ſæculorum ſaltu prætermiſſis, connectere fidem ſuam cum vera illa quam Origenes corrupit, atque ſecundas veluti nuptias contrahere diſſoluto quod prius initum fuerat matrimonio. Verum vt omittam germanam eſſe illam hodiernorum hæreticorum cogitationem, dum fidei ſuæ nouitatem purgare conantur; Item aduerſarios ad id quod præſtare non poſſunt obligare ſeipſos; nempe vt oſtendant aliud ſenſiſſe Patres Origene antiquiores quàm ſenſerint qui deinde ſequuti ſunt; ex dictis manifeſtò conſtat ſuſpicionem hanc cum Auguſtini de Sanctis Patribus iudicio è diametro pugnare. Relegantur quæ tum hoc, tum ſuperiori capite retulimus ex Auguſtino in commendationem Patrum etiam Græcorum; & ſole clarius conſtabit ſtare non poſſe vllam adulterinæ doctrinæ ſuſpicionem cum ea ſanctitatis, eruditionis, Eccleſiaſticæ notitiæ, dignitatis, atque auctoritatis opinione, quam de illis vbique præ ſe fert. Et vide an Origenis illos & non potius Eccleſiæ atque aliorum Patrum diſcipulos faciat: *Quod inuenerunt in Eccleſia*, inquit, *tenuerunt, quod didicerunt docuerunt, quod à Patribus acceperunt, hoc filiis tradiderunt ..... Dicis me ſi ſub poteſtate iudicum premerer, non habiturum fuiſſe quid facerem, quò confugerem, cum tuis argumentationibus vnde occurrerem reperire non poſſem. Ego planè haberem quod facerem, quò confugerem, à Pelagianis enim tenebris ad hæc tam clara Catholica lumina prouocarem* Qui hæc dicit an ſuſpicatur vllum in illis Patribus Origenis fermentum? Pergit: *Epiſcopi ſunt docti, graues, ſancti, veritatis acerrimi defenſores aduerſus garrulas nouitates, in quorum ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuiſti, non potes inuenire quod ſpernas. Si Epiſcopalis Synodus ex toto orbe congregaretur, mirum ſi tales poſſent illic facilè ſedere ac tot, quia nec iſti vno tempore fuerunt.*

lib. 2. contra Iul.

En vt hos Patres œcumenicæ Synodo comparat; & tamen si Baianis placet, cæci fuere cæcum ducem sequuti
» Origenem in materia de Gratia & libero arbitrio. Pergit Augustinus. *Hos itaque de alijs atque alijs temporibus atque regionibus ab Oriente & ab Occidente congregatos vides .... qui Catholicam fidem* (non Origenis venenum) *in lacte suxerunt, in cibo sumpserunt, cuius lac & cibũ paruis, magnisque ministrauerunt, quam contra inimicos etiam vos* (Pelagianos) *tunc nondum natos, vnde nunc reuelamini, apertissimè ac fortissimè defenderunt.* Illi igitur sunt qui ducentorum annorum parenthesi veram de diuina Gratia doctrinam continuato Semipelagianismo dispunxerunt? sed adhuc pergit. *Talibus post Apostolos sanctæ Ecclesia plantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo profanas voces vestræ nouitatis expauit.* Quin imò talibus corrupta est, suntque alij *post Apostolos* vsque ad Origenem quærendi plantatores, nutritores, rigatores, pastores, cum quibus Augustinus cæteris prætermissis stamen fidei Catholicæ tanto tempore interruptum iterum connectat. Nimirum hoc ex Augustino didicerunt Bajani, post secundam & vigesimam hyemem in eo commentando consumptam, illuminati.

Aug. contra Cresc. c. 33. & contra ep. fundamenti c. 5. Euangelio non crederem nisi me Catholicæ Ecclesiæ commoueret auctoritas.

Illo se quoque signo Catholicum Faustus probabit, quòd hauserit ex illa Ecclesia quæ conuincitur esse Apostolica, vel continua successione, vel consortio & communicatione doctrinæ. Cùm enim constet inter omnes Catholicos, ipso etiam auctore Augustino, esse aliquam Ecclesiam à Christo per Apostolos institutam, quæ sit columna & firmamentum veritatis, quâ non præstante, nec sacram à profana Scripturam possimus certò discernere, nec quod pluris interest, verũ illius sẽsum à spurio & peregrino; certè illa esse potissimùm credenda est, quæ originem suam continuâ & legitimâ successione probare potest, ductam esse à fundatoribus Apostolis, vt etiam
» ipse explicat Augustinus, *Vides*, inquit, *in hac re quid Ec-*

con. Faustũ lib. 1. cap. 2.

clesiæ

Digitized by Google

cleſiæ Catholicæ vãleat auctoritas, quæ ab ipſis fundatiſſimis Apoſtolorum ſedibus, vſque ad hodiernum diem ſuccedentium ſibimet Epiſcoporum ſerie, & tot populorum conſenſione firmatur. Quod ipſum quoque dici debet de cæteris omnibus quæ *in eadem fide conſpirantes non minus Apoſtolicæ deputantur, pro conſanguinitate doctrinæ*, vt loquitur Tertullianus, etiam ſi nec Apoſtolum vllum, nec Apoſtolicum virum auctorem habeant, vt pote poſterius inſtitutæ. Quæ enim vera eſt Eccleſia erranti contradicit, & vel emendat illam vel præcidit: ergo cui non contradicitur à vera, ipſa quoque vera cenſenda eſt, in eo in quo illi non contradicitur. Vnde idem Tertullianus, *Si hæc ita ſunt, conſtat proinde omnem doctrinam quæ cum illis Eccleſiis Apoſtolicis matricibus & originalibus fidei conſpiret, veritati deputandam, id ſine dubio tenentem quod Eccleſiæ ab Apoſtolis, Apoſtoli à Chriſto, Chriſtus a Deo ſuſcepit, reliquam verò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ ſapiat contra veritatem Eccleſiarum & Apoſtolorum & Chriſti, & Dei.* Et mox, *communicamus cum Eccleſiis Apoſtolicis, quòd nulla doctrina diuerſa, hoc eſt teſtimonium veritatis.*

de præſcr. cap. 32.

ib. cap 22.

Atqui Fauſtus affirmare meritò poteſt ſe in eo in quo reprehenditur ab Auguſtino, communicare Apoſtolicis Eccleſiis, ſi verum eſt fuiſſe hanc eandem ſententiam Sanctorum Patrum Auguſtino antiquiorum. Fuerunt enim illi in Eccleſia Apoſtolica, nec vlli magis ſciuerunt quid illa ſentiret; nec illa per vllos quid ſentiret melius expreſſit, quorum ore loquebatur cum præſentibus, quorum ſtylo ſeipſa futuris repræſentabat, vt dubium eſſe non poſſit, quin eadem fuerit & Eccleſiæ, quæ fuit Apoſtolica & vera à tempore Origenis ad ætatem Auguſtini, & Patrum qui toto illo ſpatio floruerunt vnanimis ſententia. Ergo Fauſtus qui nihil aliud ſenſit, vt aduerſarij volunt, quàm quod ſenſerant priùs illi Patres; conſequenter nihil aliud ſentire putandus eſt, quàm quod ſenſit Eccleſia quæ toto illo tempore Apo-

Digitized by Google

ſtolica erat & vera. Neque obijcias quod toties reiectum eſt, ſuppoſitionem illam Semipelagianiſmi Sanctorum Patrum intelligi, *præſertim de Græcis*. Quia Eccleſia Græca, quam illi ſancti Patres repræſentabant, fuit etiam ipſa toto illo tempore, *Communicatione, conſortio, conteſſeratione, conſanguinitate doctrinæ*, qui ſunt omnes modi quibus Tertullianus hanc conſenſionem exprimit, *Apoſtolica*: rectéque illi conueniebat cum Latina, atque adeò cum Romana, vt conſtat. Et cùm non neſciretur apud Latinos quid Græci ſentirent, cùm eorum ſcripta Latinâ interpretatione vulgata vſquequaque clareſcerent, vt dicit Auguſtinus de ſcriptis Naziãzeni & de Baſilij etiam indicat, cum Chryſoſtomum appellarent inter Latinos & hæretici, vt Iulianus, & Catholici, vt Auguſtinus, vt patet ex primo & ſecundo libro Auguſtini contra Iulianum, poterit quiſpiam dubitare, an fuerit Latinis perſpecta Græcorum ſententia? Oſtendant igitur vbi fuerit etiam reprehenſa; & quia id monſtrare non poſſunt, fateantur aut perfidiæ accuſandam eam quæ vera erat, & Apoſtolica Eccleſia, ſcilicet Latina & Romana, quippe quæ diſſimularet errorem adhærentis ſibi Græcæ: aut chimæricam fuiſſe adhæſionem hanc; quod vera eſſe non poſſit inter Eccleſias quæ in materia fidei ſcienter diſſentiunt; aut certè quia neutrum eorum dici poteſt, Fauſtum, quem volunt ſequutum Græcam; ſequutum pariter & Romanam, cui tunc Græca cohærebat; atque adeò vtriuſque auctoritate abſoluendum. Et quis prętera non videt ab his auctoribus Eccleſiam veram iniquæ acceptionis perſonarum fieri ream, dum quod diſſimularat in Chryſoſtomo, v. g. cęteriſque quondam Patribus Græcis, poſtea damnauit in Fauſto atque alijs Semipelagianis Patres Græcos ſequutis?

lib 1. contra Iulian.

5. Solemne eſt Sanctis Patribus contra hęreticos argumentari à ſanctitate illius Eccleſiæ, cui iſti repugnant: à conſtantia in perſecutionibus: à fœcunditate in adlegenda ſemper ex gentibus noua prole; à miraculis in

fidei confirmationem editis; quòd putent hæc omnia incurrere non posse in Ecclesiam nisi veram; ac proinde vt tutum est illi consentire, ita in aliquo dissentire meritissimò suspectum esse debere. Illâ se igitur rãtione Faustus contra Augustinum tuebitur, si Baiani vera narrãt, imitabiturque illud Tertulliani: *Quoquomodo sit erratum,* (à Patribus præsertim Græcis) *tam diu vtique regnauit error quam diu hæreses non erant, liberanda veritas* Augustinum expectabat, *interea perperam euangelizabatur, perperam credebatur, tot millia millium perperam administrata, tot virtutes, tot charismata perperam operata, tot denique martyria perperam coronata.* Quomodo enim ministeria illa omnia non perperam obita sint ab iis qui Dei Gratiam nesciebant, ex qua vim omnem & efficaciam & pretium trahunt? Occurret illud Paciani; *Quid? parua nobis de Apostolicis viris, parua de primis Sacerdotibus, parua de Beatissimo* (Athanasio, Chrysostomo, Basilio, vtroque Gregorio) *currit auctoritas? An volumus docere Doctores? an sapientiores illis sumus? ..... Quid tot earum partium Sacerdotes quos per totum orbem cum illis Patribus pax vna solidauit? Quid tot annosi Episcopi, tot Martyres,* quot fecere quinque aut sex persecutiones sæuissimæ Maximini, Decii, Valeriani, Gallieni, Aureliani, Diocletiani, & Apostatæ Iuliani: *tot Confessores,* quot Ecclesia præsertim Græca, tum in vrbibus, tum in desertis produxit, ducentis illis annis qui Origenem ab Augustino distingunt? *Quid? nulli,* toto illo spatio fuere *Confessores,* qui de diuina Gratia vt par est sentirent? *Martyres nulli,* qui scirent ecquis esset qui manus ipsorum doceret ad prælium? *Nulli immaculati atque integri Sacerdotes, quos catenæ, quos ignes, quos gladij probauerunt,* qui suæ illius innocentiæ, & patientiæ causam, atque originem dignoscerent?

de præscr. cap. 29.

Ep. 1 ad Sympr.

Ep. 3.

Sed quid Tertullianum vel Pacianum commemoro? mutuabitur Faustus ab Augustino tela quibus eum conficiat: ac postquam ex antiquis Patribus sumpserit illa quæ Semipelagianismum continent, vt Bajani sibi per-

lib. 1. con. Iul.

Digitized by Googl

„ suadent, testimonia, *I. nunc*, dicet, Augustine, *& mihi Se-*
„ *mipelagianismum obijce, dissimula ab istis, finge te nesci-*
„ *re quid dicant, & sanctæ Ecclesiæ tot tantosque doctores qui*
„ *vita optime gesta debellatisque suorum temporum erroribus glo-*
„ *riosissimè de hoc sæculo antequam vos ebulliretis exierunt, ve-*
„ *lut eis non visis in me impetum faciens & velut nesciens quod*
„ *illi sub meo nomine lacerentur, tanquam securus insulta.....*
„ *hæc lumina ciuitatis Dei audes hostiliter insectari, quæ secta-*
„ *ri fideliter debuisti.*

lib 2, contra Iul. Item, *At ego vbicumque sis, vbicumque legere ista poteris, te ante istos,* (Sanctos Patres, præsertim Græcos,) *in tuo*
„ *corde constituo, quos non amicos meos, & inimicos tuos.....*
„ *constitui cognitores. Nec eos qui numquam fuerunt aut non*
„ *sunt, aut quorum sententiæ de hoc quod inter nos disceptatur in-*
„ *certæ sunt, inani cogitatione confinxi, sed sanctos & in sancta*
„ *Ecclesia illustres antistites Dei..... omnes sacris litteris eru-*
„ *ditos nominatim sicut oportebat expressi..... vt in eis ti-*
„ *meas non ipsos, sed illum qui sibi eos vtilia vasa formauit, &*
„ *sancta templa construxit.* Quid diceret Augustinus hæc re-gerenti Fausto, & auctoritatem SS. Patrum qui floruerunt à tempore Origenis suis erroribus obtendenti?

6. Demum. Cùm tria sint doctrinæ Catholicæ argumenta certissima illa quæ Vincentius Lirinensis enumerat, antiquitas, vniuersitas, consensio; Catholicum Faustus probabit quod hęreticum est, si est à Patribus antiquis creditum; erit enim eo ipso *antiquum*, vti iam monstrauimus, *vniuersum*, quoque, si est assertum à Patribus Græcis, tum cum erat, vt dicit Augustinus, *vtriusque partis terrarum fides vna*, & cùm fieri non poterat vt Constantinopolitanus Ioannes (est autem illius & Basilij, & Gregorij vtriusque, vel potius Gregoriorum trium, & Athanasij & aliorum eadem ratio) *tot ac tantis Coepiscopis suis*, MAXIMEQVE ROMANO INNOCENTIO, *Carthaginensi Cypriano, Gallo Hilario, Mediolanensi resisteret Ambrosio.* Indidem etiam consensio probatur, spectabitque ad aduersarios si eam negent ostendere, quinam

lib. 1 contra Iul.

vel Latinorum inter ſe, vel Græcorum etiam inter ſe, vel Latinorum cum Græcis ante Auguſtini tempora ea de re contenderint. Fauſto igitur in Auguſtinum occurret illud Tertulliani. *Et quid veriſimile eſt, vt tot ac tantæ in vnam fidem errauerint Eccleſiæ? Nullus inter multos euentus eſt vnus exitus: variaſſe debuerat error doctrinæ Eccleſiarum. Cæterùm quod apud multos vnum inuenitur, non eſt erratum, ſed traditum.* Et illud Vincentij Lirinenſis Catholicum illum eſſe, *qui quidquid vniuerſaliter, antiquitus Eccleſiam Catholicam tenuiſſe cognouerit, id ſolum ſibi tenendum, credendumque decernit. Quidquid verò* AB ALIQVO DEINCEPS VNO PRÆTER OMNES, VEL CONTRA OMNES SANCTOS *nouum & inauditum ſubinduci ſenſerit, id non ad religionem, ſed ad tentationem potiùs intelligit pertinere.* Et illud Paciani, *& noſtram potiùs auctoritatem Patres ſequentur, & emendanda Sanctorum cedet antiquitas? & iam putreſcentia vitijs tempora, canos Apoſtolicæ auctoritatis eradent?* Quin & Auguſtinum ipſum iiſdem verbis alloquetur, quibus ille alloquitur Chryſoſtomum, *quod ſi verè tale aliquid inueniſſet in tuis litteris is qui ſe inueniſſe putat vnde tot tantorumque Coepiſcoporum tuorum ſe arbitratur percellere & euacuare ſentẽtias; & quod ipſe ſentit te ſentire claruiſſet,* NVMQVAM TE VNVM, PACE TVA DIXERIM, TOT ET TALIBVS PRÆFERRE IN EA CAVSA POSSEMVS, *de qua numquam fides Chriſtiana & Eccleſia Catholica variauit.* Denique illud etiam opponet, *oportet vt populi Chriſtiani eloquia Sanctorum profanis nouitatibus anteponant, eiſque potius eligant adhærere quàm vobis.*

de præſ. cap. 28.

ep. 1. ad Symp.

lib. 1. con. Iul.

lib. 2. con. Iul.

Ad hæc Auguſtinus quid diceret qui tantopere refugit videri ſolus ac ſeorſim à Patribus hanc cauſam tueri? *Abſit,* inquit, *vt audeam cæcos iſtos viros vel cogitare vel dicere;* Item, *Abſit à me iſta quã mihi obijcis arrogantia, vt me iſtam cauſam contra vos vnum pro omnibus agere pollicerer.* Et antea, *vanum dicis egreſſum ..... ecce non ego vnus, ſed tot ac tanti ſancti eruditique Doctores tibi pro me vel mecum, pro que omnium noſtrûm & tua ipſius ſi ſapis ſalute reſpõdent.* Hoc quæſo

Digitized by Google

quis rectius obiiceret, Augustinus Fausto, an Faustus Augustino, si esset Augustini sententia cæteris Patribus, præsertim Græcis contraria? Si esset vt fert inscriptio capitis decimi septimi libri septimi de hæresi Pelagiana NOVA ET OPINIONI PATRVM CONTRARIA?

Ex his ergo liquidò constat, si verum est quod dicunt Baiani, cęteros Patres præsertim Grecos ducentis annis idem sensisse quod Semipelagiani, eosdem Semipelagianos vel ipso Augustino iudice absoluendos esse, quod erat probandum.

CAPVT VII.

Ex eadem suppositione sequi vel condemnandum Augustinum cum cæteris hæreticis, vel cæteros hæreticos cum Augustino absoluendos.

QVEMADMODVM Augustinus contigisse dicit Iuliano Manichæam vocanti doctrinam quam cõstabat esse à Sanctis Patribus traditam, ipsum videlicet non modo Patribus iniurioſum, sed esse insuper nimis propitium Manichæis, ita & nos asserentibus Baianis Semipelagianam fuisse Antiquiorum Patrum sententiam ab Origene ad Augustinum, obiicimus ipsos & de Patribus, quos debent, & de Augustino, quem simulant se colere, malè meritos: erga Semipelagianos verò quos videri volunt abominari, ac cæteros etiam hæreticos, officioſissimos extitisse. Iniuriã Patribus illatam, officiumque Semipelagianis præstitum constat ex dictis; vnde sequitur etiam & Augustinum ab illis pessimè habitum & cæteros omnes hæreticos mirum quantum adiutos. Etenim quâ ratione probatur recta esse Fausti, & aliorum Semipelagianorum sententia, eâdem probatur quæ contraria est Augustini, esse damnanda. Si docuere Semipelagianismum cæteri Patres, antiquum est, quod Faustus credit atque adeo Catholicum; nouum igitur quod Augustinus opponit, ac proinde hæreticum. Di-

Digitized by Google

cet que Fauſtus Auguſtino, quod Auguſtinus dicebat Iuliano, „*Vſque adeo contra vetuſtam pulchritudinem Saræ, non* „
inuenit quod nouitia deformitas mentiatur, vt tot Epiſcoporum „
glorioſorum, Catholicorum, in tanta ſuarum ſententiarum mani- „
feſtatione conſenſum, in quibus ſunt, qui Pelagii nec nomen au- „
dierunt, Semipelagianorum, *blaſphemia criminetur.* „

Item ſi traditam à maioribus doctrinam hæreditariâ poſſeſſione Fauſtus retinet, electio igitur quæ Græca voce dicitur hæreſis, vt ex Tertulliano retulimus, in Auguſtinum cadet: fueritque ille ſequutus contra quam velit Vincentius Lirinenſis; *Quod ab ipſo inuentum eſt, non* „
quod creditum ipſi; quod excogitauit, non quod accepit; rem vſur- „
pationis priuatæ, non publicæ traditionis: cuius ipſe auctor non cu- „
ſtos ſit, inſtitutor non ſectator. „

Item, ſi Fauſtus communionem ſeruat cum Patribus, retinetque poſſeſſionem doctrinæ ducentis iam annis in Eccleſia receptæ; Auguſtinus igitur eſt, qui ſeipſum ſegregat, & ab Eccleſiæ ſenſu recedit, quod hæretici faciunt: diceturque illi à Paciano. *Adultera mulier hæretica* „ ep. 3. ad Symp.
congregatio eſt, Catholica enim ab initio de viri ſui thoro & tha- „
lamo non receſſit: nec alienos amatores aut extraneos concupiuit. „
Vos exulem formam nouo colore pinxiſtis. Vos eorum veſtrum à „
coniugio ſeparaſtis antiquo. Vos à matris vnicubæ corpore receſ- „
ſiſtis, nouo placendi genere nouis corruptelarum illecebris expoliti. „
Item illud, *Eccleſia* quæ Semipelagianiſmum docet, ſi ante te te *credidit, ſi à fundamentis prioribus non receſſit, ſi non illa* „
migrauit, ſi non à reliquo corpore ſeparata ſuos ſibi magiſtros & „
propria inſtrumenta quæſiuit, quid ſupereſt niſi vt Catholica dicatur? *Tua verò quæ quid inſolitum argumentata eſt,* dum Semipelagianiſmum impugnat, *quæ quid noui iuris inuenit,* „
quæ corpori ſuo repudium pacis indixit, planè tunc à Chriſto re- „
ceſſiſſe videatur, tunc extra Prophetas & Apoſtolos conſti- „
tiſſe. „

Item ſi Fauſtus adhæret Eccleſiæ Apoſtolicæ dum eam doctrinam defendit quam volunt eſſe à proceribus & præcipuis illius Doctoribus Paſtoribuſque traditam,

Digitized by Google

propagatione continuâ iam inde à temporibus Apostolicis: ergo Augustinus qui contraria sentit, eidem Ecclesiæ repugnabit, *deseretque fidei matricem & apostolici seminis traducem*, vt loquitur Tertullianus, nec fieri poterit vt qui extra successionem esse dicitur, extra hæreditatem etiam esse non censeatur. *De mendacio*, inquit Tertullianus, *præiudicanda est omnis doctrina quæ sapiat contra veritatem Ecclesiæ Apostolicæ*, Apostolica verò est Ecclesia quæ originem suam ab Apostolis successione probat & conspiratione, qualis fuit proculdubio Ecclesia Sanctorum Patrum illorum, quos Baiani Semipelagianos calumniantur.

Item si Faustus se satis tutum iure putat, eorum pietate laboribus & miraculis, quos sequitur Augustinus; qui repugnat; quid faciet vt hominibus persuadeat Christianissimi veritatem à sanctitate separandam, & illam non necessariò esse veram Ecclesiam quæ sancta sit? quod si hoc persuadere non poterit, quid vetabit quo minus dicatur Augustinus à vera dissentire, quem dissentire constet à sancta?

Denique si Faustus Semipelagianismum propugnat, non antiquitate tantùm, sed & vniuersalitate, & consensione; restat vt Augustino qui eundem impugnat, inurantur notæ omnino contrariæ, tum nouitatis, de qua iam dictum est, tum singularitatis, atque illius præsumptionis, quâ quis se vnum omnibus præfert; quod vt est hæreticorum propriissimum, ita & alienissimum à summa Augustini modestia, qui cum sperauerit se Pelagianos posse *confodere consensione* Sanctorum Patrum & Ecclesiarum illis adhærentium; numquam exposuerit sese simili etiam consensione à Semipelagianis vicissim confodiendum? Absit vt de se ipse tale aliquid senserit, quale Tertullianus hæreticis tribuit, vt expectatum se diceret à Spiritu sancto *nullam interea Ecclesiam respiciente, negligente officium suum Dei villico, Christi vicario Ecclesias interim sinente aliter credere, aliter intelligere quàm ipse*

Tertul. de præscr. cap. 28.

ipſe per Apoſtolos prædicaſſet. An igitur ſe anathematizandum præbuerit, qui Chriſtianos hortatur *ad anathematiſandos eos qui euangelizant præter id quod acceperunt in Eccleſia?* Quomodo enim accepit ipſe in Eccleſia quod dixit contra Semipelagianos, ſi Eccleſia non id tradebat? Eccleſia vero quomodo traderet, ſi Patres per quos ea loquitur aliud ſentirent, eſſentque ante Semipelagianos exortos, eorum tamen erroribus imbuti? & qui reiiciendam putat Cypriani ſententiam de baptizandis hæreticis & ſchiſmaticis, *Quia hoc Eccleſia non accepit, pro qua Cyprianus ſanguinem fudit*, non crediderit etiam reijciendum quod ipſe dixit de damnandis Semipelagianis ſi fuiſſet eorum ſententia in Eccleſia prius recepta? Accepta vero quomodo non fuiſſet, ſi fuiſſet vnanimi conſenſu cæterorum Patrum comprobata? videant igitur Baiani quid faciant: & quàm inepto Auguſtinum officio proſequantur, dum hæreticum faciunt quem vnum eſſe volebant orthodoxiæ inſtauratorem.

con. Fauſt. Manich. lib. 15. cap 3.

1. con. Crescon. cap. 31.

Quod ſi deteſtantur vt debent tam nefariam de tanto Doctore opinionem, iam è contrario ſequitur cæteros cum illo hæreticos, recentiores præſertim, abſoluendos; quippe quos exemplo atque auctoritate Auguſtini muniunt contra præcipuas Eccleſiæ Catholicæ machinas, de cætero inuictas.

Nam in primis præiudicium illud ſingularis ſententiæ à communi Chriſtianorum conſenſu diuerſæ, quo ſolemus hæreticos premere, quid proderit obtendentibus Auguſtinum, cũ cæteri retro Patres Semipelagianiſmum tradidiſſent, *extitiſſe* PRIMVM *qui rectam de diuina prædeſtinatione*, deque Dei gratia fidem ducentis annis extinctam accenderet? Quòd ſi Baiani reſpondeant non fuiſſe ſolum Auguſtinum, ſed cum eo tum Orientis tum Occidentis Epiſcopos, atque adeo Innocentium, Zoſimum, Cæleſtinum, hoc eſt Romanam Eccleſiam conſpiraſſe.

Tum verò ſecundò corruit alia item machina, quâ

Digitized by Google

potiſſimum labefactare ſolemus hæreſes, ab Eccleſiæ infallibilitate petita. Interrogo enim quid aliud ſentiret Eccleſia quæ floruit toto illo tempore quod fluxit ab Origene ad Auguſtinum, quàm quod ſentiebant Patres qui eam regebant, & informabant, & contra ingruentes hæreſes tutabantur, tum viuâ voce, tum ſcriptis? Quòd ſi eſt ſatis idonea collectio communis ſenſus Eccleſiæ, *ex communi ſenſu SS. Patrum tanquam eorum quibus Eccleſia doctrinam ſuam* credit & ſenſorum ſuorum interpretationem committit; quis non videt conſequens eſſe, vt ſi Semipelagianiſmum redolebãt ſancti Patres poſt Origenem vſque ad Auguſtinum, Eccleſia quoque Semipelagianiſmum exhalarit toto illo temporis ſpatio? Et quia contrariam deinde ſub Auguſtino doctrinam eſt amplexa, quis non videt, neceſſariâ deductione fieri, vt Eccleſia alterutro tempore deluſa ſit, damnaritque ſub Auguſtino quod ante Auguſtinum ſenſerat? Quale igitur hoc crimen erit, quod Lutheranis objicimus dum affirmare non verentur Eccleſiam poſt Auguſtini ætatem in errorem lapſam, qui fateamur lapſam quoque poſt ætatem Origenis.

Scio fieri poſſe vt aliqua interdum ſententia liberæ Chriſtianorum diſputationi permittatur, quæ deinde accedente Eccleſiæ definitione fit neceſſaria: vnde contingat vt aliquid vno tempore à multis aſſeratur in Eccleſia, quod tempore conſequenti damnatum ſit. Sed quod eſt huiuſmodi, tum cum liberum eſt, liberũ etiam eſſe cognoſcitur, ac minimè neceſſarium; & quæ humanarum mentium varietas eſt & inconſtantia, numquam eſt in magna philoſophantium multitudine in controuerſum. Vnde neque poteſt neque debet dici pertinere ad ſenſum Eccleſiæ, cuius tantùm in eiuſmodi controuerſijs ſilentium eſt. Atqui Baiani doctrinam illam Patrum quam dicunt Semipelagianam, *Eccleſiæ ſenſum* & *Eccleſiaſticum ſenſum* interpretantur, & non ſolùm ſilentium. Vnde ſequitur quod dicebam, *Eccleſiæ*

Ianſ tom. 1. lib 7. de hæreſi Pelagiana cap. 4. & 17.

Digitized by Google

ſenſum, ſeu *ſenſum Eccleſiaſticum* apud ipſos ab Eccleſia damnatum eſſe.

Accedit quod non aliquos tantum Patres ita ſenſiſſe, ſed communiter omnes dicunt, *Quot quot*, inquiunt, *Auguſtini ætatem antegreſſi ſunt*, idque, *vnanimi penè conſenſu*: vt hic locum habere non poſſit illud Auguſtini. *Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque optimi regulæ Catholicæ defenſores ſaluâ fidei compage non conſonant, & alius alio de vna re melius aliquid dicit & verius*; habet verò locum quod ſequitur: *hoc autem vnde nunc agimus, ad ipſa fidei pertinet fundamenta.* Vnde infert, nec Chryſoſtomum potuiſſe ab aliis diſſentire. Quare verò magis pertinet ad fidei fundamenta, quæſtio de peccato Originali, de qua loquitur Auguſtinus, quàm quæſtio de neceſſitate gratiæ, antecedentis omne meritum & ſecundùm propoſitum prædefinitæ? Quod ſi propter eam rationem fieri non poſſe putauit Auguſtinus, vt Patres inter ſe non *conſonarent*, in aſſerenda veritate Originalis peccati contra Pelagianos; quomodo factum fuerit, vt non conſonarent in aſſerenda neceſſitate illius gratiæ contra Semipelagianos?

ianſ. ibid.

con. Iul. lib. 1.

Hinc ſequitur tertiò, Nullum eſſe argumentum quod ex continua & non interrupta Epiſcoporum ſucceſſione, in Eccleſia præſertim Romana, contra hæreticos ſumitur; quo tamen, inquit Irenæus, *confundimus omnes eos qui quoquo modo præterquam oportet colligunt:* & quo ſe *in Eccleſia Catholica retineri inſtiſſimè* Auguſtinus ipſe profitetur. In tantum enim valet hoc argumentum, in quantum ſupponitur, *per illam ſucceſſionem eadem fides currere*; vt loquitur Liberius Papa in Epiſtola ad Conſtantium Auguſtum. Quod ſi non *currit* eadem fides, ſed quod eſt acceptum ab Apoſtolis Origenis tempore mutatum eſt, ſucceſſio quid faciet ad exigendam cum ſuccedentibus in fide conſenſionem? atque in hac parte Baiani videntur Eccleſiæ Romanæ ipſo Caluino iniquiores. Fatetur enim Caluinus prioribus quinque

lib. 3. con. hæreſ. c. 3.

con. ep. fundam. c 4.

Digitized by Google

Inst. 4. c. 2. § 3.

sæculis idoneum fuisse argumentum illud: & quia nulla facta fuerat doctrinæ mutatio, *nec Romæ nec alibi*, Patres meritò vsos illa ratione ad coarguendos errores omnes. Baiani verò ne hoc quidem dant, cum alium fuisse fateantur *Ecclesiæ sensum*, post Origenem quàm sub Apostolis fuisset, & quam futurus esset sub Augustino.

Vnde sequitur quartò, Neque reos traditionis reiectæ hæreticos dici posse, vtpote qui ea in parte Augustinum ducem sequantur. Quid enim aliud Ecclesia illi tradere potuit quàm quod sentiebat? Erat autem communis illius sensus, vt dicunt, Semipelagianus, hunc ergo tantum Augustino Ecclesia tradiderit, reiecit autem Augustinus & contrarium sequutus est. Ergo traditionem Ecclesiæ reiecit. Quod si hoc rectè fecit Augustinus, Caluino cur crimini sit?

Quintò hinc fit eodem Augustini exemplo hæreticos purgare posse quem solemus obiicere legitimæ vocationis seu missionis defectum. Nam si Semipelagianus erat *communis sensus* Ecclesiæ, antequam illam Augustinus illustraret, quæro, num Augustinum Ecclesia vocarit & miserit ad docendum & prædicandum, necne? si neque vocauit neque misit; non est igitur necessaria illa seu vocatio, seu missio; si & vocauit & misit; ergo Ecclesia mittit & vocat ad prædicandum *contra suum sensum*, & doctrinam in eâ & ab eâ receptam, quo nihil optatius accidere poterat Molinæo & Geneuensibus Theologis, contendentibus Lutherum Caluinumque ac sequaces ab Ecclesia contra seipsam & vocatos & missos.

Atque hinc tandem sextò concluditur, ex eodem principio sequi iustam esse quam hæretici præscribunt fidei regulam, dum postulant vt controuersiæ omnes ad scripturam solam exigantur, Ecclesiæ sensu, Patrum definitionibus, & communi consensu, successione, ac traditione prætermissis. Quippe cùm Augustinum ita feciſſe iam significent, interrogo enim quid sequutus sit vt quam inuenit Semipelagianam hæresim emendaret?

Digitized by Google

Eccleſiam? atqui communis illius ſenſus erat Semipelagianus. Patres? at illi vel erant ipſa Eccleſia, vel diuerſum ab ea ſenſum non habebant. Succeſſionem Pontificum? illi vero eſto dignitatis patrimonium ſeruauerint hæreditaria ſucceſſione, ſed non veritatis. Traditionem? infidelis illa fuit, mutauitque quod per manus tranſmittebatur depoſitũ doctrinæ. Concilia? ſed ante Auguſtinũ nulla fuere cõtra Semipelagianos collecta. Quid igitur Auguſtinus ſequutus eſt, vt quã didicerat in Eccleſia & ab Eccleſia doctrina Semipelagianorũ mutaret? Neque enim in ea mutatione Innocentium Papam & Africana Concilia ſequutus dicitur Auguſtinus, ſed e conuerſo & Innocentius & Concilia dicuntur Auguſtinũ ſequuta. Quid igitur ſequutus eſt Auguſtinus? Patres, inquies, Origine antiquiores. Tu verò rem magnam præſtiteris, ſi fuerit à te demonſtratum anteriorum Origene ſententiam fuiſſe à poſterioribus diuerſam: Et quia hoc præſtare non potes, ſupereſt vt quod ſibi licere poſtulant Caluiniſtæ, id ipſum dicas factitatum ab Auguſtino, nempe vt ſcripturæ ſenſum acceperit, non ab Eccleſiæ ſenſu, non à traditione, non à legitimis Apoſtolorum ſucceſſoribus, non à Patrum conſenſione, non à Concilijs, ſed ab omnia illa repudiante ſpiritu particulari: Et hoc eſt omnino quod Baiani dicunt, Auguſtinum non potuiſſe ab errore illo extricari, *niſi Deo reuelante*. Quo poſito reſtat vt iniuſtam dicamus atque inanem qua ſemper Eccleſia in hæreticos vſa eſt vexationem, cùm ſit certiſſimum, ſi ſcripturam adire ſolam permittantur; in eius obſcuritate, ambiguitate, multifaria interpretatione numquam defuturas errorum latebras, vt ideo ſapientiſſimè Tertullianus monuerit, *non admittendos hæreticos ad vllam de Scripturis diſputationem ..... Quod etiam vbi integras præſtant, diuerſas expoſitiones commentati conuertant, & tantùm veritati obſtrepat adulter ſenſus, quantum & corruptor ſtylus ..... Non eſſe igitur in Scripturis conſtituendum certamen, in quibus aut nulla, aut incerta victoria*

de hæreſ. prol l. 7. & 4. & 17.

cap. 15. de præſc. & 17. & 19.

Digitized by Google

ib.7.strom. *est: aut parum certa.* Et ideo Clemens Alex. qui aduersus Ecclesiasticam traditionem Scripturas interpretantur, *regulam veritatis amisisse dicit.* Et Hieronymus, *non in verbis scripturarum esse Euangelium, sed in sensu, non in sermonum foliis, sed in radice rationis.* Vnde fit illum minimè scripturam accipere ab Ecclesia, vel habere, qui verba tantùm accipit, sensum verò & radicem rationis aliunde ipse inducit. Videant igitur Baiani quàm sapienter faciant qui eiusce rei exemplum ab Augustino petunt.

in cap. 1. ep. ad Gal.

Gratissimo videlicet Caluinum beneficio cumulant, qui cùm placita sua in communi antiquorum Patrum consensu intelligeret esse damnata, ne fateri cogeretur omni se patrono destitui, Augustinum quod isti faciunt, vel inuitum excepit: cum diceret, *esse illum optimum ex tota antiquitate ac fidelissimum testem, ideoque à se* sicuti, & à Baianis modò *sæpius citatum.* Atque hoc potissimum obseruat Caluinus in ea quæ cum Semipelagianis disputatur quæstione de Gratia, & libero arbitrio, vbi audacter pronuntiat Chrysostomi atque Hieronymi sententias *esse falsissimas*, cæterorum verò Patrum perplexas, ambiguas, & fluctuantes, *excepto*, inquit *Augustino.* Ac deinde, *Audiamus nunc Augustinum suis verbis loquentem, ne ætatis nostræ Pelagiani, hoc est Sorbonici Sophistæ, totam vetustatem nobis aduersam, pro suo more criminentur.* Vt hinc iam perspicere liceat, cum Caluino apprimè conspirare Pseudo-Augustinianos istos, qui cùm totam antiquitatem prioribus sæculis sibi aduersam esse fateantur, Augustinum à cæteris Patribus seductum trahere conantur in partes suas: sed quia fusè iam monstratum est, nihil aliud obtinere illos isto conatu, quàm vt iniqui videantur & Patribus, quos aberrasse calumniantur, & Augustino, quem dicunt reliquisse Patrum fidem, contra manifestam ipsius contestationem quâ se illis adhærere palam fatetur: impensè verò fauere contrariis etiam hæresibus, dum aliàs muniunt auctoritate Sanctorum Patrum, aliàs exemplo consilioque Augustini, restat vt

4. Inst. cap. 14. §. 26.

2. Inst. c. 3.

Digitized by Google

illum reducamus iiſdem verbis quibus ille Chryſoſtomum quoque reduxit eandem paſſum calumniam à Pelagianis, *Ecce etiam* Auguſtinum *numero illi adiungo Sanctorum, ecce inter meos teſtes, vel inter noſtros conſtituo iudices, quem putaſti patronum, ecce & ipſum dicturi ſunt* Baiani Semipelagianum. *Ingredere ſancte* Auguſtine, *ingredere & conſide cum Patribus tuis, à quibus nulla ratio, nulla tentatio te ſeparauit. Opus eſt & tuâ & maximè tuâ ſententiâ, quoniam in tuis litteris iſti* Baiani *inueniſſe ſe putant, vnde tot tantorumque Coëpiſcoporum tuorum ſe arbitrantur percellere & euacuare ſententias. Quod ſi verè tale aliquid inueniſſent, & quod ipſi ſentiunt te ſentire claruiſſet; num quam te vnum, pace tua dixerim, tot & talibus præferre in ea cauſa poſſemus, de qua numquam fides Chriſtiana & Eccleſia Catholica varianit,* (quando talis fuiſſe dicitur communis illius ſenſus,) *ſed abſit vt tu aliud ſaperes, & in ea tam præcipuus emineres.* Quæ ſi Baiani ea qua par eſt æquitate animi penſauerint, ſpero fore vt illos pœniteat & illatæ Patribus iniuriæ; & inhoneſti erga ipſum Auguſtinum officij, & pudendæ quam præſtant hæreticis omnibus tutelæ, ſatiuſque ducant illud de Patribus in poſterum vſurpare quod Tertullianus de Apoſtolis. *Non mihi tam benè eſt, imò non mihi tam malè eſt, vt Patres committam.*

lib. 1. contra Iul.

de præſcript cap. 24.

CAPVT VIII.

Eos qui ſanctum Auguſtinum commendant poſtulare ne ab alijs Patribus ſeparetur.

NOv-Auguſtiniani vt æquitatem conditionis illius quam proponunt, de ſequenda in omnibus doctrina ſancti Auguſtini auctoritate fulcirent, ſollicitè collegerunt omnia quæ vel à Concilijs, vel à ſummis Pontificibus in commendationem ſancti Doctoris dicta reperiuntur. Ex quibus dico manifeſtè confici, eſſe illum in vnitate atque conſenſu cæterorum Patrum ſequendum,

Digitized by Googl

hoc est, in tantum sequendum in quantum cum alijs consentit: et si dissentiret, deserendum. Nempe ijs qui eum commendant & sequendum alijs proponunt persuasum omnino facit, ipsius doctrinam non esse à cæteris Patribus diuersam, in iis quæ necessaria sunt ad conseruandam fidem & errores vitandos; esto vberius quædam exposuerit, subtilius distinxerit, efficacius probarit; creditum tamen est, hæc illa ipsa fuisse quæ in fide atque doctrina cæterorum sanctorum Patrum continebantur. Vnde sequitur eos qui Augustinum ab alijs separant, in eo in quo separant totam illam commendationem destruere, itáque sancti Doctoris authoritatem euacuare. Hoc autem faciunt qui dicunt sanctum Augustinum initio consentientem Patribus antegressis, & ipsum inter atque Origenem interiectis, in sententia perfectè Semipelagiana, postea dissensisse. Quod si verum esset, nec illa sententia rectè diceretur Semipelagiana: nec Augustinus debuisset illam deserere; nec sequi deserentem qui succedere. hoc autem probatur

Primò ex Cælestino in Epistola ad Episcopos Galliæ, vbi tametsi & Augustinum nominatim laudet, propterea quòd ipsum etiam nominatim Massilienses calumniarentur; doctrinam tamen, quam proponit sequendã, non Augustini tantum, sed aliorũ Patrum esse significat, dum de illo sic loquitur. *Quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, vt inter Magistros optimos etiam à meis decessoribus haberetur.* Non dicit esse Patrem Patrũ, doctorem Doctorum, primum Angelum inter cæteros Episcopos, inter omnes excellentissimum verè irrefragabilem & ineffabiliter mirabilem: habitum esse dicit à suis prædecessoribus Innocentio, Zozimo, Bonifacio *inter magistros optimos*, atque ita putabantur quidam alij sancti Patres esse quoque *optimi magistri*, à quibus si dissensisset Augustinus, quid putamus Cælestinum fuisse nobis præcepturum? vt optimos optimo postponeremus, & multos vni, quonam id iure? vel qua ratione?

Eodem

Digitized by Google

Eodem pertinet quod addit poſtea Cæleſtinus, dum arguit imperitiam & prauitatem eorum qui *pijſsimis diſputatoribus obuiare præſumerent, & tanquam Magiſtri noſtri neceſſarium modum exceſsiſſent* obloquebantur. Et notandum eſt dicta hæc eſſe in Maſſilienſes & Semipelagianos, qui de cætero Pelagium atque Cæleſtium anathematizabant, vt Pontifex loquitur, ſed errabant circa gratiam ad initium fidei neceſſariam ex horrore, vt dicunt Nou-Auguſtiniani, *antecedentis propoſiti & prædeſtinationis*, hos ergo dicit Celeſtinus obuiaſſe non Auguſtino ſoli, ſed *pijſsimis diſputatoribus & magiſtris*, quibus verbis non eſt dubium quin comprehenderetur etiam Hieronymus, qui, vt ait Auguſtinus, contra Pelagianos quoquè acerrimè diſputarat. Ergo qui erat proprius error Maſſilienſium, non erat ſolum contrarius Auguſtini doctrinæ, ſi credimus Cæleſtino, ſed aliorum etiam, maxime Hieronymi. Et tamen hic eſt error quo Nouus Auguſtinus implicatos fuiſſe contendit reliquos Patres Auguſtinum antegreſſos, & à quo *excuſari non poſsit* Hieronymus. negari igitur non poteſt, quin ille Patres diuidat, vbi Cæleſtinus coniungit,

ep. 92. ad Inno.

lib. 7. de hæreſ. Pelag cap. 7.

Quod probatur ſecundò ex Gelaſio Papa, qui Epiſtola ſecunda ad Picenos Epiſcopos, de Seneca quodam decrepito Pelagiano ſic ſcribit: *Adhuc maius ſcelus accreſcit: & ſub conſpectu & præſentia ſacerdotum, beatæ memoriæ Hieronymum atque Auguſtinum Eccleſiaſticorum luminа magiſtrorum muſca moribunda, ſicut ſcriptum eſt, exterminans olei ſuauitatem, lacerare contendit.* Ecce Hieronymus quoque *lumen eſt magiſtrorum*, ſicut Auguſtinus teſtimonio Romani Pontificis; nimirum quia ſicut multæ faces vnum producunt lumen indiſtinctum, quo circumpoſiti colores videantur; ita & Hieronymi atque Auguſtini aliorumque Patrum vna eademque doctrina fuiſſe ſupponitur, ad cuius ſplendorem hæreticorum tenebræ diſſiparentur. Quid igitur, Baianos putabimus magnifacere teſtimonia Romanorum Pontificum, dum has faces

Digitized by Google

ita distingunt, vt excusari non possit Hieronymus, quominus sparsisse putetur Semipelagianismi fumos, cùm Augustinus puram veritatis lucem diffunderet?

Adde quod est in decreto eiusdem Gelasij in Concilio Romano, quod refertur distinct. 15. cap. Sancta Romana, vbi cùm inter apocrypha recenseat Opera Cassiani & Fausti Regientis, propterea quod contineant errorem Semipelagianum; absolutè recipi in Ecclesia, & recipienda significat Opuscula sanctorum Cypriani, Athanasij, Nazianzeni, Basilij, Chrysostomi, Theophili Alexandrini, Cyrilli Alexandrini, Hilarij, Ambrosij, Hieronymi, sicut & ipsius Augustini: atqui hi sunt illi Patres qui Origenem inter & Augustinum vixere: qui si doctrinam habuere perfectè Semipelagianam, vt aiunt Nou-Augustiniani, quare Gelasius, qui eo nomine Cassianum & Faustum configit, illos admittit? Quare saltem de periculo lectores non admonet? quâ conscientiâ *legendos decernit*? & vide quo præiudicio decernit legendos; nempe *quod in nullo à sanctæ Romanæ Ecclesiæ consortiò deuiauerint: nec ab eius fide & prædicatione seiuncti sint.* Si diuersa fuit ipsorum & Augustini fides & prædicatio, nonne sequitur vel ipsorum, vel Augustini fidem & prædicationem ab Ecclesiæ fide ac prædicatione fuisse diuersam? Baiani quid dicitis?

Probatur tertiò, ex Cõcilio Arausicano, vbi cũ definiãtur quæcũque id temporis visa sunt esse necessaria confutãdis erroribus Pelagianorũ & Semipelagianorũ; ea tamen quæ definiũtur *ab Apostolica sede trãsmissa*, hoc est à Felice quarto Romano Pontifice, dicuntur in Præfatione *collecta esse*, non ab vno aliquo, verbi gratiâ ab Augustino, sed *ab antiquis Patribus, de Sanctarum Scripturarum voluminibus*, Et in conclusione iterum dicitur esse *definitiones*, non Augustini, sed *antiquorum Patrum*. Et tamen, inquiunt Baiani, hæc omnia sunt ex Augustino desumpta. Ita est. Hæc omnia ex Augustino fere verbatim & syllabatim sunt descripta: & hoc ipsum est quod vrgeo ma-

ximè contra Baianos diuidentes inter Auguſtinum & cæteros Patres. Quid enim cauſæ putamus eſſe, cur & Felix Papa, qui Capitula miſit Arauſica ab Epiſcopis ibi congregatis approbanda, & iidem ipſi Epiſcopi qui ea receperunt & approbarunt, quamuis ſcirent eſſe Auguſtiniana, non tamen ea vt Auguſtini, ſed vt antiquorum Patrum decreta promulgarint? An non eſt illud manifeſtum quoddam & demonſtratiuum argumentum, quo conuincitur illos cenſuiſſe non eſſe doctrinam hanc Auguſtini propriam, ſed illi cum cæteris antiquis Patribus communem? atqui hac doctrina continetur propriſſimè damnatio Semipelagianorum circa initium fidei & prædeſtinationem errantium: ergo creditum eſt à Felice & ab Arauſicano, doctrinam qua damnatur error ille, non eſſe Auguſtini propriam, ſed illi cùm cæteris antiquis Patribus communem. Quomodo autem potuere Patres illi antiqui, & doctrinam tradere de initio fidei, déque prædeſtinatione perfectè Semipelagianam, ſimul & eam cum Auguſtino condemnare?

Confirmatur ex Bonifacio ſecundo Epiſtola ad Cæſarium Arelatẽſem qua Synodum Arauſicanam cõfirmat, ea potiſſimum parte qua fidem quoque nos non habere definierat, niſi ex præcedenti gratia per Chriſtum, ſicuti doctrinam *à multis Patribus, & præ cæteris à Beatæ recordationis Auguſtino traditam & conſentaneam Catholicis Patrum regulis*? Vbi vides hîc iterum Auguſtinum cæteris Patribus ita coniungi, vt præ cæteris quidem quæſtionem tractaſſe dicatur, non tamen contra cæteros. Falſum eſt igitur illorum ſententiam fuiſſe perfectè Semipelagianam.

Probatur quarto, ex Concilio Conſtantinopolitano Generali quinto, quod ſic loquitur collatione tertia. *Super hæc ſequimur per omnia ſanctos Patres & Doctores Eccleſiæ Athanaſium, Hilarium, Baſilium, Gregorium Theologum, & Gregorium Nyſſenum, Ambroſium, Auguſtinum, Theophilum, Ioannem Conſtantinopolitanum, Cyrillum, Leo-*

Digitized by Google

nem, Proculum: & suscipimus omnia quæ de recta fide & condemnatione hæreticorum exposuerint. Hîc ego peto à Baianis vt dent gloriam Deo, & candidè fateantur an non hi sancti Patres, Athanasius, Hilarius, Basilius, ambo Gregorij, Theophilus, Chrysostomus, Cyrilius, sint Patres illi *præsertim Græci*, quos dicunt Origenem inter & Augustinum habuisse doctrinam *perfectè Semipelagianam*, circa prędestinationem, & gratiæ necessitatem ad initium fidei: & à quorum sententia volunt Augustinum, *Deo reuelante*, discessisse? si non sunt illi, nominent alios. Quomodo igitur Concilium dicit se illos per omnia sequi? per omnia sequitur habentes doctrinam perfectè Semipelagianam? per omnia sequitur dissentientes inter se? per omnia sequitur bonos & malos, hoc est errantes & recte sentientes? de recta fide, id est, de necessitate gratiæ ad credendum, & de prædestinatione falsa exposuerunt eorum plerique, vt dicitis; vnus Augustinus veritatem inuenit; Cõcilium tamen omnes illos per omnia sequitur, & suscipit omnia quæ de recta fide exposuerunt? Non putauerunt plerique doctrinam Semipelagianorum esse damnandam, vni Augustino contrarium reuelatum est, Concilium tamen suscipit omnia quæ de condemnatione hæreticorum scripserunt? Quid est omnia quæ illi scripserunt? omnia quæ scripsit Augustinus, & omnia quæ alij scripsere? atqui sunt contraria, vt dicitis. Nonne hinc manifestè colligitur, communem consensum, id esse, quod in Patribus illis approbatur; ac proinde Augustinum in eo approbari quod illi commune cum aliis est; in eo quod est proprium, si est aliquid tale, non approbari? Nonne igitur illi qui separant, & qui seducto ac dissidenti adhærendum contendũt, & Conciliis, hoc est Ecclesiæ, contradicunt: & de ipso pessimè merentur Augustino?

de hæres. Pelag lib. 7. cap. 4. & 8.

Et quia illi gloriari solent de authoritate Concilij Valentini, & Ecclesiæ Lugdunensis, eorumque authorum qui restitere Hincmaro in causa Gotescalci, videa-

Digiti[illegible] by Google

mus quid eorum quoque ſuffragiis conſequi poſſint.

Probatur igitur quintò, ex Concilio Valentino tertio Canone, vbi contra Semipelagianos potiſſimum, qui germanos, vt Baiani contendunt, Auguſtini diſcipulos ſub nomine Prædeſtinatianorum hæreticorum traducebant; ſic loquitur. *Nouitates vocum & præſumptiuas garrulitates, vnde potius inter fratres ſcandalorum & contentionum fomes excitari poteſt, quàm ædificatio vlla timoris Dei ſuccreſcere, cum ſtudio omni deuitamus. Indubitanter autem Doctoribus piè & rectè tractantibus verbum veritatis, ipſisque ſacræ Scripturæ lucidiſſimis expoſitoribus, id eſt, Cypriano, Hilario, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino, cæteriſque in Catholica pace quieſcentibus, reuerenter auditum & obtemperanter ſubmittimus: & pro viribus quæ ad ſalutem noſtram ſcripſerunt, amplectimur.* Et Canone quarto. *Item de Gratia per quam ſaluantur credentes, & ſine qua rationalis creatura numquam bene vixit: & de libero arbitrio per peccatum in primo homine infirmato, ſed per gratiam Domini Ieſu fidelibus eius redintegrato & ſanato, id ipſum conſtantiſſimè & fide plena fatemur quod ſanctiſſimi Patres authoritate ſacrarum Sripturarum nobis tenendum reliquerunt?* Quid dicitis Baiani? Valentina Synodus Auguſtinum ſibi ſequendum proponit, contra alios Patres, an cum alijs? cum Valentino vero Lingonenſis iungenda eſt, atque etiam Tullenſis, quæ Valentinæ ſanctiones comprobarunt. Et hæc erat mens vt dicitis Epiſcoporum trium Prouinciarum Arelatenſis, Viennenſis, & Lugdunenſis.

de hæreſ. Pelag. lib. 3. cap. 13.

Probatur ſextò, ex Prudentio Trecenſi Epiſcopo, qui præ cæteris reſtitiſſe dicitur Hincmaro Rhemenſi & Rabano Moguntinenſi, aliiſque Epiſcopis in Concil. Cariſiaco cõgregatis, quos Baiani ſuſpectos eſſe volunt hæreſis Maſſilienſium. Ergo Prudentius ille apprimè, vt ſupponunt orthodoxus, appriméque Auguſtinianus, in Epiſtola Tractoria quam per Vicarium miſit ad Ordinationem Æneæ Pariſienſis Epiſcopi, nihil aliud exigit vt

Digitized by Google

consentire possit illi ordinationi, quam vt qui ordinandus est, *Apostolicæ sedis omnibus institutis, & Beatorum Patrum Innocentij, Zozimi, Bonifacij, Xisti, Leonis, Gelasij, Cælestini, Gregorij, Hilarij, Ambrosii, Augustini, Isidori, Primasij, Fulgentij, Gregorij, Hieronymi, Cassiodori, Bedæ, aliorumque æque Catholicorum atque orthodoxorum virorum scriptis & dictis: ac specialiter super quatuor Capitulis, quibus omnis Ecclesia Catholica aduersus Pelagiũ eiusque hæreseos sequaces pugnauit ac vicit, atque ad posterorum memoriam litteris authoritate & veritate plenissimis mandauit, confitendo subscribere & subscribendo confiteri velit.* Quatuor illa Capitula sunt, *de libero Arbitrio, de gemina prædestinatione, de morte Christi pro salute hominum, de voluntate Dei circa eorumdem hominum salutem.* Fac ab Æneâ interrogari Prudentium, quid vis vt faciam? quomodo sequar istos Patres, sigillatim vnumquemque? Atqui sequendo Hieronymum & anteriores Augustino, fio perfectè Semipelagianus; simul omnes? sed illi contraria dicunt; & quis sequatur diuersis atque oppositis gradientes itineribus?

Adde, quod mirabilius est, hunc eumdem Prudentium, in hac ipsa controuersia scribentem contra Ioannem Scotum Erigenam, prefari se *reuolutis Patrum consonis per omnia paginis quid quisque eorum antidoti contra venena eiusdem Scoti confecerit decerpere fideliter curasse, præfixo cuiusque Doctoris nomine libroque pariter intimato*: ac deinde catenam nectere toto libro testimoniorum collectorum ex Augustino, Prospero, Fulgentio, item ex Hieronymo; & passim ex Ambrosio in Commentarijs Epistolarum sancti Pauli. Consonant igitur per omnia illi authores contra reliquias illas Pelagianorum, quas trahebat Erigena, & ex consona illa & conspirante doctrina suppeditant quidquid necessarium est conficiendo antidoto quo vincatur Massilienſium venenum; sunt orthodoxi Patres & Catholici, quorum scriptis & dictis omnis Ecclesia Catholica aduersus Pelagium eiusque

hæreſeos ſequaces pugnauit & vicit; ſuper quatuor illis Capitibus, & quorum doctrinam litteris mandauit authoritate ac veritate pleniſſimis. Bene habet. Interrogo autem modò, quis ſit ille Ambroſius cum Auguſtino, & Hieronymo, *per omnia conſonus*, præſertim in Commentario Paulinarum Epiſtolarum? Reſpondet Nouus-Auguſtinus, non eſſe Ambroſium, ſed *Ambroſiaſtrum* aliquem, qui ſcripſit ante Auguſtinum ſicut Tyconius & Hieronymus; ideóque *apertiſſimè* docuit eundem errorem de initio fidei à diuina gratia independente; *neque fidem ſolum in naturali poteſtate conſtituit, ſed etiam, vt Maſſilienſes, ipſam boni complacentiam*; & cum ijſdem *centies repetita ſententia prædeſtinationem ex præſcientia ſiue ex præuiſa hominis fide ſuſpendit.* Ex quibus erroribus facile intelligatur quantum illi Commentario tantopere à recentioribus nonnullis prædicato tribui debeat, *quo Deum velle dicit omnes homines ſaluos fieri, ſi & ipſi volunt.* Nihil aliud ſpirare ſcripta hæc, quàm id quod omnes Maſſilienſes, *de credendo & inquirendo medico vno ore tradiderunt.* Vnde pateat, *quàm procul abſit à vera intelligentia diuinæ Gratiæ*, Suares, *qui in tam perſpicuis hærentem erroribus grauem, & Catholicum authorem cenſeri vult. Cauendum ijs qui tantum ſubſidij ſitum eſſe putant in huius & ſimilium authorum verbis pro illa quam docent gratia poſsibilitatis & voluntate ſalutis omnium quam Deus habet, ne imprudentes Semipelagianam ſententiam tenere, tradere, ac defendere conuincantur.*

lib. 7. de hæreſ. Pelag. cap. 4.

Itaque Ambroſiaſter ille in perpetuis hæret Semipelagianorum erroribus, circa prædeſtinationem ex præſcientia ſuſpenſam, circa gratiam poſſibilitatis, hoc eſt, cuius vſus vel non vſus libero relinquatur arbitrio, *circa voluntatem ſalutis omnium* quam putatur Deus habere, & falluntur, & quidem *periculosè*, qui putant eſſe *grauem*, & *Catholicum authorem*: & tamen Prudentius dum eoſdem confutat errores, adeò grauem adeôque Catholicum eſſe putat hunc Ambroſiaſtrum, vt non dubitet eſſe

Digitized by Google

ipſummet Ambroſium; adeóque parũ ſuſpectam habet de Semipelagianiſmo illius doctrinam, & per omnia *conſonam* putet cum Auguſtini doctrina & circa vim liberi arbitrij, & circa prædeſtinationem, & circa voluntatem Dei de ſalute omnium, & circa gratiam indifferentem: & antidotum reperit, vbi Nouus-Auguſtinus venenum eſſe calumniatur. Eligite Baiani, & vel Prudentium reiicite, quem nuper inſcripſiſtis vniuerſali ſanctorum Calendario, pro ſuprema quam ambitis in ritus Eccleſiaſticos poteſtate: vel eiurate Nouum-Auguſtinum, qui Patres committit vbi Prudentius conciliat: & ſingularem facit antiquum Auguſtinum, vbi viſus eſt Prudentio & concinere aliis, & conſonare.

Probatur ſeptimo ex beato Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi, in libello *de tenenda vnitate Scripturæ*, cap. 2. vbi conqueſtus de ijs quos ſuſpicabatur redolere Pelagianiſmi reliquias, quod impugnarent, *Beatiſsimorum Patrum* præcipuéque *ſancti Auguſtini reuerendam, & in omni Eccleſia Catholica receptiſsimam authoritatem*, præfatur, ſe quæ ſcribit in hac controuerſia, *non ſuo ſenſu aut præſumptione, ſed manifeſtiſsimis ſcripturarum teſtimoniis, & præfatorum ſanctorum Patrum venerabili authoritate firmare, à quorum veſtigiis*, inquit, *& vnitate abſit, vt vel nos, vel illi, quorum charitate compulſi hæc dicimus, vllatenus recedamus, ne ab ipſis diuiſi, ab ipſo Domino diuidamur.* Ac deinde citat in decurſu Cyprianum, Athanaſium, Hilarium, Ambroſium, Hieronymum, Auguſtinum. Supponit ergo & eſſe vnitatem inter illos Patres, & vnanimem conſenſum in ea doctrina, quæ ad vitandum Semipelagianiſmum neceſſaria eſt; & quamuis emineat Auguſtinus, antiquiorũ tamen terere veſtigia, quod ſi exorbitaret ab aliorum ſemita, quippe quorum ſententia eſſet, vt volunt Nou-Auguſtiniani, perfectè Semipelagiana, quid facturum putamus Remigium, qui vult eorum *veſtigia* premere in hiſce controuerſiis, & *vnitati* adhærere? quid inquam faceret in illo biuio, in quo volunt

Hieronymum

Hieronymum cum alijs Patribus ſiniſtrorſum aberraſſe: Auguſtinum verò *Dei reuelatione* monitum dextram tenuiſſe? poteſt Remigius nolle diuidi ab ijs qui diuiſi ſunt? ſeipſum aut ſecet medium, aut multiplicet neceſſe eſt ſi tales ſunt Patres, quales Baiani volunt, vt omnibus adhæreat.

Confirmatur ex eo quod etiam præfatur idem B. Remigius & eius nomine Eccleſia Lugdunenſis in libello de tribus Epiſtolis, vbi pariter promittit ſe *non ex ſuo ſenſu, ſed ex ſcripturarum ſanctarum immobili veritate, & Beatiſsimorum Eccleſiaſticorum Patrum fundatiſsima authoritate loqui.* Et deinde tradit ſeptem quaſdam regulas fidei, ex diuinarum ſcripturarum authoritate orientes, *& à ſanctis atque orthodoxis Patribus diligentiſsimè commendatas*, de præſcientia ſcilicet & prædeſtinatione diuina, quas *Catholicus quiſque fideliſsimè tenere debeat, & quicumque iis contraria ſapiat non Catholicè ſentire probetur*, vnde poſtea in fine libri concludit omnia quæ ſcripſit: *ex fideliſsimorum & clariſsimorum Patrum diſputationibus ſumpta eſſe*: Patres autem quos laudat, ſunt omnes illi quos iam dixi, & in abſolutione quæſtionis annexæ citat inſuper Pacianum Barcinonenſem, & B. Ambroſium in expoſitione Epiſtolæ ad Epheſios, hoc eſt, vt Baiani volunt, *Ambroſiaſtrum.* Huic choro Patrum antiquorum iungit Remigius Auguſtinum, & ab ijs ſimul cantari putat anathema Semipelagianis. Qualis autem erit hæc muſica, ſi diſſonæ ſunt voces? & quomodo iungi poteſt Auguſtinus Hieronymo & Ambroſio, vel Ambroſiaſtro, vt quod rectum eſt pronunciet contra Semipelagianos, ſi eorum doctrina Semipelagiana eſt? Num pronunciabunt contra ſe ipſos?

Inter eos qui nono ſæculo pro doctrina ſancti Auguſtini contra reliquias Pelagianorum fortius pugnarunt, præter Remigium Lugdunenſem, & Prudentium Trecenſem, producunt Baiani duos Lupos, ſed qui non alios habent dentes, quàm quibus ipſimet Baiani mordeantur,

Digitized by Google

Alter est Lupus Seruatus Moguntinensis, vt dicunt, Presbyter, alter Lupus Ferrariensis Abbas, ex Ordine sancti Benedicti.

Probo igitur octauò, eundem esse illorum authorum sensum de Augustino, non seorsim, sed cum alijs Patribus antiquioribus sequendo, in huiusmodi controuersijs, & primo Lupus Seruatus in prima quæstione quam tractat, quæ est de libero arbitrio, sic loquitur: *Nostri autem authores facilè sapientia superiores* profanis scilicet authoribus, *quia Diuina eloquentia pares, quam cùm volunt exerunt, cùm volunt abscondunt, Cyprianum loquor, Augustinum, Hieronymum, & Ambrosium, & quosdam alios, & mentem Diuinorum eloquiorum penitus inspexerũt, & nobis salubriter expresserunt, scilicet egere nos in bonum arbitrio liberando: & Dei gratiam non secundùm merita nostra dari:* & deinde Hieronymum citans; *Hieronymus*, inquit, *Diuina & seculari doctrina præcipuus, & velut quidam parens cum Augustino Ecclesiasticæ Philosophiæ, quæ humanam nec multum appetit, neque in omnibus contemnit, Pelagianam hæresim potenter debellans*, si, inquit, &c. Atque hi sunt illi Patres, quos hic author in Præfatione vocauit harum quæstionum *tractatores clarissimos*, & *defensores inuictissimos veritatis*. quorum sensa, *anxiè diúque scrutatus sit, quorum sole clariora sint opera, Diuinis irradiata eloquiis, ex quibus hauserit doctrinam quam hic tradit.* Ergo non ex Augustino solo, sed ex alijs quoque Patribus Cypriano, Ambrosio, Hieronymo, colligitur orthodoxa de tribus quas tractat quæstionibus doctrina, hoc est de libero Arbitrio, de Prædestinatione, de Redemptione Sanguinis Christi, pro quibus scilicet fusus sit. Omnes illi mentem diuinorum eloquiorum *penitus inspexerunt*, & nobis *salubriter expresserunt*, omnes sunt *clarissimi tractatores*, & *inuictissimi defensores veritatis*, quæ tribus istis quæstionibus quæritur: omnium scripta *sole clariora* & *diuinis eloquiis irradiata*.

Hieronymus præ cæteris vides quomodo laudetur,

Digitized by Google

tanquam *alter cum Auguſtino Eccleſiaſticæ Philoſophiæ parens*, tanquam *præcipuus* in diuina & ſeculari doctrina, tanquam *potens debellator* hæreſeos Pelagianæ. His verò nequicquam obſtantibus, Hieronymum in ijs quæſtionibus & Lupo, & Auguſtino eſſe contrarium, & dum contra Pelagianum errorem fortiùs pugnat, fallente veſtigio lapſum eſſe ſordidumque ac lutoſum ex eo lapſu ſic remanſiſſe, vt lauari, hoc eſt excuſari non poſſit, affirmare non verentur. Quod autem dicunt, Auguſtinum eſſe *Patrem Patrum*, &c. viderint quomodo concilient cum eo quod dicit Lupus hic, Hieronymum eſſe præcipuum in diuina & ſeculari doctrina, & eſſe alterum cum Auguſtino Eccleſiaſticæ Philoſophiæ parentem.

Neſcio an Baiani ſatis attentè legerint quod eſt in quæſtione ſecunda de Prædeſtinatione, vbi poſt allatum Cæleſtini Papæ teſtimonium in commendationem ſancti Auguſtini, *verùm*, inquit Seruatus, *ne, quod cauendum etiam ſecularibus litteris dum imbueremur cognouimus, amore Doctorum amplecti iudicemur errores eorum; vnde probè idem Auguſtinus dehortatur in memorato de dono perſeuerantiæ libro his verbis, quamquam neminem velim ſic amplecti omnia mea, vt me ſequatur niſi in his in quibus me non errare perſpexerit; ac non potius vnde potiſſimum quærendum eſt veſtigare veritatem: procedat Paulus in medium*, &c. Nolo hîc vllum adhibere commentarium. Rogo tantum Baianos, vti verba hæc Lupi Seruati paulò attentiùs expendant; videantque vtrum ita Cæleſtinum intellexerit vt inde ſequatur Auguſtinum eſſe *vnum inſtar omnium & ſupra omnes*, quem ſolum & ab aliis ſeiunctum tuto ac ſine vllo errandi periculo ſequi poſſimus.

Denique in tertia quæſtione quæ eſt de Chriſti Sanguine pro omnibus fuſo permittit Lupus, vt ſequatur quiſque quod Chryſoſtomus dixit, & quod Nouus-Auguſtinus in Ambroſiaſtro tanquam *Semipelagianum* reprehendit, Chriſtum ſcilicet pro omnibus omnino mortuum; verba illius ſunt. *Verùm ne me irridendum & reſpuẽ-*

Digitized by Google

dum pronuncient quibus placet omnes siue bonos siue malos indifferenter à Christo redemptos, ponam vnum quod cum eis faciat testimonium: & eos omnes vt opinor in gratiam reduxero. Ioannes Constãtinopolitanus doctrina & sanctitate iuxta insignis Epispcous gratia Dei pro omnibus gustaueritmortem,quod II.b.3. *supra posui, sic exposuit; Qualiter gratia Dei pro omnibus gustauerit mortem, non pro fidelibus tantum, sed pro vniuerso mundo, & ipse quidem pro omnibus mortuus est? quid autem si non omnes credant? id quod suum erat impleuit.* Ergo etiam Chrysostomum nobis sequendum Seruatus proponit, etiam in ea quæstione, in qua maximè suspectus Baianis est, eiusque sententiam idoneam putat conciliandæ inter dissidentes paci, vnde sequitur & non esse ipsum Augustino contrarium in hac quæstione; & Augustinum solum non esse huiusce controuersiæ arbitrum, sed cum aliis, etiam cum Chrysostomo.

At, inquies. Lupus alter, nempe Ferrariensis, non approbat illam sancti Chrysostomi doctrinam, vt patet ex Epistola ad Carolum Regem, & ex tertia quæstione collectanei. Ita inquam est, neque id ego iam ago, vt duos Lupos conciliem, quod tamen est factu facillimum, si illi bene capiant, de quo fortè aliquid postea. Hoc tantùm intendo quod iam monstratum est,Lupum Seruatũ eximium doctrinæ Augustinianæ defensorem, vt Baiani volunt, id tantum probare,quod illi putat esse cõmune cum cæteris Patribus, à quibus illum Baiani separant: & eandem dico fuisse mentem alterius Lupi, hoc est, Ferrariensis; quod sit ostendo. Nam hoc etiam in citato iam collectaneo super iisdem tribus quæstionibus quas Seruatus tractat,cùm dicit se hausisse, non ex Augustino solo, sed ex aliis etiam Patribus; *Non a spernabitur*, inquit, *lector, si deferam per quos profeci & proficio Doctores, vel si in obscurioribus sententijs aliquid lucis infundam*, ac deinde Augustini, Ambrosii, Hieronymi loca colligit, & Hieronymum vocat *clarissimum & celeberrimum Doctorem*, agnoscit singulares illius laudes à Gelasio Papa & Se-

in Præf. qu 1 & 3. in ep ad Carolum & quæst. 3.

Digitized by Google

ptuaginta Episcopis, à quibus receptã agnoscit eius doctrinam, sicuti & Augustini. Et allatis Augustini testimoniis, additurus testimonia Hieronymi, sic orditur, *Alterũ lumen tractatorum Hieronymus*, ac tandem *duo clarissima lumina* Doctorum vocat Augustinum & Hieronymum, quorum vnus, vt Baianis placet, tenebras spargit, vbi alius veritatem illustrat. Non possunt negare Nouo-Augustiniani, quin liberaliter agamus cum illis. Iubent nos in inuestiganda doctrina quam Ecclesia tenuit nono seculo fidem abrogare Hincmaro & Concilio Rhemensi, suspectum habere Rabanum & Concilium Moguntinense, Carisiacum multorum Episcoporum vocare *conventiculum*, in quo indiscussæ quæstiones præcipiti sententia fuerint definitæ. Paremus iniquæ conditioni, & eorum quos substituunt iudicium sequimur, hoc est Concilij Valentini, Prudentij Trecensis Episcopi, Remigii Archiepiscopi Lugdunensis, Lupi Seruati, & Lupi Ferrariensis. Illi autem proponunt nobis sanctum Augustinum non seorsim, sed cum antiquioribus Patribus Græcis & Latinis sequendum. Paratis hoc consilium amplecti superuenit Nouus Augustinus ex improuiso, & clamat, ne facite. Patres illi alii sententiam sequuti sunt *perfectè Semipelagianam*: & Hieronymus *excusari non potest*, Vnus Augustinus sit instar omnium, quippe qui prius cum aliis erranti reuelatum est, vt doctrinæ societatem desereret, & contrariam sententiam sequeretur. Baiani quis est iste ludus? Ludum autem cur dico? fraus erat fortasse potius vocanda. Intellexerunt nimirum si sua dogmata examinarentur in communi sanctorum Patrum consessu, reiiciendos à Latinis quos Græci damnassent: nec admissurum Ambrosium quem Basilius non probasset; & vapulaturos apud Hieronymum quos Chrysostomus dixisset reos: vnde vt hanc tempestatem effugerent satius visum est, venerandum illum cœtum sanctorum Patrum in suspicionem vocare Semipelagianismi, vnumque inde, ne pupilli omnino viderẽtur,

Digitized by Google

Auguſtinum detrahere, cuius verba quædam in ſuos errores ſperarent detorquenda, faciliùs eſſe imponere vni quàm multis, quòd multorum coniuncta vox intentiùs ac fortiùs ſonet: nec ſucceſſuram anticipatarum opinionum probationem, ſi vbi obſcurior videtur Auguſtini ſententia ex perſpicuis cæterorum Patrum verbis eruere illam cogerentur. Cæterùm ne in hominum offenſionem incurrerent, & publicum odium, exaggerandas eſſe Auguſtini laudes, & prædicandum *Patrem Patrum*, *Doctorem Doctorum*, verè *irrefragabilem*, verè *ſolem*, verè *Angelum* inter homines, *qui naturalis & gratuiti luminis abundantia* omnes ſcriptores Græcos & Latinos ſuperarit, & cum D. Paulo *matricem* & *fontem* omnium concluſionum, quæ de gratia educi poſſunt, inuenerit, ac proinde vnum illum eſſe debere *inſtar omnium*, *loco omnium*, *ſupra omnes*.' Caluinus hanc inire viam cœperat, eidem inſtitit Nouus-Auguſtinus. Nobis verò ſancti Auguſtini laudes placent quàm maxime; ſed magnam putamus iniuriam eſſe, in rebus fidei laudem quempiam à ſingularitate doctrinæ ac proprietate, atque à diſſenſione à cæteris Patribus, quippe cùm id tantum Catholicum ſit, quod ſententiæ communio conſenſuſque commendat. Auguſtinum igitur in vnitate ac conſenſione cæterorum Patrum ſequendum eſſe. Quod ſi quid afferretur ab alijs diſſonum, vel non fore illud Auguſtinianum, vel non fore ad tuendam fidem, & vitandos errores neceſſarium. Et hoc dico iam probatum eſſe per Concilia generalia, particularia, per Romanos Pontifices, per Epiſcopos, quotquot Auguſtinum commendant, pérque Auguſtinum ipſum, quem Nouo-Auguſtiniani ſequentes fugiunt.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Quid ſentiant Baiani de Scholaſticis Doctoribus.

BAiani quia non ſolùm antiquorum Patrum præſidio ſe deſtitutos vident, ſed inſuper Scholaſticorum Doctorum confertim irruentium impetus experiũtur, eadem vtroſque ratione repellere conantur, Auguſtini videlicet authoritate, quæ vt videtur illis eſſe tanta, quantam æquare cæterorum omnium Patrum multitudo non poſſit: ita & Scholaſticorum præillo vilem turbam deſpicari ſe poſſe confidunt. *Multum videlicet illos ab Auguſtino, atque adeò à veritate aberrauiſſe amore philoſophiæ naturalis ebrios, & de Schola Babylonem quandam feciſſe Cymmeriis tenebris ac confuſione turbatam: ſtrigoſas eſſe quæſtiones quibus vniuerſa Scholaſtica nunc ab omni parte plena eſt: neque id mirum. Eſſe enim Theologiam recentem ad humanæ rationis modulum & gentilis Philoſophiæ regulas concinnatam: deſperatum eſſe profectum eorum qui legere Auguſtinum volent animo philoſophiæ Ariſtotelicæ vel Scholaſticæ recentioris opinionibus præoccupato.* Vnde facilè intelligas quantum vel ipſe ſanctus Thomas in eo ſtudio proficere potuerit. Pergunt, *Auguſtinum vel in grauiſſimis rebus quantum hallucinari potuit hallucinatum*; quod dictu temerarium eſt; vel recentiores *ab oſtio veræ Philoſophiæ fide ſaluâ tantùm aberraſſe; vt neque fidem Chriſtianam, neque ſpem, neque cupiditatem, neque charitatem, neque naturam, neque gratiam, neque vitium, neque virtutem, neque opus bonum, neque peccatum, neque meritum, neque mercedem, neque præmium, neque ſupplicium, neque beatitudinem, neque miſeriam, neque timorem, neque amorem, neque miſericordiam, neque iuſtitiam, denique neque vetus, neque nouum teſtamentum intelligere videantur.* Vide, amabo te, amice Lector, vllæ-ne beſtiæ reperiri poſſint, & Doctoribus, & Auditoribus Scholaſticis abſurdiores.

Ianſen. tom. 2. lib. 1. cap. 3. 8. 9. 18. 29. 30.

Et ne aliquis putet huius tantùm ætatis aut Ordinis vnius scholasticos peti, malum hoc à quingentis circiter annis cœpisse putant, vnde negant *vlla opinationum Scholasticarum vetustate, quantocumque patrocinantium numero roboratam, quibuscumque locis diffusam, quotcumque ætatibus propagatam, fidem Ecclesiæ maculare; quæ nulla opinionum vetustate terreri debet aut impediri, quin opiniones huiusmodi ad incudem reuocet. Non ideò irrepresibilem esse doctrinam, quia est inueterata, & in scholarum pulpitis familiaris: si constet toties probatis ab Ecclesia Augustini placitis aduersari: plus illi vim tribuendum quàm Theologorum quantumlibet numerosæ multitudini: esse vnum illum instar omnium, loco omnium, supra omnes: ad illum prouocandum ab omnibus quantumuis numerosis, &c.*

Iansen. loco cit. cap. 30.

Quod si quis contenderet exceptum saltem esse Dinum Thomam ab illa cæterorum aberratione, præter quàm quod constat, vt dixi, & Aristotelicis illum principiis maximè addictum fuisse, &, quæ dicuntur strigosæ, quæstiones sectatum; diserte fatentur Baiani non sine magnâ ratione dici, *Difficillimè aut nullo pacto fieri posse, vt qui in Scholastica Theologia præcelluerit, in Positiua quam vocant simul primas ferat, & hoc in sancto Thoma & Caietano demonstratum esse: sistendum tamen esse intra terminos Positiuæ illius, si quis exorbitare nolit, & contentum esse oportere Scripturis sacris, antiquorum Patrum scriptis & Conciliis; reiectâ cæterarum quæstionum, & quæ inde possunt deduci conclusionum, non necessariarum ad confutandos Hæreticos inani multitudine.* Ita se illuminatos post assiduum multorum annorum laborem & ternam vicenamque librorum Augustini lectionem.

Iansen. ib.

Ego tria tantum habeo, quæ reponam hisce scholarum & Scholasticorum accusatoribus. Primum, illos cum Libertinis, & de fide Catholica male sentientibus conspirare. Secundum censuram illam ab Ecclesia fuisse repudiatam Scholasticis patrocinante. Tertiò assignare conabor idoneas tum illius odii, tum huius patrocinii rationes:

Digitized by Google

rationes: vnde constabit Augustinum ab Scholasticis immerito diuelli.

CAPVT X.

Conspirare Baianos cum Hæreticis & Libertinis in illo Scholasticorum odio atque contemptu.

HÆRETICIS & dubiæ fidei hominibus inuisam semper Scholasticam fuisse vt probemus, non longè quærenda sunt argumenta. Occurrit statim in Concilio Constantiensi Articulus Vvicleffi vigesimus nonus his verbis conceptus, *Vniuersitates, studia, Collegia, Graduationes, & Magisteria in eisdem, sunt vanâ gentilitate introducta, & tantùm prosunt Ecclesiæ sicut Diabolus.* Designantur hoc loco sine dubio potissimum Theologi Scholastici; neque enim crediderit Vvicleffus, Iurisperitos, Medicos, Mathematicos Ecclesiæ nocere *sicut Diabolum.*

Erasmus in hoc argumento, vt aliàs semper, disertus est. *Iam,* inquit, *ars esse cœpit Theologia potiùs quàm sapientia: theatrica veriùs quam ad veram pietatem accommoda. Hanc præter ambitionem & auaritiam vitiarunt & aliæ pestes, adulatio, contentio, superstitio. Quibus rebus tandem eò ventum est vt Christus ille purus, propemodum esset obrutus humanis cogitationibus, limpidissimi quondam Euangelicæ doctrinæ fontes Philistæorum scrobe oppleti, diuinæque Scripturæ regula nunc huc, nunc illuc detortâ, nostris seruit affectibus potiùs quàm gloriæ Christi.* Eodem pertinent quæ idem habet præfatione in Hilarium, vbi Scholasticos *Rabinas* vocat, *quos pudeat nihil habere quod respondeant;* vbi *plus quæstionum, & atrociores tumultus ab illis excitatos orbi putat, quàm olim à temeritate Arrianorum,* vbi, *curiosas & propemodum impias ab iis moueri quæstiones, & definiri quæ citra salutis dispendium vel ignorari à nobis poterant, vel in ambiguo relinqui,* vbi *quæ illi tractant adeo ad vitæ pietatem nihil facere, vt nusquam* magis locum *habeat illud Pauli, scientia inflat.*

Præf. in Paraphras. ep. ad Ephes.

Digitized by Google

Nimirum bonus iste rerum perditarum instaurator Scholasticorum studia reducit omnia, *ad solam sacræ Scripturæ meditationem, linguarum bonarum, vt vocant, literarum cognitione adiutam*, vt ipse dicit præfatione citata in Paraphrasim Epistolæ ad Ephesios. Dialogo verò, qui *Pietas Puerilis* ab eo inscribitur, disputãdi modum Theologorum eo nomine reprehendit, quòd eo ad dubitandum de ijs quæ ad fidem pertinent ingenia hominum assuescant: magnopere autem referret scire quis fuerit ille disputandi modus, qui Erasmum adeo fecit procliuem ad dubitandum de iis quæ ad fidem pertinent, vt vulgo inter Christianæ atque Catholicæ religionis amphibia numeretur.

Sequitur Lutherus, cui familiaris fuit inter conuiuia, & post mensam in Scholasticos ludus, vt constat ex secundo operum illius volumine, vbi censuram fingit Apologiæ Melanchthonis aduersus *furiosum decretum Theologastrorum*; sicut idoneam suarum nugarum materiam. Theologastros autem vocat Sorbonicos Doctores, qui inter aliàs multas Lutheri propositiones, has etiam condemnarunt.

» Propositio tertia, *Theologia Scholastica est falsa scripturæ*
» *& Sacramentorum intelligentia, & exulem nobis fecit veram*
» *& sinceram Theologiam.*

» Propositio quarta. *In sermonibus Ioannis Tauleri lingua*
» *Teutonica, plus reperio Theologiæ solidæ & sinceræ, quam in*
» *vniuersis omnium Vniuersitatum Scholasticis Doctoribus re-*
» *pertum est, aut reperiri possit in omnibus suis sententiis.*

» Propositio quinta, *Quo tempore cæpit Theologia Scho-*
» *lastica, id est illusoria, eodem euacuata est Theologia Crucis,*
» *suntque omnia plane peruersa.*

» Propositio sexta, *Libidinem corrumpendæ scripturæ iam*
» *fermè trecentis annis patitur Ecclesia incomparabili damno*
» *suo à Doctoribus Scolasticis.*

» Propositio septima. *Theologi Scholastici Aristotelis mo-*
» *ralia prorsus conuenire mentiti sunt cum Christi Paulique do-*

Digitized by Google

Etiná. His adde quas refert Melchior Canus ex Lutheri libro contra Latomum, *Theologiam Scholasticam esse aliud nihil quàm ignorantiam veritatis inanémque fallaciam, quam ad Coloss. cap. 2. Apostolus præcauet.* Et ex libro de Abroganda Missa priuata: *Academias esse Antichristi Lupanaria.* De locis Theol lib. 8. cap. 1.

Philippus Melanæthon, apud eundem Canum, *Lutetiæ natam esse dicit prophanam Scholasticem, quâ admissâ Euangelium obscuratum, ac fides extincta sit.*

Caluinus quid de Scholasticis senserit satis ipse prodit in controuersia de libero Arbitrio. Vbi & omnes in vniuersum, & nominatim Sorbonicos *Sophistas*, vocat, vt antea retulimus; *nouosque Pelagianos*, additque se quamuis non consentiat omnino antiquis Scholasticis, *multo magis tamen à recentioribus dissentire, qui Lombardum sequuti sunt, quippe quos putat ab Augustino longiùs recessisse.* Dum verò de Iustificatione disputat, *ineptire*, illos, *garrire*, impudentes, vt est ingenio ad conuitia & maledicta proiectissimo, sæpius pronunciat.

Nec diffitentur aduersarij iniquam hanc Hæreticorum in Scholasticos censuram, quàm se quoque improbare fingunt, confessi Theologiam Scholasticam ad pellendam tyronum ignorantiam methodi suæ luce, ac breuitate salubertimè tradi, & vecordes esse blaterones illos, & tenebriones qui doctrinam Scholasticam vniuersam respuunt, quæ non est aliud quam methodica diuinarum rerum tractandarum via. Iansl. lib. Procem. cap. 8. & 9.

Sed ex ijs quæ iam dicta sunt facilè intelligi potest, huiusmodi homines, aut, quod dicitur, eodem ore spirare calidum & frigidum: aut ludere in Hæreticos speciosa expostulatione, commentitii nimirum criminis reos. Interrogo enim quem ipsi modum Scholasticæ intelligant ac probent? Illum ne qui iam in vsu est in omnibus Catholicorũ academijs à tẽporibus Magistri sententiarũ, quẽ Parisienses, quem Louanienses, quem Salmanticenses retinent? In quo Thomistæ, Scotistæ, Nominales & Mixti cõueniunt? Per Galliam, Hispaniam, Germaniam,

Digitized by Google

Italiamque disperſi ? An alium quendam possibilem nondum expressum, sed expectandum ex illius, qui iam est, reformatione? si alium quendam, quid peccarunt Hæretici qui Scholasticos insectantur eos tantùm qui iam sunt, quique à tempore Lombardi floruerunt. Nam quod possit esse bonus quidam atque vtilis Scholasticæ Theologiæ modus, illi non negant? quin etiam à se inuentum putant ac Genevæ expositum & Leydæ Scholasticam nimirum ita censent à se reformatam sicut & Ecclesiam. Si vero intelligant Baiani modum illum qui hactenus in vsu est; *lucidum*, ergo putant quem dicunt esse *Cimmeriis tenebris* confusum; & salutem inde petunt, vnde putant importari perniciem. Quis enim ferat eo *saluberrimè* ingenia exerceri, vnde oritur perturbatio *Babylonica*? quis honestam studioso rerum diuinarum, Philosophiæ gentilis *ebrietatem*? quis vtile impedimentum illud quod sit necessario *deponendum*? si quis velit Augustini sensa penetrare, hoc est verum ipsum attingere? Quid? num volunt hominibus *saluberrimum* esse *hallucinari*? & ita *hallucinari*, vt sint stipitibus similiores & fungis, quàm Theologis, neque bonum scientes, neque malum: nec præmium, nec meritum, nec virtutem, nec vitium, nec vetus, nec nouum testamentum? *vniuersa Scholastica* inquiunt, *nunc ab omni parte plena est strigosis quæstionibus, ideóque illius veritates non pertinent ad secundum modum diuina penetrandi, qui est tutus & Christianorum proprius, sed ad primum qui est periculosus & proprius Philosophorum*; Et tamen nemo putare debet ab eo qui hoc dicit *sugillatam*? & *saluberrime* traditur quæ traditur cum periculo? & est tantùm *aliquorum abusus* quando constat *vniuersam in omni parte*, eo modo deprauatam? Fateantur ergo id quod res est, se in Scholasticis insectandis in speciem dissentire, re autem ipsâ blateronibus consentire Hæreticis que suffragari, & luxatæ fidei hominibus.

Ib Proem. cap. 9.

Digitized by Google

CAPVT XI.

Ab Ecclesia damnatum esse illud odium in Scholasticos.

ET ideo suspectum semper Ecclesiæ fuit libertinorum illud in Scholasticos odium, vt intelligi potest ex Concilio Constantiensi, vbi articulus ille Vvicleſi inter damnatos numeratur. Quem sensum, vt par erat, Sorbona sequuta est, cùm censuit *manifestè falsum esse* quod Erasmus dixerat, & *perperam assertum*, & *improba procacitate enunciatum, erroneè ac temerariè detrahere illum Scholasticæ doctrinæ, & ab eius studio peruersè homines retrahere, generalibus Concilijs contumelioſum esse illius de Scholasticis iudicium, temerariè, ignoranter, seditiosè, viam illum aperire dissoluendæ vnitati fidelium, nec non disseminandis perniciosis erroribus.* Eadem & in Lutherum Sorbonæ censura, *manifestè falsum esse*, quod dixerat de scientiis speculatiuis & Theologia Scholastica, *temerariè ac superbè assertum, ac sanæ doctrinæ inimicum, præsumptuosum, erroneum, errori Bohemorum damnato vicinum, stultum, malitioſum, impudens.* Ita Sorbona anno 1521. die 15. Aprilis.

Tit. 22. censur. Erasm. prop.

Tit. 19. cenſ. Luth. prop.

Quod si cui eo nomine suspecta videatur Sorbonæ Censura, quod in propria causa iudicium vsurpare nemo debeat, libenter assentior confitenti propriam hãc esse Sorbonæ causam, & qui Scholasticos vniuersim pungunt esse illos Sorbonæ potissimum iniurioſos, cùm eadem esse vtriusque exordia, Sorbonæ scilicet & Scholasticæ, hoc est methodicæ huius Theologiæ, eademque incrementa, inficiari nemo possit, qui aliquam habeat superiorum temporum notitiam, vt ingratos esse necesse sit, atque degeneres, si vlli vsquam reperiantur eius alumni, quibus probentur nuperi Scholasticæ Theologiæ obtrectatores.

Sed ne videar Scholasticos defendere iudicio tantum Scholasticorum, redeo ad Ecclesiæ tribunal & ora-

Digitized by Google

cula ſummorum Pontificum qui hactenus fere omnes Theologiæ Scholaſticæ Academias vel inſtituerunt ipſi, vel iuuarunt ſtipendijs, vel priuilegiis munierunt, vel teſtimonijs honorificentiſſimis decorarunt. Infinitum ſit, ſi velim hoc argumentum ſigillatim exponere, ac recenſere minutias quæ dixerint, quæ fecerint Romani Pontifices in gratiam Scholaſticorum. In promptu ſunt ſua cuique Academiæ diplomata & encomijs & hortationibus ad hoc ſtudium capeſſendum referta, vt omittam ea quæ de Diui Bonauenturæ, deque Diui Thomæ non ſanctitate modò, ſed & ſtudijs & doctrinâ celebrarunt? Nec Pontificibus tantum; Concilijs quoque curæ fuit hæc magiſteria promouere, commendare, tueri: hinc præclariſſima illa inſtituta quibus cautum, ne ſacerdotia quædam alijs conferrentur, quàm ijs qui gradum aliquem in ijs ſtudijs eſſent conſequuti, quibus Eccleſiaſticorum reddituũ penſiones deſtinãtur alijs ad Theologiam docendam, alijs ad diſcendá; quibus gratiarum multiplex genus atque immunitatũ vtriſque conceduntur. Hic ego Bayſtas interrogo, velint ne Dei Eccleſiã hactenus neſciuiſſe, quid agerent Scholaſtici, quidve detrimẽti importarent in doctrinam fidei, necne? Si neſciuit; quis ei reuelauit quod Eccleſiam vniuerſam celatum eſt, cùm eſſet ad tuendam fidem perneceſſarium? ſi non neſciuit, fidem ergo prodidit Eccleſia, deſeruitque officium ſuum quando *Cimmerijs* Doctoribus *Babyloniciſque*, fideles inſtituendos commiſit, à quibus ſciret *inebriandos* Ariſtotelicis principijs, implicandos *ſtrigoſis quæſtionibus*, ludificandos placitis *ad humanæ rationis modulum & regulas Gentilis Philoſophiæ concinnatis*, informãdos iſs imaginibus quæ omnem in Auguſtinianæ doctrinæ ſtudio profectum impediant exponentes continuis hallucinationibus, ad tantum denique ſtuporem adducendos *vt neque bonum, neque malum, neque nouum, neque vetus teſtamentum* diſtinguerent. An ergo dicenda erit columna & firmamentum veritatis, quæ veritatis

Digitized by Google

corruptores & de prauatores tanto redemit, dum Scholasticos tot laudibus excitat, tot præmijs allicit, tot beneficijs remuneratur?

CAPVT XII.

Quare Scholasticos oderint Hæretici, quare caros habeat Ecclesia.

SED tempus est vt veram causam aperiamus, propter quam Scholastici, & hostibus fidei adeò sunt inuisi, & Ecclesiæ ipsi, hoc est summis Pontificibus adeò cari; illa nimirum est, quam Sorbona designat in censura Erasmicarum propositionum. Quod fidei Catholicæ impugnatores *delirare clarè ostendant*, ideóque *Lutherani*, & idem esto de cæteris iudicium, *vix audeant congredi, aut pedem propiùs figere. Verentur enim ne si propiùs manus conserere contingat, dum non habent quid rationabiliter respondere queant, confundantur, & sua orbi insciti a acignorantia propaletur.* Duo enim maximè Scholasticis in vsu sunt, Dialectica methodus differendi: & Methaphysica ratio concipiendi ac distinguendi res illas quæ sub disputationem cadunt; Altero rationum vis, & argumentorum nerui manifestantur; altero tollitur sermonis ambiguitas, & implicatarum notionum impedimenta, vt necesse sit & abire in fumos erroneas verarum sententiarum impugnationes: & earumdem probationes irritas reddi, dum stringũtur nudæque ad hanc amussim exiguntur. E contrario vbi liberum est spatiari differendo & populares rerum imagines adhibere cum pigmentis Oratorum ac fucis, mendacium in tuto est, indisertæque illudit veritati. Hæc igitur causa est cur Hæretici, & fidei laxiores homines, quos nihil vetat esse facundos gnauosque plausibilium orationum artifices, Scholasticorum hanc limam non aliter abhorreant quàm pecuniæ adulterinæ fabri Lydium lapidem. Tit. 32.

Neque verò amare illos possunt quandiu Ecclesiam

Digitized by Google

oderunt, cuius authoritas ita est cum Scholasticorum causa coniuncta vt alterutrâ concussâ idem vtraque subeat ruinæ periculum. Constat enim eo nunc loco res esse, vt quæ Scholasticorum est communis & constans & indubitata sententia, eadem esse censenda sit & totius Ecclesiæ, quæ iam à quadringentis circiter annis per Scholasticos ita instituit in scholis, ita docet in pulpitis, in congressibus ita disputat, in concilijs ita decernit, vt nullos alios Doctores, quàm aut Scholasticos, aut Scholasticis consentientes habere videatur. Ac proinde quæ Scholastica dicitur doctrina, vel approbatione manifestâ, vel tacitâ consensione, ita fit Ecclesiastica, vt si eam Scholæ communi consensu necessariam pronuntiant; Ecclesiæ quoque necessariam putare: si Scholæ indifferentem significant; Ecclesia similiter relinquere indefinitam, & hominum arbitrio ad disputandum expositam: si Scholæ veluti falsam absolutè condemnant; Ecclesia eandem veluti falsam rejicere censenda sit. Neque enim vlli sunt alij iam, quorum ore loquatur Ecclesia, quàm qui sunt vel possessionis, vel doctrinæ communione Scholastici: ac proinde sicut ex communi antiquorum Patrum sententia, quis sensus esset Ecclesiæ antiquæ certò colligimus; quòd eorum ore, ac scriptis suam illa fidem proderet, ita quis sit sensus Ecclesiæ hodiernæ, & nobis ab eorum ore, & posteris ab eorum scriptis innotescere certò putandum est: & sicut ob eam causam qui recedit à communi antiquorum Patrum sententia, alienus esse putatur à fide antiquæ Ecclesiæ, ita & qui receptæ vnanimiter à Scholasticis doctrinæ refragatur, fieri non potest vt sensui Ecclesiæ hodiernæ conformis sit. Atque hæc causa est, cur Ecclesia Scholasticos & amplectatur, & protegat, quod scilicet deserere non possit quos experitur ad omnes vsus propugnandæ fidei erroresque debellandi paratissimos: sentiatque suam, dum constitutæ in Scholis sententiæ conuelluntur, infallibilitatem peti.

CAPVT

CAPVT XIII.

Baiani Ecclesiæ infallibilitatem petunt dum Scholasticos insectantur.

VNDE intelligas quàm vanum sit quòd Baiani solent opponere Scholasticis, aut vnum, aut multos ex antiquis Patribus. Cur enim recurrunt ad Ecclesiam antiquam, si credunt iu hodiernam? Ita nimirum sentiendum est, aut nullam esse fidem, quam profitemur, aut tam esse infallibilem Ecclesiam hodie sub Vrbano, quàm fuit sub Lino, vel sub Clemẽte: ac proinde tam securos esse qui ei consentiunt, vel quibus ea hodie consentit, quàm fuisse putandi sunt qui quondam in eius gremio sunt versati. Vnde manifestum conficitur argumentum; quod repugnat constitutæ in Scholis doctrinæ, repugnat & Ecclesiæ hodiernæ quæ Scholasticis consentit eosque approbat, adhibetque ad sua ipsius sensa interpretanda. Sed Patres, vt Baiani volunt, aut vnus, aut multi, repugnant constitutæ in Scholis doctrinæ: ergo ijdem Ecclesiæ hodiernæ repugnare censendi sunt: & quia illorum Patrum testimonio c. ntineri volunt Ecclesiæ antiquæ sententiam, consequens est vt ex istorum Doctorum sententia, hodierna Ecclesia degenerarit ab antiqua, sitque alterius fides alteri contraria.

Ex quo sequitur vlterius admodum inconsultò Baianos confiteri, & ab Augustino discrepare doctrinam Scholasticorum, & Ecclesiæ authoritatem oppignerata tam esse tuendis illis ipsis Augustini placitis à quibus Scholastici discrepant: ac proinde prouocandum ad Augustinum *ab omnibus quantumlibet numerosis, esse illum instar omnium, loco omnium, supra omnes, non debere quemquam terreri Scholasticarum opinationum vetustate, quantuscumque sit numerus & authorum qui patrocinantur, & locorum quibus disseminatæ sunt, & ætatum queis sunt confir-* Ianſ tom. 2 l. 1. procem. can. 30.

Digitized by Google

mate. Nempe pari ratione sequitur inuertenda esse illa principia, & cùm Ecclesiæ hodiernæ authoritas sit etiam oppignerata tuendis Scholasticorum placitis illis quæ sunt communiter constanterque recepta, rejiciendis quæ communiter constanterque reiecta sunt, medijs vero sic acceptandis, vt quamuis in posterum in alteram partem definiri possint, concedatur tamen sine noxa fuisse hactenus dubitabilia; cùm hæc inquam, ita se habere monstratum sit; sequitur aut prouocandum esse ab Augustini placitis ad placita Scholasticorum, aut non esse iustam ad Ecclesię hodiernæ placita prouocationem. Sed quid volunt, dum contendunt reuocandam esse ad incudem ab Ecclesia doctrinam ab *omnibus*, *vbique*, & *à multis sæculis* receptam? Quid inquam est esse receptam ab omnibus, vbique, & multjs ætatibus, quàm esse vniuersalem? & quod alio nomine dicitur, Catholicam? illa porro Ecclesia quæ huiusmodi doctrinam reformabit, quid aliud dicet, quàm se iam aliquot sæculis omnibus locis errasse? Nam si per aliquot ætates locis omnibus id opinabatur quod falsum est, fideique antiquę repugnat, quæ igitur tunc erat Ecclesia quæ veritatem conseruabat?

Vide autem quàm sint inania huiusmodi Doctorum commenta. Putant non esse contra fidem, quòd quis opinando tantùm contraria sentiat reuelatis. Quod quidem verum est, si nesciat esse reuelata, vel si non sunt adhuc sufficienter proposita, sed quæstio est de illis Augustini, vt ipsi volunt, placitis, quibus tuendis suam olim Ecclesia authoritatem oppignerauit, quæ à Concilijs recepta probatáque sunt, quæ sunt necessaria vitandis erroribus Pelagianorum: ac proinde de quorum reuelatione ac sufficienti propositione nulla supereſt controuersia. Quo posito si nihilominus Ecclesia recentior contrarias communiter opinationes admisit, vel sciens fecit, vel ignorans: si sciens, fidem perdidit opinatione illa contraria, quippe quam etiam perderet voluntariâ

Digitized by Google

tantùm hæſitatione : ſi ignorans, poteſt igitur Eccleſia eſſe ſui ipſius immemor, & hodie neſcire quid heri conſtituerit, atque hâc neſcientiâ innocenter quidem, ſed verè tamen deflectere ab eo quod olim conſtituerat. An igitur Baijſtæ concedere hoc audebunt? an eatenus gratificari Lutheranis & Caluiniſtis, & omnibus omnium temporum Hæreticis? & quid fiet tot pollicitationibus Spiritus veritatis, qui ſe omnia in tempore ſuggeſturum, omnem doctrum veritatem, Eccleſiæ numquam defuturum nos certò credere præcepit?

Baijſtæ ſcilicet non aduertunt de rebus ab Eccleſia priùs definitis, aliter eſſe ac de definiendis aliquando ſentiendum. Poteſt Eccleſia priori tempore opiniones habere contrarias ijs quæ porro definientur diuerſis diuerſa ſentientibus. Quo tempore neque ignorantiam habere vllam dicenda eſt, nec contrariam fidei ſententiam. Non ignorantiam, ſcit enim quod verum eſt, rem illam nondum eſſe definitam, nec plenè ac diſtinctè ſatis reuelatam : ac proinde eſſe ad arbitrium diſputabilem ; non contrariam fidei ſententiam, quia nemo fidei contradicit, id opinando quod non eſt de fide : non eſt autem de fide quod nondum eſt diſtinctè reuelatum, atque ad credendũ propoſitum. Et ideò non obſtante illa opinandi libertate, *ſenſus Eccleſiæ*, ſeu *ſenſus Eccleſiaſticus* veriſſimus eſt atque certiſſimus, quo nimirum creditur liberum eſſe pro tempore quod quiſque velit opinari, dum aliquid certius ſtatuatur, aut diſtinctius proponatur. Sed poſtquam aliquid eo modo vel ſtatutum, vel propoſitum eſt, ſi quis vel opinando tantum reiiciat, eſto inculpabiliter erret, quia fortè ignoranter, errat tamen, & errat in fide. Quod ſi cadere in Eccleſiam, poſſe putant, quid morantur? Geneuam petant, ſtipendia recepturi quæ commeruere. Deſtruunt enim Eccleſiæ Romanæ infallibilitatem, quæ non eſt in eo tantum poſita quòd nequeat ſcienter & voluntariè contradicere reuelatis, quod eſt eſſe pertinacem & hæreticam, ſed

Digitized by Google

quod nequeat absolutè contradicere. Quis enim suam illi fidem obligare tutò possit, aut velit, quem sciat, esto non malo animo, posse tamen & falli & fallere? an erit columna veritatis quæ bona fide errorem & hauriet & propinabit? hoc autem fecerit Ecclesia Romana, si postremis seculis opinationes admisit ijs contrarias quæ olim tamquam certa & ad fidem pertinentia definierat, suâ etiam vt dicunt authoritate, atque adeo infallibilitate oppigneratâ. Et quod opinationes tantum vocant quibus Ecclesiæ antiquæ contradicitur, quid quæso intendunt? Num negant erraturum in fide qui diceret opinando & animo minimè malo, esse probabile nullum esse Christum, nullam Trinitatem, nullam hominum vitam æternam? quasi verò vllus esse possit error, qui non sit opinatio quædam. Nam quod opinantes plerumque cogitant non esse admodum certum id de quo iudicant, errant in eo maxime, si eiusmodi res ad fidem pertinent: affingunt enim credendi libertatem ijs obiectis quæ subsunt necessitati.

Sed addunt in Canonibus & Orthodoxis loquendi formulis queis Ecclesia semper vsa est, atque adeo in ipsa Oratione Dominica comprehendi quidquid sensit Augustinus de prædestinatione & gratia iuxta ipsorum interpretationem, eatenus ergo rectam fidem ab Ecclesia fuisse retentam, quòd autem subtractâ eorum verâ germanâque intelligentiâ Scholastici aliud, atque aliud humanâ suspicione senserint, non ideo tamen Ecclesiam seu partem eius in ipsa fide præiudicij aliquid passam. Adhibentque illud quòd dici solet de Sacramentorum administratione, ac susceptione, vbi intentio faciendi, aut recipiendi quod facit Ecclesia, corrigit priuatas intentiones quantumuis contrarias ac repugnantes. Nos verò non agimus hîc de partibus Scholasticorum aliud atque aliud sentientium, supponimus eorũ communem cõcordémque sententiam, Ecclesia sciente, ac nusquam refragante vbique traditam & explicatam, dic, musque

Iansen. tom. 1. lib. proœm. cap. 30.

Iansen. ib.

Digitized by Google

præter Scholasticos illos &consentiẽtes illis fidelesomnium ordinum, nullam insuper Ecclesiam supereſſe? Ergo quæ ipsorum est intelligentia Canonũ, Orthodoxarumque loquendi formularum, & precum, esse illam ipsam Ecclesiæ intelligentiam. Quàm proinde si falsam esse posse credant, Ecclesiam quoque falli posse fateantur necesse est.

Et quod addunt de intentione in vsu Sacramentorum, eò pertinet, vt concedant Ecclesiæ fidem implicitam esse incorruptam, explicitam verò erroribus depravatam, sapere igitur Ecclesiam in occulto, in aperto insanire. O Catholici, vestram fidem! quid enim? an ea ratione alia Ecclesiæ conceditur infallibilitas quàm ea quam neque Caluinismo negamus ipsi, nec Caluinismus negat Papismo? An negant illi de nobis, aut nos de illis negare possumus, summa ipsa principia, scripturæ scilicet, vtrobique tradi, queis contineantur ea de quibus postea disputamus? An non concedimus vtrique, credenda esse illa omnia quæ à Deo reuelata vel eius nomine sunt ad credendum proposita? Tota scilicet descendentibus controuersia occurrit, dum illi hoc negant, illud affirmant esse ad credendum propositum, contra quàm ipsi sentiamus. Quod si pariter Ecclesia Romana cum suis Scholasticis quamuis teneat commune principium illud de gratiæ necessitate ac prædestinatione, dum postea descendit ad hunc & illum gratiæ aut prædestinationis modum, aberrat ab eo quod fuerat prius Catholicè definitum & creditum, quid supereſt nisi vt dicamus esse illam infallibilem sicut Caluinismum?

Quanto igitur sapientiùs Baiani facerent si ex perspecta Scholasticorum communi constantique sententia; Ecclesiæ hodiernæ sensum agnoscentes: ita interpretarentur Augustinum, vt nullum eius placitum, quod quidem veteri Ecclesiæ probatum esset, recentiori contrarium assererent? ea verò ratione maximè se illi probarent Augustinianos dum imitarentur Augusti-

Digitized by Google

num, cuius ille mos perpetuus fuit, vt omnia ex communi Ecclesiæ sensu metiretur, quique hoc in hisce controuersijs in primis cauit, ne singulares sensus habere videretur, hoc potissimùm conatus est vt consentiret fidelium multitudini; *Et cum vbique diffuso Christi exercitu debellaret* inimicos gratiæ Christi, esset*que vnus è multis* idem præstantibus, qui Iuliano ostentabat, *tantam consensionem Sacerdotum Catholicorum*, qui Chrysostomum appellans, sequuturum se illum negabat, si dissentiret à cæteris. Qui *anathematizandum* clamat, quisquis euangelizasset *præter id quod accepit in Ecclesia*, Qui se obligari putabat *consensione populorum & gentium, successione Sacerdotum in sede Petri, vsque ad præsentem Episcopatum* titulo *Catholicæ*, quem & *Peregrini* approbent & Hæretici vsurpare non audeant: quorum nihil deest Ecclesiæ quæ iam est. Qui profitebatur *se non crediturum Euangelio*, nisi Ecclesia credendum suaderet; *Qui de Scripturæ ambiguitate consulendum putabat Ecclesiam à scriptura ipsa sine ambiguitate demonstratam. Qui fiduciâ securæ vocis asserendum dicebat quod vniuersali Ecclesiæ consensione roboratum.* Sed hoc, inquiunt, dicebat de Ecclesia sui tẽporis: immò verò, inquam, hoc dicebat de Ecclesia omnis tẽporis, Ecclesiam enim ille sui tẽporis, *Ciuitatem, interpretabatur in monte sitam, numquam euertendam, in æternũ fundatam*, ac proinde perpetuam, quod est omnis, & consequenter huius temporis Ecclesiam. Nec adeo aberrãbat sanctus Doctor vt Ecclesiam aliàs fallibilem, fortè fortuna suo tempore putaret nondum esse deceptam: hoc enim quid profuisset contra Hæreticos, suppositionem hanc fortuitæ integritatis in Ecclesia negantes? sed in scriptura *sine ambiguitate demonstratam Ecclesiam*, cùm cerneret, infallibili nimirum protectionis promissione, quæ non vnum aut alterum sæculum spectaret, sed quotquot restant vsque ad consummationem: tum verò se illos arbitrabatur efficaciter premere huius consensionis authoritate, quæ proinde nihilo minor

lib. 6. con. Iul.

lib 11. contra Faust. c. 3.

» » » » » »

con. Crese. cap. 53.

con. Donat. l. 4. cap 24. in Psal. 47.

Digitized by Google

esse potest hodiéque contra quoscumque dissentientes ab eo quod est in Ecclesiâ communiter receptum, & consequenter in Scholis, vel expressâ vel tacitâ Ecclesiæ consensione, vt dictum est, confirmatum?

CAPVT XIV.

Soluuntur quæ Scholasticis obiecta sunt.

IAM quod obiiciunt Scholasticos occupari tractandis inutilibus, ac curiosis; nihil nos mouere debet, qui tantùm contendimus illis esse credendum vbi consentiunt in necessarijs. Hoc etiam addo, non putandas inutiles eas quæstiones quarum solutione necessaria doctrina confirmatur, dum ea quæ curiosi possent opponere præciduntur.

Vnde respondetur etiam ad id quod dicunt, Scholasticis quæstionibus assuescere hominum ingenia dubitationibus atque opinationibus certitudini fidei contrarijs. Manca enim foret Theologia, si sua tantum probaret, & non refutaret aliena. Refutare autem non potest nisi proponat. Quod cùm facit, personatæ sunt quas contra res fidei proponit dubitationes, ac rationes, nullo scilicet iudicio, sed meris tantum apprehensionibus informatas; quarum tamen explicatione confirmatur fides eorum destructione, quæ vel obijciuntur vel obijci possent ab infidelibus,

Hoc etiam Theologis exprobratur rarò admodum illos in locis Theologicis versari, cuiusmodi sunt Scriptura sacra, Concilia, & sancti Patres, naturalibus fere rationibus semper intentos: vnde contingat in Philosophos degenerare qui se Theologos fore sperauerãt. Nec Theologiæ tantùm timendam esse iacturam, sed & fidei, quæ nulla est, si ratione nitatur & non potiùs authoritate. Respõdeo imprimis nullos esse qui naturalem rationẽ meliùs reiiciant quàm Theologos Scholasticos, si quãdo id expetierit obedientia fidei. Testantur hoc quæ ab illis dicuntur in mysterio Trinitatis de multitudine per-

Digitized by Google

ſonarum in eadem natura, vt in Myſterio Incarnationis de multitudine naturarum in eadem perſona, de immutabilitate diuinæ voluntatis dum de actibus eius liberis, de diſtinctione ac ſeparatione accidentium à ſubſtantia, dum de Euchariſtiæ Sacramento, & alia id genus multa in quibus omnem illi Philoſophiam ad obedientiam exercent, & fidei iugo ſubijciunt.

Scripturam, Concilia & Patres vt crebrius verſarent eorum aliqui, optandum omnino foret, ſed & plerique non patiuntur ſuam in hâc parte diligentiam requiri, & qui minus ea de re ſunt ſolliciti, dum tamen hauriunt Catholicum aërem, pendentque ab vberibus Eccleſiæ, non poſſunt diuerſum aliquid vel contrarium ſentire. Neque ſequitur ſi non omnes de fonte bibunt, aliam illis aquam occurrere, qui circum fluenta commorantur. Denique à Theologis noſtris obſeruatur hoc quod olim Lirinenſis Doctoribus æui ſui commendabat, *& eadem quæ dedicerunt ita docent, vt cum dicant nouè, non dicant noua, pérque illos poſteritas intellectum gratuletur; quod antè vetuſtas non intellectum venerabatur.*

CAPVT XV.

Iudicium S. Caroli Borromæi de Scholaſticis Doctoribus & eorum doctrina.

NOn vt Auguſtiniani & qui partibus eorum ſtudent S. Caroli ſe & admiratores & imitatores eſſe non rarò iactant, eiuſque ſpiritum probare videntur & magnifacere veluti cum ſuo ac ſuorum conſpirantem. Nec dubitant, quin illius vitæ inſtituto quod animo cõceperunt tamquam primarium quoddam decus & ornamentum inſcribendus ſit. Atque vtinam id eſſent quod videri volunt, nulla vſquam inter nos controuerſia ſupereſſet. Nimirum ſua ſtaret erga Concilium Tridentinum obſeruantia & honor, quod conſtat à S. Carolo tanto habitum in pretio, vt videatur hoc vnicum fuiſſe negotium

Digitized by Google

negotium quòd omnes eius curas occupauit, dum & doctrinam per vniuersam Ecclesiam explicandam edito Catechismo,& disciplinam tot Synodalibus Concilijs introducendam satagebat. Quò pertinet etiam Congregatio Cardinalium ad tollendas executionis difficultates,cuius ipse instituendæ Author fuit. Staret sua S. Sedi Apostolicæ dignitas authoritasque, cui tanto ille studio adhærebat, tanta demissione animi suberat, vt videretur ab ore Summorum Pontificum sic pendere, quo modo pendent à Magistro Nouitij : cum nihil vnquam magni aggredi vellet sine Pij V. & Greg. XIII. consilio, vt in eius vita refert Cardinalis Veronensis. Staret charitas erga religiosos Ordines hominesque, *quorum ille familiaritate delectabatur plurimum, quorum consilijs sæpe vtebatur*: quorum familias propagabat nouis fundationibus, quibus demum suam ipse conscientiam credebat. Et quod vnum modo quærimus, staret sua Doctoribus Scholasticis existimatio, quos quanti fecit S. Carolus.

Aug. Valerius in Vita S. Caroli.

Idem.

Constat primò ex ijs quæ habentur in Rhetorica Ecclesiastica eius consilio scripta, iudicio approbata, iussu edita ab eodem Augustino Valerio Cardinali iam laudato. Vbi ea in primis dicuntur *dilucidè exponenda Oratori Ecclesiastico, quæ in sanctorum Theologorum,* PRÆSERTIM SCHOLASTICORVM QVI PATRVM SENTENTIAS DILIGENTISSIMÈ EXAMINARVNT *libris reperiuntur.* Vlli-nè autem Scholastici videri possunt Nou-Augustinianis diligentissimè examinasse sanctorum Patrum doctrinam, quando ipse quoque S. Thomas suo exemplo monstrauit quàm sit difficile, vt quis in Scholastica Theologia excellat simul & in Positiua, quæ Scripturæ sacræ, Conciliorum & Sanctorum Patrum cognitione constat?

Lib. I. c. 28.

lb. cap. 46.

Adde quod iterum inculcatur, *Magnam esse authoritatem Doctorum qui Scholastici appellantur, præsertim D. Aquinatis, quem sacrum Concilium Tridentinum in primis magna veneratione dignum iudicauit, eorúmque authoritatem valere plurimum ad confirmanda veræ religionis dogmata* ".

Digitized by Google

& ad falsa & perniciosa refellenda. Sunt igitur veræ religionis dogmata quæ à D. Thoma & Scholasticis Doctoribus communi consensu confirmantur; & sunt dogmata falsæ religionis quæ ab eis similiter refelluntur. Quare autem, ô Baiani, vobis adeo viles sunt, adeóque inuisi Scholastici, nisi quia & vestra refellunt & contraria confirmant? hoc ergo testimonio intelligitur, & vestra falsa, & contraria veræ religionis esse dogmata.

Hinc est etiam illud quod allatum antea est. *Sed hi &*
b lib 3 cap 42. *alij multi Sanctorum hominum libri hac adhibita cautione legendi sunt, vt quæ ex illis collecta fuerint non proferantur,*
» NISI QVÆSTIONIBVS ALIQVORVM QVI IN DOCTRINA
» SCHOLASTICA SINT VERSATI : *ex quibus S. Thomam*
» *Aquinatem Ecclesiæ filium dilectũ & carissimum discipulum*
» *doctoremque egregium diligendum putauerim,* EXAMINATA
» *fuerint.* Sancti etiam Augustini librorum meminerat. Atque ita censet quæ illæ docuit proponenda populo non esse, nisi postquam ad limam venerint Scholasticarum disputationum. Quid fiet igitur ijs qui desperare cogunt de vera S Augustini intelligentia, quotquot eum legunt animo Aristotelicæ Philosophiæ *& recentioris Scho-*
lib. proœm cap 28. *lasticæ opinionibus occupato?* Qui offendi putant ad singulos passus *ab ijs qui Theologiam recentem ad humanæ rationis modulum, & Philosohiæ gentilis regulas concinnatam, tamquam normam iudicandi de omnibus Augustini pronuntiatis adhibent?* Quod enim recentem Theologiam accusant, nequaquam eò pertinet vt ei se credant quæ tradebatur tempore S. Caroli. Quingentj quippe anni sunt ex quo putant doctrinæ Catholicæ puritatem Scholasticis quæstionibus turbatam. Quin & ipso, vt mox dicam, S. Caroli tempore *doctrinæ fundamentales* Scholasticorum erroribus fuisse sepultas. Cauendum ergo monent in vni-
lib proœm. cap. uersum à Scholastica; & non solum pati nolunt vt Augustini placita examinentur ad eorum regulas, vt velint potius eorum decreta quantumuis antiqua quantumuis vbique gentium recepta, & vnanimi cõsensu approbata,

examinari ad normam S. Auguſtini. Atque hinc patet longiùs adhuc exorbitare à mente S. Caroli, qui Concilium etiam Tridentinum ad Auguſtini tribunal examinari volunt. Nimirum hi etiam exorbitant à ſenſu verè Catholico,

Conſtat ſecundò ex ijs quæ ſcribit idem Cardinalis Veronenſis in vita S. Caroli, *ſolidam non negamus doctri-* « *dam tradiderunt Theologi Scholaſtici, in quibus qui non ſunt* « *verſati hoc tempore, ne mediocriter quidem docti haberi ſolent.* « ET HOC IPSVM DICERE SÆPE SOLEBAT CAROLVS, *qui* « *pro ſua modeſtia inter doctos numerari ſemper recuſauit.* So- « lebat dicere S. Carolus ſolidam eſſe Scholaſticam doctrinam: & ideo ſolebat hoc dicere quia videbat eundem eſſe ſui æui communem ſenſum; nec reputari vel mediocriter doctos in rebus fidei quibus non fuiſſet magna cum Scholaſticis conſuetudo. Solebat ergo ſignificare ſibi minime probari quod poſtea Baiani vulgarunt, Scholaſticos *plurimas ſententias ab Auguſtino reprobatas tenuiſſe: in pleriſque ab Auguſtino receſſiſſe, tantúmque receſſiſſe à veritate quantum receſſere ab Auguſtino.* Ergo minimè probauerit eos qui putant nullam eſſe habendam rationem, vetuſtatis, vniuerſalitatis, & communis conſpirationis, dum eorumdem Scholaſticorum doctrina proponitur, ſed reuocandum ad incudem id omne in quo ab Auguſtino diſſenſerint. Ergo putabat veram fidei doctrinam à Pelagianiſmo & Semipelagianiſmo purgatam perſeueraſſe, non ſolùm vſque ad ſæculum Scholaſticorum, ſed & deinceps? Ergo non illis imputabat quod in Eccleſia Catholica Dei arcam ſimul cum idolo Dagon conſtituiſſent, dum naturalem & ſupernaturalem virtutem diſtinguunt. Nec quod addidiſſent ad errores Philoſophorum, dum eorum vtuntur principijs ad confirmanda ea dogmata quæ canities Eccleſiæ vetuſtioris exhorruerat: Nec quod aſſimilentur hæreticis, dum rationi naturali aliquid tribuunt, & ſcire conátur quomodo fieri potuerit quod factum eſſe Deus reuelauit; nec quod immuta-

lib proœm. cap 3.

de ſtatu pur. nat lib. 2. cap. 22.

lib proœm. cap. 30.

ib. cap. 64

Digitized by Google

uerint doctrinam Sanctorum Patrum, dum ad propositam peccandi necessitatem tanquam ad Manichæum spectrum exhorrescunt. Nec quod Calliphontis & Dinomachi dogma suscitauerint, voluptatem cum honestate coniungentes. Neque demum quod veritatem contrarijs erroribus sic obruerint, vt necesse fuerit Pium V. & Gregorium XIII. ipso S. Caroli tempore *doctrinas fundamentales & fidei bases*, damnare, circumscribere, abolere, eò quòd scandalum darent; satis-ne credibile est huiusmodi vmbras adeò tetras S. Caroli mentem oberrasse, dum *solidam esse doctrinam Scholasticam* inculcare solebat? sed audire iuuat suis ipsum verbis loquentem.

de statu natlapsæ cap. 14.

de statu puræ nat. lib. 3. cap. 22.

Constat igitur tertiò ex epistola quam scripsit S. Carolus ad Andream Cardinalem Batori Varmiensem Episcopum, vt adhuc adolescentem ad sanctitatem informaret. Quam Epistolam ex autographo edendam curauit Possonij anno 1613. Cardinalis Forgati Archiepiscopus Strigoniensis, vnde sequutæ aliæ deinde editiones Ergo in illa Epistola post multa præclarissima & tam sancto institutore digna documẽta, (quorum vnum est *frequens & religiosa sanctissimi Christi corporis communio, tamquam medium ad ipsum diuinæ voluntati coniungendum totumque subdendum diuino spiritui*) ita concludit: *Finem faciam, si illud addidero, vt Theologiæ Scholasticæ operam omnino naues. Est enim necessaria ijs qui accuratam sacræ Scripturæ scientiam consequi student,* NOSTRIS PRÆSERTIM TEMPORIBVS QVOD EAM HÆRETICI REPROBARE OMNI RATIONE TENTANT. *Hac de causa oportebit te habere domi Doctorem doctrina æque ac moribus grauem, D. Thomæ sectatorem, à* QVO CERTIS HORIS EAM THEOLOGIAM HAVRIAS QVOTIDIE. *Hæc Illustrissime Andrea frater breuiter ad te scripsi, &c.*

„ *& religiosa sanctissimi Christi corporis communio, tamquam*
„ *medium ad ipsum diuinæ voluntati coniungendum totumque*
„ *subdendum diuino spiritui*) ita concludit: *Finem faciam, si il-*
„ *lud addidero, vt Theologiæ Scholasticæ operam omnino naues.*
„ *Est enim necessaria ijs qui accuratam sacræ Scripturæ scien-*
„ *tiam consequi student,* NOSTRIS PRÆSERTIM TEMPORI-
„ BVS QVOD EAM HÆRETICI REPROBARE OMNI RA-
„ TIONE TENTANT. *Hac de causa oportebit te habere domi*
„ *Doctorem doctrina æque ac moribus grauem, D. Thomæ secta-*
„ *torem, à* QVO CERTIS HORIS EAM THEOLOGIAM HAV-
„ RIAS QVOTIDIE. *Hæc Illustrissime Andrea frater breui-*
„ *ter ad te scripsi, &c.*

Hîc notent Baiani S. Carolo *hæreticos* esse qui doctrinam Scholasticam reprobare omni ratione curant. Quod si præterea scire volunt quo potissimum nomine illam improbent; Caluinus statim id docet, dum Sor-

Digitized by Google

bonicos Doctores vocat, *Nouos Pelagianos*. Vnde intelligant se prorsus colludere hæreticis, quando Scholasticos ideò accusant, quia in controuersijs de diuinæ gratiæ eiusque concursu cum libero arbitrio, rationem aliquam habuerunt principiorum philosophicorũ & naturalis luminis. Nempè quia putant multum discreparo arcanum concursum diuinæ gratiæ cum voluntate à naturali operandi modo Philosophis cognito, qui antecedentem indifferentiam requirunt. Et propter eandem causam *longè potentius esse imperium concupiscentiæ in liberum arbitrium quàm putet Philosophia gentium.* Quo fit vt ex *puris Philosophiæ Aristotelicæ principijs tota illis hæresis Pelagiana & Semipelagiana fabricata videatur.* Esse enim Philosophiam ad res diuinas adhibitam *matrem errorum.* Inde natum errorem quo diuina gratia *imperioso nutui humanæ libertatis aptatur*, relictâ supple potentiâ dissentiendi. Quo creditur hominis voluntas *indifferenti potestate dominari immissa vel a concupiscentia, vel à Deo motibus.* Quo gentilium & damnatorum *veræ aliquæ virtutes & opera bona probantur.* Quo status puræ naturæ tamquam possibilis admittitur. Quo gratiæ diuisiones ab antiquitatis mente alienissimæ introducuntur, quasi gratia tantum sufficiens alienissima esset à mente antiquitatis. Quo Dei prædefinitiones & veræ ac gratuitæ prædestinationes actionum creatarum de medio tolluntur. Denique quod de rebus Theologicis plerumque valdè arcanis homines Aristotelicis disciplinis instructissimi *securè ac magistraliter disputent*, corrumpi doctrinam fidei. Hæc & alia id genus sexcenta, quæ passim apud Nouum-Augustinum occurrunt, nihil aliud sunt quàm fusa disertaque paraphrasis trium illorum Caluini verborum, quibus vocat Doctores Parisienses *Sophistas & nouos Pelagianos*: vt comprobetur quod scripsit S. Carolus, hæreticos omni ratione conari Scholasticam Theologiam reprobare.

ib. præf. cap. 10.

ib. cap 30.

Jam quod addit esse illam necessariam nostris præ-

Digitized by Google

sertim temporibus, vides quomodo conueniat cum cogitatione Baianorũ, qui corruptionem illam Theologiæ ex contagione Philosophicarum sententiarũ sequutam in *recentiore theologia*, potissim notant; cœpisse quidem illam à quingentis annis, sed successu temporis continuis auctam esse incrementis, ideóque iam depositam esse spem omnem profectus si quis animo Aristotelicæ Philosophiæ vel recentioris Scholasticæ opinionibus occupato ad Augustinum accedat, Hinc est illa narratio Noui-Augustini, quâ dicit se cum non dubitaret, & inuentam fuisse veritatem ab antiquis Authoribus, & non adeò profundè sepultam vt iterum inueniri non posset, intellexisse postquam tanta erat de illa contentio inter recentiores & consequenter tam difficilis inuentio, peccari ab ipsis in inuestigandi modo; & cum iterum huius peccati causas, & remedia inquireret, animaduertisse plerosque qui Scholarum pulpitis ad enodandas scholasticas, hoc est methodicæ Theologiæ difficultates admouentur, multos annos prius in Philosophiæ palæstra versatos esse: nec ferè idoneos isti Theologiæ controuersæ profitendæ iudicari, nisi ante non exiguam ætatis partẽ in Dialecticis Methaphysicisq ue speculationibus triuerint: vnde nascitur vt desit deinde tempus necessarium genuinis principijsveræ Theologiæ peruoluendis penetrandisque. Quod malum vt ipse vitaret statuit sibi ad D. Augustinum accedenti, *deponenda varia-*
rum sententiarum præiudicia, quibus adolescens in scholis Theologicis imbutus fuerat; nimirum Louanij in Collegio Adriani Sexti.

lib. Procem. cap. 18.

ib. cap. 2. & 3.

ib. cap. 25.

ib. cap. 2.

Ex quibus constat si tempora conferantur, illud ipsum quo S Carolus necessarium esse dicit Scholasticæ Theologiæ studium concurrere omnino cum eo quo Nouus Augustinus idem studium significat esse perniciosum, & quam iste dicit Theologiam recentiorem esse illam quam ipse quoque doctus erat Louanij, cuius species sibi eradendas ex animo putauit, ne Augustinianas

Digitized by Google

illuſtrationes impedirent: Et quia non eſt adeò ingratus vt corruptionem illam fuiſſe putet Academiæ Louaniẽſis & Collegij Adriani ſexti peculiarem ; quippe quod etiam ſignificat ſancto Auguſtino in primis addictum; neceſſe eſt, vt commune quoddam & quoquoverſum in omnes Academias expãſum eſſe putet hoc malum eo tempore quo ipſe adoleſcens Theologiæ operam dabat. Et quia S; Carolus dum eodem tempore commendabat Scholaſticam, non commendabat rem nuſquam exiſtentem, ſed obuiam, & quæ ad manum eſſet ei cui commendabatur ; ſequitur id ipſum quod vnus commendabat alterum infamaſſe , & vnde vnus ſperabat accuratam ſacræ doctrinæ ſcientiam ſequuturam , ab altero creditum errores naſcituros & Semipelagianiſmum interpretandum, & qui dicuntur ab vno *hæretici* Theologiæ Scholaſticæ impugnatores , antiquæ fidei defenſores ab alio reputari, vt ſit perſpicuum in hac parte quantum quis adhæret Nouo-Auguſtino, tantum diſsentire à S. Carolo.

CAPVT XVI.

Nec ipſam S. Thomæ Aquinatis Theologiam excipi à Nou-Auguſtinianis.

SED opponent fortaſsè Baiani, quod dicit S. Carolus diſcendam Scholaſticam ab aliquo qui ſequatur doctrinam S, Thomæ. Quaſi verò Nouus-Auguſtinus S, Thomæ Theologiam non improbet ; ſed aliam quamdam vt Scoticam vel S. Bonauenturæ, vel Nominalium, vel recentiorem aliam. Atqui manifeſtiſſimis argumentis conſtat doctrinam etiam S. Thomæ ab eodem inuolui eadem damnatione.

Primò quia non eſt credibile, nec ille fateri volet, doctrinam Academiæ Louanienſis & Collegij Adriani Sexti fuiſſe antithomiſticam: cùm ergo nihilominus illam putauerit abnegandam depoſitis eius præiudicijs, vt ad-

mitti posset in penetralia D. Augustini, consequenter crediderit etiam illam Theologiam quæ non dissentit à Thomistica noxiam esse, exuendamque ijs omnibus qui volunt Augustini doctrina superuestiri.

lib. prooem. cap. 9.

Secundò. Quando Nouus-Augustinus cancellos designat præfigẽdos veræ Theologię quam vocat *Christiano-Scholasticam*, non alios putat nec alibi quærendos aut figendos quàm qui continentur libris sacræ Scripturæ, Conciliorum & Patrum primorum sęculorum, ita vt contentos esse nos oporteat, non solum principijs immediatis & mediatis, primarijs & secundarijs, sed & totæ conclusionum serie quas continent; adeo vt extra nihil sit accipere. Vetat itaque nos vel alia quęrere principia, vel de conclusionibus alijs inferèndis esse sollicitos, si Christiano-Scholastici esse volumus, quàm de illis præcisè quæ apud Sanctos Patres primorum sæculorum, & Concilia, & sacram Scripturam leguntur. Quo fit etiam vt speret nos *sine magna intelligentiæ fatigatione, sola penè memoriâ satagente*, Theologos euasuros, si Superis placet, eximios. Hæc est meditatio Noui-Augustini quàm in libro Procemiali pluribus explicat.

Atqui S. Thomas non est inter Patres primorum sæculorum: nec eius scripta sunt sacra Scriptura, nec Conciliorum acta, manifestum igitur est pulsum esse illum à Nouo-Augustino extra cancellos Theologiæ Christiano-Scholasticæ. Quod etiam confirmatur ex illo quod affert intelligentiæ ac memoriæ discrimine: quod nemo nesciat in haurienda ex scriptis D. Thomæ Theologia longè maiorem esse magisque necessariam intelligentiæ quàm memoriæ operam.

Tertiò, vt ostendat inanitatem illius Theologiæ quam improbat Nouus-Augustinus vno in exemplo cunctis obuio *ad oculum*, vt dicit, hoc monstrat: ex quo constare putat plerosque recentiores *numquam sobria ista sapientia nudæ cognitionis ab Ecclesia traditæ fuisse contentos; sed semper in omni argumento Philosophia duce nouas excitasse curiosasque*

Digitized by Google

curiosáque quæstiones, quibus definiendis non rarò magis Aristotelis commentatio quàm Spiritus sancti reuelatio præsidet. Exemplum autem illud ab Angelorum natura petit, *de qua*, inquit, *cùm perpauca & perquam exilia sacra Scriptura propalarit, quantam interim Deus bone, quantam struem curiosissimarum quæstionum nouæ Theologiæ peperit nobis?* Et sub inde catalogum texit earum quæstionum, de ipsorum principijs specificantibus, indiuiduantibus; de intelligendi speciebus, modo, duratione, de loco eorum, motu, operationibus, instantibus, loquutionibus, de gratia, inæqualitate, magnitudine: de meriti statu, continuatione, intensione, temperie, & similibus. Et potest instar esse alterius exempli quod præmiserat de diuinis attributis; vbi quæstiones etiam aliquas enumerat ad benè viuendum minimè necessarias, *quibus ingenia torquentur & otium auditorum teritur*: v. g. Quomodo Deus immensus sit; quomodo futura præuideat: quomodo trinus in personis: quomodo generet filium: quomodo sit in spatijs imaginarijs: quomodo hoc vel illud per absolutam potentiam possit: quomodo peccatum originale seminando traducatur, &c. hæ sunt *densæ* illæ quæstiones quas tractari dicit ab ijs *qui limites humanæ cognitioni à Deo præfixos ignorant, qui suum ingenium nullo operæ pretio torquent, qui otium auditorum terunt*, qui *sobria sapientia nudæ cognitionis ab Ecclesiæ traditæ non sunt contenti*. Atque adeò manifestum est eiusmodi quæstiones à D. Thoma esse tractatas, vt videatur Nouus Augustinus habuisse præ oculis eius Summam, dum hãc enumerationem faceret; Ergo sanctus Thomas ille potissimum est, si fides habenda sit Nouo-Augustino, qui limites à Deo præfixos humanæ cognitioni ignorauit, qui suum ingenium frustra torsit, qui suorum vel Auditorum, vel Lectorum otio abusus est, qui sobria sapientia caruit non contentus cognitione ab Ecclesia tradita, qui Philosophia duce nouas semper & curiosas excitauit quæstiones, & in earum decisione Aristotelis commentationem potiùs quàm

Spiritus sancti reuelationem adhibuit. Nec aliud superest quàm vt postquam inter Christiano-Scholasticos principatum habere non potest, videat ipse quomodo saltem obtinere illud possit in regno Philosopho-Scholasticorum.

Quartò Nouus-Augustinus postquam distinxit duos modos diuina mysteria penetrandi *valde*, vt dicit, *discrepantes*, quorum primus qui *periculosus est & proprius Philosophorum* humana ratione nititur: alter verò qui *tutus est & Christianorum proprius, nititur caritate*, hunc secundum pertinere dicit ad spirituales, siue viros, siue fœminas, *in quo sæpe etiam idiotæ ac fœmellæ, subtiliores superent Theologos; parere excessus, ectases, liquefactiones, & heroicos impetus.* Considerare autem nos iubet, vtrum illæ puræ Scholasticæ speculationes, quibus recentior multorum Theologia plena est, dilectionis istius *heroicæ & ecstaticæ effectus aut causa sint.* Nimirum inde colligi putat, quãdo veritates purè Scholasticæ, *nihil habent cõmune cũ cognitione caritatis*, & Theologia Scholastica *vniuersa nunc ab omni parte plena est strigosis illis quæstionibus*; hunc modum diuina penetrandi pertinere ad primum genus, essèque periculosum & Philosophorum proprium.

lib procem. cap. 7 &

Ego verò considero sancti Thomæ Summam, & Commentaria in libros sententiarum, & quæstiones disputatas, & libros contra Gentiles continere doctrinam fœmellarum, & idiotarum captui parum proportionatam, & quæ per seipsa *liquefactiones, excessus, heroicos impetus, ecstases* minimè parit, nec ex illis nascitur in ijs, qui eam discunt, vt experientia constat. Restat ergo vt ex mente Noui-Augustini ratio diuina penetrandi, quam tradit S. Thomas, pertineat ad primum modum *periculosum & proprium Philosophorum, qui nihil habet commune cum caritate, qui strigosis abundat quæstionibus.*

Confirmatur quintò. Quia dum Nouus-Augustinus distinguit duplex illud studium, alterum Scholasticæ Theologiæ, alterum diuinissimorum librorum sacræ

lib Procem. c. 9.

Digitized by Google

10 ...ſtrum ſuperbiæ, quod eſt principium omnis peccati. Et

dimẽto certissimo in eius doctrina quidquam proficiendi? Theologia naturalibus principijs constans, est concinnata adhumanæ rationis modulum, & Philosophiæ gentilis regulas, quam si sectantur, offendere necesse est ad singulos passus: & ea est causa cur ea Theologia recentior toto cœlo differat à Theologia Augustini, vnde igitur catenam adeò longam traxit D. Thomas vt res alligaret tam dissitas? & quomodo non offendit ad singulos passus dum huiusmodi principijs inhæret? Egregiam verò D. Thomæ ac Thomistarum Theologiæ commendationem, dum dicitur ijs constare principijs cum quibus impossibile sit Augustini sensa penetrare, quibus errorũ mater Philosophia cũ studio veritatis maritatur, fabricatur hæresis Pelagiana & Semipelagiana, quibus componitur modus diuina penetrãdi periculosus & non Christianus, quo contingat ad singulos passus offendi!

Et vide amabo te Lector, quid dicant, talem nimirum esse Summam D Thomæ *vbi Theologiam tradit.* Alicubi enim vt opinor tradit alchimiam. Sed vbi Theologiam tradit, seu vt paulo ante dictum erat *quidquid tradit veræ Theologiæ*, quod scilicet aliquid mixtum sit Theologiæ falsæ, pro magna parte nihil est aliud quam Augustinus certa proportione alligatus cum capitalibus Christianæ Theologiæ impedimentis, naturalibus nimirum & Philosophicis principijs. Atque hoc congruere putant ad eruditionem incipientium, nimirum, vt errare discant priùs quàm verum cognoscere: & maturè comparent impedimenta Christianæ Theologiæ, remouenda deinde cum labore ac difficultate, longáque cum anticipatis opinionibus pugna, vt Nouo-Augustino contigit excutienti puluerem, quem in Academia Louaniensi & in Collegio Adriani Sexti contraxerat. Hæc est Noui-Augustini sententia de Theologia S. Thomæ.

Atque hæc paulò fusiùs explicanda visa sunt, vt obstrueretur os Apologistæ Jansenij renascentium errorum plastæ gnauissimo. Qui vt obiectum Nouo-Augu- Apol. 1. ar. 9 tertiæ conc.

Digitized by Google

stino ab Illustrissimo Vabrensi Episcopo D. Thomæ contemptum purgaret, affirmare non est veritus, rem esse adeò claram quod non reijciatur authoritas S. Thomæ, vt petat à contradicente, *an & oculos nostros vis eruere?* Ego verò mi Apologista nolim tibi oculos eruere, optarim quin etiam vt acutiores essent, vt intelligeres ex ijs quæ iam sunt producta Noui Augustini testimonia, clarissimè conuinci, & iustè accusatum ab Illustrissimo Vabrensi Notum-Augustinum, & falsò defensum à te; nec putares occultari posse fraudem qua locum vltimò citatum dum Gallicè reddis corrupisti. Nam quod dicitur *Augustinus naturalibus principijs alligatus* vertere voluisti, *sainct Augustin rapporté a quelques principes naturels.* Idem tibi videtur alligatum esse principijs naturalibus, &, ad aliqua principia naturalia referri? O candidum interpretem!

Num 16. v. 14.

Iam quod dicis, *perspicuè ab illo monstrari capitalia*, quæ putantur esse *Augustini placita eadem etiam esse S. Thomæ*, quâ fronte scribere ausus es? Vbi mõstrauit ille sensisse D. Thomã statũ puræ naturæ impossibilem esse? vbi docuisse ignorantiã inuisibilem iuris naturalis non excusare peccatum, cuius contrarium dicit esse generale pronuntiatũ Scholasticorum? vbi neminem Deo vocanti momentique consentire, quin consentiat cum impossibilitate quæ tunc inest dissentiendi? vbi neminem resistere, quin resistat cum simili omnino impossibilitate consentiendi? vbi de iumandis ad salutem & vitam æternam etiam iustis, qui finaliter cadunt & damnantur, Deum nihilo magis cogitasse, quàm de salute diaboli? vbi nullam illis factam à Christo salutis copiam, non magis quàm diabolo, negatâ perseuerandi facultate? vbi nullum esse posse naturalem honestatis vllius amorem aut esse necessariò vitiosum? vbi peccatorum detestationem ex solo æternæ damnationis motiuo conceptum nec esse posse bonum aut honestum, nec ex gratia per Christum? Hæc sunt dogmata Theologiæ Nou-Augustinianæ, si cru-

Rom. Ecclesiæ Cardinalis & Electi Archiepiscopi Ebredunensis congregatis. In eodem Agenda fundamus Capellaniam. &c.

Hinc illud notare licet de more Regum, Principum, & Magnatum, ut Capellanos habeant, qui eos ad sacra dapsilitate ornent, decenter officiantur, pro eis, & pro eorum Parentibus, Liberis, Successoribus, quos nunquam oblivisci debent, Deum exorent, & ad Cœlestia regna, ut credimus, transmigrent. Quod autem, & quare Capellani dicti sint, Mat. 6. dixi. Hæc ultima verba ex Autographo Bullarii Vaticani, quod Romæ asservatur, fide mea recte collegi, & exscripsi, ut ab omnibus exscribi queant. Tigrinus vir, patronus cujusdam Capellaniæ, ut ejus Capellanus, ad Altare Missam celebrans, ut mos est, Sacerdotibus, Diaconis, Subdiaconis, Acolythis, Thuriferario, Cruciferario, Ceroferariis, Lectore, Cantore communicatis, Chorum magnificentissime ornavit, & Capellanum suum, ut pro eo, pro suis parentibus, Liberis, Successoribus, & Benefactoribus

LIBER SECVNDVS

Multa contra opponentium alia Augustiniensium Conclusiones refutata.

CAPVT I.

Infertur Romanum regnum de necessitate Ecclesiæ.

Prima Conclusio.

Quia Deus non vocat, quos præscit se salvare, sed prædestinat, quos vocat, ut dicit Apostolus ad Romanos 8. & ad Ephesios 1. & Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & lib. de dono perseverantiæ cap. 14. & 16. & alibi sæpe, ideo Deus non vocat, quos præscit se salvare, sed prædestinat, quos vocat.

Secunda Conclusio.

Quia Deus non vocat, quos præscit se salvare, sed prædestinat, quos vocat, ut dicit Apostolus ad Romanos 8. & ad Ephesios 1. & Augustinus lib. de prædestinatione Sanctorum cap. 10. & lib. de dono perseverantiæ cap. 14. & 16. & alibi sæpe, ideo Deus non vocat, quos præscit se salvare, sed prædestinat, quos vocat.

morum Pontificum & Conciliorum decretis, deque ipsa Ecclesia quid sentirent, mysterium erat, vt eorum aliquis monebat, *occultum propter metum Iudæorum.* Sed propalandum est, ne cui fraudi sit laruatus error; & veritatis amatores intelligant specioso illo Augustinianæ doctrinæ prætextu quid tegatur.

Quid sentirent de fide Ecclesiæ vniuersæ iam ostendi, certam nimirum esse illam in communibus tantùm principijs & Orthodoxis loquendi precandique formulis. In earum verò interpretatione atque applicatione, nihil vetare quominus opinationes concipiat veritati aliâs reuelatæ contrarias. Quasi dicerent satis esse ad eam, quam tantopere commendamus Ecclesiæ infallibilitatem, si circa Eucharistiam, v. g. credat verum esse quod Christus dixit, *Accipite & manducate hoc: est corpus meum*: : & eo sensu verum esse quo id dixit, quicumque tandem ille sit, de cætero fieri posse vt Ecclesiæ maior pars, opinando tantùm, neget oralem corporis Christi acceptionem & manducationem, eâ contenta, quam Caluinistæ modulantur spiritualem & chimæricam: atque ita Romanam Ecclesiam hâc in parte fieri posse, opinando, Caluinianam, quod ipsum in cæteris quoque controuersijs factu facillimum est,

Sed in dicenda sententia candidior fuit istorum sacrorum Mystes quidam, cuius inter axiomata hoc numeratur, veram Ecclesiam non aliam esse, quàm quæ stetit ante annos sexcentos: quæ iam est, eo tantũ nomine veram esse, quia in locum veræ successit. Rem Caluini scilicet approbat iste sanctus: nec nisi de numero sæculorum cum eo contendit, dum quæ ille objicit adulteria Ecclesiæ adolescentiori, iste in eius senectutem reijcit. Reliquei de S. Cyrra pag 26.

Post depictam ijs coloribus Ecclesiam facilè conijcitur Concilia & Pontifices quid sperare debeant. Nimirum, quam esse somniarunt Augustini sententiam, regula illis est, ad quam omnia confidenter reformanda putant, etiam apertas Conciliorum & Pontificum Romanorum

Digitized by Google

definitiones, quas si negare pudor vetat, violentis interpretationibus adeò debilitant, vt inutiles sint: paucis illud exemplis perspicuum fiet.

CAPVT II.

Primum exemplum de Timore pœnæ:

§. I.

Quid Tridentinum; Quid Nou-Augustiniani sentiant de Timore pœnæ.

Sess 6. cap. 6. & can 8. CONCILIVM Tridentinum inter dispositiones ad iustificationem, quæ à gratia in nobis excitantur & adiuuantur, *metum* ponit *diuinæ iustitiæ atque gehennæ*, quo dicit nos *vtiliter concuti*, atque impelli *vt confugiamus ad Dei misericordiam & abstineamus à peccato*: & Lutherum anathemate percellit dicentem, metum illum esse *peccatum*, & *peccatores peiores* facere: fierique verè pœnitentem eâ tantum contritione, quæ paratur *per intuitum & contemplationem speciosissimæ iustitiæ*, quando quis *eius pulchritudine ac specie exardescit, fitque cum Salomone amator sapientiæ*: vt refert Ruardus Tapperus Decanus Louan. art. 4. in explicatione articulorum Academiæ Louan. contra Lutherum.

Sess 14 cap. 4. Vnde iterum idem Concilium sess. 14. docet illam quam vocant attritionem, conceptam ex turpitudine peccati, ex metu pœnarum ac gehennæ *si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ*, esse *donum Dei & impulsum Spiritus sancti, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo Pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat*: hanc attritionem *sine Sacrmentò pœnitentiæ non posse per se peccatorem perducere ad iustificationem: ad eam tamen impetrandam in Sacramento Pœnitentiæ disponere*: esse hunc *bonum motum*, ac proinde calumniam esse, quod dicuntur Can. 5. Catholici scriptores tradidisse *Sacramentum Pœnitentiæ*

absque bono motu suscipientium, gratiam conferre, damnatque anathemate Lutherum contraria sentientem repetitis eius verbis, dicens hunc dolorem *cum proposito melioris vitæ, esse verum & vtilem dolorem, & præparare ad gratiam, nec facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, nec esse coactum, sed voluntarium & liberum*: contra quam Lutherus sentiret Tappero referente in articulis Louaniensibus. Illum autem dolorem Concilium distinguit ab alio perfectiori, eò quòd iste sit caritate perfectus, hominemque Deo reconciliet extra Sacramentum, vt habetur eodem capite 4. sess. 14.

Baijstæ quibus ob eam quam patiuntur oculorum affectionem visa est esse magis Augustiniana Lutheri sentẽtia quàm Tridentini, cùm negent vllum esse medium in actibus humanis inter bonum & malum, bonum autem omnem, esse velint actum caritatis; contendunt consequenter peccatum esse hunc gehennæ timorem caritate inferiorem. Et quia peccatum peccatori additum necessariò peiorem facit & magis peccatorem, hoc etiam accidere concedendum illis est quotiescumque aliquis conçutitur hoc timore. Item, quia exterior innocentia & professio pœnitentiæ larua est, cùm tegit animum etiam tunc peccantem; optimè sequitur, hoc ipso metu *fieri homines hypocritas*. Quæ omnia & Lutherus ita exponebat, vt videre est apud Tapperum: & Tridentinum condemnauit. Nam quod insuper Tridentinum supponit, dolorem ex illo metu conceptum coniunctum esse aliquando & cum detestatione prioris vitæ & cum emendationis proposito, & esse impulsũ Spiritus sancti; Hoc verò Baijstæ diserte negant, cùm dicunt *esse impossibile vt dolor ille contineat in se voluntatem omnia peccata relinquendi: Esse falsum & impossibile vt propositum bene viuendi concipiatur ex timore pœnarum: Repugnare hoc principijs Augustini solidissimis: Non esse disceptationem de lana caprina*, sed pertinere *ad ipsa fidei principia*. Vnde inferas dolorem à Concilio descriptum esse chimæricum. Et quod dam-

Iansen. tom. 3. l. 5. cap. 33.

Digitized by Google

nat Concilium eos qui dicunt hunc dolorem, *esse coactum & non liberum*; ipsi viciſſim ita reiiciunt vt dicant *esse impoßibile*, vt non ſit inuitus & *animo nolenti & repugnanti, qui præceptum aut poenitentiam hoc timore facit.* Per hunc timorem non poſſe ita vitati vnum peccatum quin aliud incurratur. Præterea audacter pronuntiant *vitioſum esse timorem malorum etiam æternorum, ſi ea timeantur non quatenus impediunt ne animus liberè in Deum fruendum tranſeat, ſed quatenus ea ſibi tantùm incommoda ſunt*, quemadmodum & illicitus eſt amor naturalium bonorum, dum ipſis ita inhæret, vt in Deum non tranſeat: & qui timore huiuſmodi malorum *legem ſeruant esse neceſſariò inimicos tum legis tum iuſtitiæ.* Denique hunc timorem *nec esse ex gratia Chriſti, nec diſponere ad iuſtificationem.*

Ib cap.31.
Ib. cap 27.
Ib. cap.30.
Ib.cap. 25. 26.

§. II.

Nou-Auguſtiniani Tridentinum peruersè interpretantur.

QVID igitur ad Tridentinum? interpretandum dicunt de dolore ex timore pœnarum, qui ſit *veri nominis & rationis contritio*, & actus charitatis. Hoc autem probant vitioſa petitione principij, nempe quia duæ illæ rationes quas Concilium conuenire dicit contritioni genericè Sumptæ, prout continet ſub ſe tum contritionem ſtrictè ſumptam, tum attritionem, quæ ſunt, deteſtatio prioris vitæ, & propoſitum melioris inpoſterum; conueniunt illi dolori atque attritioni, de qua loquitur Concilium? ergo, inquiunt, illa attritio eſt veri nominis ac rationis contritio. Quaſi dicerent ille omnis peccatorum dolor, qui coniunctas habet duas illas rationes, eſt contritio veri nominis & rationis & actus caritatis: ſed illa de qua loquitur Concilium, habet duas illas rationes, ergo, &c. vel, ſed dolor ex ſolo timore pœnæ non habet duas illas rationes: ergo Concilium

Ianſ. ib cap. 23 25 33.
Ianſen to. 3. lib. 3. ca. 34.

Digitized by Google

non loquitur de hoc dolore. Et non vident probandum illic esse id quod assumunt; nempe duas illas rationes cadere tantùm in contritionem veri nominis & rationis, prout his vocibus designatur contritio strictè sumpta quæ est actus caritatis. Item, esse hoc illis probandum, nullum dolorem ex solo timore pœnæ conceptum habere posse duas illas rationes; sed supponunt esse hoc aliunde probatum, nimirum ex Augustino, ex quo illi Concilium, velit nolit, interpretandum putant. Contrariam enim esse Concilio hanc interpretationem manifestissimis argumentis ostenditur.

Nam primò, ille timor qui prior est & supponitur initio caritatis, non est actus caritatis, vt per se patet. Sed Concilium loquitur de illo timore, qui prior est & supponitur initio caritatis: ergo &c. Probo minorem ex verbis Concilij, *disponuntur autem ad ipsam iustitiam dum excitati diuinâ gratiâ & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum, credentes, &c. & dum peccatores se esse intelligentes, a diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis iustitiæ fontem* DILIGERE INCIPIVNT. Vbi vides perspicuè describi dispositionem *a diuina gratia* procedentem, & liberam, in qua *vtilis timor diuinæ iustitiæ* post fidem collocatur & ante spem, cùm dicitur peccator *ab illo timore conuerti*, ad cogitandam Dei misericordiam: quæ cogitatio & spem excitat & *incipientem dilectionem*, vt nemini dubium esse possit, quin hoc intendat Concilium quod Patres dicunt, præsertim Augustinus, timorem naturali quodam ordine sternere viam amori, effeque veluti sutoris setam. Habemus igitur ex Concilio timorem Dei gratia excitatum liberum atque vtilem & *ab incipiente dilectione* distinctum. Quam doctrinam dum postea Concilium in Canones redigit, ita loquitur, *si quis dixerit* Gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei *de peccatis*

Sess. 6. cap. 6.

Can. 8.

Digitized by Google

dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Vbi vides de eodem timore de quo dixerat antea, peccatorem ab eo conuerti ad considerandam misericordiam, hîc dici per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus. Ergo hîc etiam designatur timor & liber & bonus, & à Dei gratia procedens, & distinctus ab *incipiente dilectione*, cantaturque anathema Baianis negantibus.

Secundò, considerandа sunt quæ habet Concilium
Cap. 6. in Sess. decima quarta, vbi post definitam in vniuersum contritionem, duas illi species designat, eam quæ *caritate perfecta est*, & antequam actu suscipiatur Sacramentum, peccatorem Deo reconciliat; aliam, quæ non est perfecta caritate, nec reconciliat nisi cum Sacramento, *est tamen*, inquit, *Dei donum & impulsus Spiritus sancti, nondum inhabitantis*. Imperfectionis verò illius causam affert, *quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur*, & hoc *timore vtiliter concussos fuisse Ninivitas*.

Hac attritione Baiani censent designari actũ caritatis,
Iansf. tom. 3. l. 5. c. 34. qui continere possit detestationem omnium peccatorũ præteritorũ, cum propòsito emendationis imposterum: & esse hunc actum veram contritionem; sed tamen imperfectam, comparatiuè ac respectu alterius. Adeò scilicet eximios sese beatosque putant isti Baiani, vt imperfectos reputent Pœnitentes, qui peccata sua detestantur & efficaciter, & vniuersaliter omnia, tum præterita, tum futura, & ex puro diuinæ bonitatis motiuo? quis autem eis reuelauit cùm aliqua pœnitentia *caritate perfecta sit*, hominemque Deo reconciliet extra Sacramentum, istam eiusmodi non esse? Quænam autem & vnde est ista imperfectio? Nam si motiuum spectes, postquam est actus caritatis, idem habet cum eo qui perfectissimus esse potest, Dei bonitatem; si efficaciam, affectum peccandi tam necessariò excludit ac quilibet alius; si generalitatem, potestne aliquis latiùs patere, quàm

Digitized by Google

qui excludit præterita, præsentia, futura? Sed habet, inquit, turpitudinem peccati pro motiuo, vel pœnæ grauitatem. Contra. Pro motiuo in quo fistat, minimè; tendit enim, vt fateris ipse in Deum tanquam in motiuum vltimum. Quod actibus dare censetur & formam & perfectionem. Nisi forte ne Christus quidem satis idoneus videtur esse Theologus, qui credidit donum aquæ frigidę in nomine ipsius collatum æternâ vitâ dignum esse. Et contritio illa, quam & Concilium dicit, & ipse negare non potes esse perfectam, numquid etiam tendit in turpitudinem peccatorum? Quare igitur perfecta est, nisi quia turpitudinem illam propter Deum detestatur? hoc autem facit etiam attritio, de qua loquitur Concilium iuxta tuam interpretationem, ergo & illa est perfecta contritio.

Argumentor in hunc modum. Clarum est Concilium petere imperfectionem attritionis aliquãdo ex eo quod habeat pro motiuo turpitudinem peccati, cum dicit; *illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & poenarum metu communiter concipitur; si voluntatem peccandi excludat, &c.* Ergo, vel ex eo quòd fistat in illa turpitudine, non attentâ repugnantiâ, quam habet peccatum cum Dei bonitate; vel ex eo quod illam etiam repugnantiam spectet: si primum, habemus intentum, & agnoscit Concilium attritionem distinctam ab actu caritatis in Deum tendentem: si secundum, nulla est huiusmodi attritio distincta à perfecta & iustificante contritione, quod hæc quoque ferri debeat in turpitudinem peccati, vt repugnantem diuinæ bonitati & voluntati.

Eodem modo argumentor de attritione ex motiuo pœnæ: vel enim illa pœnam auersatur sub ea ratione, quâ est impedimentum amandi Deum, vel sub ea quâ nobis est incommoda; si secundum, habemus intentum, si primum, quis amorem dicat ex eo capite imperfectionem, quod detestetur impedimentum amandi? Ergo igitur

Digitized by Google

erit etiam imperfectus, quando amandi adiumenta proſequitur?

Iam quod dicit Concilium :hanc attritionem ex pœnarum metu *communiter concipi*, quis non videt, minimè cadere in illum actum, quo quis in pœna nihil aliud reſpicit quàm quòd impedimentum ſit amandi Dei? adeóne defæcatos putant mortalium affectus, vt & in malis ſuis *communiter* hoc attendant, quod impeditiorem faciant Dei amorem; in bonis, quod faciliorem, de ſuo ipſorum commodo vel incommodo nihil ſolliciti? Niniuitas quoque quos Concilium dicit hoc timore *vtiliter* concuſſos, adeo cenſent fuiſſe in rebus ſpiritualibus exercitatos, vt in intentatâ Niniues ſubuerſione detrimenta cogitauerint Dei potiùs quàm ſua?

Sed eſt illud etiam expendendum Concilium dum hanc Pœnitentiam vocat, *imperfectam contritionem*, quæ *attritio dicitur*, deſignare ſine dubio *attritionem*, qualem Scholaſtici concipiunt. Non enim alij ſunt qui nominum illorum ſignificationem *attritionis & contritionis*, diſtinxerint. Siquidem apud Grammaticos idem ſonant. Scholaſtici verò attritionem omnino diſtingunt ab actu amoris Dei ſuper omnia, præſertim qui ſunt antiquiores Concilio Tridentino, nam poſteriorum vnus aut alter, fortaſſe reperietur, quem Bajus corruperit, ergo & Concilium omnino putandum eodem modo inter actus illos dixinxiſſe,

com. 14.

Tertiò. Ex verbis tum Lutheri, tum Tridentini manifeſtiſſimum eſt illam ipſam attritionem à Tridentino adſtrui quam Lutherus impugnat: atque eſt etiam euidentiſſimum Lutherum impugnaſſe attritionem ex ſolo metu poenarum, aut ex peccati turpitudine; non verò ex amore iuſtitiæ conceptam: ergo illa eſt quam Tridentinum adſtruit. Maior minorque perſpicuè patebunt, allatis tum Lutheri, tum Tridentini verbis. Ergo

» Lutherus ita loquitur apud Tapperum: *Contritio (ſic enim*
» *cœpit vocari vera poenitentia interior) duplici via paratur; primo*

Digitized by Google

primò per discussionem, collectionem, detestationem peccato- "
rum, quâ quis, vt dicunt, recogitat annos suos in amaritudine "
animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, dam- "
ni, fœditatem, multitudinem: deinde amissionem æternæ beati- "
tudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, & alia quæ pos- "
sunt tristitiam & dolorem excitare. Hæc autem tristitia facit "
hypocritam, imo magis peccatorem: quia solum timore præce- "
pti & dolore id facit: & tales omnes indignè absoluuntur & "
communicantur. Et si, *liberè deberent remoto præcepto, &* "
minis pœnarum confiteri: certè dicerent sibi non displicere vi- "
tam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri: imo "
quò magis timore pœnæ, & dolore damni, sic conuertuntur. "
eò magis peccant & afficiuntur suis peccatis quæ coguntur, non "
autem volunt, odisse, & hæc est illa contritio, quam ipsi vocant "
extra caritatem non meritoriam, alii vocant attritionem dispo- "
nentem ad contritionem, sic enim ipsi opinantur, quam opinio- "
nem errorem ego iudico. Hæc Lutherus de primo contritio- "
nis modo, vbi vides depingi attritionem illam, cuius mo- "
tiuum est *turpitudo peccati & damna*, vel *solus timor præce-* "
pti, & *quæ est extra caritatem, nec est meritoria.* Alium verò "
contritionis modum Lutherus ita describit: *Secundò pa-* "
ratur contritio, per intuitum & contemplationem speciosissi- "
mæ iustitiæ: hæc facit verè pœnitentem, quia amore iustitiæ id "
facit, & hi sunt digni absolutione. "

Iam Concilium audiamus: *Si quis eam contritionem quæ* " Sess. 14.
paratur per discussionem, collectionem & detestationem pecca- " can. 5.
torum, quâ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ "
suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudi- "
nem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ "
damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse "
verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed face- "
re hominem hypocritam, & magis peccatorem demum illum esse "
dolorem coactum & non liberum ac voluntarium, anathema "
sit. "

Hic ergo interrogo, an vllum animal rationale sat frontis habere possit, vt neget Concilium hoc decreto

Digitized by Google

primum illum contritionis modum tueri ac retinere, quem Lutherus reiiciebat, iisdem omnino verbis descriptum? Atqui illa est attritio quæ opponitur illi quæ est *ex amore iustitiæ*: vt dicit Lutherus, quæ *est extra caritatem*, quæ *non est meritoria*, condignè videlicet, *quæ solùm timore præcepti excitatur*, quæ *remoto præcepto, & minis pœnarum*, non haberet locum. Ergo illam tuetur ac retinet Concilium: & non eam solum, quæ est ex dilectione iustitiæ, ac proinde hic quoque Baiistis cantatur anathema. Atque illi, dum se tegi putant Augustini authoritate, Augustinum exponunt fulminibus Tridentini, quod erat in primis ostendendum.

Sed emersit tandem ex illa Baiistarum coniuratione qui facili ratione anathemata Tridentini Augustino redderet innoxia, cùm dixit, *Concilium Tridentinum non videri Oecumenicum, vtpote in quo potiores fuerint partes Scholasticorum & Papæ.* Hæ sunt Illuminatorum reuelationes, hactenus *occultæ propter metum Iudæorum*, sed nihil admodum alienæ ab ijs Prophetis, qui sedent ad ripam Lemanici lacus.

§. III.

Non-Augustiniani ab Augustino dissentiunt Timorem pœnæ approbante.

QVanto maioris erat prudentiæ Augustinum adducere ad concentum Tridentini! fuisset enim-vero maioris etiam intelligentiæ Augustinianæ doctrinæ, quæ pœnarum timorem, nec ratò nec obscurè commendat, etiam illum, qui prior est, & proinde distinctus ab actu caritatis, & dilectione iustitiæ. Ad hunc enim timorem hortatur cùm dicit; *Timeamus, mutemur, & non timebimus. Qui autem illam dulcedinem non gustauerunt, si nondum desiderant, Dei faciem timeant vel ignem. Supplicia terreant, quem præmia non inuitant. Vile tibi est quod Deus pollicetur, contremisce quod minatur.* Item *occupet cor tuum timor & inducta caritate succedat cicatrix ferramenti medici-*

In Ps. 49.

Tr. 9 in Ep. Ioan.

dicit enim Scriptura, qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Opus ergo vt intret timor primò per quem veniat caritas timor, medicamentum, & caritas, ſanitas. Huius timoris Deum authorem facit cum dicit. *Quomodo ſi videas auem iam cadere in muſcipulam, facis maiorem ſtrepitum vt volet de muſcipula, ſic & martyrum iam forte aliqui intendebant collum in dulcedinem vitæ huius, Dominus qui erat in illis fecit ſtrepitum gehennarum, & erutus eſt paſſer de muſcipula venantum.* In Pſ. 123. Item. *Adhuc audi; alius non in hac terra pati timet, ſed gehennam timet, vnde terruit & Dominus, audiſtis cum Euangelium legeretur, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* In Pſ 127. Quin & ſeipſum Auguſtinus inter huius timoris exempla ponit cum dicit, *Fratres nimis timendum eſſe volo, melius eſt enim non vobis dare ſecuritatem malam. Non dabo quod non accipio, timens terreo, ſecuros vos facerem ſi ſecurus fierem ego. Ignem alternum timeo.* Nempe vult quoque ipſe Auguſtinus percipere, quem tantopere commendat, huius timoris fructum. Vide quid ſentiat de timore gehennæ. *Audiunt hæc homines, & quia verè futura ſunt impijs, timent & continent ſe à peccato*, externo ſcilicet, inquiunt Baiani gloſſatores, ſi ſuperis placet, eximij ſubtiléſque. In pſal 127. Adeò nimirum ſtupidos eſſe homines putant, vt in inferno puniri neſciant malas voluntates, ideóque ſibi ſufficere credant ad æternum ignem vitandum, ſi ſe contineant *à peccato externo*, quamuis intus nefarij ſint atque damnabiles. Numquam audiuere ſupremum iudicem eſſe cordium ſcrutatorem, reuelaturum *abſcondita tenebrarum*, & manifeſtaturum *conſilia cordium*? ſed quare non poterit voluntas, vel præcipere ipſa ſibi, vel prohibere, quod manibus pedibuſque præcipit aut prohibet? an minus eſt ipſa ſui domina quàm motricis facultatis? ergo ſi metu gehennæ vel admouet manum vel abſtinet prout expedire noſcitur ad vitandum hoc malum, quidni poterit etiam, & interiorem affectum vel excitare vel extinguere aut ſupprimere naſciturum, ſi videbitur hoc quoque pariter neceſſarium

Digitized by Google

ad effugiendum ſupplicium quo terretur? ſed pergit Auguſtinus, *habent timorem; & per timorem continent ſe à peccato. Timent quidem ſed non amant iuſtitiam. Caſtus ergo*
« *timor fratres mei hoc habet, quia venit de amore. Ille ante timor*
» *nondum caſtus, præſentiam Domini & pœnas timet, timore*
» *facit quidquid boni facit, non timore amittendi bonum illud,*
» *ſed timore patiendi illud malum. Non timet ne perdat amplexus pulcherrimi ſponſi, ſed timet ne mittatur in gehennam.* BONVS EST ET ISTE TIMOR, VTILIS EST. Aliàs magnum dicit in eo eſſe præſidium.

Cùm ergo non minus euidentia ſint apud Auguſtinum ea loca, quæ metum ſuppliciorum commendant, quàm ea quæ vituperant; hic ego Baniſtas interrogo, quis ſit eius interpres probabilior; an ille qui eum immemorem ſui facit eadem negantem affirmantemque, atque vno loco inducentem quod alibi ſcripſerat, ſibi & Concilijs, & omni rationi contrarium, definiendo ſine vlla diſtinctione omnem metum ſuppliciorum eſſe illaudabilem? an ille qui poſitâ duorum metuum diſtinctione, atque in alterum reiectâ Auguſtini condemnatione, in alterum eiuſdem commendatione, omnia conciliat? diſtinctionem verò illam Auguſtinus ipſe nos docet, dũ alterum metum ex ſolâ legis exteriùs ſonantis propoſitione concipi dicit: quod eſt eſſe naturalem: alterum ſignificat ex fide ita pendentem, vt ideó quis minus timeat, quia parum credit, quod eſt eſſe metum diuinitus inſpiratum, & ſupernaturalem. Primum conſtat ex Epiſtolâ 144. ad Anaſtaſium, vbi propoſito, damnatoque ſuppliciorum quodam timore Auguſtinus ſic loquitur. *Tantum porro quiſque peccatum odit, quantum iuſtitiam diligit: quod non poterit lege terrente per literam, ſed Spiritu ſeruante per gratiam.* Vbi vides legem terrentem, ſine Spiritu ſeruante, & cõſequenter terrorem à Spiritu gratiæ indepẽdentem. Sed & ſupponitur alius terror à fide ac proinde à ſpiritu gratiæ dependens Pſal. 49. Vbi Auguſt. Chriſtianorũ ſtoliditatem, qui intentatis à Deo ſupplicijs non

Digitized by Google

mouentur, accuſans *minis Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo, inuitaris ad bonum: vnde piget* NISI QVIA NON CREDIS? Pelagianos nimirum Auguſtinus potiſſimum ſpectabat interioris gratiæ inimicos, qui cùm in externa tantum legis, aut Euangelij propoſitione, Dei beneficium agnoſcerent, ipſam per ſe naturam deinde ſibi ſufficere putabant, & ad fidem concipiendam, & ad cæteros affectus exprimendos, qui requiri poſſunt, vel ad incipiendam, vel ad perficiendam iuſtificationem, & pœnitentiam potiſſimum facilem eſſe, quod nihil videatur eſſe connaturalius, quam intentatis ſuppliciorum minis terreri, atque inde moueri, & ad vitanda futura peccata, & ad deteſtanda præterita. Auguſtinus, ſicut nec poſſe homines credere *naturaliter*, nec ſperare; ita nec pœnitere poſſe *ſicut oportet*, ſemper inculcat, damnatque naturalem illam pœnitentiam tanquam vt plurimum vitioſam, ineptamque ad corrigendam voluntatem, & de qua reciprocè dici poſſit, quia naturalis eſt non prodeſſe ad iuſtificationem, & quia eſt inutilis ad iuſtificationem, & ad excutiendum peccatum ne diſpoſitiuè quidem cõfert, naturalem eſſe, atque ex ſono tantum litteræ non ex interno ſpiritu gratiæ excitatam. Præter illam verò poſſe aliam diuinitus inſpirari & caritate inferiorem, & vtilem tamen ad iuſtificationem, & quâ iam ante Sacramentum incipiat peccatum eradicari. Auguſtinus numquam negauit, affirmauit autem ijs omnibus locis, quæ paulò ante citata ſunt, & alijs non paucis.

§. IV.

Confuſa Baianorum Theologia & ſecum pugnans circa Timorem pœnarum.

QVÆ loca quia non ignorauerunt Baiani, coguntur ipſi quoque authore Auguſtino fateri metum illum ex ſolo timore pœnæ conceptum, hoc eſt illum quem damnauerant vt vitioſum & malum, eſſe fructuoſum, producto etiam vtilitatum illius catalogo. Augu- Ianſ. t. 3. lib. c.

Digitized by Google

nat Concilium eos qui dicunt hunc dolorem, *esse coactum & non liberum*; ipsi viciſſim ita reiiciunt vt dicant *esse impossibile*, vt non sit inuitus & *animo nolenti & repugnanti, qui præceptum aut poenitentiam hoc timore facit.* Per hunc timorem non posse ita vitati vnum peccatum quin aliud incurratur. Præterea audacter pronuntiant *vitiosum esse timorem malorum etiam æternorum, si ea timeantur non quatenus impediunt ne animus liberè in Deum fruendum transeat, sed quatenus ea sibi tantùm incommoda sunt*, quemadmodum & illicitus est amor naturalium bonorum, dum ipsis ita inhæret, vt in Deum non transeat: & qui timore huiusmodi malorum *legem seruant esse necessariò inimicos tum legis tum iustitiæ.* Denique hunc timorem *nec esse ex gratia Christi, nec disponere ad iustificationem.*

Ib cap.31.
Ib. cap 27.
Ib. cap.30.
Ib.cap.25. 26.

§. II.

Nou-Augustiniani Tridentinum peruersè interpretantur.

QVID igitur ad Tridentinum? interpretandum dicunt de dolore ex timore pœnarum, qui sit *veri nominis & rationis contritio*, & actus charitatis. Hoc autem probant vitiosa petitione principij, nempe quia duæ illæ rationes quas Concilium conuenire dicit contritioni genericè Sumptæ, prout continet sub se tum contritionem strictè sumptam, tum attritionem, quæ sunt, detestatio prioris vitæ, & propositum melioris inposterum; conueniunt illi dolori atque attritioni, de qua loquitur Concilium? ergo, inquiunt, illa attritio est veri nominis ac rationis contritio. Quasi dicerent ille omnis peccatorum dolor, qui coniunctas habet duas illas rationes, est contritio veri nominis & rationis & actus caritatis: sed illa de qua loquitur Concilium, habet duas illas rationes, ergo, &c. vel, sed dolor ex solo timore pœnæ non habet duas illas rationes: ergo Concilium

Ianſ.ib cap. 23 25 33.
Ianſen.to. 3. lib.4.ca. 34.

Digitized by Google

non loquitur de hoc dolore. Et non vident probandum illic esse id quod assumunt; nempe duas illas rationes cadere tantùm in contritionem veri nominis & rationis, prout his vocibus designatur contritio strictè sumpta quæ est actus caritatis. Item, esse hoc illis probandum, nullum dolorem ex solo timore pœnæ conceptum habere posse duas illas rationes, sed supponunt esse hoc aliunde probatum, nimirum ex Augustino, ex quo illi Concilium, velit nolit, interpretandum putant. Contrariam enim esse Concilio hanc interpretationem manifestissimis argumentis ostenditur.

Nam primò, ille timor qui prior est & supponitur initio caritatis, non est actus caritatis, vt per se patet. Sed Concilium loquitur de illo timore, qui prior est & supponitur initio caritatis: ergo &c. Probo minorem ex verbis Concilij, *disponuntur autem ad ipsam iustitiam dum excitati diuinâ gratiâ & adiuti, fidem ex auditu concipientes liberè mouentur in Deum, credentes, &c. & dum peccatores se esse intelligentes, a diuinæ iustitiæ timore, quo vtiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se conuertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque tanquam omnis iustitiæ fontem* DILIGERE INCIPIVNT. Vbi vides perspicuè describi dispositionem *a diuina gratia* procedentem, & liberam, in qua *vtilis timor diuinæ iustitiæ* post fidem collocatur & ante spem, cùm dicitur peccator *ab illo timore conuerti*, ad cogitandam Dei misericordiam: quæ cogitatio & spem excitat & *incipientem dilectionem*, vt nemini dubium esse possit, quin hoc intendat Concilium quod Patres dicunt, præsertim Augustinus, timorem naturali quodam ordine sternere viam amori, esseque veluti sutoris setam. Habemus igitur ex Concilio timorem Dei gratia excitatum liberum atque vtilem & *ab incipiente dilectione* distinctum. Quam doctrinam dum postea Concilium in Canones redigit, ita loquitur, *si quis dixerit* Gehennæ metum per quem ad misericordiam Dei *de peccatis*

Sess. 6. cap. 6.

Can. 8.

Digitized by Google

dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores peiores facere, anathema sit. Vbi vides de eodem timore de quo dixerat antea, peccatorem ab eo conuerti ad considerandam misericordiam, hîc dici per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus. Ergo hîc etiam designatur timor & liber & bonus, & à Dei gratia procedens, & distinctus ab *incipiente dilectione*, cantaturque anathema Baianis negantibus.

Secundò, considerandа sunt quæ habet Concilium
Cap. 6. in Sess. decima quarta, vbi post definitam in vniuersum contritionem, duas illius species designat, eam quæ *caritate perfecta est*, & antequam actu suscipiatur Sacramentum, peccatorem Deo reconciliat; aliam, quæ non est perfecta caritate, nec reconciliat nisi cum Sacramento, *est tamen*, inquit, *Dei donum & impulsus Spiritus sancti, nondum inhabitantis.* Imperfectionis verò illius causam affert, *quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu communiter concipitur*, & hoc *timore vtiliter concussos fuisse Niniuitas.*

Hac attritione Baiani censent designari actũ caritatis,
Ians. tom. 3. l. 5. c. 34. qui continere possit detestationem omnium peccatorũ præteritorũ, cum proposito emendationis imposterum: & esse hunc actum veram contritionem; sed tamen imperfectam, comparatiuè ac respectu alterius. Adeò scilicet eximios sese beatosque putant isti Baiani, vt imperfectos reputent Pœnitentes, qui peccata sua detestantur & efficaciter, & vniuersaliter omnia, tum præterita, tum futura, & ex puro diuinæ bonitatis motiuo? quis autem eis reuelauit cùm aliqua pœnitentia *caritate perfecta sit*, hominemque Deo reconciliet extra Sacramentum, istam eiusmodi non esse? Quænam autem & vnde est ista imperfectio? Nam si motiuum spectes, postquam est actus caritatis, idem habet cum eo qui perfectissimus esse potest, Dei bonitatem; si efficaciam, affectum peccandi tam necessariò excludit ac quilibet alius; si generalitatem, potestne aliquis latiùs patere, quàm

Digitized by Google

qui excludit præterita, præsentia, futura? Sed habet, inquit, turpitudinem peccati pro motiuo, vel pœnæ grauitatem. Contra. Pro motiuo in quo fistat, minimè; tendit enim, vt fateris ipse in Deum tanquam in motiuum vltimum. Quod actibus dare censetur & formam & perfectionem. Nisi forte ne Christus quidem satis idoneus videtur esse Theologus, qui credidit donum aquæ frigidę in nomine ipsius collatum æternâ vitâ dignum esse. Et contritio illa, quam & Concilium dicit, & ipse negare non potes esse perfectam, numquid etiam tendit in turpitudinem peccatorum? Quare igitur perfecta est, nisi quia turpitudinem illam propter Deum detestatur? hoc autem facit etiam attritio, de qua loquitur Concilium iuxta tuam interpretationem, ergo & illa est perfecta contritio.

Argumentor in hunc modum. Clarum est Concilium petere imperfectionem attritionis aliquãdo ex eo quod habeat pro motiuo turpitudinem peccati, cum dicit; *illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & poenarum metu commuuiter concipitur; si voluntatem peccandi excludat, &c.* Ergo, vel ex eo quòd fistat in illa turpitudine, non attentâ repugnantiâ, quam habet peccatum cum Dei bonitate; vel ex eo quod illam etiam repugnantiam spectet: si primum, habemus intentum, & agnoscit Concilium attritionem distinctam ab actu caritatis in Deum tendentem: si secundum, nulla est huiusmodi attritio distincta à perfecta & iustificante contritione, quod hæc quoque ferri debeat in turpitudinem peccati, vt repugnantem diuinæ bonitati & voluntati.

Eodem modo argumentor de attritione ex motiuo pœnæ: vel enim illa pœnam auersatur sub ea ratione, quâ est impedimentum amandi Deum, vel sub ea quâ nobis est incommoda; si secundum, habemus intentum, si primum, quis amorem dicat ex eo capite imperfectionem, quod detestetur impedimentum amandi? Ergo igitur

Digitized by Google

erit etiam imperfectus, quando amandi adiumenta proſequitur?

Iam quod dicit Concilium :hanc attritionem ex pœnarum metu *communiter concipi*, quis non videt, minimè cadere in illum actum, quo quis in pœna nihil aliud reſpicit quàm quòd impedimentum ſit amandi Dei? adeóne defæcatos putant mortalium affectus, vt & in malis ſuis *communiter* hoc attendant, quod impeditiorem faciant Dei amorem; in bonis, quod faciliorem, de ſuo ipſorum commodo vel incommodo nihil ſolliciti? Niniuitas quoque quos Concilium dicit hoc timore *vtiliter* concuſſos, adeo cenſent fuiſſe in rebus ſpiritualibus exercitatos, vt in intentatâ Niniues ſubuerſione detrimenta cogitauerint Dei potiùs quàm ſua?

Sed eſt illud etiam expendendum Concilium dum hanc Pœnitentiam vocat, *imperfectam contritionem*, quæ *attritio dicitur*, deſignare ſine dubio *attritionem*, qualem Scholaſtici concipiunt. Non enim alij ſunt qui nominum illorum ſignificationem *attritionis & contritionis*, diſtinxerint. Siquidem apud Grammaticos idem ſonant. Scholaſtici verò attritionem omnino diſtingunt ab actu amoris Dei ſuper omnia, præſertim qui ſunt antiquiores Concilio Tridentino, nam poſteriorum vnus aut alter, fortaſſe reperietur, quem Bajus corruperit, ergo & Concilium omnino putandum eodem modo inter actus illos dixinxiſſe,

tom. 4.

Tertiò. Ex verbis tum Lutheri, tum Tridentini manifeſtiſſimum eſt illam ipſam attritionem à Tridentino adſtrui quam Lutherus impugnat: atque eſt etiam euidentiſſimum Lutherum impugnaſſe attritionem ex ſolo metu poenarum, aut ex peccati turpitudine; non verò ex amore iuſtitiæ conceptam: ergo illa eſt quam Tridentinum adſtruit. Maior minorque perſpicuè patebunt, allatis tum Lutheri, tum Tridentini verbis. Ergo

» Lutherus ita loquitur apud Tapperum: *Contritio (ſic enim*
» *cœpit vocari vera poenitentia interior) duplici via paratur; primo*

Digitized by Google

primò per discussionem, collectionem, detestationem peccato-
rum, quâ quis, vt dicunt, recogitat annos suos in amaritudine
animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, dam-
na, fœditatem, multitudinem: deinde amissionem æternæ beati-
tudinis, ac æternæ damnationis acquisitionem, & alia quæ pos-
sunt tristitiam & dolorem excitare. Hæc autem tristitia facit
hypocritam, imo magis peccatorem: quia solum timore præce-
pti & dolore id facit: & tales omnes indignè absoluuntur &
communicantur. Et si, *liberè deberent remoto præcepto, &*
minis pœnarum confiteri: certè dicerent sibi non displicere vi-
tam præteritam, quam sic coguntur displicere confiteri: imo
quò magis timore pœnæ, & dolore damni, sic conuertuntur.
eò magis peccant & afficiuntur suis peccatis quæ coguntur, non
autem volunt, odisse, & hæc est illa contritio, quam ipsi vocant
extra caritatem non meritoriam, alii vocant attritionem dispo-
nentem ad contritionem, sic enim ipsi opinantur, quam opinio-
nem errorem ego iudico. Hæc Lutherus de primo contritio-
nis modo, vbi vides depingi attritionem illam, cuius mo-
tiuum est *turpitudo peccati & damna*, vel *solus timor præce-*
pti, & *quæ est extra caritatem, nec est meritoria.* Alium verò
contritionis modum Lutherus ita describit: *Secundò pa-*
ratur contritio, per intuitum & contemplationem speciosissi-
mæ iustitiæ: hæc facit verè pœnitentem, quia amore iustitiæ id
facit, & hi sunt digni absolutione.

Iam Concilium audiamus: *Si quis eam contritionem quæ*
paratur per discussionem, collectionem & detestationem pecca-
torum, quâ quis recogitat annos suos in amaritudine animæ
suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudi-
nem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, ac æternæ
damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse
verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed face-
re hominem hypocritam, & magis peccatorem demum illum esse
dolorem coactum & non liberum ac voluntarium, anathema
sit. Sess. 14. can. 5.

Hic ergo interrogo, an vllum animal rationale sat frontis habere possit, vt neget Concilium hoc decreto

Digitized by Google

primum illum contritionis modum tueri ac retinere, quem Lutherus reiiciebat, iisdem omnino verbis descriptum? Atqui illa est attritio quæ opponitur illi quæ est *ex amore iustitiæ*: vt dicit Lutherus, quæ *est extra caritatem*, quæ *non est meritoria*, condignè videlicet, *quæ solùm timore præcepti excitatur*, quæ *remoto præcepto, & minis pœnarum*, non haberet locum. Ergo illam tuetur ac retinet Concilium: & non eam solum, quæ est ex dilectione iustitiæ, ac proinde hic quoque Baiistis cantatur anathema. Atque illi, dum se tegi putant Augustini authoritate, Augustinum exponunt fulminibus Tridentini, quod erat in primis ostendendum.

Sed emersit tandem ex illa Baiistarum coniuratione qui facili ratione anathemata Tridentini Augustino redderet innoxia, cùm dixit, *Concilium Tridentinum non videri Oecumenicum, vtpote in quo potiores fuerint partes Scholasticorum & Papæ.* Hæ sunt Illuminatorum reuelationes, hactenus *occultæ propter metum Iudæorum*, sed nihil admodum alienæ ab ijs Prophetis, qui sedent ad ripam Lemanici lacus.

§. III.

Non-Augustiniani ab Augustino dissentiunt Timorem pœnæ approbante.

QVanto maioris erat prudentiæ Augustinum adducere ad concentum Tridentini! fuisset enim-vero maioris etiam intelligentiæ Augustinianæ doctrinæ, quæ pœnarum timorem, nec ratò nec obscurè commendat, etiam illum, qui prior est, & proinde distinctus ab actu caritatis, & dilectione iustitiæ. Ad hunc enim timorem hortatur cùm dicit; *Timeamus, mutemur, & non timebimus. Qui autem illam dulcedinem non gustauerunt, si nondum desiderant, Dei faciem timeant vel ignem. Supplicia terreant, quem præmia non inuitant. Vile tibi est quod Deus pollicetur; contremisce quod minatur.* Item *accipet cor tuum timor & inductâ caritate succedat cicatrix ferramenti medici-*

In Ps. 49.

Tr. 9 in Ep. Ioan.

dicit enim Scriptura, qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Opus ergo vt intret timor primò per quem veniat caritas timor, medicamentum, & caritas, ſanitas. Huius timoris Deum authorem facit cum dicit. *Quomodo ſi videas auem iam cadere in muſcipulam, facis maiorem ſtrepitum vt volet de muſcipula, ſic & martyrum iam forte aliqui intendebant collum in dulcedinem vitæ huius, Dominus qui erat in illis fecit ſtrepitum gehennarum, & erutus eſt paſſer de muſcipula venantum.* In Pſ. 123.

Item. *Adhuc audi; alius non in hac terra pati timet, ſed gehennam timet, vnde terruit & Dominus, audiſtis cum Euangelium legeretur, vbi vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* In Pſ 127.

Quin & ſeipſum Auguſtinus inter huius timoris exempla ponit cum dicit, *Fratres nimis timendum eſſe volo, melius eſt enim non vobis dare ſecuritatem malam. Non dabo quod non accipio, timens terreo, ſecuros vos facerem ſi ſecurus fierem ego. Ignem alterum timeo.* Nempe vult quoque ipſe Auguſtinus percipere, quem tantopere commendat, huius timoris fructum. Vide quid ſentiat de timore gehennæ. *Audiunt hæc homines, & quia verè futura ſunt impijs, timent & continent ſe à peccato*, externo ſcilicet, inquiunt Baiani gloſſatores, ſi ſuperis placet, eximij ſubtiléſque. In pſal 127.

Adeò nimirum ſtupidos eſſe homines putant, vt in inferno puniri neſciant malas voluntates, ideóque ſibi ſufficere credant ad æternum ignem vitandum, ſi ſe contineant *à peccato externo*, quamuis intus nefarij ſint atque damnabiles. Numquam audiuere ſupremum iudicem eſſe cordium ſcrutatorem, reuelaturum *abſcondita tenebrarum*, & manifeſtaturum *conſilia cordium*? ſed quare non poterit voluntas, vel præcipere ipſa ſibi, vel prohibere, quod manibus pedibuſque præcipit aut prohibet? an minus eſt ipſa ſui domina quàm motricis facultatis? ergo ſi metu gehennæ vel admouet manum vel abſtinet prout expedire noſcitur ad vitandum hoc malum, quidni poterit etiam, & interiorem affectum vel excitare vel extinguere aut ſupprimere naſciturum, ſi videbitur hoc quoque pariter neceſſarium

mouentur, accuſans *minis Dei, minis æterni ignis prohiberis à malo, inuitaris ad bonum: vnde piget* NISI QVIA NON CREDIS? Pelagianos nimirum Auguſtinus potiſſimum ſpectabat interioris gratiæ inimicos, qui cùm in externa tantum legis, aut Euangelij propoſitione, Dei beneficium agnoſcerent, ipſam per ſe naturam deinde ſibi ſufficere putabant, & ad fidem concipiendam, & ad cæteros affectus exprimendos, qui requiri poſſunt, vel ad incipiendam, vel ad perficiendam iuſtificationem, & pœnitentiam potiſſimum facilem eſſe, quod nihil videatur eſſe connaturalius, quam intentatis ſuppliciorum minis terreri, atque inde moueri, & ad vitanda futura peccata, & ad deteſtanda præterita. Auguſtinus, ſicut nec poſſe homines credere *naturaliter*, nec ſperare; ita nec pœnitere poſſe *ſicut oportet*, ſemper inculcat, damnatque naturalem illam pœnitentiam tanquam vt plurimum vitioſam, ineptamque ad corrigendam voluntatem, & de qua reciprocè dici poſſit, quia naturalis eſt non prodeſſe ad iuſtificationem, & quia eſt inutilis ad iuſtificationem, & ad excutiendum peccatum ne diſpoſitiuè quidem cõfert, naturalem eſſe, atque ex ſono tantum litteræ non ex interno ſpiritu gratiæ excitatam. Præter illam verò poſſe aliam diuinitus inſpirari & caritate inferiorem, & vtilem tamen ad iuſtificationem, & quâ iam ante Sacramentum incipiat peccatum eradicari. Auguſtinus numquam negauit, affirmauit autem ijs omnibus locis, quæ paulò ante citata ſunt, & alijs non paucis.

§. IV.

Confuſa Baianorum Theologia & ſecum pugnans circa Timorem pœnarum.

QVÆ loca quia non ignorauerunt Baiani, coguntur ipſi quoque authore Auguſtino fateri metum illum ex ſolo timore pœnæ conceptum, hoc eſt illum quem damnauerant vt vitioſum & malum, eſſe fructuoſum, producto etiam vtilitatum illius catalogo. Augu- Iauſt. 3. lib. c.

Digitized by Google

stinum videlicet adeò depercunt, vt eo minimè indignum putent quod dixerit malum bonum, & bonũ malum. Iamque nihil pudet videri Deum huius timoris, hoc est alicuius peccati authorem, ad illud scilicet inuitantem. Et quia inter illos fructus hic etiam numeratur quòd viam sternat caritati, iuxta illud Augustini; *si nullus timor non est, qua intret caritas*, & illud, *nisi timore incipiat homo Deum colere non peruenit ad amorem*, sequitur ex ista recentioris editionis Theologia, hominem peccando disponi ad amandum Deum, & caritatis perductorem esse peccatum: vt videas Lector minimè mirum esse nec sine consilio ac ratione factum quòd Baijstæ Scholasticam à suo Lycéo repulerint.

Tom 9. in Ep. Ioan. & Psal. 149.

Quod autem ex Concilio Tridentino ijs in locis quæ antea citata sunt eosdem fructus timoris seruilis colligũt admiratione dignum est; vel enim fatentur intelligere Concilium timorem reuera seruilem, hoc est *ex solo pœnarum motiuo conceptum*, vel non. Si primum, quare affirmant, quòd antea negauerant, Concilium esse de huiusmodi timore interpretandum, sed de timore qui sit *veri nominis & rationis contritio*? Si secundum, hæc allegatio quid facit ad inculcandos illos fructus? Quid inquam facit commendatio attritionis ex amore Dei, esto non perfectissimo conceptæ, ad probandas vtilitates attritionis conceptæ ex solo timore pœnarum?

Tom. 3. lib. 5. de grat. Chri. Sal. cap. vlt.

Sed operæ pretium est ostendere quo labyrintho inclusi discurrant hoc loco Baiani. Seruilis enim timoris fructus vt dixi ex Concilio Trid. confirmant: & mox obseruant *Concilium non de quolibet gehennæ metu intelligendum, sed de illo dumtaxat qui veram contritionem quamuis imperfectam parit, & cum ea coniunctus est. Per illam enim Scholasticorum quorumdam attritionem nos non abstinere à peccato, nec abstinere posse, quod per illam inuiti faciamus quidquid facimus boni*, quod est dicere Concilium non esse interpretandam de timore illo seruili. Et statim addunt. *Quamquam nec iste seruilis pœnarum timor, quatenus timor,*

ſit peccatum aut malum; Bonus eſt enim timor quatenus timor, & eo quo ſupra diximus modo datur à Deo, quamuis ſeruilitas eius adiuncta mala ſit. Sic enim & anima peccatrix non quatenus peccatrix, ſed quatenus anima & bona eſt & creatura Dei. Vnde colligunt id quod Concilium definit contra Lutherum, etiam illum timorem peccatores nequaquam peiores facere, ſed meliores potiùs, *quod contineat ſaltem opus, ſi non animum.* Item colligunt hunc timorem ad iuſtitiam præparare. *Non quidem in quantum ſeruilis, hoc eſt, ab amore iuſtitiæ ſeparatus, & in ipſo homine vltimò requieſcit, peccandique voluntatem ex eo capite coniunctam habet, ſed in quantum eſt timor pœnæ cuius expectatione is qui ſeruiliter timet, ſi non ex toto ſaltem aliqua ex parte à peccato reuocatur & ad iuſtitiam diligendam aliquo modo præparatur.* Atque ita ſuggerunt rationem aliquam, qua poſſit intelligi Concilium etiam de timore qui ſeruilis eſt eſſe loquutum.

Vnde ſequitur Nou-Auguſtinianos eadem pagina affirmare primum, deinde negare, tertiò iterum innuere Concilium Tridentinum de timore, qui ſeruilis, eſt eſſe interpretandum.

Secundò cernere eſt ex hoc loco eos qui antea luſerant in *ſtrigoſas* quæſtiones & *eliquatas meditationes* Philoſophorum ac Theologorum, veluti tempeſtate compulſos recurrere ad formalitates Dialecticorum, & res fidei deducere tandem ad imperceptibiles diſſolutiones, cùm dicunt timorem ſeruilem bonum eſſe, non quatenus eſt ſeruilis, ſed quatenus eſt timor. Expectabam vt dicerent odium Dei rem etiam eſſe admodum bonam, non quidem vt eſt Dei, ſed vt eſt odium. Amorem è contrario rem eſſe malam & lethalem; non quidem vt eſt Dei, ſed vt eſt amor.

Tertiò patet quantò illis fuerit vtilius Philoſophiam diſcere quàm impugnare, cuius cognitione effugiſſent errorem trimeſtri Logico indignum, quando dicunt timorem ſeruilem bonum eſſe *non vt eſt ſeruilis, ſed vt eſt*

Digitized by Google

timor. Cum enim ipsa timoris ratio generica sit, ac proinde indifferens ad bonum & malum, quemadmodum ratio animalis ad differentias rationalis & irrationalis, quid aliud est timorem seruilem bonum esse, vt est timor, quàm bonum esse sub ea ratione, quâ nec bonus nec malus est? Quod est esse determinatum ad bonũ sub ea ratione qua indeterminatus est? An non potiùs dicere debuerant, timorem seruilem vt est timor, medium aliquid esse, quod malum fiat si determinetur, vt sit seruilis, bonum verò si determinetur vt sit ingenuus & filialis?

Sed erit hoc etiam ab illis exigendum, vt explicent nobis, quo modo determinari velint timorem vt sit filialis & vt sit seruilis. Nam si velint id fieri eadem ratione qua determinatur genus ad speciem accessu differentiæ; absurda est comparatio quâ vtuntur inter timorem seruilem & animam peccatricem, quæ concretum quoddam est ex subiecto & accidente, non verò ex genere & differentia. Si vero malint timorem ita determinari vt sit filialis aut seruilis, quomodo determinatur anima vt sit peccatrix, vel vt sit sancta, & aër vt sit lucidus, vel vt sit tenebrosus, hoc est, quomodo determinatur subiectum per varia & contraria interdum accidentia; vt omittam alias difficultates, fateri debent separatâ quando ita volunt seruilitate, manere tamen in timore id quod est ab eo inseparabile, nimirum quod respiciat malum pœnæ quatenus malum est eius qui timet præcisè. Ergo si separata seruilitate bonus tamen est; bonus est timor qui fertur in pœnam, quatenus est malum timentis præcisè, ac sine vlteriori ordine intrinseco ad Deum. Quod si hoc est:

Quomodo stabit primò quod dicunt, *captum suum sperare quod hic timor possit esse dispositio ad iustificationem?* Cuius enim captum superet, quod bonus actus sit dispositio ad iustificationem? concedunt autem hunc bonum esse. At, inquis, abeunte seruilitate timor qui hærebat

Iansen. tom. 3. lib. 1. c. 15

Digitized by Google

in creatura tendit ad Deum. Nugæ. Tendere aut non tendere in aliquod obiectum intrinseca sunt actibus vitalium facultatum. Et sicut nulla vis est quæ possit abrumpere ordinem illius actus qui tendit in Deum ipso manente: ita neque vlla est quæ possit eundem ordinem addere illi qui aliquando in Deum non tendit, eodem similiter remanente. Ergo si timor qui erat seruilis, idem manet amissa seruilitate, retinet etiam tunc necessariò terminationem intrinsecam quam habebat ad malum, quatenus malum est timentis cùm præcisione respectus omnis intrinseci ad Deum: Ergo si nihilominus bonus est; fatendum est esse bonum affectum qui ex intrinseca ratione sua terminatur vltimò ad creaturam, nec retorquet in Deum obiectum suum: & consequenter esse idoneam dispositionem ad iustificationem. Quod si fatentur

Quomodò stabit secundò quod dicunt, *Quamuis sit licitum appetere temporalia & naturalia commoda, illicitum tamen esse in iis conquiescere, nec vlterius animum impellere.* Et quòd dicitur de amore, idipsum de timore dicendum. *vitiosum scilicet esse malorum æternorum timorem, si ea timeantur non quatenus impediunt ne animus liberè in Deum fruendum transeat, sed quatenus ea sibi tantum incommoda sunt.* Et *violari æternam legem* quâ præcipimur in Deum surgere ex nobis ipsis, etiam formidando; *atque inde contrahi nonnullam fœditatem*, &, *concupiscentiam respectu Dei esse vitiosum amorem*, &, *Qui sibi Deum diligit, totum dilectionis ordinem diligendi peruersitate perturbare*. Esse in huiusmodi amore, *sinceritatis adulterium*, & *mercenariæ cupiditatis fœditatem*. Nam si hæc vitia insunt illi amori quo quis Deũ sibi amat: sequitur, aduersariis etiam fatentibus, inesse illi timori quo quis Dei iacturam sibi timet. Est igitur in hoc etiam timore *peruersitas* & recti ordinis *perturbatio*, est *adulterium sinceritatis*, & *mercenariæ cupiditatis fœditas*, idque ex ea causa quæ non tollitur sublatâ seruilitate illâ accidentaria quam fingunt, nimirum ex eo quod

Ianf. tom. 3. lib. 5 c. 23.

Idem ib c. 8. 10.

Digitized by Google

timor in creaturam vltimò terminetur, quemadmodum eo ipso præcisè fœdus est amor. Quò etiam pertinet quod dicunt, *Hoc ipso quod in rebus istiusmodi, velut iucundis ac delectabilibus animus commoratur, per quas tanquam peregrinus ad patriam delectationum omnium fontem tendere debet, nullius alterius malitiæ adiunctione delinquit.* Quid enim est, *hoc ipso*, &, *nullius alterius malitiæ adiunctione*, quàm huiusmodi actum esse per semetipsum inordinatum & intrinsecè malum, eo quòd in tale obiectum tali modo feratur, adeò vt nihil necesse sit ad alium quemdam actum recurrere, vt ex eius vel commissione, vel omissione iste inquinari censeatur, quod non sit malus ex *adiunctione* alienæ malitiæ, sed ex inclusione propriæ? Quî verò fieri potest, vt actus intrinsecè malus ex obiecto suo & modo quo in illud tẽdit, desinat esse malus & fiat bonus, idem manens & propriâ libertate retentâ?

Iansen. tom. 3. lib 5. cap. 23

Adde quod dicunt, *Animum qui solo pœnæ timore nullo Dei aut iustitiæ amore peccatum vitat, non hoc ita vitare posse vt omni ex parte caueatur. Nam præter quàm quòd eo modo voluntate reus est quo supra ex Augustino diximus, quatenus inuitus est, malletque facere, nisi pœna terreret; ex alia quoque consideratione labem contrahit, quatenus pœnas timendo in sui ipsius amore requiescit, cuius malum ita formidare sicuti bonum appetere debuisset, vt in vtroque tam amoris quàm timoris affectu seipsum referret in Deum .... Quod qui non in omnibus actibus suis & affectibus facit, sine dubitatione delinquit,* Est igitur, *labes*, est *delictum*, est *peccatum* in illo timoris affectu quo quis pœnas timet vt sibi malas, nec solum ex adiuncta voluntate, quâ mallet aliud facere, sed ex omnium ratione quæ inest omnibus actibus qui terminantur ad creaturam. Et quando igitur & quomodo poterit ille timor fieri bonus? Nam si desinat timere pœnas vt malas timenti, desinet esse: & quæ inde sequetur rectitudo, non erit in illo timore qui priùs erat malus, sed in alio quopiam: ac proinde ille prior simpliciter & absolutè malus fuerit, atque ineptus, qui bonitatem aliun-

Digitized by Google

de hauriret, cùm potiùs ipſe malitiam fuerit communicaturus cuilibet alteri affectui, qui ſe quauis ratione attingeret, ob eam quam includebat intus labem.

Quomodo igitur tertiò ſtabit quod dicunt, *Non tam eſſe timoris vitium quàm timentis: nec procedere ex ipſa timoris natura, ſed ex inordinatione timẽtis?* Quid? Dum quis Deum ſibi amat, cuius eſt vitium? Cuius eſt *peruerſitas* illa & *adulterium* & *fœditas mercenaria*? Amantis, an amoris? & quod aliud eſt hoc vitium, quàm quòd affectus humanus in re creata vltimò ſiſtat? Et hoc non eſt in ipſomet affectu? & ſi vitium eſt in timente quod non ſit alius affectus qui amorem hunc aut timorem in Deum referat, non erit vitium in amore ipſo & timore quod ipſe non eat? Quare potiùs tenetur animus tendere in Deum per alium affectum, quàm per iſtum? & ſi peccatum eſt in extrinſeca omiſſione tendentiæ vel relationis in Deum, quomodo non eſt in omiſſione intrinſeca illa quam eſſentialiter includit tũ amor ille, tũ timor? Quomodo igitur non eſt vitium ipſius amoris ac timoris? Num etiam dicẽt quando aliquis mentitur non eſſe vitium loquutionis ſed loquentis? Eſt vero illud & loquutionis & loquentis: ſed loquentis vt cauſæ loquutionis, cui vitium proximè ineſt. Et ita ſi vitioſum eſt timorem pœnarum non ſpectare vltimò Deum, fruſtra eſt illa, quam oſtendunt ſubtilitatis affectatio, & merus aranearum labor. Et timentis eſt vitium & timoris, timoris quia peruerſus ſit, timentis quia talem facit. Nec aliud dicere poſſunt, poſtquam faſſi ſunt, timorem illum *nullius alterius malitiæ adiunctione vitioſum eſſe.* Sed eò ipſò tantum quod mala timet, vt ſunt timentis mala. Ergo relinquant ſpeciem illam quâ dicunt ſeparata ſeruilitate à timore, quo modo peccatum ſeparatur ab anima, remanere bonum timorem. Quod ſi adhuc repugnant

Lan. lib. c. 13 & c 23.

Quomodo ſtabit quartò, quod dicunt, *Non poſſe timore pœnæ voluntatẽ ita mutari vt præceptum ex illo timore obſeruando non peccet.* Quod dum explicant quomodo fiat, ad-

Digitized by Google

dunt: *Quisquis igitur vult animum ab eo in quod voluntate ferebatur peccato, pœnarum timore refrenare, videtur quidem ab eo abstrahere & mutare voluntatem; sed reuera non mutat, quod non solùm ex ista coniuncta voluntate de qua supra diximus, quà videlicet mallet idipsum facere si impunè liceret.* SED ETIAM EX IPSA FORMALI RATIONE OBIECTI, *sub qua peccatum declinare nititur, perspicuum esse potest. Timens enim non ideo peccatum horret quia peccatum est, sed quia corpori dolorificum, quod non est peccatum odisse, sed dolores.* Age. Quod conuenit affectui ex ipsa ratione formali obiecti sui, numquid conuenit intrinsecè & essentialiter, atque adeò inseparabiliter? Est igitur ille defectus, illa peruersitas & inordinatio, qua timens peccatum timet tantùm vt dolorificum, intrinseca & essentialis & inseparabilis à timore illo: ergo manebit quantumuis abeat seruilitas quæ supponitur accidentaria, vt peccatum animæ. Quomodo igitur bonus erit ille timor etiam si tollatur seruilitas? & si bonus erit nihil obstante defectu illo intrinseco; quare negabitur bonam facere voluntatem in qua erit, & eatenus illam mutare saltem secundùm quid? & quare peccabit qui ex illo timore præceptum seruabit? an potest bonus timor esse causa peccati? Quod si adeò non mutatur mala voluntas timore pœnæ, *vt peccet*, qui eo impellitur ad seruandum præceptum; non solum ob adiunctam voluntatem qua mallet aliud facere, si pœna non obstaret, sed ex ipsa formali ratione obiecti eiusmodi timoris, quis negare poterit illum ex obiecto suo malũ esse? Quomodo ergo non falsò dictus est bonus, sicut anima sublato peccato? & quomodo non falsò dicitur hoc vitium non esse timoris sed timentis?

Adde rationem quam proponunt, nempe *Animum semper malè diligere quidquid diligit, & in mala voluntate permaneat, nisi diligat benefactum quatenus benè seu iustè factum.* Cùm enim addunt esse illum defectum in timore hoc, *ex ratione formali obiecti sui*, quod scilicet non fugiat malè factum, quatenus malè seu iniustè factum; quomodo ne-

Digitized by Google

gabuat animum ſemper eo modo malè timere, & in mala voluntate permanere, quidquid tandem timeat? An igitur fieri vnquam bonus poterit ille timor? Et

Quomodo ſtabit quintò timorem gehennę, quatenus eſt homini mala, eſſe naturalem & eiuſdem rationis, ſiue ſequatur fidem per quam reuelata eſt : ſiue opinionem aliam quandam, qualem concipere gentiles potuerunt ex ſuorum poëtarum fabulamentis: Et quod dicunt ita periiſſe libertatem ad bonum peccato primi parentis, vt *ne vnum quidem* moraliter bonum ante gratiam elicere poſſit, *moraliter autem bonum ſenſu planiſſimo hic nihil aliud appellari quàm actum quadam honeſtate morali ita bonum, vt non ſit peccatum; ſiue ad vitam æternam conferat, ſiue non;* Quod autem dixi ante gratiam, intelligi *ante fidem*, ante quam *quidquid fecerit homo non tantum nihil ad pietatem & ſalutem conferat, ſed neque ſit moraliter bonum, vtpote quod ſit verum & propriè dictum peccatum*: Non eſſe liberum homini lapſo *à peccato abſtinere dum hic & nunc agere meditatur, quocumque ſe verterit, quadam humanis viribus inſolubili peccandi neceſſitate teneri: inductam neceſſitatem peccandi, non tantum in aliquibus actibus, ſed etiam in omnibus, & omnem eius actum antequam credat peccatum eſſe.* Ecce, omnis timor pœnarum quem habent gentiles ante fidem, peccatũ eſt, omnis timor pœnarũ quem habent fideles, eſt eiuſdem rationis cum timore gentilium, ſi pœnas timent vt ſibi malas: ergo omnis huiuſmodi timor fidelium peccatum eſt. Quo ergo ſenſu dicitur bonus? ſi tollatur, inquis, ſeruilitas. At ſublatâ ſeruilitate quod remanet, numquid eſt aliquid naturale & intrinſecè, & eſſentialiter quemadmodum anima ſublato peccato? Numquid habet idem obiectum quod habebat, nimirum pœnas vt timenti malas; atqui eatenus conuenit cum timore gentilium, vitioſo & malo.

Iaſ. tom. 3. lib. 5. cap 16. 25.

Idem to. 2. lib 5. de ſtatu nat. lapſæ c. 14.

Quomodo ſtabit ſextò, quod dicunt: *Quando de illis diſputatur qui ex timore præcepta faciunt, non de illis ſermo eſt quibus timor pœnæ aliquod initium aut occaſionem præcepta*

Iaſ. tom 3. lib. 5. cap. 21.

Digitized by Google

faciendi aut pœnitendi præbet, sed de illis quibus timor est ratio benè viuendi aut pœnitendi: hoc est, in quibus efficax timor habet rationem voluntatis finis, ex cuius intentione præcepti obseruatio vel pœnitentia velut medium assumitur. Nam illo priori modo timor non est circunstantia alterius actus, videlicet obseruationis aut pœnitentiæ, sed est tantum quædam occasio, & quasi causa extrinseca eius, & ideò non potest ei defectum aliquem, aut malitiam affricare. Quasi dicerent, eum qui ex intentione fugiendi malum quod sibi timet æternæ damnationis, eligit tanquam medium obseruationem præceptorum, vel conatur elicere actum contritionis, peccare: eo quòd intentio illa mala malitiam suam eiusmodi electioni affricet, & quæ inde sequitur etiam executioni. Sed si timore illo tantùm moneatur vt cogitet quàm bonum sit seruare mandata & pœnitere, iamque feratur in hæc obiecta sine vllo ad pœnas respectu, non peccare, quod timor ille malus occasio tantùm fuerit concipiendi hos affectus, non verò causa vel circumstantia quæ possit illis malitiam aliquam affricare.

Hæc, inquam, quomodo stare possunt cum eo quod dicunt, timorem per seipsum non esse malum? quàm malitiam affricare potest timor qui nullam habet, & bonus est! & si non est timoris vitium, quòd sit seruilis, sed timentis, quare putant timorem *affricare malitiam* cõsequentibus actibus, & non potiùs timentem? Seruilitas quæ supponitur à timore separabilis, consequenter reperitur tantùm, vel in alio quodam actu à timore distincto, vel in eius omissione. Inde igitur petant *affricationem* illam malitiæ, non à timore, si per se ipse nullam habet, & bonus est.

Sed est hoc loco notanda Aduersariorum industria, qui cùm Scholasticorum merces adeò despiciant, hic tamen eorum exuuijs ornari studeant. Quod dictum est à Nouo-Augustino de timore seruili, qui bonus est, non vt est seruilis, sed vt est timor, ad eum modum quo anima peccatrix bona est, non vt est peccatrix, sed vt est

Digitized by Google

anima, deſcriptum eſt verbatim ex Guillelmo Eſtio 3. ſent. diſt. 34. §. 8.. Quod autem retuli iam de timore concurrente per modum occaſionis tantùm, vel per modum intentionis efficacis, ſumpſit ex Suareto. 4, in 3. part. diſp. 5. ſ. 1. num. 5. Atque ita diuerſis centonibus amicitur Nouus-Auguſtinus Heluetico more, quod ſententia vnicolor eſſe non poſſit, dum nec Eſtius ſecum, nec Suarez cum Eſtio, nec ipſe cum illis, vel cum eorum alterutro ſatis conueniunt. Nam Eſtius timoris ſeruilitatem ita ponit in adiunctione cum quo quis mallet quod prohibetur facere, vel quod præcipitur omittere, ſi impensè liceret, vt ſeparabilem putet; & tamen approbat ſententiam D. Bonauenturæ quâ dicit, *Si quis ex recogitatione pœnarum horret offendere Deum, nihil tamen actu, contra legem Dei concupiſcens, etiamſi tamen adhuc ſimiliter timeat, poteſt id eſſe abſque peccato.* Vnde ſequitur & ſublato actu à quo petitur ſeruilitas, remanere nihilominus ſeruilem timorem: & quamuis ſeruilis remaneat, non eſſe peccatum. Quæ repugnant omnino cum eo quod docuit timorem ſeruilem non eſſe bonum vt ſeruilis eſt, ſicut nec anima vt ſit peccatrix, bona eſt, & ſeruilitatem poſſe tolli, ſi tollatur adiuncta mala voluntas. Suares conſtanter ſupponit inſeparabilem eſſe timoris ſeruilitatem; nèque tamen inquinari timorem ex ea, ſeu malum fieri, eſto fiat minus bonus minuſque perfectus, ac proinde ſiue ſit occaſio ſiue circumſtantia aliorum actuum, negat vllam inde malitiam in eos deriuari. Nouus-Auguſtinus qui neque Suari conſentit, quòd ſit intrinſeca & innoxia timoris ſeruilitas, nec Eſtio quod poſſit eſſe ſine peccato, vel quod petatur tantùm ex alterius actus malitiæque adiunctione; & ſuas & eorum cogitationes miſcet, ac velut in mortario tundit, verſat, confundit, vnde maſſa quædam emergit doctrinæ, quæ neque eſt hoc, neque iſtud, neque illud, ſed neſcio quid, de quo non ſolùm hoc dici poteſt, quod neque ſecum cohæreat, & à Scholaſticorum principiis

Digitized by Google

alienum est, & Ecclesiasticæ doctrinæ aduersatur, vt apertiùs constabit ex mox dicendis.

§. V.

Pergunt Baiani de Timore pœnæ pugnantia docere.

QVARTO igitur quod dicunt timorem etiam si seruilis sit, quippe quando *nondum iustitiam diligimus* quando nondum continetur animus à peccato, *Esto contineatur manus*: quando is qui timet est adhuc *malæ voluntatis*, hoc est quando timor adhuc seruilitatem retinet, tum multis alijs modis vtilem esse ac fructuosum, tum maximè quia *coarctat* animam *premitque*, itáque cogit *confugere ad Dei misericordiam*, , ad quam *perducit instar pædagogi*, quomodo conciliabunt cum ijs quæ asseruerant, *esse prorsus impossibile vt ex timore pœnæ impleatur aliquod præceptum, & repugnare principijs Augustini initium bonæ voluntatis concipi posse ex timore pœnarum*? *esse impossibile vt virtus seu caritas fluat ex timore pœnarum.* Qui confugit ad Dei misericordiam, non implet aliquod iustitiæ præceptum? qui confugit timore pœnarum *prossus & coarctatus*, non confugit ex timore? & ille timor ita premens, ita coarctans *& instar pædagogi ducens*, non est efficax? Non determinat ad hoc quod est *confugere ad Deum*, sicuti ad malum idoneum vitandis pœnis quæ timentur? Est igitur verum ex puro timore pœnæ impleri posse aliquod iustitiæ præceptum. Est verum initium bonæ voluntatis concipi posse ex timore pœnarum. Est verum caritatem quoque ab illo timore fluere, non solùm tánquam ex aliqua occasione, sed etiam vt ex causa *premente, coarctante, perducente*, atque imperante *instar pædagogi*.

Tom 3. lib. 5. de gra. salu. c. vlt.

Ib. cap 10.

Cap. 25.

Vnde sequitur quintò, Nou-Augustinianos iterùm iterúmque miserabiliter secum pugnare cum dicunt, *ex puro timore pœnæ non posse ita fugi peccatum, vt nullum aliunde*

Ib. cap 14.

Digitized by Google

aliunde peccatum incurratur, &, voluntate reum esse quantumcumque aliquis ex timore peccatum declinare videatur: &, *Esse impossibile vt ille qui ducitur timore suppliciorum, non habeat adiunctam voluntatem malam*, illâque voluntate *lucnter viuente* non sit reus. Et, *Legem suis terroribus augere potius quàm auferre peccandi voluntatem.* Et, *In ipsa voluntate peccare & reum esse qui non voluntate sed timore non peccat, non solum quando opera externa, sed etiam quando ipsam internam voluntatem ex timore coercere conatur.* Atque hoc contingere, non solùm ex eo, quòd cum illo timore coniuncta sit voluntas, qua mallet facere malum, quod fugit, si pœna permitteret; *sed etiam ex ipsa ratione formali obiecti sub qua peccatum declinare nititur. Non timeri peccatum quia peccatum, sed quia corpori dolorificum; Et esse admiratione dignum captumque suum omnino superare quod dicitur, hunc timorem disponere ad iustificationem.* Ib.cap.19. 21. 22.

Cõponamus enim hæc cùm illa alia doctrina, quâ dicũr hunc timorem *ad iustitiam præparare, non quidem in quantum seruilis, hoc est ab amore iustitiæ separatus & in ipso homine vltimò requiescit peccandique voluntatem ex eo capite coniunctã habet: sed in quantum est timor pœnæ, cuius expectatione is qui seruiliter timet, si non ex toto, saltem aliqua ex parte à peccato reuocatur.* Item, *Hoc timore pœnarum peccatorem premi, coarctari, & tanquam à pædagogo vrgeri, vt confugiat ad Dei misericordiam.* Age. Si timor seruilis non solum habet adiunctam voluntatem malam necessariò, sed est ipse per se quædam mala voluntas *ex ratione formali obiecti* sui, quatenus malum fugit tantùm vt dolorificum, nihil vlterius spectando. Quid tibi vis cùm dicis præparare ad iustitiam, *non quidem vt habet coniunctam malam voluntatem*? Potéstne non habere coniunctam malam voluntatem, qui est ipse per se & *ex ratione formali obiecti sui* mala voluntas? Et si peccat *qui conatur coercere malam voluntatem ex timore*, quomodo non peccat qui *ex eodem timore ad Dei misericordiam confugit*? Et cuius cáptum non excedat, quod peccare sit ad Dei misericordiam confu-

Digitized by Google

gere! Quod si velle ad Deum confugere non est peccare, timor qui voluntatem illam *premendo, coarctando, cogendo* exprimit, quomodo non coniungitur tunc cum bona voluntate? An non igitur tunc & bonam & malam voluntatem coniunctam habebit eodem tempore? Est enim ex eorum sententia ille timor atque illa intentio fugiendi malum quà malum timentis, & mala quædam voluntas per semetipsum, & cum mala voluntate ita necessariò coniuncta, vt sit impossibile separari. Ergo etiam dum exprimit voluntatem confugiendi ad diuinam misericordiam,, quia eo ipso cum bona voluntate coniungitur, malam simul & bonam voluntatem coniunctam habet. Et non est mirabilis ille timor qui res adeò contrarias coniugio copulat? sed quænam est inter ista oppositio? *Non quidem vt est seruilis & ab amore iustitiæ separatus, &c. sed in quantum est timor pœnæ, cuius expectatione is qui seruiliter timet, ex parte reuocatur à peccando*, hoc est, vt interpretantur, *manum abstinet à peccando, non animum*? Quid inquam est illud, *sed in quantum*? In quantum est timor pœnæ non est seruilis? in quantum reuocat à peccato solùm externo, non est separatus à caritate & amore iustitiæ? Non habet coniunctam malam voluntatem cuius subiectum est adhuc malæ voluntatis? Et si is in quo est, adhuc *seruiliter timet*, numquid timor in ipso homine vltimò requiescet? Quis in hac sententiarum confusione locum inuenire poterit vbi pedem figat?

Num hic etiam recurrent ad tricas dialecticorum? Recurrant certè dummodo in confesso sit apud illos, timorem seruilem esto, non vt est seruilis, sed *specificatiuè*, vt dici solet, timorem qui est seruilis, etiam dum est seruilis, seu dum homo per illum seruiliter timet, dum requiescet vltimò in ipso homine, & est separatus ab amore iustitiæ, & habet coniunctam peccandi voluntatem, &, quod idem est, reperitur in homine malæ voluntatis, & à peccato auertit? non animum sed manum, hunc in-

Digitized by Google

quam timorem tot vitijs infamem, his non obſtantibus ad iuſtitiam præparare, atque inſtar pædagogi ducere, & coarctando, premendo, cogendo exprimere voluntatem confugiendi ad diuinam miſericordiam: Eſſe initiũ ſapientiæ & caritatis: atque inter fructus ſuos numerare piam humilitatem, & diuinæ gratiæ petitionem: Et nequaquam facere peccatores peiores, ſed potiùs meliores, inducere benefaciendi facilitatem, & alia id genus, quæ à Nou-Auguſtinianis dicuntur; & quod ex Auguſtino probant, hunc timorem *magnum eſſe præſidium procedentibus ad ſalutem: eſſe bonum, vtilem, & ſaluberrimum: eſſe ianuam quâ intrat caritas, &c.* lb. cap. vlt.

Concilient iſta inter ſe & cum illis alijs quæ aſſeruerunt. *Ex puro timore pœnæ non poſſe ita fugi peccatum, vt nullum aliunde peccatum incurratur: legem ſuis terroribus augere potius quàm auferre peccandi voluntatem: in ipſa voluntate peccare & reum eſſe, qui non voluntate ſed timore non peccat, etiam quando ipſam internam voluntatem ex timore coercere conatur: eſſe impoſſibile vt virtus ſeu charitas fluat ex timore pœnarum: Repugnare principiis Auguſtini, vt ex eodem concipiatur initium bonæ voluntatis.* Hæc, inquam, concilient, & tunc, conſtabit rem eandem ad iuſtitiam præparare & ad nouum peccatum inducere: atque hoc ipſum inducere in nouum peccatum, quod fit dum ex timore abſtinetur à peccato ſaltem externo, vel coercetur etiam interna voluntas, eſſe ad iuſtitiam præparare: ita vt nouum peccatum iuſtitiæ præparatio ſit: hunc timorem eſſe initium ſapientiæ & caritatis, cóque ducere inſtar pædagogi premendo, coarctando, & eſſe impoſſibile vt ex eo caritas fluat: Inducere benefaciendi facilitatem, nec facere peccatores peiores, ſed potius meliores; & tamen augere potiùs quàm auferre peccandi voluntatem, & diuerſis modis animum peccato affixum eſſe, aut ſinere, aut facere, vt dicitur cit. loc. cap. 26. voluntate reum teneri qui concipit affectum bonum, vtilem, ſaluberrimum: & magnum eſſe præſidium procedentibus.

Digitized by Google

ad ſalutem nouis peccatis implicari. Caritatem intrare per ianuam malæ voluntatis, &c.

Quæ Lector vbi expenderit, facilè intelliget, quàm verùm ſit quod iactare ſolent Nou-Auguſtiniani à Deo eductum ſingulari prouidẽtia qui propalaret hæc myſteria, atque hac ratione *facem veritatis olim ab Auguſtino accenſam & humanæ philoſophiæ nebulis ſenſim inuolutam in priſtinum ſplendorem reſtituëret.* Quaſi poſſit nox atrior vſquam reperiri & denſiores ſpargi tenebræ, quàm præ ſe ferat hic diſſidentium atque inter ſe mutuò pugnantium ſententiarum conflictus.

Sexto, poſſem exhibere pleraſque alias ſententiarum pugnas, queis conſtaret quantopere neceſſarium Baianis fuerit quod improbant Philoſophiæ ac Theologiæ ſtudium ad tollendam illam, quam patiuntur cogitationum confuſionem: ſed non eſt omittendum quod dicunt, Timorem Dei etiam ſi non ſit deputandus gratiæ Chriſti, *Eſſe tamen deputandum gratiæ & miſericordiæ Dei, quod non poſſit in homine naſci niſi præcedat iudicij diuini & ſempiterni*
Ib.cap.23. *interitus fides, quæ cum perſpicuè ſit donũ Dei, eatenus etiã timorem iſtũ futurarum pœnarum diuinæ donationi deputandum eſſe.* Vbi hoc interrogandũ eſt. Cum dicunt fidem eſſe donũ Dei, an intelligant eſſe donum Dei meritis Chriſti conceſſum, necne? ſi non eſt conceſſum Chriſti meritis, quid Auguſtinus profecerit omnibus operibus quibus contra Pelagianos & Semipelagianos probare conatus eſt, & fidem & initium bonæ voluntatis ad Chriſti gratiam eſſe referenda? Quod ſi conceditur fides Chriſti meritis, quare pœnarum timor *quas ſola fides apprehendit*, ſicut deputatur diuinæ donationi, eò quòd fides à qua procedit, ſit donum Dei; non deputabitur etiam meritis Chriſti quibus eadem quoque fides accepta referenda eſt?

Addendum & hoc ſeptimò quod dicunt de timore
Ib.cap.24. ſeruili, quod ſit vitioſus & malus, occaſionem tantum ex eo ſumi debere præcepta ſeruandi aut pœnitendi, quomodo timor non eſt circunſtantia alterius actus, *nec ci*

Digitized by Google

ei malitiam vllam affricat. Quod si timor sit efficax, habeatque rationem voluntatis finis, ex cuius intentione præcepti obseruatio, vel pœnitentia velut medium assumitur; tum verò contrarium accidere, & malitiam timoris *affricari* pœnitentiæ illi & obseruationi præcepti. Licitum autem esse ac bonum, ad operandum id quod bonum est, occasionem ex peccato sumere : *Non quod peccatum* inquiunt, *ideò perpetrandum sit, sed quòd eo perpetrato bonum sit ad faciendam iustitiam aut pœnitentiam eius occasione commoueri.*

Mitto quod dicunt, hoc timore peccatores vtiliter ac fructuosè premi & coarctari vt confugiant ad Dei misericordiam, eóque duci tanquam à pædagogo, quod per se patet aliter fieri non posse, quam quia ex intentione vitandi supplicia eligitur tanquam medium hoc quod est confugere ad Dei misericordiam, & pœnitere, & implere præceptum. Vnde sequitur in hac Theologia tunc *affricari malitiam* pœnitentiæ, & illi ad Deum recursui, & præceptorum obseruationi, quod est peccatorem vtiliter ac fructuosè addere peccatum peccato, fierique magis peccatorem. Sed hoc omitto, & vrgeo tantùm quod dicunt, peccatum non esse ideò perpetrandum vt ex eo colligatur aliquis fructus, sed eo perpetrato esse vtile illius occasione commoueri. Et quæso, si non est ideò perpetrandum peccatum vt inde fructus colligatur, an est tamen ideò procurandum ac decernendum, ita vt deceat Deum eo fine illius Authorem fieri. Nam hoc fert ipsorum doctrina. Quid enim aliud intendit Deus, & quid decernit quando sua *donatione, gratia, misericordia* timorem illũ excitat, vt proximè visum est quem non dubitant esse malum quando eius malitiam affricari negant alijs actibus? quis etiam vnquam mortalium vel apud Manichæos, vel apud Lutheranos aut Caluinistas, audiuit linguam hanc, *Peccatum aliquod diuinæ donationi deputandum esse?*

Digitized by Google

§. VI.

Pelagianis consentiunt & naturæ vires contra gratiæ necessitatem extollunt.

DEnique hoc quoque rogandus es, Amice Lector, vt aduertas, quàm sint prouidæ Baianorum cogitationes in suis consilijs promouendis. Constat hanc eorum irruptionem, qua pacem Ecclesiæ turbare cœperunt atque etiamnum pergunt, prætexuisse causam speciosam purgandi Ecclesiam Pelagianismo iam à temporibus Scholasticorum infectam, restituendi gloriam gratiæ Christi, & fideles adducendi ad humilem confessionem infirmitatis suæ, ac necessitatis, quàm patiuntur subiacendi semper hæreditariæ damnationi; donec medicinalis Christi gratia bonos omnes motus & prima quæque salutarium affectuum exordia præueniat; superbas Aristotelicæ Philosophiæ species corruptissæ antiquæ fidei puritatem humanarum virium præsumptione, dumque naturalibus rationibus in tuenda libertate plus tribuitur quàm traditioni doctrinæ ab antiquis Patribus approbatæ, veritatis facem ab Augustino quondam accensam, vel extinctam esse, vel certè adeò inuolutam, vt ad eius radios dignosci amplius non possit, quid integra, quid corrupta natura valeat, & quantum sit inter vtrumque statũ discrimen. Nullus est locus, in eorum disputationibus, quem illi vel frequẽtiùs occupent, vel copiosiùs ornent, vel fortiùs tueantur. Age igitur videamus in hac controuersia, quis gratiæ contra naturam, quis naturæ contra gratiam plus tribuat.

Quæstio est de timore pœnarum æternarum & diuinæ damnationis non concepto ex motiuo charitatis; déque attritione quæ inde nascitur, & interrogo. Quæ virtus producat hos affectus? Naturalis inquiunt, Baiani, etiam in illis, in quibus ea mala quæ sic timentur sine

Digitized by Google

fidè apprehendi nequeunt: atque hoc putant Augustini testimonijs confici, nempe, *Timorem illum, ex quo legem Iudæi seruare conabantur, non aliter Deum in eorum cordibus effeciſſe, niſi legem terribilem ſupplicia tranſgreſſoribus comminantem tabulis lapideis inſculpendo, & extrinſecus promulgando.* lb. cap. 15.
Et mox. *Ex quibus Auguſtini teſtimonijs & alijs, quæ produci poſſunt, perſpicuè patet, timorem legis* NON MODO NON ESSE EFFECTVM GRATIÆ SED POTIVS DISTINGVI CONTRA GRATIAM, *& propterea cordibus adhuc terrenis incuti, vt ad gratiam perducantur.* At ne quis putet hoc ſpectare tantũ ad Iudæos, atque ad timorem illum qui temporalia ſolũ bona malàue reſpiciebat: *Hinc etiam fit,* inquiunt, *vt Auguſtino quiſquis ex diuinæ legis pœnas comminantis timore præcepta iuſtitiæ facit,* NON EX GRATIA DEI, SED EX PROPRIIS VIRIBVS EA IMPLERE VELLE CENSEATVR. *Nempe quia quamuis & lex & pœnarum comminatio ſit ex Deo, non aliter tamen iſta iuuant, niſi cognitionem afferendo, qua percepta, ſi timore percellitur,* PROPRIÆ VOLVNTATIS VIRIBVS FACIT QVIDQVID FACIT. Et paulo ante. *Quamuis igitur fatendum ſit Deum in cordibus hominum timorem pœnarum futurarum operari, nullo tamen modo arbitrandum eſt,* QVOD EVM PER VERAM ILLAM CHRISTI GRATIAM, PROPTER QVAM INFIRMIS HOMINIBVS LARGIENDA CRVCIFIXVS EST, OPERETVR. Et deinde, *Vides hic generaliter ad timendam pœnam, quam comminantur leges, Dei fidem eſſe neceſſariam, quo tamen non obſtante, cum ſemper doceat Auguſtinus timorem non ex gratia ſed legis cognitione proficiſci, perſpicuum eſt nihil obeſſe, quo* MINVS TIMOR GEHENNÆ EX LEGE SEV NATVRÆ VIRIBVS NASCI DICATVR, QVAMVIS NECESSE SIT VT EVM FIDES ANTECEDAT, ET EATENVS DEO TRIBVI DEBEAT. Item. *Quod verò ſecundò dicitur pœnas tẽporales ex amore ſui ipſius, ſeu creaturæ proficiſci; & idcirco ex liberi arbitrij viribus gigni poſſe, quod ad amandam creaturam ſibi ſufficit: hoc ipſum inuictè probat etiam timorem gehennæ ſuppoſita fide* EX IISDEM NATVRALIBVS VOLVNTATIS VIRIBVS POSSE PVLLVLARE. Idem aliàs quoque ſæpiùs Cap. 16.

Digitized by Google

inculcant; nec quicquam referre significant, quòd fide supernaturali apprehendantur æterna supplicia; *Gentiles enim & Mahumetanos*, qui eadem crediderunt naturali cognitione, *verissimo & eiusdem rationis timore percelli.*

lib. cap. 25.

En vt apertè fatentur timorem damnationis & inferni, qui non concipitur ex motiuo caritatis, esse naturalem, & ex naturæ viribus, non ex gratiâ per Christum: nec ex alia Dei gratiâ, quàm quæ sita est in externa legis & Euangelij propositione, quâ positâ potest ille sequi ex interna cognitione naturali. Reuocemus modò, quæ paulò ante relata sunt, hunc eundem timorem dici ab illis *initium sapientiæ & charitatis*, & exprimere cogendo voluntatem *confugiendi ad diuinam misericordiam*: *Peccatores facere meliores non peiores*: *Esse magnum præsidium procedentibus ad salutem*: *Esse bonum, vtilem, saluberrimum*: *Esse ostium quo caritas intrat*: *Inducere benè agendi facilitatem*: *ex eo sequi piam humilitatem & diuinæ gratiæ petitionem*: *Esse fortiorem desiderio voluptatum*, &c. Hæc enim omnia demum attribuunt illi timori, contra quem tamdiu disputarnnt, & quo in existente, *homo adhuc seruiliter timere* supponitur. Ego dico timorem qui hos fructus parit adscribendum esse diuinæ per Christum gratiæ: tu hoc ipsum negas. Quis gratiæ Christi plus tribuit? Ego nego timorem illum concipi posse viribus naturæ: tu affirmas. Quis humilius de natura sentit? Massilienfibus ad errorem imputarum est ab Hilario & Prospero atque ab Augustino damnatum quòd dicerent, hoc naturæ concedendum, vt posset sua sentire vulnera, atque inde moueri ad medicum desiderandum: quis illis vicinior est, qui fatetur viribus exprimi voluntatem confugiendi ad diuinam misericordiam, an qui negat? Ego nego, tu affirmas. Totus est Augustinus, vt obtineat initium bonę voluntatis non esse ex nobis, sed ex diuina per Christum gratia: quis illi magis resistit, qui dicit timorem à gratia Christi independentem esse initium sapientiæ & caritatis, esse bonum, vtilem, saluberrimum;

lib. cap. vlt.

an

an qui negat? Tu hoc dicis, ego nego. Nihil vehementiùs vrget Auguſtinus contra Pelagianos quàm illud Apoſtoli, *quis te diſcernit?* quis ergo magis Auguſtinianus eſt, qui dat peccatoribus, quod Auguſtino reſpondeant, an qui ſubtrahit? Tu das, ego ſubtraho. Vide enim an non poſſint qui conuertuntur glotiari aduerſus eos qui non conuertuntur, ſuamque ſibi diſcretionem tribuere, ſi dicere poſſint, ego concepi voluntatem confugiendi ad diuinam miſericordiam: ego aperui oſtium caritati: ego initium dedi ſapientiæ atque iuſtitiæ: Ego mihimetipſi *pædagogum* feci quem ſequerer ad gratiam: ego viarum difficultates complanaui comparatâ *bene viuendi facilitate*: Ego mihi *bonos, vtiles, ſaluberrimos* impreſſi motus: ego quæſiui atque inueni *magnum ad ſalutem præſidium:* denique memetipſum ego *meliorem feci.* An exigua eſt iſta diſcretio & cauſa gloriandi præ illo qui non ſimiliter vſus eſt arbitrio ſuo? & ſi pergat Auguſtinus interrogare Apoſtoli verbis, quid habes quod non accepiſti? quid morabitur expeditam eorum reſponſionem qui Theologiam hanc amplectuntur? Quid habeo dicent, quod non acceperim? ſi de theſauro redemptionis & gratiã Chriſti quæſtio eſt; habeo hæc omnia, quæ iam enumerata ſunt quæ non accepi. Si de fundo & fructibus naturæ meæ: equidem nihil habeo quòd non acceperim ab eo à quo ipſam naturam accepi. Sed vt hæc tam multiplicia bona ex natura colligerem, ſatis fuit externa legis aut Euangelij prædicatione timenda proponi, atque in eo fuiſſe fateor beneficium aliquod. Nam vt ſubinde timor conciperetur & fructus recenſitos afferret, meæ mihi vires ſuffeceruut. O Nou-Auguſtiniani, quid dicitis? hęccine ſunt antiqui Auguſtini placita? hæc illa confeſsio perditæ libertatis ad bonum? hęc natiuæ paupertatis & neceſsitatis agnitio? hæc extrema fuga Pelagianiſmi? Quid? Si Iulianum, Fauſtúmue huius contentionis arbitrum eligeremus? Ille non vobis talia prædicantibus palmam conceſſerit? non porrexerit

Digitized by Google

manum? Non vti fratres eiusdemque fidei consortes fuerit oſculatus cum noſtri qui Pelagiani vobis videmur execratione!

Idem dicendum de tentationum victoria quam ex ſpeciali per Chriſtum gratia pendere neceſſariò Auguſtinus perpetuò monet, & contra Pelagianos pugnaciſſimé probat. Quomodo enim non cenſeantur repugnare qui docent pœnarum æternarum timorem expreſſum naturæ viribus *fortiorem eſſe deſiderio voluptatum*? Quid aliud requiritur vt quis à concupiſcentia victorem ſe futurum ſperet & eſſe glorietur ſine gratia Chriſti, quàm vt ſibi perſuadeat ſe ſuis viribus concipere poſſe timorem *deſiderio voluptatum fortiorem*?

At, inquis, hoc intelligitur de abſoluto & efficaci deſiderio, quod etſi compeſcatur manet tamen voluntas inefficax, quâ dicit animus tentati, vellem ſi impune liceret. Quemadmodum appetitus lupi qui metu abigitur ab ouili, retinet tamen inefficacem & conditionatam, ſi canes non obeſſent, mactandi ac rapiendi cupiditatem, hoc autem eſt vinci: ergo non impedit ille timor ne tentatus vincatur. Sed hæc fruſtra ſunt. Nam ſi tentatus intelligat ſe perinde reum fore pœnarum æternarum dum inefficaciter deſiderat illicitas voluptates, quid prohibebit quo minùs eodem timore, perinde cohibeat conditionatum deſiderium ac cohibet abſolutum? An eſt alterum altero fortius? Nam quod alterum altero pulſo nonnumquam retineatur ex eo eſt, quod non intelligatur aut non aduertatur id quod opponitur vni, perinde opponi & alteri Sed ſi non deſit apprehenſio neceſſaria qua cognoſcatur malum quod timetur, nihilominus incurri per deſiderium conditionatum, ac per abſolutum? vtrique enim imminere: quid cauſæ erit cur timor ille non perinde vnum ac alterum extinguat, itáque plenam de concupiſcentia victoriam naturæ viribus referat? Quid? Si lupus ſciret eadem ſibi mala imminere ab interna inefficaci cupidita-

Digitized by Google

re, quæ ab abſoluta & efficaci, non eodem timore vtrã que pariter contineret? Poterit ergo continere homo, qui ea cognitione lupum ſuperat; & ſi non faciat, mentis diſtractio & incogitantia cauſa erit. Sufficit igitur ipſe ſibi, vt grauiſſimas & frequentiſſimas tentationes ſuperet. Et ſi ad orationem confugiat ad obtinendum per Chriſtum gratiam, qua liberetur hoc periculo. rem ille quidem bonam faciet, ſed ſi credimus his Theologis, minimè neceſſariam. Si gratias agat ob partam beneficio meritorum Chriſti victoriam, videat ne mentiatur dum Chriſti gratiæ tribuit quòd propriè potiùs fuit naturæ. Et fieri poteſt vt qui principia tradunt vnde iſta conſequuntur quæ ſunt adeò contraria placitis Auguſtini, ſe miſſos putent vt extinctã poſt illius tempora veritatis facem accenderent? Ecquid opus erat immenſam illam teſtimoniorum ſyluam ex omnibus Auguſtini voluminibus cæſam colligere ad impugnandum pœnarum timorem, ſi eò tandem erat defitura contentio, vt diuinæ gratiæ neceſſitas minueretur, vt naturæ facultas erigeretur, vt videret Auguſtinus eos, qui ſe illi veluti prætorianos milites adiungere geſtiebant contrà inimicos gratiæ Chriſti, ad caſtra Pelagianorum transfugiſſe, adhærentibus S. Doctori, quos illi tanquam Pelagianos accuſarant & Moliniſtas?

§. VII.

Compendio ſoluuntur argumenta contraria.

HIc fortaſsè Baiani cauſabuntur non eſſe ſigillatim reſponſum ijs teſtimonijs quæ ſunt ab ijs ex S. Auguſtino contra hunc timorem prolata: & optandum eſſet omnino vt quam eſt illa res facilis negotij, tam eſſet exigui temporis. Sed prçter ea quæ ſuperiùs dicta ſunt compendio reſpondeo. Quidquid dixit Auguſtinus de timore vel amore Iudaico temporalibus promiſsis vel minis innixo, nihil ad nos. Quidquid dixit, vt probaret æternorũ quoque bonorum atque malorum inordinatũ

esse posse timorem amorémue nihil ad nos. Quidquid dixit vt negaret timorem qui concipi potest ex sola vel legis vel Euangelij extrinsecus facta propositione sanctum esse ac salutarem, nihil ad nos. Quidquid dixit vt obtineret timorem, etiam sanctum & salutarem, & impulsu spiritus sancti excitatum, imperfectum esse, hoc est minùs perfectum; perficiendum autem accessu caritatis propriè ac specialiter dictæ, nihil ad nos.

Restat probandum ex Augustino; Nullam fieri à Deo posse bonorum vel malorum æternorum propositionem, quà homo possit illa vel tanquam sibi bona honestè amare, vel tanquam sibi mala honestè timere, quamuis hi affectus non attingant motiuum propriè ac specialiter dictæ caritatis. Restat probandum eosdem effectus non posse concipi ex impulsu speciali Spiritus sancti voluntatem humanam præuenientis & adiuuantis. Restat probandum, ita conceptos non esse supernaturales, nec posse pertinere ad diuinam per Christum gratiam. Restat probandum, hoc posito non esse aptos qui numerentur inter dispositiones ad iustificationem, ad eamque concurrant & sufficiant aliquando cum Sacramento. Ex illa immani & indiscreta indigestaque testimoniorum strue eligant, ea queis Augustinus satis clarè videatur hæc quæ iam dixi sentire, atque vt alij sentiant exigere. Interea dum hoc expectatur, memores Augustinum non alia de causa disputare contra timorem pœnarum, quàm vt obtineat, non posse humanam voluntatem eadem facilitate initium ponere dispositionis ad iustificationem necessariæ & innocentiam vitæ sectari, qua potest timere ad probabilem externamque bonorum & malorum propositionem; non dubitabimus, quin acceptâ eorum confessione qui dicunt, nullum esse timorem honestum & sanctum, & salutarem qui non excedat naturæ vires, egeatque speciali auxilio, quod non nisi intuitu meritorum Christi dari solet: & quin participet communem illam caritatis ra-

Digitized by Google

tionem quæ virtutibus omnibus conuenit, quatenus Deo sunt amabiles, etiamsi à caritate strictè sumpta distinguantur, non dubitamus, inquam, quin dicturus sit, id quod aliàs in pari causa dixit, *iungamus dexteras*. Atque ita finio quæstionem hanc, & spero lectorem eruditum ex his quæ hactenus dicta sunt facilè perspecturum quibus cassibus impediti Baiani circumuoluantur, quamque immeritò Doctoribus Scholasticis obiectarint *Cimmerias tenebras*, quos constat Ægyptiacis esse mersos.

CAPVT III.

De efficaciâ Sacramenti Pœnitentiæ.

Iansen. tom. 3. c. 34 lib. 5.

SECVNDVM exemplum quo constat Baianos Augustinum obiicere Tridentino, peti potest ex eo quòd ſupponunt, ex principijs Augustini colligi *eum falli qui putat per Sacramentum Pœnitentiæ & Baptismi effectum esse, vt iam sit duplex iustificationis modus, vnus per contritionem, alter per attritionem illam, quâ ex solo pœnarum timore de peccatis dolemus, vnum enim eundemque semper esse & fuisse iustificationis modum, quamuis Sacramenti Pœnitentiæ institutio facilitatem assequendæ remissionis attulerit.* Quæ doctrina duo capita continet. Primum est, nullam esse specialem efficaciam Sacramenti Pœnitentiæ respectu iustificationis, quando quòd in eo fit id ipsum eodemque modo sine illo fieri consueuerit. Sic enim argumentari licet. Vel admittitur aliqua certa dispositio adeò imperfecta vtcum Sacramento quidem Pœnitentiæ sufficiat ad iustificationem, sine illo verò non sufficiat; vel non; si est aliqua; ergo est duplex iustificationis modus, ille scilicet in quo perfectio dispositionis supplet defectum Sacramenti, & ille in quo Sacramenti efficacia supplet imperfectionem dispositionis, quod tamen negatur. Si non admittitur aliqua talis dispositio, vt admitti consequenter nequit à Baiistis, Sacramentum ergo nihil facit, quàm quod sine illo & fit & factum est semper

Digitized by Google

& quidem *eodem modo*, postquam iste *modus*, quo per pœnitentiam peccatum tollitur, neque nouus est, nec alius ab eo qui semper fuit.

Nullam igitur specialem efficaciam habet Sacramentum ad remittendum peccatum, & quod in ipso fit, dispositioni potiùs erit tribuendum; quippe quæ sola faceret, quod facit cum Sacramento, quod sine tali dispositione nihil faceret. Et ne id coniectando tantùm videatur assertum, aut raciocinando erutum ex aduersariorum doctrinâ, mentem suam explicuit istorum illuminatorum ille quem aiunt dicere solitum *absolutionem*

1. Cyran. in Sacramento Pœnitentiæ *supponere semper peccata per contritionem remissa; nec aliud esse absolutionem quàm iudicium remissionis peccatorum declaratiuum*, non igitur effectiuum.

Ex quo sequitur alterum caput huius erroris, *nullam* videlicet *esse huius Sacramenti necessitatem, ad peccata remittenda.* Hoc enim colligitur ex eo quòd hic effectus ita sequatur ex dispositione pœnitentis vt sit idem semper, siue Sacramentum adiungatur, siue non. Et si quis obiiciat dispositionem illam esse votum Sacramenti; constat ex hac doctrinâ, non posse votum esse Sacramenti tanquam medij ad remittendum peccatum necessarij. Postquam reuera numquam illud remittit; sed esse votum Sacramenti, ad eum tantùm modum quo est votum implendi cætera præcepta, non furandi, non blasphemandi, reddendi depositum, &c. Atque hoc satis declarant Baiistæ cùm dicunt institutionem Sacramenti Pœnitentiæ *facilitatem assequendæ remissionis attulisse.* Non enim volũt remissionem reddi faciliorem ex copia alterius modi quo fieri possit, nimirum per attritionem cùm Sacramento. Nouum enim hunc modum, vt iam ostendi, eliminant. Sed quia licet quæcumque dispositio peccatum remittit cum Sacramento, & sine Sacramento possit illud remittere, difficilius tamen hoc facit sola. Cuius difficultatis modum & rationem non est hic locus exquirẽdi, sed relinquendum est hoc inter alia multa

Digitized by Google

ineffabilis huius Theologiæ myſteria, hoc tantùm aſſumo quod dant, Sacramentum pœnitentiæ ad remittenda peccata non eſſe neceſſarium.

Conſtat autem eandem eſſe rationem Sacramenti Baptiſmi quoad hoc vtrumque caput, ſi de adultis ſermo ſit. Nempe nullam eſſe ſpecialem illius efficaciam ad tollendum Originale, atque Actuale peccatum in adultis, & nullam quoque ad huiuſmodi effectum neceſſitatem. Quia baptiſmus in adultis nihil operatur, niſi ſecundùm eorum diſpoſitionem, & pœnitentiam quandam, quæ ſi eſt imperfecta, vt eſt attritio illa Scholaſticorum, nihil obtinebit, cùm ſit & vitioſa & naturalis, vt dicunt. Si eſt actus caritatis coniunctæ cùm vera peccatorum deteſtatione, ac propoſito implendi præcepta, vt eſſe debet, eumdem quem ſemper habuit ante inſtitura etiam Sacramenta, conſequetur effectum: & non expectato baptiſmo peccatorem liberabit. Ergo nec ſpecialem habet efficaciam baptiſmus reſpectu adultorum, nec eſt vlla eius neceſſitas ad peccata remittenda. Et quia hoc conſequi dicunt ex principiis Auguſtini, aio illos in eo Auguſtinum opponere Tridentino.

Eſt enim aperta Tridentini doctrina, & circa propriam iſtorum Sacramentorum efficaciam ad tollenda peccata, & circa eorumdem neceſſitatem.

Primùm patet ex ſeſſ. 7. vbi Baptiſmus & Pœnitentia dicuntur eſſe *Sacramenta à Chriſto inſtituta*. Inſtitutio autem nouitatem ſignificat inſtitutæ rei ac differentiam ab eo quòd iam erat in vſu. Vnde ſi ſit inſtitutio medij alicuius ad peccata remittenda, neceſſe eſt vt illud medium, aut ſit vnicus remittendorum peccatorum modus: aut ſi erat aliquis alius, ſit certè nouus: ita vt iam ſint duo diuerſi modi remittẽdi peccata, quòd Baiſtæ negant. Baptiſmum autem inſtitutum fuiſſe tanquam medium ad remittenda peccata facilè intelligitur, vel ex ſolis illis verbis quæ refert Tridentinum, *Pœnitẽtiam agite & baptizetur vnuſquiſque veſtrum in nomine* Can. 1.

Seſſ 6. cap. 5.

Digitized by Google

Act. 2. lib. cap 7. *Iesu in remissionem peccatorum vestrorum, & accipietis donum Spiritus sancti.* Eadem est ratio de Sacramento Pœnitentiæ, vt manifestè patet ex cap. 14. sess. 6. vbi Tridentinum ita loquitur. *Qui verò ab accepta iustificationis gratiâ per peccatum exciderunt, rursus iustificari poterunt, cùm excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procurauerint. Hic enim iustificationis modus est lapsis reparatio:* Et mox, *Etenim pro ijs qui post Baptismum in peccata labuntur Christus Iesus Sacramentum instituit pœnitentiæ.* Vbi vides apertissimè *modum* iustificationis à Christo institutum, ac proinde *nouum modum*, diuersumque à præexistente: vt sit necessarium confiteri iam esse duos. Adde quod docet sess. 14. cap. 1. Vbi *Sacramentum Pœnitentiæ* vocatur *vitæ remedium, institutum à Christo, cum ante illius aduentum non esset*, idque vt *lapsis applicaret beneficium mortis Christi institutione communicatam* Sacerdotibus *potestatem remittendi peccata.* Vnde est Canon 1. sess. 14. Si *quis dixerit in Catholica Ecclesia Pœnitentiam non esse verè & propriè Sacramentum pro fidelibus quoties in peccata labuntur ipsi Deo reconciliandis à Christo Domino nostro institutum: Anathema sit.* Can. 9. *Absolutionem Sacramentalem esse actum iudicialem, & non solum ministerium declarandi remissa esse peccata.* Et fieri potest vt totum hoc non significet Baianis *nouum modum* remittendi peccata?

Sess. 6. c. 7.

Iam verò quod isti modi à Christo instituti sint efficaces, patet ex eo quòd Concilium Tridentinum illis attribuit rationem *causæ instrumentalis.* Hoc enim dicit de Baptismo, eadémque ratio de Pœnitentia, potestque confirmari ex eo quòd dicit Concilium in vniuersum de omnibus Sacramentis, nimirum *Sacramenta nouæ legis continere gratiam quam significant, eamque conferre: necesse tantùm signa externa [accepta gratia vel iustitiæ*, nempe quia causæ sunt, atqui Baptismus & Pœnitentia significant gratiam remissionis peccatorum; illam igitur & continent, & conferunt; ergo est in lege noua nouum aliquid & continẽs, & conferens gratiam remissionis peccatorũ,

Sess. 6. c. 7.

Sess. 7. can. 6.

ac

ac proinde *nouus* aliquis *modus* remittendi peccata. Ad- Can. 3.
de quod definitur ibidem, *eadem Sacramenta conferre gratiam ex opere operato*, quod est excedere vim omnem ac meritum dispositionis, ita vt dispositio cum Sacramento id faciat quod sola facere non posset, & de Sacramento Pœnitentiæ nominatim cõtra Nouatianos alioſque qui *potestatem* remittendi peccata, quæ Sacerdotibus Sess. 1. cap collata est, *commentitijs interpretationibus* aliò detorquent: & can. 5. cuiusmodi interpretatio est, esse illam potestatem quandam declarandi remissa esse peccata vi dispositionis antecedentis, quod exploditur illis etiam verbis, quibus dicitur, *sanè vero res & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim & efficaciam pertinet, reconciliatio est cum* lb. c. 3. *Deo.* Vbi quis non videt propriam vim seu efficaciam huius Sacramenti in reconciliandis peccatoribus? quam vim & efficaciam sententiæ Sacerdotis potissimùm attribuit paulò antè, cùm dixit, peccatores *per sententiam Sacerdotis liberari.* His ex locis si quis non intelligit & efficaciam, & nouitatem istorum mediorum ad peccata remittenda, cæcutire illum meridie necesse est. Sed omnem ea de re dubitandi rationem tollit, quod dicitur, *Attritionem esse donum Spiritus sancti nondum inhabitantis, non posse illam per se ac sine Sacramento perducere peccatorem ad iustificationem, disponere tamen ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ.* Vbi quia prius docuerat, *contritionem caritate perfectam reconciliare hominem Deo priùs quàm Sacramentum actu percipiat*, manifestè datur intelligi duos esse ac differentes Pœnitẽtiæ modos, nempe illum quo non expectato Sacramento vi contritionis perficitur iustificatio; & illum quo necesse est vt attritioni iungatur actualis receptio Sacramenti, vt illa reconciliatio fiat.

Eorumdem Sacramentorum necessitatem Tridentinum multis locis explicat. Sed præcipuè verbis illis. *Est autem hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapsis post Baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis ipse Baptismus.* Sess. 14. c 2. Adde can 5. sess. 7. de Baptismo, can. 6. & 7.

Digitized by Google

de necessitate confessionis.

Quibus adde canonem 5. Sess. 7. de necessitate Baptismi, & can. 6. & 7. Sess. 14. de necessitate Confessionis, & can. 29. Sess. 6. de necessitate Sacramenti Pœnitentiæ: vt iam dubium esse non possit, quin illi qui post instituta Sacramenta peccatum remitti dicunt eodem modo quo semper remissum est; itáque significant non requiri Sacramenta vt media queis peccatum remitti possit; cum dispositio sine qua nihil prosunt, & sine illis & ante illa sit eundem effectum remissionis peccatorum habitura; Tridentino repugnent, & eidem repugnantem faciant Augustinum, cui affingunt sua somnia.

Quod autem dicunt declaratiuam esse absolutionem impetratæ remissionis, si continere velint absolutam declarationem, Tridentino adhuc magis repugnabunt neganti debere quemquam sibi persuadere se iustum esse atque diuino amore dignum. si vero hypotheticam, vt sensus sit, ex hypothesi quod habeas contritionem efficacem, quæ sit actus caritatis, remissa tibi sunt peccata tua, ridiculi sunt, quid enim opus est adire confessarium vt hoc sciamus?

Sess. 6 can. 11. 13. 14. & cap. 9.

Quod si tanta fuisset cura quantam præ se ferunt apud Augustinum quærendi veritatem; inuenissent in Epistola ad Hieronymum *Christianam salutem* quæ per *legitima* illa, hoc est, legis veteris Sacramenta non dabatur, *per Baptismi Sacramentum ministrari*: Esse igitur baptismum aliquem modum ministrandæ salutis: & quia non erat in veteri lege; cõsequenter esse *nouum modum*. Inuenissent in Ecclesia Christi malos ministros & *homicidas*, propterea quod fratres oderint, *dare* tamen *Spiritum sanctum* dum baptizant, sicut & dum *manus imponunt super capita* pœnitentium lib. 5. de Baptismo contra Don. cap. 20. qui est etiam *nouus modus*, iustificationis ante legem gratiæ non vsurpatus. Inuenissent *non esse eadem Sacramenta* veteris & nouæ legis, *sed esse mutata*, & differentiam in eo sitam quòd Sacramenta nouæ legis sint non tan-

Digitized by Google

tum *faciliora*, ſed etiam *ſalubriora*, & *faciliora*: & ſi diſtinctiùs ſcire voluiſſent quæ ſit iſta maior *ſalubritas* & *felicitas*, occurriſſet Sacramenta legis veteris ſuiſſe *promittentia ſalutem*, nouæ autem eſſe *dantia ſalutem*. in Pſ. 73. Quod quia poriſſimum de Baptiſmo & Pœnitentia verum eſt, quis negauerit authore Auguſtino duo illa Sacramenta eſſe duos eoſque nouos modos & *dandi* & accipiendi ſalutem? Inueniſſent peccatores cenſendos eſſe *conterere* & *frangere cor* dum *confitentur* & *puniunt peccata ſua*, quod ſignificatur *tunſione pectoris*, Deum autem *contritiones* huiuſmodi *ſanare per temporalia Sacramenta* quæ ſunt *alligamenta medicinalia contritionis noſtræ*, inter quæ numeratur *impoſitio manus ab aliquo Præpoſito*, qui eſt nouus ille modus remiſſionis peccatorum quem quærimus; in Pſ. 146. Inueniſſent *ablatis veteribus Sacramentis alia eſſe inſtituta* in quibus ſine dubio & baptiſmus & pœnitentia numerantur, *virtute maiora*, *vtilitate meliora tanquam iuſtitiâ fidei reuelatâ*, contra Fauſtum lib. 19. cap. 13. In quo vero maior erit virtus & melior vtilitas, ſi remiſſionem peccatorum ad quam ſunt inſtituta non aliter operantur, quàm quo modo ſolebat antea fieri? Inueniſſent dum barbaris forté irruentibus territi Paſtores populum deſerunt fruſtra concurrentem ad petendum *baptiſmum*, vel *reconciliationem*, vel *ipſam pœnitentiæ actionem*, vno verbo, *ſacramentorum confectionem & erogationem*, *æternum exitium ſequi eos qui de iſto ſæculo exeunt vel non regenerati vel ligati*. Ep. 180. ad Honoratum. Interrogo autem quam illi diſpoſitionem attuliſſent ad hæc Sacramenta, perfectam an imperfectam? ſi perfectam; defectus baptiſmi vel reconciliationis non impedit ſalutem illorum, ſicut non impediebat ante aduentum Chriſti ſuppoſitâ ſimili diſpoſitione. Si imperfectam; ergo quantumuis baptizati & abſoluti periiſſent; aut fatendum eſt baptiſmi & pœnitentiæ Sacramenta gratiam conferre cum imperfecta diſpoſitione, qui conferendi modus nouus eſt. Hæc inquam inueniri poterant apud Auguſtinum,

si qui tamdiu illum inspexerunt, non habuissent oculos à proprijs erroribus auersos,

CAPVT IV.

De mandatorum diuinorum impossibilitate.

§. I.

Quid Tridentinum, quid Baiani de possibilitate diuinorum mandatorum.

Sess. 6 c. 11. TERTIVM exemplum erit, quod docent de mandatorum diuinorum impossibilitate, de qua minimè ambigua est doctrina Tridentini. *Nemo temeraria illa & à Patribus sub anathemate prohibita voce vti debet, Dei præcepta homini iustificato esse ad obseruandum impossibilia. Nam Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis. . . . Qui enim sunt filij Dei Christum diligunt, qui autem diligunt eum, vt ipsemet testatur, seruant sermones eius, quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt.* Et mox vbi ostendit huic veritati nihil obstare quod iusti labi sinantur in venialia peccata, Cap. 13. posse enim nihilominus liberatos à peccato, seruos autem factos Deo, sobriè, iustè & piè viuentes proficere per Christum Iesum, rationem addit, *Deus namque suâ gratiâ semel iustificatos non deserit, nisi ab iis prius deseratur*, ac deinde de perseuerantiæ munere, *nemo sibi aliquid certi absolutâ certitudine polliceatur, tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent. Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ita perficiet, operans velle & perficere.*

Ex hac doctrina exceptus est Canon 18. *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iustificato esse ad obseruandum impossibilia, anathema sit.*

Quàm est autem aperta hæc Tridentini definitio,

Digitized by Google

tam eſt aperta contradictio Baiiſtarum, quorum hæc eſt doctrina; *Eſſe quædam præcepta ſecundùm ſtatum & vires in quibus homo conſtitutus eſt, impoßibilia. Nec adeſſe gratiam quâ poſsimus: eſſéque hoc etiam de iuſtificatis intelligendum: nec dari plurimis iſtam faciendi præcepti poßibilitatem quæ precibus implorari ſolet.* Eſſe hanc *non exiguam quorumdam hallucinationem qui putant ſemper adeſse homini gratiam vt petat, ac tam ardenter petat vt infallibiliter impetret id quod petit: non largiri Deum omnibus gratiam, vel feruenter petendi vt ad impetrandum neceſsarium eſt, vel omnino petendi*: vnde inferunt, *fidelibus multis deeſse illam ſufficientem gratiam*: & conſequenter, *illam perpetuam quam quidam prælicant implendi præcepti poteſtatem.* Et vt videas illos nec ſemel nec vno modo idem aſſerere. *Nihil eſt* inquiunt, *in D. Auguſtini doctrina certius ac fundatius quam eſse præcepta quædam qua hominibus non tantum infidelibus excæcatis, obduratis, ſed fidelibus quoque & iuſtis, volentibus & conantibus, ſecundùm præſentes quas habent vires, ſunt impoſsibilia: deeſse quoque gratiam qua fiant poſsibilia*: Sanctum Petrum, & alios multos fideles, tentatum eſſe, *ſupra quàm poſsent ſuſtinere.* Item. *Non ſolum Iudæis ſed & Chriſtianis, non ſolum carnalibus, ſed & ſpiritualibus, gratiam talem ſufficientem ad id faciendum quod iubetur frequenter ſubtrahi, vt nec pro tali gratia adipiſcenda deprecandi ſimilis ſufficiens gratia habeatur.* Eodem pertinent illi certarum diſputationum tituli *nullum dari poſt lapſum auxilium ſufficiens, quin ſimul ſit efficax. Quàm monſtroſa ſit gratia ſufficiens prout à recentioribus explicatur. Iudæis data eſt lex, & Chriſtianis plurimis præcepta dantur, ſine vlla gratia ſufficiente aut adiuuante.* Quæ ſi Geneuæ docerentur è Caluini cathedra, mirum ſi poſſent adhuc Auditores nanciſci ſatis dociles, nunc ſub ementitâ Auguſtinianæ doctrinæ laruâ ſparguntur inter Catholicos, cùm ſummâ & Orthodoxæ fidei & ſancti Doctoris iniuriâ.

Ianſ. tom. 3. lib 3. c 13.

Ib. cap. 5.

Ianſ. tom. 3. lib. 3. Cap. 1. Cap. 3. Cap. 5.

Nam quod Tridentinæ fidei, hoc eſt Orthodoxæ, contraria ſint, abundè perſpicitur ex eorum collatione quæ

Digitized by Google

iam sunt recensita: hic enim negantur, illic affirmantur *impossibilia* esse mandata Dei, hic *adiuuare* dicitur Deus, eos qui per se ipsi mandata implere non possunt, illic *non adiuuare*, ne iustos quidem: hic *non deserere semel iustificatos* adiutorio suo, illic, *pati vt teneãtur supra id quod possunt*, etiam Apostoli, etiam Principes Apostolorum: quod sine insigni Dei desertione contingere non potest: hic de nostrâ tantùm cooperatione dubitandum, nam *in Dei adiutorio spem collocandam esse firmissimam.* Illic incertissimæ diuinationis plenam esse spem illam, quâ quis in Dei adiutorio confidit, quando constat illud (æque subtrahi *non solum Iudæis, sed & Christianis, non solùm carnalibus, sed & spiritualibus.* Denique hic prohibetur oratio illa tanquam *temeraria* & *à Patribus sub anathemate damnata*: quâ Dei mandata dicuntur esse impossibilia: illic eadem & vsurpatur audacter & liberè, & authore Augustino vsurpanda esse contenditur.

§. II.

Baiani verba Tridentini truncant, sententiam dissimulant, & contrariam affingunt.

QVID igitur, inquies, nulla ne est apud Baianos Tridentini mentio? Est certè aliqua, sed vt videas quàm perfunctoriè cum eo agant, vel potiùs quàm proditoriè, quod asserunt de mandatorum impossibilitate *consectaneum* esse dicunt ex eo loco in quo Tridentinum eam negat. Concilij verba sunt; *Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis*, ET ADIVVAT VT POSSIS. En inquiunt, vt Concilium quando dicit, *iubendo monet petere quod non possis.* Supponit te *non posse* quod iubetur, id quod etiam significat, dum ait Deum *monere vt petas*, quod insanum sit id petere, quod iam teneas. Non habes igitur vires ad implenda mandata, quas moneris petere. Hæc re-

Iansen. tom. 3. lib. 3. cap. 23. pag. 135. col. 1.

Digitized by Google

nuntiant ex adytis Auguſtini noui Theologi, vigeſimâ hyeme quàm pulſauerant, tandem admiſſi.

Sed in primis Tridentini verba illa, *& adiuuat vt poſsis*, quæ ſunt totius erroris peremptoria, pro ſuo commodo Baiani truncant. Deinde contrariam omnino propoſitionem ſubſtituunt, cùm dicunt ſæpe *Deum non adiuuare* etiam iuſtificatos, cuius aſſumptione ſub illa conditionali veriſſimâ, *ſi Deus non adiuuet iuſtificatos quædam præcepta ſunt illis interdum impoſsibilia*, conſectaneum illud abſolutè deducitur, *ergo quædam præcepta ſunt interdum impoſsibilia etiam iuſtificatis*: quod certè minimè dici debet *conſectaneum* ex Tridentino, ſed ex erroneâ ſumptione minoris illius Tridentino manifeſtè contrariæ. Quod ſi philoſophari libuiſſet ad mentem Tridentini, ita potiùs erat incedendum, *Si Deus iuſtificatos adiuuet, vt poſsint implere mandata, non ſunt illis impoſsibilia: ſed adiuuat vt poſsint; ergo Dei mandata non ſunt illis impoſsibilia.* Maiorem non negant Baiani, contineturque illis verbis Tridentini, *quod vtique cum diuino auxilio præſtare poſſunt.* Minor totidem ſyllabis à Tridentino abſolutè traditur, quo etiam modo ab eodem Tridentino ponitur abſoluta concluſio, Dei mandata non eſſe iuſtificatis impoſſibilia.

Atque hoc modo Concilij ſententiæ ſua ſpecies conſtat & conformitas, cùm dicit, *Deus impoſsibilia non iubet, ſed iubendo monet*, &c. Planiſſimus enim ſenſus eſt, aptiſſimuſque; *Deus præcipiendo nihil exigit à te quod præſtare non poſsis, ipſo enim adiuuante alterutrum potes, aut facere quod iuberis, aut vt poſsis, orando impetrare, vnde ſi non obtemperas, abuteris alterutra facultate, nempe aut illâ qua potes obtemperare, aut certè illa qua potes orare.* Congrua, inquam, eſt illius ſententiæ ſpecies & forma cogitationis, quæ Baianorum ex interpretatione ridicula emergit atque deformis. Quis enim quæſo ſenſus erit illius aduerſatiuæ, *ſed iubendo monet*, ſi neutra facultas ſuppetit vel faciendi vel orandi? Age, ſtatuamus hominem qui præcepto

vrgetur, vel amandi Deum, vel tentationem aliquam superandi, cum tamen neque vires habeat ad hoc præstandum, sed neque etiam ad orandum. Quid illi dicemus, *Deus impossibilia tibi non præcipit, sed iubendo monet facere quod possis?* at hoc falsum est ex hypothesi, quia monet potiùs facere quod non possum, *& petere vt possis?* & ad hoc etiam vires desunt: vnde vtrumque non possum, *facere* scilicet *ac petere* Ac proinde si dicamus quod res est, hic erit sensus Tridentini; Deus tibi non præcipit impossibilia, sed iubendo monet duo quorum neutrum potes; quod est, *non præcipit impossibilia, sed præcipit tantùm ea quæ non potes,* En quò tandem deducatur à Baianis doctrina Tridentini:

Iam quomodo saluent quod dicit Tridentinum iustificatos debere *firmissimam Spem collocare in Dei auxilio,* quando constat ex istorum Theologorum doctrina quam plurimis hoc auxilium denegari, non facilè apud illos reperias. Quòd autem additur *sua gratia semel iustificatos non deserere nisi ab ijs prius deseratur,* vide qua interpretatione, quamque contratia & verbis & menti Concilij eludere conentur. Nempe illud intelligendum dicunt de desertione quæ fit per substractionem gratiæ habitualis. Nam si voluerimus, inquiunt, spectare desertionem Dei, *quæ fit actualis gratiæ substractione, nimis enormiter ab Augustini mente discedunt, qui hoc ei paradoxum imponere volunt, ex quo præsertim per Adami lapsum in statum damnationis & iræ Dei præcipitati sumus.* Quo loco ab istis Doctoribus Concilium accusari dico, & *impostura* & *enormis ignorantiæ* Augustinianæ doctrinę, &, quâ nihil esse potest magis contrarium Catholicæ fidei quæ vniuersalitate potissimùm & communi consensione commendatur, *paradoxiæ.* Certum enim est Concilium adhibere hoc loco authoritatem Augustini, cuius etiam verbis vtitur, vt ipsi quoque Baiani fatentur. Et hoc etiam certum est, Concilium eam sententiam eo sensu referre, quem Baiani reiiciunt tamquam *enormem,*

tanquam

Digitized by Google

tanquam *paradoxum*, tamquam ab Augustino sic alienum vt ei non possit attribui sine *impostura*. Quod iam ostendo. Nam primò qua prudentia, quoue iudicio vtimur, vt dicamus Concilium illud definire voluisse de quo nulla erat controuersia? Quis, inquam, somniauerat aliquando, Deum homini iusto nihil commerito, nihil mali cogitanti subtrahere habitum iustitiæ, ac furis instar spoliare dormientem, vt fuerit opus Ecclesiam congregari ad tantum tamque periculosum errorem corrigendum? secundò quis non videt eo fine id esse à Concilio pronuntiatum, vt confirmaret iustificatos, inanemque ac iniurioſum diuinæ bonitati metum excluderet. quo se homines à Deo deserendos timent? Num timent homines se à Deo deserendos subtractione gratiæ habitualis? Num verentur ne Deum sui beneficij pœniteat? Ne illi tædio sint, dum eâdem multo tempore iustitiæ stolâ induuntur? Ne recreationem quærat ex multicolore suorum ornatu, viceſque decernat albi & nigri? Quid dicitis, ô Baiani, aquilæ ingeniorum purâ putâque doctrinæ Augustinianæ medullâ nutritæ? Timere aliquis potest in Deo nauseam fastidiumque rei eiusdem, si continuò bona sit? Quod si non illam diuinæ voluntatis inconstantiam iustificatorum quisquam timere potest: si sua cuique infirmitas fragilitasque suspecta potiùs est; si continua communis hostis Dei hominumque occurrit oppugnatio; quid animi faciet homini pauido qui dicent; Certus esto si aliud nihil accidat, Deum non ablaturum à te quàm iniecit vestem iustitiæ; tu verò quo modo sis illam conseruaturus ipse videris, cùm enim infirmus sis ac fragilis, tuisque aduersarijs longè impar, sis ne à Deo adiuuandus, incertum est; actuales si quidem gratias, quæ sunt eius auxilia, iustificatis quam plurimis ille denegat: vnde fit illis impossibilis perseuerantia; de cætero mæste animo, & hæc persuasus viue lætus: hac tantùm ratione, quæ vt patet incutiendo, quàm pellendo terrori

Digitized by Google

aptior est, Concilium confirmare potest desperabundos, si eam habuit mentem quàm Baiistæ interpretantur. Ac proinde perspicuum est illius adhortationem congruam esse aliter non posse, quàm si tali quodam modo concipiatur: iustus es, & in viâ salutis, vt in illa perseueres, in tua erit potestate. Quamuis enim secluso actu alium gratiarum auxilio sis casurus; Deus tamen illud non subtrahet, neque necessariam superandis difficultatibus opem denegabit. Tu tantùm vide, ne illius abutare beneficio. Hoc solùm modo erigi possunt, qui timent Dei desertionem. Ergo Tridentinum in eam tantùm sententiam interpretandum est, vt subtractionem gratiarum actualium, quâ fit impossibilis iustificatorum perseuerantia, credatur abhorruisse.

Sess. 6. c. 13. Quod probatur tertiò ex verbis Tridentini cùm dicit, *tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent, Deus enim nisi ipsi illius gratiæ defuerint, sicut cœpit opus bonum, ipse perficiet.* Quid enim est, ipse perficiet? ipse non subtrahet iustitiam habitualem? atqui hæc ratio non probat collocandam esse spem firmissimam in Dei auxilio. Ecquis non videt ineptam esse ratiocinationem hanc; spes esse debet firmissima in actuali gratiâ. Deus enim non subtrahit habitualem? si non est inquam eadem gratia, in qua sperandum est, & cuius subtractio negatur; quomodo id quod dicitur, Deum non subtrahere vnam, in aliâ sperandum esse probabit? Probat autem si eadem vtrobique intelligatur, & illa in cuius auxilio sperare iubemur, & illa cuius subtractio non est timenda. Manifestum est igitur ita interpretandum esse Concilium.

Probatúrque iterum & quartò. Quia clarum est hoc quod dicit Concilium, *Deus namque sua gratia semel iustificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur*; Rationem esse tum eius, quod est dictum paulò antè de seruandis mandatis, *quod vtique cum diuino auxilio præstare possunt*: tum eius, quod immediatè precedit, eò quòd iustificati *non*

euidentissimum hic non promitti tantùm conseruationem habitualis gratiæ, sed donationem actualis. Quia hoc promittitur quod est necessarium vt Deus *perficiat bonum in nobis & operetur velle, ac perficere.* Atqui nemo dubitat quin ad hoc sint necessariæ actuales gratiæ: ergo illæ promittuntur. Promittuntur autem ita vt ea tantùm conditio requiratur *ne nos desimus ipsius gratiæ*, quod est, ne nos priùs deseramus Deũ, vt paulò antè dictũ est; ergo vbi nequit esse prior nostra desertio, non subtrahitur gratia seruandis mandatis necessaria; non potest autem ptior esse desertio nostra, cùm primùm excidimus è iustitiâ, ergo numquam excidimus quin habeamus gratiam ad standum necessariam, ex Tridentino.

Atque ex his perspicuum fit pugnare Baiistas cum Tridentino, sed quia se Augustini armis pugnare gloriantur, restat vt ostendamus, quantam Doctori sanctissimo iniuriam inferant, quando vel eius doctrinam à Tridentino, vel Tridentini ab illo damnatam probant.

§. III.

Baiani sententiam Augustini sicut & Tridentini deprauant.

QVÆSTIO est, vtrum homini iusto impossibilia sint Dei mandata in aliquibus circumstantiis; in quibus tamen eorum transgressio vitiosa est, & tum ad culpam tum ad pœnam imputatur? Affirmant Baiistæ, idque authore Augustino videri volunt affirmare: contrarium ex Tridentino iam probatum est: sed stemus Augustini iudicio.

Primò verba illa Tridentini *Deus impossibilia non iubet: sed iubendo admonet, & facere quod possis, & petere quod non possis*, vt ipsi etiam aduersarij fatentur, Augustini verba sunt; idcóque quod sequitur ex Tridentino, sequitur

August. lib. de nat. & gr. cap 43. Iansen. to. 3. lib. 3 c 13.

& ex Augustino, sed nimirũ eadem fronte quâ sunt ausi ex hac Tridentini sententiâ concludere impossibilia esse quandoque præcepta, idipsum etiam colligere conantur ex sententiâ Augustini, nempe quia dicimur non posse nisi petamus, & aliunde constat, neque ipsam petendi facultatem ac gratiam semper adesse: vnde necessariò consequitur non semper esse possibilia mandata, atque ita mirabili quadam interpretandi ratione Augustinus dum negat Deum impossibilia iubere, affirmat inbere aliquando impossibilia: aliquando verò, immò & sæpissimè: atque vt dicamus quod sentiunt, passim, nimirum toties quoties Deo non obeditur. Quia quoties non obeditur, deest gratia efficax ad obediendum, & apud istos Doctores præter efficacem nulla est sufficiens, & quando non est sufficiens ad implendum præceptum, illud est impossibile. Vnde sequitur quotiescumque contingit violari præceptum, esse illud obseruatu impossibile: id quod rectè deduci putant ex Augustini doctrinâ qua dicit, *Deus impossibilia non iubet sed iubendo admonet & facere quod possis & petere quod non possis.*

Quàm propitia sit hæc Theologia Atheis, Libertinis, ac demum sceleratis omnibus omitto dicere. Sed quod in eum sensum interpretantur Augustinum loco citato, res est eiusmodi, in qua quis meritò possit istorum auctorum pudorem desiderare. Manifestum enim est vti antea dicebam, sententiam illam istâ interpretatione destruere ipsam se se, dum sensus aduersatiuæ particulæ fit affirmatiuus, coinciditque cum hac ineptissima sententia, *Deus non iubet impossibilia, sed iubendo monet impossibilia.* Quotiescumque enim nec impletur præceptum neque oratur vt par est ad obtinendam implendi potestatem, deest gratia sufficiens ad implendum, item etiam ad orandum vt par est; sufficiens enim nulla est, inquiunt, si non est efficax! ergo quotiescumque non impletur præceptum, nec est possibile illud implere, defectu gratiæ sufficientis ad implendum; nec est possibile

petere vt par est implendi facultatem, defectu similis gratiæ ad sic petendum paritet necessariæ. Ergo Deus impossibilia non iubet, sed iubendo monet facere quod est impossibile. Monet enim alterutrum, aut facere si potes; aut petere vt possis; primum est impossibile, secundum etiam; ergo iubendo Deus monet facere quod est impossibile.

Secundò, Quia Baiistarum hic est discursus, Dei præceptum non esse possibile nisi Deus adiuuet: Atqui Deus sæpè non adiuuat, imò numquam adiuuat eum qui transgreditur, ergo Dei præceptum sæpe aut potiùs semper in eo, qui transgreditur, non est possibile. Ostendo minorem propositionem in qua solùm errant, & cuius contradictoria, vt monstratum est, habeturapud Tridentinum, repugnare similiter Augustino, cuius illi authoritatem perperam obtendunt. Non est necesse discurrere per varia loca, sufficeret vnus ex eo libro desumptus quo Baiistæ potissimum vtuntur, vt errorem suum confirment. Nimirum ex libro de natura & gratia. Nam cum Pelagius obiecisset Augustino, id quod ipse quondam scripserat in libris de libero arbitrio, nullum esse peccatum si aliqua sit eius causa cui resisti non possit: & non peccari in eo quod quis nullo modo cauere potest: velletque Pelagius inde concludere, posse homines peccata vitare, naturæ scilicet viribus; Augustinus, *Agnoscò*, inquit, *verba mea sunt*, & addit posse omnino vitari peccatum, *sed opitulante* Deo, & quæ dixerat repetit, *sunt etiam necessitate facta improbanda; vbi vult homo recte facere & non potest*, allatisque huius necessitatis duabus causis, ignorantiâ & infirmitate, sic vrget, trahentes illam in excusationem peccati sui, *Quibus benigniter*, inquam, *respondetur vt quiescant: & aduersus Deum murmurare desistant. Rectè enim fortassè quæruntur si erroris & libidinis nullus hominum victor existeret. Cùm verò vbique sit præsens qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocet, doceat credentem, consoletur sperantem, dili-*

Ianf. loc. cit. cap 13. Cap. 67.

Digitized by Google

gentem adhorretur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem, »
NON TIBI, DEPVTATVR AD CVLPAM QVOD INVITVS »
IGNORAS, SED QVOD NEGLIGIS QVÆRERE QVOD »
IGNORAS: NEQVE ILLVD QVOD VVLNERATA MEM- »
BRA NON COLLIGIS, SED QVOD VOLENTEM SANARE »
CONTEMNIS. *Ita & exhortatus sum quantum potui ad rectè* »
viuendum: ET GRATIAM DEI NON EVACVAVI, *sine quâ* »
natura humana iam contenebrata & vitiata illuminari non po- »
test & sanari. »

Circumspice amabo (Amice Lector) hanc tabellam. & in ea contemplatus Deum *sanare volentem*, eum à quo contemnitur, *vbique præsentem vt vocet, vt doceat, vt consoletur, vt adhortetur, vt adiuuet*, vnde contingat eorum exemplo qui tentationes vincunt confundendos illos qui vincuntur, quasi per eos steterit quo minùs vterentur oblatâ similiter vincendi facultate, sitque voluntaria ipsorum tum ignorantia, tum infirmitas, illa quidem ex negligentia quærendi, hæc autem ex contemptu medici sequuta; hæc inquam contemplatus, intellige cuiusmodi visiones videant illi qui contendunt Augustinianam esse, tyrannicam illam opinionem, quâ tollitur omnis gratia sufficiens: Deúsque nobis exhibetur in eos furens qui peccarunt ab ipso ita derelicti, vt nec iuuerit, nec iuuare voluerit siue ad exequenda mandata, siue ad impetrandam exequendi vim, cùm tamen sine tali adiutorio neutrum præstare possent.

§. IV.

Perspicua D. Augustini testimonia ex libro de natura & gratia pro sufficiente gratia ad seruanda mandata in ijs qui ea transgrediuntur.

SEd ostendo tertiò sua illos somnia venditare voluisse sub nomine Augustini. Est enim Augustini etiam illud quod Tridentinum attulit neminem à Deo deseri,

Digitized by Google

nisi qui prius ipse deseruerit Deum. Quod quia Baiani eludunt allatâ iam interpretatione de desertione quâ Deus habitualem gratiam subtrahit, non quâ actualem, recenseamus integrum Augustini locum: sumptus enim
Cap. 26. est ex citato iam libro de natura & gratia, vbi similitudinem Dei cum medico, quam Pelagius proposuerat, Augustinus in eo claudicare dicit. *Quod medicus homo cum sanauerit hominem iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, vt eadem sanitas apto subsidio conualescat atque persistat, Deo dimittit, qui præbet ista in carne viuentibus cuius erant etiam illa quæ dum curaret adhibebat. . . . Ipse autem Deus cùm per mediatorem Dei & hominum hominem Iesum Christum spiritaliter sanat ægrum, vel viuificat mortuum,* id est, *iustificat impium: & cum ad perfectam sanitatem, hoc est ad perfectam vitam iustitiamque perduxerit,* NON DESERIT SI NON DESERATVR, VT PIE SEMPER IVSTEQVE VIVATVR: *Sicut enim oculus corporis etiam plenissimè sanus, nisi candore lucis* ADIVTVS *non potest cernere: sic homo etiam perfectissimè iustificatus, nisi æternâ luce iustitiæ diuinitus* ADIVVETVR, *recte non potest viuere. Sanat ergo Deus, non solùm vt deleat quod peccauimus, sed etiam vt præstet ne peccemus.* Vbi vides primo ex mente Augustini Deum non sic deserere iustificatum in ijs, quæ pertinent ad iustitiam adeptam, quomodo medicus deserit hominem sanatum in ijs, quæ ad sanitatem spectant: atqui medicus non deserit subtrahendo sanitatem, vel desinendo illam conseruare immediatè, sed tantùm subtrahendo consilia sua ac remedia: ergo neque Deus intelligi debet non deserere eo tantùm quòd non subtrahat iustitiam, aut non desinat illam immediatè conseruare, sed etiam eo quòd non subtrahat consilia sua remediaque, quibus illa confirmetur aut conseruetur, quod totum pertinet ad actuales gratias. Secundò. Vides in quo posita sit illa *non desertio Dei nempe, in eo quod iuuet vt pie semper iusteque viuatur,* quod non nisi per gratias actuales præstatur: ergo non deserit istarum gratiarũ subtractione. Tertiò,

vides

Digitized by Google

vides rationem quare non ita Deus deserat, ne nimirum iustificatus similis sit oculo sano quidem, sed luce destituto, quasi diceret Augustinus lucem gratiæ ad *piè iustéque viuendum* necessariæ, esse illud adiutorium, cuius subtractione Deus non deserit iustificatum *nisi deseratur*. Quartò, Iterùm vides istâ non desertione quid Deus præstet, quando præstare dicitur non solùm vt deleantur peccata præterita, sed insuper ne in posterum *peccemus*, quod totum etiam præstari tantùm potest actualibus gratijs: ergo illarum potissimum subtractione dicendus est Deus non deserere iustificatum nisi deseratur, iuxta mentem Augustini.

Quartò expendamus illa quoque verba Augustini, *valde autem bona sunt præcepta si legitimè his vtamur, eo quippe ipso quo firmissimè creditur Deum iustum & bonum impossibilia non potuisse præcipere: hinc admonemur & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus.* Quomodo potest aliquis *firmissimè* credere, Deum *non præcipere impossibile*, qui credere docetur nullam esse nisi impossibilis præcepti transgressionem, quòd nulla sit quæ non supponat defectum efficacis gratiæ, tum ad implendum præceptum, tum ad impetrandas implendi vires; præter efficacem verò nulla sit sufficiens: sitque notum ex terminis, cùm deest gratia sufficiens esse impossibile illud ad quod est necessaria, ac proinde si præcipiatur, impossibile præcipi? qui hoc inquam credere docetur, quo modo potest *firmissimè* credere Deum non *potuisse impossibilia præcipere*? Quid etiam impedit illa Dei *iustitia*, si non impedit ne à me repetat quod non accepi, fructum videlicet actionis, cuius non habui facultatem? quid impedit illa *bonitas*, si non impedit ne sæuiat in eum cui vult esse impossibile quod exigit? nonne etiam ridiculum est distinguere *facilia* & *difficilia* præcepta, cùm docueris omnia omnino esse *impossibilia* transgredienti; obseruanti verò adeo non esse vlla difficilia, vt sit impossibile transgredi; hic enim alius est huius propa-

Lib de nat. & gr. cap. 69.

Digitized by Google

ginis ramus, de quo postea.

Cap. 66. Quintò, numquid erit illusoriũ quod dicit Augustinus ibidem: *Quod autem ex vitijs naturæ non ex conditione naturæ sit quædam peccandi necessitas, audiat homo, atque vt ea necessitas non sit discat, Deo dicere, de necessitatibus meis educ me . . . ac per hoc opitulante gratia per Iesum Christum Dominum nostrum & mala necessitas remouebitur, & libertas plena tribuetur.* Si est impossiblile vt audiat homo cùm non audit, vt discat cùm non discit, vt oret cùm non orat; vt quid surdo canit Augustinus cùm dicit, audiat, discat, oret? vt quid etiam falsa pollicetur, cùm spondet *opitulante Deo,* amouendam necessitatem illam; si gratia qua tollenda est, denegatur etiam iustis *volentibus, conantibus, orantibus.* nisi eo modo velint, conentur, orent, qui est illis impossibilis? & si verum est hunc esse Augustini sensum, quomodo verum est, quod dixit paulò antè de illâ Hieronymi sententia quâ dicit; nos neque ad vitia nec ad virtutem necessitate trahi, *quis non agnoscat, quis non toto corde suscipiat?* An hoc, *suscipit toto corde* qui ligat omnes qui peccant impossibilitate non peccandi? non fit necessitate, quod est impossibile non fieri? qui docet ergo nos *trahi necessitate* ad peccandum, & tali necessitate quæ verè sit insuperabilis, quando neque adsunt vires quibus illam excutiamus, neque quibus sicut oportet pro excutienda precemur, ille *toto corde suscipit* eos, qui docent, *nos ad vitia necessitate non trahi?* Nonne satius erat, & alijs Augustini locis congruentiùs, in illa contradictione, secundam hanc, quam admittit peccandi necessitatem ita interpretari, vt esset magna quædam abstinendi difficultas, vel voluntaria quędam liberaque necessitas, postquam adest facultas ex Dei gratiâ illam excutiendi, vt ideò sint inexcusabiles qui ei subsunt, quòd voluntariam ac liberam seruiant seruitutem?

Iansf. tom 3. lib 3.

Aug loco cit. cap. 65.

Sextò. Quid velit Augustinus in hac de mandatorum possibilitate controuersia, ita ipse declarat, vt sit perspicuum Baianos illum superfluo colere officio, dum

Digitized by Google

ingratæ assentationis studio plura tribuunt, quàm ipse velit, neque enim aliud exigit Augustinus à Pelagianis, quàm ne dicant possibilia esse mandata *solius* liberi arbitrij viribus. Quod si præterea Dei gratiam adiungant naturæ superadditam, quo fiat vt homo non tam propriis viribus, quàm diuino beneficio deputet quod implet mandata; manum Augustinus porrigit Pelagianos suscepturus. Constat hoc ex ijs quæ aliàs disputata sunt: sed hic iterum audiamus quid dicat, cùm enim Pelagius visus esset hanc non peccandi possibilitatem tribuere diuinæ gratiæ, Augustinus, *Quid dici breuius potuit & verius quàm possibilitatem non peccandi quantacumque est vel erit in homine, non nisi Deo debere deputari? hoc & nos dicimus, iungamus dexteras.* Sed statim detegit fraudem, ostenditque *Deo deputari*, beneficium illud ex sententia Pelagianorum tãquam authori naturæ solius, secluso diuinæ gratię adiutorio, quod etiam stanti naturæ necessarium erat, multo magis, lapsæ. Quod si sincerà fuisset adiutorij gratuiti ac naturæ superadditi confessio, seriò quoque Pelagianis dicturus erat Augustinus, *iungamus dexteras*. Hoc enim sæpius repetit, postulare sé tantùm, ne possibilitatem seruandi mandata soli naturæ tribuãt; *pro gratia Christi clamo*, inquit, *sine qua nemo iustificatur* TAMQVAM SVFFICIENTE NATVRA LIBERO ARBITRIO. Et ideò frustra sibi dicit Hilarium obiici affirmantem posse hominem esse mundo corde, *Quod quis negat*, inquit, *sed gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum*, NON SOLA ARBITRII LIBERTATE. Et paulò antè cum intulisset Pelagius non esse impossibile seruare præcepta, rectè illum disputare concedit; *Sed hoc*, inquit, *vnde sit possibile confiteatur*, ET PAX EST. *Ipsa est enim gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, quâ omnino iste nos orantes adiuuari vt non peccemus* NVSQVAM DICERE VOLVIT. Addit Pelagium, *solam naturam defendere* voluisse, noluisse autem aliquid dicere, *de eo quod ipsa natura, gratiâ Dei per Iesum Christum vel sanatur, quia vitiata est*, VEL

Disp. 4. de scient. Media. cap. 4.

De nat & gra. cap 44.

Ib. cap. 48.

Id. cap. 62.

Cap. 59.

Digitized by Google

Cap. 33. QVIA SIBI NON SVFFICIT, ADIVVATVR. Et antea. *Non*
» *enim cùm ista commemoramus, arbitrium voluntatis tollimus,*
» *sed gratiam Dei prædicamus. Cui enim prosunt ista, nisi volenti,*
» *non se de voluntatis viribus* TAMQVAM AD PERFECTIO-
» NEM IVSTITIÆ SOLA SVFFICIAT, EXTOLLENTI? Item
Cap. 33. *Non superbiendum quasi homo eadem potestate sanetur, qua pote-*
» *state vitiatus est.*

Ex quibus perspicuè liquet Augustino probari tanquam Catholicos, non qui negant possibilia esse mandata quandiu & quoties eorum trangressio ad culpam imputatur; sed qui possibilia tantùm esse concedunt ex Dei auxilio viribus naturæ superaddito: neque vitio verti Pelagianis quod illam adstruant possibilitatem, sed quòd illam petant ex SOLA *arbitrii libertate*, ex *sufficiente naturæ libero arbitrio*, ex *eadem potestate qua potuit homo vitiari*, quod sine dubio potuit sine vllo gratiæ adiutorio: Quòd *solam naturam defendant*; quòd *nusquam dicere velint nos orantes adiuuari*, quòd *nihil dicere velint de eo quod ipsa natura gratiâ Dei per Christum quia sibi non sufficit adiuuatur*: Quòd se de *voluntatis viribus*, *tamquam solæ sufficiant extollant*? Hæc autem omnia quid ad illos qui possibilitatem seruandi mandata ita defendunt in illis omnibus circumstantijs, in quibus est damnabilis transgressio, vt præsentem Dei gratiam per Christum adstruant, sine qua impossibile sit fructuosam esse huiusmodi obseruationem? & cùm Augustinus profiteatur *pacem esse* cum ijs qui ita sentiunt, velitque cum Pelagianis *iungere dexteras*, si tali doctrinæ accommodent se se, nonne igitur censendi sunt esse rerum nouarum studiosi pacisque perturbatores, qui Pelagianam putant perpetuam illam implendi præcepta ex Dei gratia per Christum facultatem, & Augustinum ad pugnam trahunt inuitum ac renitentem & *pacem* ingeminantem?

Quâ in re mirum est quàm inani prætextu, seque ipsi aliosque fallant, dum suis erroribus obtendunt speciosum amplificandæ gratiæ arbitriique deprimendi consi-

Digitized by Google

lium. Nam ad arbitrium quod attinet, perſpicuum eſt in communi & ſana doctrinâ quam ſequimur, nihilo plus illi tribui, quàm tribuatur à Baiiſtis hac in parte. Prædicantibus non poſſe illud viribus ſuis implere mãdata, reſpondemus non poſſe: clamantibus indigere gratuito Dei auxilio, reſpondemus, indigere. Quid præterea poſtulant? laudem gratiæ qui magis exaggerent, æquus lector iudicet. Numquam, adeſt inquiunt, tranſgredientibus præcepta; nos verò adeſſe contendimus, quoties damnabilis eſt tranſgreſſio. Qui ergo eam magis amplificant? qui vbertatem, an qui parcitatem eius defendunt? qui contrahunt, an qui extendunt? qui frequentiſſimas eius eclipſes inducunt etiam in hominibus iuſtis, an qui lumen indeficiens tuentur? Qui ratas illi velut hyberno ſoli per nubium interualla coruſcationes permittunt; an qui perſeuerantem præſentemque ſemper, non ponentibus obicem, ſplendorem? Eò videlicet tota reducitur controuerſia, quod nos diuinæ gratiæ præ illis plurimum addimus, illi præ nobis è libero arbitrio hac in parte, vbi agitur de illius ad ſalutarem mandatorum impletionem ſufficientiâ nihil tollunt: & Auguſtinus, qui pro gratia ſemper ſtetit contra ſufficientiam liberi arbitrij, videri cuiquam poterit illis fauiſſe?

§. V.

Idem probatur ex alijs S. Auguſtini locis.

SEptimò luculentiſſimum eſt Auguſtini teſtimonium pro gratia ſufficienti ad obſeruationem mandatorum in ijs, qui ea tranſgrediuntur Hom. 12. ex 50. Vbi tentationi ſuccumbentes & Diabolo conſentientes Auguſtinus ſic alloquitur. *Et ideò* CVM PER DEI ADIVTORIVM IN POTESTATE TVA SIT, *vtrum conſentias diabolo: quare non magis Deo quàm ipſi obtemperare deliberas?*

Digitized by Google

„ *si enim solus diabolus daret consilium, & Deus taceret, ha-*
„ *beres, quo excusari posses. Cum verò* CHRISTVS TIBI ET
„ CONSCIENTIA TVA *contradicat, & per scripturas divinas*
„ *audias in Ecclesia, quod non debeas facere malum; quare eligis*
„ *mortem, & desenis vitam, & magis vis sequi diabolum ad lu-*
„ *xuriam, quàm obtemperare Christo* QVI TE INVITAT AD
„ VITAM ÆTERNAM? *Rogo ergo vos fratres charissimi, quare*
„ *Sathanas seducit ad peccandum,* CVM DEVS PONERIT HO-
„ MINI IN POTESTATE NON CONSENTIRE SATHANÆ?
„ *Est enim à dextris quodammodo præcipiens Deus, à sinistris se-*
„ *ducens Sathanas, homo in medio constitutus. Cur quod inclinatur*
„ *ad Diabolum, quare non magis erigitur ad Deum? Non enim*
„ *Diabolus cogendo, sed suadendo nocet: nec extorquet à nobis con-*
„ *sensum, sed petit. Nos Diabolum non adjuvemus & vincimus.*
„ *Dat quidem ille consilium:* SED DEO AVXILIANTE NOSTRVM
„ EST VEL ELIGERE VEL REPVDIARE QVOD SVGGERIT:
„ Et postea, *Deus confitenti tanquam in apertum sinum, indul-*
„ *gentiam paratus erat dare, excusas, claudis sinum, includis pec-*
„ *catum, excludis indulgentiam peccati. Ecce quid fecisti ..... Sa-*
„ *nare te habebat Deus per indulgentiam si faterere, &c.* Confu-tat Augustinus hoc loco eorum rationes qui peccatum suum quo diabolo consentiunt excusare malunt quàm confiteri. Ex eo verò capite confutat, quòd adsit *Dei adiutorium*. Quòd *Deo auxiliante*, vel eligere vel repudiare possunt quod à Dæmone suggeritur, quòd Christus *non taceat*, sed vnà cum eorum *conscientia* contradicat internis Diaboli suasionibus. Quòd *inuitet ad vitam æternam*, quod *sanare* velit, & paratam *habeat indulgentiam*. Quòd *in hominis potestate sit, non consentire*. Hæc omnia si quidquam significant, numquid manifestè significant hominem diabolo consentientem, quod est Dei mandata transgredientem, habere potestatem non consentiendi ex auxilio Dei: ac proinde possibile illi esse nec consentire nec transgredi? & poterit Augustinianum credi, quòd in homine illo non sit gratia efficax ad seruanda mandata, ideò nec sufficientem esse:

Digitize

ac proinde nec esse potestatem illa seruandi & esse impossibilia quæ dicuntur esse in hominum potestate? nullum esse adiutorium, nullamque gratiam Dei auxiliantis? Deum sanare paratum esse, sine vlla sanandi voluntate?

Octauò, specaliter obseruandum est illud quod habetur loco iam citato. *Cùm per Dei adiutorium in potestate tua sit vtrum consentias Diabolo*; quid enim quæso est, consentientem Diabolo, quem hic alloquitur Augustinus, habere in potestate vt consentiat? An est tantùm habere facultatem, & vim consentiendi? ridicula fuerit Augustini hæc instructio. Adeóne enim stupidos habuit auditores vt essent docendi cum qui loquitur habere facultatem & vim loquendi, & cum qui videt, videndi, & qui currit currendi? si poterant inquam dubitare, num ille qui consentit Diabolo vim habeat per quam possit consentire, vt Augustinus hoc illos esse docendos putauerit; quidni dubitare quoque potuerint, ac propterea etiam docendi fuerint, an sit mutus qui loquitur, & qui videt cæcus, & claudus qui rectissimè ac citissimè ingreditur? Quòd si meritò iudicatur absurdum, consequens est vt Augustinus quippiam aliud intenderit cùm ad consentientem diabolo dixit, *in potestate tua est vt consentias*, quam habere illum tantùm vires ad consenriendum: significare scilicet voluit dominium quod habet qui liberè consentit in consensum suum, plenamque tum consentiendi, tum non consentiendi facultatem, quod nullo modo cadere potest in eum cui *nò non consentire*, impossibile est. Atque hoc apertè confirmatur ex eo quod dicit Augustinus ipsum consentire diabolo, *per Dei adiutorium*, esse in potestate consentientis. Nam vt verum sit gratuito Dei auxilio, quale hic intelligit Augustinus, hominem iuuari, vt possit resistere diabolo, ridiculum certè atque etiam impium censori debet, eodem etiam auxilio confirmari, vt sit potens consentire, atque ita diuino beneficio tribuendum

quod quis pareat Diabolo & in peccatum ruat. Ideò ergo in potestate consentientis Diabolo dicitur esse, τὸ consentire, *per Dei adiutorium*, quia, *per Dei adiutorium*, fit vt qui consentit vires habeat ad dissentiendum. Quomodo non dicimus esse in potestate lapidis deorsum cadentis, vt cadat: quia nullam habet sistendi vim vel sursum tendendi: nec item in potestate equi dicimus esse vt hinniat, cum hinnit, quòd in illo rerum obiectarum occursu non hinnire non possit.

Atque hinc intelligitur quid velit Augustinus cũ dicit voluntates quibus rectè aut perperam viuitur non subesse vlli necessitati *quæ non sit in nostra potestate*. Nimirum hoc vult significare, si quæ sit benè vel malè viuendi necessitas, ita illam pendêre à libero arbitrio vt excutere aut retinere possit, & eâ tantùm ratione quod agimus vel ad præmium imputari vel ad pœnam. Quod confirmatur ex eo quod dixit etiam Augustinus eos qui vocati ad cœnam noluerũt venire, *non debere alteri tribuere sed tantùm sibi, quoniam vt venirent vocati, erat in eorũ libera potestate.* Item, *In potestate nostra posuit qualiter in die iudicij iudicemur.* Et mox, *in te posuit quod requirit.* Et, *Non esse contra gratiam Dei*, quod dicitur, *bonum operari esse positum in nostra potestate*, dummodo intelligamus potestatem illam nullam esse nisi à Deo detur. Quid enim? an adeò sumus stipites, vt *impossibilitatem* eundi ad cœnam, vocemus *liberam eundi potestatem*? non *requirit* Deus à peccatore quod in illo *non posuit*, si quam requirit mandatorum obseruatio impossibilis est? & quomodo dici potest tum absolutio iudicis, tum condemnatio posita esse in mea potestate, si est impossibile abstinere à peccato quo damnandus sum? Pelagianum verò authore Augustino quâ fide vocatur id quod Augustinus negat esse *contra gratiam Dei*, nempe ab eo dici *positum in nostra potestate mutare voluntatem in melius* qui potestatem illam datam à Deo profiteatur? Ex his ergo liquet insignem esse impostúram qua Baiani authorem faciunt Augustinum vocis impiæ

§. de ciu. cap. 10.

Lib. 83. qu. 4. 68.

De Sanctis, ser. 4.

Retract. c. 22.

vt

vt loquitur Tridentinum, scilicet, Dei præcepta esse transgredientibus impossibilia.

§. VI.

Vrgetur illud Augustini transgredientem Dei præcepta posse illa seruare si velit.

PROBATVR nonò, ex eo loquendi modo quo frequenter Augustinus vtitur, Transgredientem Dei præcepta posse illa seruare *si velit*, Ita lib. 1. de Genesi contra Manichæum, vbi dicit, *Omnes homines posse conuertere se ad seruanda mandata* SI VELINT, *quia lumen* gratiæ quo illuminantur eorum corda qui Deo credunt, *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et in libro de corrept. & gr. vbi reproborum qui fuerant aliquando iustificati excusationem illam rejicit, qua dicunt se non accepisse perseuerantiam, illis enim dici posse, *in eo quod audieras & tenueras, in eo perseuerares* SI VELLET. Et in Enchiridio, Corozaitas potuisse saluos esse SI VELLENT. Et de peccatorum meritis, quærenribus, quare homines non sint sine peccato, cùm esse possint adiuuante gratiâ, *verissimè responderi,* QVIA NOLVNT. Et 12. de Ciuitate. Non aliam apparere causam cur è duobus æqualiter tentatis altero stante alter succumbat, quàm quia *alter voluit, alter noluit deficere*: neque id aliunde oriri, quàm ex *propria voluntate,* existente in vtroque eadem corporis *animique affectione.* Quibus locis cùm dicitur peccantem posse mandatum seruare *si velit*, seu quod idem est, posse non peccare *si velit*, manifestũ est idem significari ac si diceretur absolutè peccãtem *posse velle* seruare mandatũ, & *posse velle* non peccare, alioqui erit insulsissima oratio & Augustino indignissima: voluntas enim efficax seruandi mandata, & voluntas efficax non peccãdi, qualis intelligitur per illud *si velit*, est id quod maximè præcipitur, ac proinde esse talem voluntatem, est esse ipsam præcepti obseruationem, & ipsam transgressionis ac

Cap. 3.

Cap. 7.

Cap. 6.

Digitized by Google

peccati fugam : Ergo cùm dicitur potest seruare si velit, si non est hic sensus absolutus, potest velle seruare, vel, in eius potestate est vt velit seruare, atque ita vt seruet, & non peccet; erit iste conditionatus & ineptus, *potest seruare si seruet.* Nam, vt dixi, ipsum *velle*, seruare est. Vnde cùm dicitur potest seruare si velit, idem est ac potest seruare si seruet: & si ipsum *velle* sit impossibile defectu gratiæ sufficientis, nihilominus tam insulsum erit, potest seruare, si velit, quàm, potest volare si volet, potest super aquas ambulare si ambulet; potest Oceanum exhaurire bibendo, si exhauriat. Sumamus enim v. g. præceptum caritatis erga Deum, qui dicit peccantem contra illud præceptum posse illud seruare si velit, nihil aliud dicit quàm posse amare si velit, & qui dicit posse amare si velit, per illud *si velit*, non potest intelligere vllam voluntatem ab ipso amore distinctam quod alia nulla necessaria sit ad amandum: vnde sequitur siquis contendat sensum illius conditionalis, *potest amare si velit*, esse reuera conditionalem, non potest vitare cogitationem absurdam, qua dicat, potest amare, si amet. Quòd ipsum velle, quod hoc loco idem est atque amare, sit impossibile, vt Baiani supponunt; ideóque idem erit, *potest amare si velit*, atque potest volare si volet, quia & illud *velle* dicitur esse impossibile, & nihil aliud est quàm ipsum *amare*. Et ideò, ne sit inepta illa conditionalis, resolui debet in talem aliquam absolutam, liberum illi est amare aut non amare, pro sua libertate potest elicere amorem aut suspendere, ita non amat vt amare tamen possit, &c.

Et quamuis per illud *si velit*, intelligeretur aliquid distinctum ab ipsa mandatorum obseruatione, esset adhuc ridicula cogitatio, quâ ideo quis putaret peccatorem obiurgandum, quòd præcepta possit seruare *si velit*. Quia quod pendet ex conditione absolutè impossibili, est absolutè impossibile, nec imputari cuiquam potest vel ad præmium vel ad pœnam. Nisi velimus quempiam increpare quòd non volet, quia volare potest, si

Digitized by Google

denturilli alæ. Cùm itaque ipſum *velle*, quod eſt conditio ex cuius ſuppoſitione dicitur quis *poſſe mãdata ſeruare*, abſolutè impoſſibile ſit ex defectu gratiæ ſufficientis, vt Baiiſtæ dicunt, reſtat vt ipſum quoque, *ſeruare mandata* ſit abſolutè impoſſibile, nec imputari cuiquam poſſit ad damnationem, nec aliud erit obiicere peccatori quòd poſſit mandata ſeruare ſi velit, quàm quod volare poſſit ſi alas explicet: quomodo equus etiam caſtigandus erit quod non philoſophetur, philoſophari enim poteſt ſi diſcurrat.

Atque hinc intelligi poteſt, quàm ſit nugatoria ea diſtinctio, quâ Baiiſtæ hunc nodum ſoluere conantur, cùm dicunt aliam eſſe impotentiam ex defectu alicuius quod non poteſt quantumlibet magna voluntate, hoc eſt quantumlibet fortiter volendo ſuppleri; qualis eſt impotentia illius qui caret breuiario ad officium recitandum, vel opibus ad largiendam eleemoſynam, vel ſcientia ad catechizandum; & de tali impotentia verum eſſe quòd Deus non iubet impoſſibilia; ortâ enim huiuſmodi impoſsibilitate, vel extingui præceptum, vel non obligari eum cui præcipitur. Eſſe autem aliam impotentiam quæ oritur ex defectu voluntatis ſeu volitionis, quæ ſi adeſſet quanta adeſſe debet, præceptum facillimè impleretur. Hâc impotentiâ nullo modo excuſari eum qui non implet præceptum; poſſet enim implere ſi vellet, quòd ſi noluerit culpandum eſſe. Ianſ tom. 3. lib. 3. c. 1.

Hæc inquam diſtinctio ludicra eſt, valétque tantùm ad ludificandos imperitorum oculos, ex hypotheſi quòd ipſum velle Seruare mandata, nihil ominùs ſit impoſsibile ſine gratia ſufficiente, quàm eſt impoſsibile officium recitare ſine breuiario Ecquid enim aliud eſt, poſſes amare Deum ſi velles, quando hoc *velle* impoſsibile eſt, quàm poſſes officium recitare ſi haberes breuiarium; quando breuiarium haberi non poteſt?

Vnde inſuper intelligitur nihil dicere hos authores neque vllo modo aptare ſe ſe Concilij Tridentini ſan- Ianſ. loco cit. cap 13.

Digitized by Google

ctionibus, dum dicunt non aliter verum esse, quòd Deus non iubeat impossibilia, quàm quia quæcumque iubet, *hominis voluntate per omnipotentem gratiam Dei adiutâ fieri possunt*: postquam dicunt, hanc gratiam neque dari peccantibus, nec offerri; sed potiùs denegari. Si enim nulla prorsus est illius omnipotentis gratiæ copia, numquid perinde est posse illum cui denegatur illâ adiutum seruare mandata; ac posse mendicum eleemosynas facere ex thesauris absconditis in visceribus Potosini? Ecquid quæso est supponere voluntatem adiutam omnipotenti gratia cùm illa denegatur? Quare non potiùs supponitur derelicta? ac proinde quare non simpliciter negatur posse facere id ad quod illa requiritur, vt mentitum dicatur esse Concilium cum Augustino, dum negauerat Deum præcipere impossibilia? Quid, inquam, aliud est hoc loco voluntatem adiutam omnipotenti gratiâ posse aliquid facere, quàm, id quidem non posse iam, cùm illa gratia denegatur, atque ita esse impossibile, sed tamen futurum vt posset, si gratia non denegaretur, atque ita vt hoc non esset impossibile? Atqui & Concilium & Augustinus non definiunt quid futurum esset, sed quid sit: neque dicunt tantùm non fore impossibile quod Deus præcipit, sed reipsâ non esse: aut fore vt posset homo velle si Deus iuuaret, sed absolutè posse velle.

§. VII.

Nihil iuuare Baianos quòd primi parentis culpâ factum sit vt eius posteri gratia sufficienti destituerentur.

SED dicunt, hominis culpâ factum esse, vt destituatur illâ gratiâ, & ita voluntariè contractam hanc impotentiam; intelligunt autem Adami culpam & voluntatem. Primùm non disputo vnde nata dici possit hæc impotentia, sed an sit: Concilium enim & Augustinus de Adami posteris loquuntur, dum dicunt, posse

Digitized by

illos seruare mandata si velint, quod est posse velle seruare, vt dictum est, quâ definitione cùm impotentia illa penitus excludatur ab Adami posteris, & Concilio & Augustino repugnare necesse est quicumque illam introdunt, vndecumque natam dicant. Deinde Augustinus non dicit peccantem potuisse seruare mandata si voluisset Adamus, sed posse si velit, nec Adamum potuisse velle vt posteri seruarent haberentque similem volendi facultatem, sed posteros per se ipsos hoc velle posse, ergo supponit personalem esse facultatem hæc seruandi mandata quâ hæreditaria impotentia excludatur.

3. Quamuis esset ex peccato nata impotentia, excusaret tamen à nouo peccato contrahendo; quid enim, num censent Baiani, Citharœdum, cui sunt amputatæ manus in pœnam alicuius facinoris, quòd citharam non pulset cùm iubetur, nouum peccatum peccare? aut etiam adeò quempiam ineptum esse, vt pulsare illum iubeat? & quod cadere in homines non posse putant, non verebuntur affirmare Deo dignum?

4. Nimirum cauere debent, ne dum peccatum originale nimis exaggerant, excusent actualia omnia, vnumque tantùm agnoscant peccatum, quod olim commissum continuo prodit se se in ijs qui labem illam hæreditariò contrahunt. Quem timorem fortassè non inanem esse iudicabit, qui omnia istorum authorum arcana penetrauerit, dum dicunt peccatum Adami antonomasticè liberum, & actionem eius liberam vocari solere: vnde factum vt actiones eius *proprijssimè* merita dicerentur, & quòd eis reddebatur mercos meriti; vt pote quæ purè ex libera voluntate sponte surgerent, neque inuoluerent quidquam gratuitæ donationis in seipsis. Quasi dicerent alia peccata *non purè* surgere ex libera voluntate, esse in illis aliquid *acceptum à parentibus*, non esse *propriissimè* meritoria pœnæ, & consequenter nec esse *propriissimè* mala, nec quæ illis redditur *propriissimè* pœnam.

Ian sen. tom 3. lib. 3. c. 16

Digitized by Google

ipſorum eſse. Videat Lector, an hæc ſuſpicio temeraria cenſeri debeat, interea dum expectatur, vt reuelentur amplius iſtorum Illuminatorum cogitationes.

5. Certè verò negari non poteſt, quin ab eis funditus tollatur ea, cuius commendationem prætexunt humilitas pœnitentium & confuſio, dum ad hoc inſtruuntur omnes qui peccant, vt putent & dicant ſe neceſſitate peccaſſe: neque aliud aut facere aut velle potuiſſe, ſe in Adamo tantùm habuiſſe facultatem non peccandi, quam ille tum ſibi tum poſteris ſuis omnibus perdidit: ſe peccatorum hæredes eſse non authores: nec tam eſse accuſandum quod fecerint ipſi quàm quod paſſi ſint. Age, aliquis nobis homicida proponatur hortandus ad pœnitentiam; cuius, inquit, rei vultis vt me pœniteat? quòd peccauerit Adamus? quòd libertatem meam pomo luſerit, perdideritque mihi non peccandi facultatem? atqui pœnitentia perſonalis eſt, & aliorum facta non retractat. Quid ergo dicam, pœnitet me quòd ex Adamo natus ſim? Non eligunt parentes liberi, ſed illis dantur. Quòd talibus ortus natalibus peccauerim? tam non fuit optionis meæ vt non peccarent, quàm nec vt inde non naſcerer. Quid igitur doleam præter natalium infelicitatem & accepta magis peccata, quàm commiſſa? hæc ille cùm Baianis obiecerit, quæ ſunt apud illos in confeſſo, viderint ipſi, qua ratione vitare poſſint, ne pœnitentiæ veritatem, & neceſſariam peccatoribus humilitatem euacuaſſe videantur, dùm ad originis ſortem potiùs, quàm ad propriæ libertatis atque optionis abuſum peccata referunt.

6. In eo etiam, non philoſophantur conſequenter, quòd dicunt non imputandum ei cui non eſt annuntiatum Euangelium, quòd in Chriſtum non credat quia impoſſibilis eſt iſta fides Euangelio non audito: & tamen imputari adultero quòd peccet, quamuis perinde ſit impoſſibile vt non peccet non accepta, quæ ad abſtinendum neceſſaria eſt, gratia. Quam enim afferre

Inſ. tom. 3. l. 8 c. 17.

possunt satis idoneam disparitatis causam? Posset, inquiunt, adulter abstinere si vellet efficaciter. At inquam potestne ita velle non acceptâ volendi gratiâ? Quare igitur istud non velle imputatur adultero si nihilo minus impossibile est sine gratia, quàm est impossibile credere Christo sine Euangelio, quod tamen Ethnico non imputatur? Et cùm cæcitatem, surditatem, aliáque id genus mala adeò putent necessariò referenda in peccatum Adami, vt Deum fore Deum negent, si quis ea pateretur qui non illud incurrisset, num etiam eadem ratione cõtendent imputandum cæco si stellas non numeret iussus; vel surdo si vocantem se non aduertat; quod hic vterque defectus ex Adami peccato contractus reduci possit ad quandam illis voluntariam liberamque originem? Sed & hoc ipsum quod alicui non sit annunciatum Euangelium, numquid est ad peccatum Adami referendum, cuius intuitu subtrahitur prædicationis gratia vt ipsi concedunt? Quare igitur non referetur ad idem peccatum non creditio, quæ sequitur ex non prædicatione, & quare minus imputabitur quàm non volitio, quæ necessariò sequitur ex subtracta originalis peccati merito gratia?

7. Vt superiora confirmentur habenda sunt præ oculis ista Baianorum principia, ita perditam esse primi hominis libertatem, vt arbitrium nostrum, donec per Christi gratiam liberetur, non sit ampliùs liberum, neque ad operandum vllum bonum: neque ad abstinendum vnquam à malo in vlla operandi occasione: vt restituatur illa libertas necessariam esse gratiam Christi, non solùm *quâ liberemur* à peccato, sed etiam *quâ adiuuemur*,; sine illa verò subiici nos peccandi necessitati, qua libertas bene viuendi *contrarietate diametrali* perimitur, sicut & libertas abstinendi à peccato perimitur necessitate committendi, vnde Augustinus *ista duo promiscuè & pro iisdem vsurpat., necesse est aliquid facere, & non est liberum abstinere.* Necessitatem illam & oppositam potestatem seu

Ianſen. romi. 2. de ſtatu nat. lapſæ cap. 14.

Idem. ib. cap. 13.

Ib. cap. 11.

Ib. cap. 11.

Digitized by Google

Vide lib. de origine gentis Rom. cap. 9.

libertinum matris habuisse vim memoriae, ut, si ei ter enumeraretur bene viginti libertorum, quos manumiserat, pecuniae quidem, quam ei dare non memini reminet, ita interdum adire tam grandi aes, ut ambitiosa libertini, quae ipsa quoque ex ordine, Ex quibus ingenio fidens ac talibus, qua dum utilis esse ei posset, contentus, vitandorum, quae ex eo consequi ea Civili ad obliterandas ab eo, quae ex veteri statu, vel quae libertini nomine, qua libertas exulat, nec subsidia libertini adhuc ad liberandum ab obsequio, quae ipsa quoque ab illo pendere videbantur, iuvenis, ut ego puto, non exercuit, cum debitor, qua non tantae Civilis ad exercitus dati, tamen potius dat, ut libertate agendi quod omittit, fabricatur non agit. Ex quo ita erroque ea ex exigitur ab honore infinito quam aeternae famae nunc si ad quod ab ter liberum arbitrium. Exigitur enim in eos cui ob- flumen ab adeptus: si ea ne exercuit curiosius enumeratum animum liberum habetur. adeptus in fuit ipse ubi bene Civilis fe aliquis, ea ab quae liberum effe arbitrium ad agendum, libertas ter- ram potest ad obliterandum, & cum eo ut libertas ad effluens dum: effe cum ei liberum ad agendum. Cupe- ratorem ne re obliterare ad agendum libertas hominis ut obliterandum, & ne cui ut ab obliterandum li- bertas hominis ad agendum. Vide & non quae cui ei liberum arbitrium, liberi tamen tum: & eius qui- dem ab liber ut cuiusmodi exercuit, libertas ab exercuit, & quae fuit aliquis ipse, libertas, ab- ipse

Basilio allatum ex capite imperfecto contra Iulianum Pelagianorum, ab eis dicit Augustinus, *quod non habetur inter ea, quæ ipse ita LIBRORUM SUO ORDINE.* Quod ait de homeliarum interpretatione, qui scribunt, eruditum parum considerasse, & qui non pro Catechumenis grauem à prouectis distinxerunt. Ego verò interpretationem admitto, sed quæ, quibus scriptum fuit duos prouectis & consultiores proponit, habitante gratiam efficacem ad assentiendum veritatibus, non ex quod perspexerat, & quæ ratione dictat, sed ex quæ gratiam efficacem ad assentiendum adiuuans quo consistunt habens inspirat, ex charitate, non ex ratione. Et sanè non habebat, quæ non habens fidelis, & quæ habens infidelis, ratione naturali, quæ charitate & gratia non est liberalium artium & disciplinarum. Quamuis ergo diuersa sit horum & illorum conditio, & in hoc discrimen, quòd vnus non assentiatur illum esse dis supposition veritatem illam in quo percipiatur.

§ VIII.

Ex Discipulo S. Augustini petit intelligi quæ sentiat de legis seruatia.

VT nouicio, Quæ & Augustino dubitata omitto cognoscendum est Prosperi, qui nec nouus fuit nec in vrbe dubi. Dubitatio authoritatem meretur, intelligatur vel à nouo quæ nobis hactenus proponere. Sed & quæ qui cum eo agebat fatebantur & omnia vitæ conditione, & vsu Ecclesiæ dubitata. Quæ ergo dubitatio? Quæ dubitata de- Lib. ad obiec. bebuit ex præcepto & doctrina illa, in hac contra Pe- Vincent. lagianos & Semipelagianos pugnabit. Meritum Gratiæ, Ita ergo non qui affirmat, qui Deus homines iustificans ac *Deus non humanus, salutem operans, & ipse in nobis operans, ut velimus & operemur* omnia nobis *Deus* esse dicit. Quid est? Deum velle dare gratiam hac qui permanere non potest,

Ob. 7. sunt, quàm nolle vt permaneant? Item. *Qui dicit quòd*
» *quibusdam vocatis & piè iustèque viuentibus obedientia sub-*
» *trahatur, vt obedire desistant, malè opinatur de bonitate Dei at-*
» *que iustitia, vt videatur ad impietatem pios cogere, & innocen-*
» *tiam bonis adimere?* Quid minus dicunt, qui dicunt Deum ita subtrahere obediendi vires, vt impietas & inobedientia necessaria sit?

Lib. 2 ob. 7. Item ad obiectiones Vincentianas; *Dei ergo voluntas est, vt in bona voluntate maneatur, qui & prius quàm deseratur neminem deserit, & multos desertores sæpe convertit:* An est Dei voluntas vt in bona voluntate maneat iustificatus cui facit impossibilem perseuerantiam, subtractâ ad manendum gratia necessaria?

Ad ob. 14. Item, *Ad prævaricationem legis, ad neglectum religionis, ad*
» *corruptelam disciplinæ, ad desertionem fidei, ad perpetrationem*
» *qualiscumque peccati nulla omnino est prædestinatio Dei: nec fie-*
» *ri potest, vt per quem a talibus malis surgitur per eum in talia de-*
» *cidatur. Si ergo in sanctitate viuitur, si in virtute proficitur,*
» *si in bonis studijs permanetur, manifestum munus est Dei.... Si*
» *autem ab eis receditur.....nihil ibi Deus malæ tentationis im-*
» *mittit,* ET RECESSVRVM NON DESERIT ANTEQVAM
» DESERATVR. Quid hoc autem sit *non deserere recessurum* intelligitur ex eo quod dicit postea; cùm dicit Deus *ne-*
Ad ob. 15. *minem boni possibilitate dispoliat.* Quid autem aliud est neminem spoliari boni possibilitate, quàm boni potestate? Annon verò spoliatur boni potestate cui Deus subtractione auxilij necessarij ad non peccandum impossibilem facit in bono perseuerantiam?

Ad ob. 16 Item. *Non hoc veritas dicit, quod hæc sit voluntas Dei vt fi-*
» *deles & sancti à fide atque innocentia ruant & pereant in æter-*
» *num. Sed veritas dicit, Hæc est voluntas eius qui me misit Patris,*
» *vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo quidquam...., Quod*
» *si per generalitatem vocationis, & per abundantiam bonitatis*
» *Dei, etiam non perseueraturi perseueraturis admixti sunt; hi cùm*
» *à pietate deficiunt, non ex Dei opere, sed ex sua voluntate defi-*
ciunt. Adeone differunt *nvere & non posse stare*, vt sit ab-

Beliam, quemadmodum dicere si deberemi velit, vele quo-
que alterum: Puerili ac ingenuo, indigno Deo videre-
tur ista qua vult simulare, si non eft in digna veritas
tua quam vult ac videre. Quid? Quia non eft in ea
laudabilitate, vult nescire, & non vult discere illud,
unde possit nosse? Atque ideo videndum quatenus ista
fictione, idem eft ac nolle videre veritatem? perfectum
eft, ut non videat, quia non vult videre? Quid ergo
ad Deum pertinet, quod ille non vult videre? Quid
ad me Augustinus, volentem Deum videre sine fictione
qui non potest nosse? Possem dicere: Ideo quia non vis
fictione videre veritatem, quia eft in veritate nullum
fictum, & vis eft intuitus? voluntas, cum videre
non quis nec potuerunt. Quod si dicis Deus intuitus
divinum voluntas, qui hoc potest vi non fictione
finis fortasse tamen nobis dicere ne de hoc ei non
quaestionem, ut videamus an voluntas cum videre
nolit pertineat ad pulchritu-
dinem, non ea quae videre vult, ea
tantum debeant; quamvis autem illam quoniam &
fuisse pulchritudinem ad hoc tantum pertinet quod
ad intuitum vocat hinc quidem respondi, sed quod
vocat intuitum ad pulchritudinem, non ideo ad pul-
chritudinem pertinet, non dicendum eft. Quod
ergo ad Deum pertinet, non pertinentem ad ea-
dem pulchritudinem quod contemplentur ea
omnes. Et quia maxime tamen erant videndum
veritatem, non erant videnda, non contemplan-
da omnia, dicitur ad pertinentia.

Ad Deum Deiparae dicere de quo? Cum ea
quae videre vult, videre nolentem pertinere non pos-
sit ad eam pulchritudinem, quae ad videndum
tum Quia ea quidem omnia non pertinet ad
pulchritudinem tamen ea quae ad videndum
pertinent, quae videnda sunt, quamvis ea quae non
sunt. Haec enim pulchritudo quodcunque dicendum

§. IX.

Quæ ratione illustra pro sua Baianismo ignorare ne Augustinus.

Et hæc sufficiunt ut patrocinii Baianos, ex à Petri Lauræo recollectos, ad Augustinum confugiis, ab eo quoque nec locis tamque aperti figuliationes revellendo. Quid vellimus ex eius scriptionibus, ex quo figuliare, quæ illi ex fando Doctore ad enodis fui defectionem adhærent, nihil in ea re intendam effe putat nemo nam quo voluit à doctrina vel impudicitiæ necessitatis, quæ ab eo ducitur, effe, nihil ea non pollere. Sed tamen in mentione diu pollere, 1. Si quando videbitur Augustinum doctrinæ à se profectæ ea de causa non ætatis tam non partes partis fuisse interpretationem hanc, quæ pro Augustino & contra Baianos Augustinos tribuimus: & deinceps Tridentinis, & hanc in quibus nostra, & communi hæc propositionem, illum auctore Deum formalis fuisse non in ei exiguo non videre, in mente qui non loquuntur, in conspectum non cernitur, & commenda nato Harmonia Augustini, & Baianos Augustinos, & Tridentinos plane. 2. Non debuisse Baianos Augustini Interpretem colligere ut, quo die illo referebant Pelagianis quid certum & fixi impudicitiæ, vel invidi & prædicti Tridentini Doctores, atque ideo affectis illos doctrinæ quidi in ea mente non contineretur ut Scriptura, propter calumnias quibusdam. Nunc igitur operæ pretium est, ut ostendamus quæ ratione Baianos Augustinum, probare quid ita fentire. Si probabimus, hoc quod erat in quod. Augustinus contendimus.

Tract. Lau. de Baianis Doctrinis cap. 1.

3. Non debuisse quæ ipsum apud Augustinum ha-

homine in ejus intellectu remanentia, quæ ex hoc, homine existente, ejus intellectum tangentia remanent successive existendo, ut v. g. ex eo quòd ejus anima sit agnata, An aliqua tempora in æternum ejus & ejus intellectui vel divinæ menti præsentia, quæ ex eadem ratione, quæ ex eo, quòd ea nec actu nec ejus esse objectum actuale, aut potentiale exigitive, vel tendentiam vi sui esse impossibile, tum existentia tum præsentia ejusdem esse cum eo hac ratione, quòd nec actu nec tunc Deo præsentiam vigere tum per hoc, quòd ejus esse non exigitive, vel tendentiam ad illa tempora, tum per hoc, quòd illa tempora præsentia Deo ejusque menti ab æterno fuerint, quæ

Vrsulus. Sanchez. Nauar. Reginald. Filiut. Bonac. Ioan. de Salas. Lugo. Lessius. Molina. Ruiz. Arriaga. Suarez. Vasquez. Granado. Ioan. de S. Thom. Ioan. à Rubio. Ioan. Martinez. Ioan. Gonet. Ioan. Poinsot. Ioan. Hurtado. Ioan. Ferrer. Ioan. Sancius. Ioan. Alarcon. Ioan. Ponce. Ioan. Oviedo. Ioan. Martinez. Ioan. Gonet. Ioan. Poinsot. Ioan. Hurtado. Ioan. Ferrer. Ioan. Sancius. Ioan. Alarcon. Ioan. Ponce. Ioan. Oviedo.

Nequæ tantùm negauerunt id eruquam sint, & Angeli, & contendimus etiam effectiuè concurrere ad illum: Sed & Deum, *non repræsentando id quod non est*, quia non est, *sed concurrendo ad id quod est*, quia est: *quod patet* ex eo, quòd Deus non concurrit ad peccatum, nisi vt ens. Quem sententiam eius nec ratiocinia, nec exempla, nec auctoritates conuellunt, cùm hæc intelligantur de Angelis, non de Deo. Quæ ratiocinia, aliaque eiusmodi quæ Sanctorum *Scripturæ, quod dicit cognitum quod quum in actu* nobis dubium remanebit cui hæc sint dicta? Non Angelis, cum hæc non habeant, quæ dicuntur tribuisse, quæ Deum *Sanctum* & *Iustum* esse, *Sanctum* & *Iustum* operari, *Sanctum* & *Iustum* velle, *Sanctum* & *Iustum* concurrere, *Sanctum* & *Iustum* cooperari, *Sanctum* & *Iustum* influere, *Sanctum* & *Iustum* præmouere, *Sanctum* & *Iustum* applicare, *Sanctum* & *Iustum* determinare, *Sanctum* & *Iustum* præparare, *Sanctum* & *Iustum* præordinare, *Sanctum* & *Iustum* præuenire, *Sanctum* & *Iustum* præcognoscere, *Sanctum* & *Iustum* præscire, *Sanctum* & *Iustum* præfinire, *Sanctum* & *Iustum* præsentire, *Sanctum* & *Iustum* præcipere, *Sanctum* & *Iustum* præmouere

nec omnino omnes erit de illis mentionem poſtulatis. Ne quæ tamen circa id ſe ſolas ſuperſtitiones ſubrepant, eſt conſtat Anno Augustino imprimat. Quamvis enim omnes nobis ſolemnitates mortis, & ſepulturæ non ſecundum poſtulata per omnia ſimul actum ſolent, ſed per quamdam Chriſtiani ritus ordinem obſervari. Augustinus Epiſtola ad Dardanum.

CAPVT V.

De Deo omnes ſalvare volente.

§. 1.

Quid Videntium, quod Non Angelicum, de Deo omnes ſalvare volente.

QUANTVM temporibus eſt quod de Deo omnes homines ſalvare volente. Quæ dicit Tertullus. Ad a. 10. Scapulam. Nemo ſe ſalvari non vult. Et Apoſtolus Paulus ſe ſcripſit, quia propterea nolle quod omnes homines ſalvi fiant. Verum vel ſic non omnibus mortuis eſt, non omnes ante eum hominum ſalvari, ſed omnes ſalvi mortuos ſalvari non ſolitos, ſed ſalvos. Ex quibus verbis poſſimus in argumentum. Chriſtus valuit mortuos hanc poteſtatem in omnibus per quos vult divine mortuos. & homines Deus valuit mortuos hanc poteſtatem in omnibus per quibus illum vult mortuos. Adeoſtam enim eſt, ut quos Deus vult ſalvos fieri, eſt quos non comprehendat mortem tam non ſalvos. Quos vero

Scholasticum est vinum strenue, fequitur eodem plane modo, quo vinum est nutrimentum: sic per consequens, non etiam est, omnino necessarium ad beatitudinem, atque ita Concilium non dixit, non dicitur negare, si verum est simul negare quod non est simul, & simul quod non est simul esse, & simul esse & non esse. Nec enim Concilium dixit, quod Scholasticum vinum sit omnino necessarium, sed dixit non esse propter beatitudinem necessarium, si, inquam, cum Christo ejus ea conditio nascatur, ut nulla ei obstacula ab ipsa generibus fingantur natura, ita vt fingerenus nullum luctum, nullum dolorem, nullum tædium, & quæ, quales, quanta. Non potest magis quis ad beatitudinem, quam ad percipere beatitudinem esse aptus: ita enim facultatem Scholasticum vinum habitura, & tamen esse per Christum participes quid? dum fatium, quidquid fuerit. Nec Debet quisquam hoc loco difficultatem fibi ex fingulis generum, ita vt nullum Christo nascituro ejus ea conditio natura, per Concilium esse, per Barbaro contra, &c. Cum Scholastico conferre vinum dubitat Concilio, cum non omnes hoc, nec omnes Graci, nec omnes Barbari Scholasticum vinum habeant. Et Valuas quia Concilium Ecclesiæ Catholicæ nomine, non propter ejus vinum, sed propter ejus beatitudinem, quæ non sit ea, quæ est, absolute, vel relative, hoc est illi ea qua non sufficiunt vinum, vel non perficiunt, quod alimenti, vel, vestitus Conditio, vt quo non sufficiunt beatitudinem, & qui non beatitudinem. Et quæ fuerunt ejus generis conditiones illi Concilio, non quod à Beatæ dicitur, ejus dicitur, nullum *Sed esse a beatitudine esse.* esse a beatitudine, vel ipsum non perficiunt, nec ipsum non perficiunt. Nequam illi, quam ea conditione Concilium dicit, *Patres non sustinet, simplici* *Patres non sustinet simplici*

neque vllius pretij oblatione mutandum esse, nec se ipsum velle «
mutare. Ex quo factum vt iuxta sanctissimum Doctorem non «
magis Patrem pro æterna liberatione ipsorum, quàm Diaboli de- «
precatus sit, sed si quid pro illis rogauit Patrem, pro temporali- «
bus quibusdam iustitiæ effectibus rogauisse; pertinere igitur illius «
redemptionem, vel ad solos prædestinatos, vel certè aliquatenus «
quoque ad illos qui ratione temporalis fidei aut caritatis effectus «
aliquos redemptionis aut propitiationis consequuntur. Ita illi «
philosophantur. Nempe, sicuti nullam omnino gratiam per Christum agnoscunt quæ non sit efficax, ita nullam in Christo vel in Deo circa salutem hominum voluntatem, quæ non sit absoluta & similiter effectrix rei volitæ: voluisse igitur Christum, voluisse Deum, vt illi tantùm qui saluantur, saluarentur, vt ij tantùm qui iustificantur, iustificarentur, de cæteris non magis quàm de Diabolo fuisse sollicitum. Contrariam sententiam ex illa duplici opinione de gratia merè sufficienti, & de indifferentiâ voluntatis ortum duxisse, quam Augustinus, Prosper, Fulgentius repudiarint velut machinam à Semipelagianis introductam. Quanquam neque Prosper satis bene videtur interpretatus illud Apostoli. *Qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*, dum innuit intelligendum *pro omnibus nullo excepto*, Augustinum illo *antiquiorem ac doctiorem* esse qui aliter interpretatus est. Et omnino quod dicitur pro omnibus intelligendum de vniuersa Ecclesia quæ toto orbe dispersa est, eodémque modo quod dicit sanctus Ioannes Christum pro peccatis nostris mortuum, *non pro nostris tantum mortuum, sed etiam pro totius mundi*; Ita reddendum est vt dicat Apostolus non pro nostris tantùm quibus hanc epistolam scribo; sed pro vniuerso populo fidelium, seu non pro nostris tantum Iudæorum, sed etiam Gentilium. 1. Timoth. 2. 1. Ioan 1.

Hæc illi, quæ quamuis fusè persequantur, Concilij tamen Tridentini, quod tam disertè significat mortuum esse Christum, etiam pro ijs qui mortis eius bene-

Digitized by Google

ficium non percipiunt, nusquam meminere, seu contemptu tantulæ authoritatis, præ Augustino, qui scilicet *doctior* & *antiquior* est, seu soluendi atque interpretandi desperatione Quis enim ignorantiam suspicetur adeò peruiæ, adeoque expositæ rei?

§. II.

Baianos Augustino contradicere colligitur primùm ex Prosspero.

CÆterùm quia propositum tantùm est ostendere immeritò Baiistas], aut damnare Concilium Tridentinum commentitio Augustini suffragio cum Hæreticis, aut cogere Augustinum esse damnandum à Catholicis, qui saluam tectamque omnino volunt Tridentini authoritatem; omitto recensere quàm multiplici ratione oppugnari posset eorum sententia, vt ostendam Augustino cum Tridentino hac in parte optimè conuenire.

Et primò si non suppeteret alia eiusce rei probatio, satis magnum esset præiudicium pro sententia Augusti-
Ians tom. 3. lib. 3. c. 20. ni quòd Prosper, dicat vt Baiistæ fatentur, Christum semetipsum dedisse redẽptionem *pro omnibus nullo excepto*. Quòd addunt enim *antiquiorem* illo esse Augustinum & *doctiorem*, primùm peto, an non vicissim Baiistis antiquior videatur Prosper & doctior? de doctrinâ fortè controuersiam facient, qui duobus & viginti annis occupati in Augustino meditando de studij tam longi prærogatiuâ gloriantur, hoc est somnia venditant diuturna. Sed cùm constet adeò esse antiquiorem Prosperum, vt aliquâ etiam temporis parte coętaneus fuerit Augustini, habueritque cum illo literarum & doctrinæ familiare commercium, in ijs præsertim quęstionibus, quæ cum Semipelagianis disputabantur; cum conuixerit Semipelagianis, & in ea vitæ ac contentionum consuetudine quid sentirent, aut in quo dissentirent vel ab Augusti-

Digitized by Google

nó vel ab Ecclesia quasi oculis vsurparit suis, cùm nemo vnquam ardentiùs eorum errores insectatus sit, nemo acriùs egerit causam Augustini postea defuncti, vt videatur illius & arma & vices gessisse ad tuendam quàm veluti depositò acceperat eius doctrinam, quis adeò sit procliuis ad credendum, vt eum putet illius controuersiæ peritiorem ac magis scientem qui non nisi post duodecim sæcula ex commentarijs & antiquorum annalium monumentis illam didicit? fœdissima enim est hallucinatio, si quod Prospero credimus, eò spectare Baiani putant, vt doctior videatur Augustino. Doctiorem tantùm in Augustino & Semipelagianis eum esse contendimus, qui vicinior, qui præsens, qui & armorum & causæ societate coniunctus Augustino, qui huiusmodi belli non auditor, non spectator tantùm extitit, sed actor etiam gestorque præcipuus sub Augustino; & cum Augustino; hunc primarium, hunc proximum Augustini discipulum, ac defensorem contra Semipelagianos paulò meliùs nosse credimus, quid ille docuerit, in quo isti errauerint, quàm qui procul inaudierunt, duodecim videlicet sæculorum interuallo dissiti. Nihil igitur Semipelagianum, nihil non Augustinianum sapit, quod sensisse Prosperum dicunt, Christum dedisse semetipsum redemptionem pro omnibus *nullo excepto*. Et quia ipsa phrasis, vt ipsi loquuntur, qua quis dicitur se pro aliquo redemptionem dare, præ se ferre videtur redemptionem ex redimentis animo in vsum ac liberationem captiuorum offerri ac dirigi, fateantur Prosperum, & consequenter Augustinum hunc etiam animum in Christo agnouisse. Nec contrarium putent quod dicit Prosper *redemptionis proprietatem haud dubiè penes illos esse*, qui sanctificantur in sanguine Christi vel qui saluantur. Rectè enim illa cohærent, minimèque sequitur si non habent homines reprobi proprietatem beneficij redemptionis non illam suâ culpa oblatam perdidisse, quod dici de dæmonibus non potest.

Iansen. tom. 3. lib 3 c. 20.

Digitized by Google

Lib. 1. Defens. obiect. 15. num. 8.

Sed audiamus adhuc Prosperum pro Augustino pugnantem. *Item qui dicit quòd non omnes homines velit Deus saluos fieri, sed certum numerum prædestinatorum, duriùs loquitur quàm loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei, qui & omnes vult saluos fieri, atque in agnitionem veritatis venire.* Quis non dicat Struthionum stomachum esse Baianis qui *duritiam* illam tam facilè deglutiunt & concoquunt, exsetrè professi Deum solos illos qui saluantur saluos esse velle. Iterùm audiant; *sincerissimè credendum est, atque profitendum Deum velle vt omnes homines salui fiant.* & vt constet illâ voluntate contineri reprobos, probat hoc ex Apostoli præcepto, & Ecclesiarum consuetudine orandi pro omnibus, subditque: *Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum, quod multi saluantur, saluantis est donum:* Vides vt & illi qui pereunt esse dicuntur ex illis omnibus pro quibus orat Ecclesia & quos Deus saluos esse vult? & quia hoc sincerissimè credendum Prosper dicit, quis dubitet adulterinam esse fidem eorum qui contrarium sentiunt? Audiamus & tertiò cùm dicit, *Nulla ratio dubitandi est Iesum Christum Dominum nostrum pro impiis & peccatoribus mortuum. A quorum numero si aliquis liber inuentus est, non est pro omnibus mortuus Christus. Sed prorsus pro omnibus mortuus est Christus.* Suppositio quâ subtrahitur è numero peccatorum vnus quidam innocens, falsam reddit ex Prospero propositionem quâ Christus dicitur esse mortuus *pro omnibus*, & suppositio qua innumerabiles illius redemptioni subtrahuntur, vt nihilo magis de illis quàm de Diabolo cogitasse dicatur, eidem propositioni veritatem relinquit? fac vnum aliquem esse qui redemptione non eguerit, quòd peccatum non haberet; quid hoc impedit quo minùs verum sit mortuum esse Christum pro generibus singulorum, v. g. pro quibusdam Iudæis, pro quibusdam Græcis, pro quibusdam nobilibus, pro quibusdam plebeijs, &c. Quòd si hoc non sufficit ex Prospero vt *prorsus pro omnibus* mortuus esse Christus dicatur, an

Lib. 1. resp ob. 1.

Lib. 2 de voc. gen. cap. 16.

Digitized by Google

ſufficiet & rectè dicetur mortuus *prorſus pro omnibus*, cùm ex illis *omnibus* partem longè maximam exceperis?

Confirmatur quartò ex eo quod habetur eodem lib. 2. de voc. gen. *Opitulationem* (qua Deus homines ad ſalutem vocat) *ſuadendo exhortationibus; mouendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inſpirando conſilium, córque ipſum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo,* (quibus verbis euidentiſſimum eſt internam vocationem deſignari) *hanc* inquam, *opitulationem per innumeros modos, ſiue occultos ſiue manifeſtos omnibus adhiberi: & quod à multis refutatur ipſorum eſſe nequitiæ, quod autem à multis ſuſcipitur, & gratiæ eſſe diuinæ & voluntatis humanæ.* Quibus verbis vt vides effectus diuinæ voluntatis qua vult omnes ſaluare, ad eos etiam manifeſtè pertinet, qui omnino non vtuntur. Cap. 26.

Et cùm hæc ita ſint, Baianos tamen ſcribere non puduit illam de Deo omnes ſaluare volente, & quæ ſequitur inde de gratiæ ſufficientis omnibus conferendæ præparatione ſententiam, pertinere ad *machinam* à Semipelagianis introductam, & à Proſpero inter cæteros euerſam. Videat Lector an non eos dicere decuerit extructam veriùs quàm euerſam à Proſpero machinam illam, & an ideò ſit Semipelagiana dicenda quòd comminuat idolum Caluini, decretum ſcilicet *horribile*, atque antecedens omnem meritorum præſcientiam, de perdenda hominum parte longè maximâ, ſed iuuat Auguſtini ſententiam ex Auguſtino ipſo cognoſcere. Ianſen. loco cit. ſub finem.

§. III.

Idem conuincitur ex plurimis ipſiuſmet Auguſtini teſtimonijs.

PROBATVR igitur ſecundò ex Auguſtino vel- Ep. 49. qu. le Deum etiam illos, qui non ſaluantur, ſaluos 2. fieri, hoc enim ſignificat quod dicit ad quæſtionem Paganorum *Diuinam voluntatem numquam defuiſſe iuſtitiæ*

1. Retract. cap. 3. *pietatique mortalium.* Quod quia cùm recognoscere et non retractauit, approbasse putandus est. Hæc autem quomodo stare poterit apud Baianos qui docent nolle Deum vt iustificati omnes quotquot excidunt perseuerent? Quo inquam sensu dicetur diuina voluntas non deesse iustitiæ pietatique mortalium, quæ iustos piosque passim deserit?

Atque huc referri potest quod dicit August. in Ps. 2. " *Duo sunt officia medicinæ, vnum quo sanatur infirmitas; alterum quo sanitas custoditur. Ibi misericors auxilium, quia nullum habet meritum peccator, qui adhuc iustificari desiderat. Hic autem* IVSTVM AVXILIVM *est quod iam iusto tribuitur.* Ex quibus colligas Augustino iudice, si Dei voluntas iustos deserat; vt Baiistæ fatentur defuturam illam non tantùm iustitiæ mortalium, sed & suæ, quando iustum est vt iuuentur eo sensu, quo iustum indebito solet opponi.

Ex libro de natura & gratia clarissima sunt verba illa,

Cap. 67. *non tibi deputatur ad culpam quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis.* Quis contemnere potest sanare volentem, si eorum qui contemnunt neminem vnquam Deus sanare voluit?

Ex Homil. 12, inter 50. *Quare eligis mortem & deseris vitam, & magis vis sequi Diabolum ad luxuriam quàm obtemperare Christo qui te inuitat ad vitam æternam?* Vllum-ne inuitare Christus potest ex ijs quos saluare non vult? & si faciat non erit omni circulatore deterior? quomodo ergo inuitare dicitur eos, qui diabolum sequuntur, si non vult vt non sequantur, nec vt saluifiant? Eodem spectat quod mox subiungit, dum explicat, quomodo in potestate hominis posuerit Deus, vt non consentiat. *Quia,* " inquit, *est à dextris quodammodo præcipiens Deus, à siniſtris* " *seducens Sathanas, homo in medio constitutus. Cor quod inclinatur ad Diabolum quare non magis erigitur ad Deum?* Vbi vides, postquam ex Dei præcepto probat esse in hominis potestatẽ, vt non cõsentiat, consequens esse vt Deus

Digitized by Google

præcipiens idem sit ac Deus volens, vt fiat quod præcipitur, & ad illud faciendum dans facultatem & vires.

Ex libro de Spiritu & littera, *Vult Deus omnes homines saluos fieri, non sic tamen vt eis adimat liberum arbitrium quo vel bene vel malè vtentes iustissimè iudicentur. Quod cùm fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt cùm eius Euangelio non credunt: nec ideò tamen eam vincunt, verùm se ipsos fraudant magno & summo bono malisque pœnalibus implicant, experturi in supplicijs potestatem eius, cuius misericordiam contempserunt.* Deinde comparat Deum hero dicenti, *volo vt hi ammnes serui mei operentur in vinea, & post laborem requiescentes operentur, ita vt quisquis eorum hoc noluerit, in pistrino semper molat.* Quid apertius dici potuit pro voluntate saluandi etiam eos qui non saluantur? subdit postea. *Ille igitur reus erit ad damnationem sub potestate eius, qui contempserit ad credendum misericordiam eius.* Ergo Deus miseretur etiam pereuntium.

Eodem loco cùm proposuisset Augustinus obiectionem de voluntate credendi, quæ ideò non videtur esse Dei donum, quia si esset, Deus illam omnibus daret, postquam vult omnes homines saluos fieri; Respondet esse omnino tribuendam illam voluntatem diuino muneri. Quod Deus illam operetur agatque visorum suasionibus, siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, siue intrinsecus vbi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, *sed consentire*, inquit, *vel dissentire propriæ voluntatis est; his ergo modis quando Deus agit cum anima rationali vt ei credat .... profectò & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omni opere misericordia eius præuenit nos. Consentire autem vocationi Dei vel ab ea dissentire, propriæ voluntatis est,* Quasi diceret Augustinus. Est verum quod dixi Deum velle omnes homines saluos fieri, etiam illos qui fidem non recipiunt. Quia quod non recipiant minimè tribuendum Deo est, qui visorum suasionibus & extrinsecus & intrinsecus eos mouet: sed quia ita mouet vt liberos relinquat, hoc est indifferentes ad consen-

Cap. 8.

riendum vel dissentiendum propriâ voluntate ipsorum aliqui credunt, aliqui non credunt, Deo vtrosque ad credendum impellente. Excutiant Baiani sese quantum volent numquam impetrare poterunt ab animo minimè perturbato miniméque stupido, vt alia fuisse Augustini sententia videatur.

Cap. 8. Ex libro 2. de Symbolo ad Catechumenos, Christum Dominum ostendentem reprobis vulnera sua in die iudicij, dicturum ait, *videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus, quod pupugistis, quoniam & per vos & propter vos apertum est, neque tamen intrare voluistis.* Baiani vt Deum tyrannum faciunt impossibilia punientem, nunc etiam Christum facient mendacem dum negant illum de eorum salute cogitasse pro quibus ille se mortuum dicit?

Ex tract. 2. in Ioan. *Ingrate, irrides eum qui ad te venit vt redeas*, vt rédeam, inquiet reprobus, ille vero numquam me redire voluit.

Adde & illud ex tract. 31. Vbi Augustinus ex Oratione Christi in cruce pro se crucifigentibus, infert nemini desperandam esse peccati remissionem: Nulla verò sit illatio illa, si pro vno aut altero quibus oratio illa profuit, orasse putetur, & non pro omnibus.

In Psalmum 68. illud, *In siti mea potauerunt me aceto*, sic exponit, *fidem illorum desideraui & vetustatem inueni.* Baiani negant hoc desiderium sicuti & orationem Christi pro reprobis.

Et in illud Psalmi 18. *Non est qui se abscondat à calore eius.*

Expos. 1. „ *Cùm autem Verbum etiam caro factum est, & habitauit in*
„ *nobis non permisit vllum mortalium excusare se de vmbra mor-*
„ *tis. Et ipsum enim penetrauit verbi calor.* Quid, non merito excusabit se de vmbra mortis quem Deus numquam voluit illuminare? Et quis est ille verbi calor qui sine luce gratiæ penetrasse dicitur ad reprobum?

Cap. 14 & 15 Ex libro de Prædest. & gratia. *An forte si piè de Deo*
„ *sicut expedit sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam*
„ *reperimus?* Esse autem hoc affirmatiuè dictum constat euidenter

Digitized by Google

euidenter ex ijs quæ sequuntur, *Patientia enim Dei valere ei debuit ad salutem, qua differens iustum interitumque supplicium miraculorum verbera crebra densabat. Numquid non potuit sicut flagellis cæsus expulit populum, ita miraculis credens Deum tantæ virtutis agnoscere?* Addit postea *flagellis fuisse clementer admonitum* (sicuti & Nabuchodonosorem) *& libero arbitrio pugnasse contra misericordissimam Dei voluntatem.* Cap. 15.
Quæ illa misericordia est erga Pharaonem? quæ clementia? si nullam eius conuertendi aut saluandi voluntatem Deus habuit? Et quomodo potuit agnoscere Deum tantæ mentis, si facultas quà id posset denegata est? *Quòd si verum est, quod aliqui putant, hunc librum non esse Augustini, ille authoritatis defectus abundè suppletur, quòd totus hic locus inueniatur insertus Iuri Canonico, & veluti doctrinam Augustini contineret approbatus, illa eadem authoritate quâ Ius Canonicum approbatum est.* Cauſâ 23. quæst. 4.

Ex Commentario in Ps. 68. *Proiecit Iudas pretium argenti quo ab illo Dominus venditus erat; nec agnouit pretium quo ipse à Domino redemptus erat.* A quo redemptus? à Christo? Quomodo potuit Christus redimere sine vlla redimendi voluntate? potuit-ne velle redimere, quem voluit in damnatione permanere? & quomodo pretium Iudæ fuit sanguis Christi, si nihilo magis pro ipso saluando fusus est quàm pro saluando Diabolo?

Ex lib. 83. quæst. q. 68. *Ad illam cœnam nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt . . . . vt venirent vocati, erat in eorum libera potestate . . . . Qui vocatus non venit sicut non habuit meritum præmii vt vocaretur, sic incboat meritum supplicij, cùm vocatus venire neglexerit.* En tibi vocationem reproborum ad vitam æternam, quæ si fuit sine voluntate Dei vt venirent, quid aliud restat quàm vt Baiani Deum similem faciant illis simulatoribus aulicis, laruatæ scilicet benevolentiæ atque voluntatis artificem.

Ex libro 1. ad Simplicianum quæst. 2. *Noluit Esau, & non cucurrit, sed & si voluisset & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui etiam velle & currere vocando præstaret, nisi*

Digitized by Google

vocatione contempta reprobus fieret. Contempsit vocationem Esau, & nisi contempsisset habiturus erat adiutorium ad volendum & currendum. Quid hoc aliud est, quàm Deum fuisse paratum vt iuuaret si non ille impediret? Dicant igitur Baiani etiam ab Augustino erectam illam quam vocant Semipelagianorum machinam *de gratiæ sufficientis omnibus conferendæ præparatione.* Scio Baianos multa comminisci, vt huius testimonij vim eludant, sed illud alibi efficaciter vindicatur.

De gratia Semipel. c. 9

Cap. 3.

In libro de Genesi contra Manichæos, ideò dicit omnes homines seruare posse Dei mandata, si velint, *quia Dei lumen illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, quod quia non retractauit cùm hunc locum recognosceret, nec aliud cauit, quàm ne Pelagiani naturæ tribuerent quod esset gratiæ deputandum, approbasse censendus est. Ergo Deus lumine gratiæ illuminat omnes homines, quare autem? nisi quia vult vt videant quàd eundum sit vt salui esse possint? hoc verò velle est vt salui fiant.

2. Retr. c. 10.

§. IV.

Idem colligitur a pari ex argumento quo vti solet Augustinus contra Donatistas.

DEnique quando Baiani merum spirant Augustinum, obiiciatur illam illis id quod Augustinus toties exprobrat Donatistis contrahentibus Ecclesiam atque in angustias Mauritaniæ cogentibus, *Rumpere scilicet illos testamentum Dei quo dictum est. In semine tuo benedicentur omnes gentes, impedire donationem Christo factam patrimonij quod esset à solis ortu vsque ad occasum, facere Christum exulem de regno sanguinis sui, quod est à mari vsque ad mare, contradicere Deo reddenti quod promiserat, Ecclesiam scilicet crescentem in omnibus gentibus vsque in finem sæculi. Partem illos in lite retinere velle qui totum possunt in concordia possidere, sedenti*

Ep. 48. ad Vincen. tium.

In Psal. 18.

Digitized by Google

Christo ad dexteram Patris & vniuersum orbem possidenti, partem tantùm offerri ac pro tota terra ostendi solam Africam: non laudare Christum qui dicunt perdidisse totum orbem, Diabolum illi totum abstulisse, sanguinem Christi non esse pretium orbis terrarum, si Africa sola redempta sit. In Psal. 21. Quid enim facit ad gloriam Christi & amplitudinem redemptionis illa Ecclesiæ vniuersalitas si nihilo vberior est eius gratia? si tantæ Ecclesiæ pars minima ita redempta est, vt de maximâ saluandâ nihilo magis curauerit Christus, quàm de Diabolo? numquid ad ostentationem tantùm, & inanem pompam pertinet quod dicitur in semine Christi benedicendas omnes Gentes? patrimonium illius extendi à mari vsque ad mare? Regnum patere à solis ortu vsque ad occasum? Vide quæso, mi Lector quibus præstigijs imperitorum oculis illudant Baiani, Christus ex Apostolo semetipsum dedit redemptionem pro peccatis totius mundi, hoc est, inquiunt, pro Ecclesia quæ per totum mundum diffunditur. Et si quæras, totáne Ecclesia illa redempta est saltem quoad sufficientiam, ita vt possimus dicere illi toti, beneficio sanguinis Christi factam esse salutis & æternæ vitæ copiam? minimè verò, inquiũt, hoc de solis prædestinatis dici potest: de cæterorum enim salute non magis Christus cogitauit quàm de salute diaboli. At illi prædestinati num ideò plures sunt quia latiùs dispersi? non crescunt numeri vnitatum distractione, sed additione: nisi fortè putant ditiorem futurum qui eandem summam numeraret multis crumenis distributam, quàm qui vno inclusam sacculo, maiusque patrimonium quod frustatim est diuisum, quàm quod dimensionem habet continuam ac minimè interruptam. Quid igitur magnum prædicant qui Christi redemptionem extendunt in omnes gentes à solis ortu vsque ad occasum & à mari vsque ad mare, dum eam ad solos contrahunt prædestinatos rarâ per orbem distributione dispertitos? Num meritò regum aliquis gloriaretur quod suis orbem vniuersum

Digitized by Google

armis occuparet, propterea quod eos milites qui simul coniuncti iustum componerent exercitum, sparsisset in omnes regiones sigillatim? Et Baiani non sunt diuinæ gratiæ amplificatores egregij, dum eâ penitus priuant hominum partem longè maximam? Nimirum Dei bonitatem æstimant ex beneficiorum paucitate, magnamque gratiam, eam tantùm vocant, quæ rara est. Ex his ergo liquidè constat Augustinianam esse fidem quâ Deus omnes saluare volens creditur.

Sed objiciunt esse quoque Augustinianam quâ illa Dei voluntas ad paucos, hoc est ad solos prædestinatos restringitur, quod probant magna testimoniorum congerie, sed inutili. Cùm enim multa etiam sint eáque clarissima quæ adduximus in contrarium, euidens est distinguendam fuisse duplicem in Deo voluntatem, vt aliâ diceretur volita salus omnibus hominibus, aliâ tantùm prædestinatis, itáque Augustinus omni ex parte probaretur verax. Maluerunt tamen Baiani facere illum immemorem sui, eadem affirmantem negantemque. Nullam scilicet agnoscunt Dei voluntatem cuius effectus ex aliquâ conditione quæ pendeat ab hominum arbitrio possit esse suspensus. Vnde inferunt eximij videlicet Theologi, quando non saluantur omnes homines, nec fieri posse vt Deus omnes saluos velit. At illi voluntario sese laqueo strangulant. Quis enim coëgit vt nulla putaretur esse Dei voluntas conditionata, conditione se tenente ex parte humanæ libertatis? An ita docuit Augustinus? Non credit voluisse Deũ vt Adamus in innocentia perseueraret, & vt illa perseuerantia trãsfunderet hæreditariam in posteros iustitiam? non docet *factum fuisse* Adamum *Dei voluntatem* si non peccaret, ideoque punitum; quia maluit suam facere voluntatem quàm Dei? Quænam autem esse potuit illa *Dei voluntas*, si non fuit conditionata seu conditionatè efficax conditione se tenente ex parte arbitrij creati? quòd si fuit, quare imaginantur esse impossibile vt Deus tali

In Enchir. cap. 107.

Digitized by Google

quadam ratione aliquid velit? & si non impossibile est, quare ita voluisse negant omnium hominum salutem tanta id exigente authoritate etiam Augustini, cuius sententia eâ solum ratione rectè cohærere potest cum Tridentino?

Atque hoc pacto facilè intelligitur quid velit Apostolus cùm dicit Deum esse *saluatorem omnium, maximè fidelium.* Significat enim esse generalem quandam in Deo saluandi omnes homines voluntatem, sed esse specialem saluandi fideles, nimirum prædestinatos. Vtraque efficax est, & absoluta respectu mediorum: Prima quidem, quia ponit absolutè media sufficientia ad salutem omnium hominum; secunda, quia ponit media infallibilia respectu finis; vtraque etiam efficax est, sed prima conditionatè, quia salutem operaretur si homines bene vterentur concessis à Deo medijs; Secunda absolutè, quia vel antè vel post præuisa merita tendit in eandem salutem sine vlla suspensione quòd necessariam conditionem vel existentem supponat, si sequitur præscientiam meritorum, vel absolutè futuram inferat, si præcedit. Sed hæ sunt eliquatæ illæ Scholasticorum meditationes, quarum ignorantiam Baiani laudi ducunt, meliorem sequuti Theologiam, illam scilicet quâ nobis Augustinum repræsentent non modò cum Concilijs, sed secum etiam pugnantem. 1. Timoth. 4.

CAPVT VI.

De Indifferentia Liberi Arbitrij.

§. I.

Quid Baiani, quid Tridentinum sentiat de indifferentia Liberi Arbitrij.

QVINTVM exemplum petitur ex conceptu libertatis à quo indifferentiam agendi & non agendi,

Digitized by Google

veluti ſuperfluam penitus excludendam, eiuſque ſententiæ authorem ſe habere Auguſtinum confidenter aſſerunt. Atque hoc veluti perpetuo quodam principio nituntur, vt nullum aliud Dei adiutorium agnoſcant in hoc hominum ſtatu, quàm quo voluntas ad benè agendum neceſſitatur, quemadmodum & cùm caret huiuſmodi adiutorio neceſſitatur ad malè agendum. In Adamo ante peccatum ſicut & in Angelis fuiſſe medium quemdam ſtatum, in quo neutra eſſet neceſſitas, ſed flexibilis in vtramlibet partem voluntas: ex illo tẽpore ſequutam in dæmonibus perpetuam malè agendi neceſſitatem, hoc eſt impoſſibilitatem vel vnquam benè agendi, vel vnquam à malo abſtinendi. In bonis Angelis, ſequutam impoſſibilitatem ſeu neceſſitatem oppoſitam, quà fiat vt numquam malè agere, numquam à bono abſtinere poſſint: mortales omnes inter vtrumque medios, modò in vnam partem, modòin aliam declinare, prout vel deſeruntur, vel adiuuantur à gratiâ. Quandocumque enim illa deeſt, ſubeſſe ſtatim diabolicæ illi vel bene agendi, vel a malo abſtinendi impoſſibilitati: quandocumque adeſt, adüenire ſimul beatificam vel bene agendi, vel abſtinendi à malo neceſſitatem. Itáque tunc tranſire ab extremo ad extremum ſine medio, nempe ab impoſſibilitate abſtinendi à malo, ad impoſſibilitatem faciendi malum, & ab impoſſibilitate abſtinẽdi à bono, ad impoſſibilitatem faciendi bonum. Et quia liberum arbitrium nihilominus retinendum eſt, conſequenter negant, neceſſariam illi eſſe agendi & non agendi indifferentiam. Liberum ſcilicet eſſe in humanis actionibus id omne quod non eſt coactum quacumque tandem neceſſitate fiat: hunc eſſe fructum plurimarum vigiliarum & longiſſimi ſtudij in Auguſtino meditando atque intelligendo conſumpti, quo tandem præclara iſta ſeu Philoſophia, ſeu Theologia reuocata eſt, cùm cæteris retro ſæculis mortales omnes latuiſſet, exceptis Luthero atque Caluino.

Facile autem est ostendere, si Augustiniana sit illa doctrina, contrarium esse Augustinum Tridentino. Quid enim quæso sibi vult Tridentinum quando definit hominẽ ita liberè cooperari diuinæ inspirationi, *vt etiam illam abijcere possit*? Quid quæso est, posse illam abijcere? an non plus etiam aliquid est quàm posse non vti, posse cooperari, posse non agere? Cùm igitur per inspirationem homo sit potens agere, & nihilominus dicatur etiam posse non agere, quid aliud concipi potest, quàm cum agendi potentiâ coniunctam etiam esse potentiam non agendi? indifferẽtia verò nihil aliud est quàm vtraque illa tum agendi, tum non agendi potentia. Ergo Tridentinum eam adstruit. Idem patet ex can. 4. Vbi anathema dicitur neganti liberum arbitrium *posse dissentire Deo mouenti & excitanti*, quod est habere potentiam consentiendi simul & potentiam dissentiendi, qua vtraque indifferentia componitur. Hoc autem definit Tridentinum, vt damnet hæreticorum sententiam liberum arbitrium negantiũ, vel merum esse *titulum* contendentium · atque ita non modò *titulum* illum defendit, sed simul docet *quam rem* significet, & quæ sit ea libertas, quæ credi debet à fidelibus, nempe illa, qua voluntas ita consentit, vt possit dissentire. Sess. 6. c 5.

Confirmatur id ipsum ex can. 6. Vbi definit; *Esse in potestate hominis vias suas malas facere.* Interrogandi enim sunt Baiani quem hominem hic intelligi velint, bene an male agentem? Si velint intelligi bene agentem, sensus igitur erit anathematizando illos qui affirmant tantam esse bene agendi necessitatem, vt qui bene agit non possit malè agere, quod est non habere indifferentiam ad benè vel malè agendum. Si velint intelligi malè agentem, vt reuera intelligendum videtur ex contextu, quis alius sensus esse potest huius propositionis: *Qui malè agit, habet in potestate vt male agat*, quàm, ita illum esse malæ actionis suæ dominum, vt ponere illam & non ponere ab eius optione pendeat? Nam si tantùm

Digitized by Google

Iansen. tom. 3 lib. 8 c. 20

intelligeretur eum qui malè agit posse malè agere; nonne ridicula esset definitio? Quis ea de re vnquam dubitauit: aut Ecclesiæ testimonium expectauit, vt hoc crederet?

Ex scriptis Baianorum colligi potest triplex solutio. Prima est, se non negare in hominibus sub gratia & ante gratiam, indifferentiam contrarietatis & contradictionis quodam sensu. Secunda, eam tamen indifferentiam nec esse libertatem, nec partem libertatis, id quod probare se putant ex Concilio Tridentino clarissimè. Tertia, cùm sancta Synodus accuratè nosset quidquid Caluinus de libero arbitrio gratiaque tradidisset, *Circumspectè selegisse quidquid errorem saperet, Philosophicam verò de natura libertatis quæstionem tacitam intactamque præteriisse. Philosophicam autem esse quæstionem, vtrum libertatis ratio, qua liberum arbitrium dicitur, in experte coactionis voluntate sita sit, an in indifferentia ad bonum & malum, ad agendum & non agendum.* Item, *An nonnulla indifferentia & qualis libertati arbitrij in certis vitæ statibus per accidens iuncta sit, & in quibus & quousque se extendat.* Ita illi: cæterum scire se dicunt: *Retentiores ad nomen incoactæ voluntatis, quasi eo sufficienter exprimeretur libertas, exhorrescere, sed etiam se scire,* INTOLERABILI ANTIQVITATIS IMPERITIA, *eos in sententias illas lapsos esse.* Argumenta quibus vel aliena improbant, vel sua probant, *sola doctrinæ à maioribus traditæ ignoratione, & humanæ ratiocinationis libertate niti. Horum vocibus voces Patrum nostrorum præponendas; præoccupatas esse opiniones quas Philosophia peperit, educauit, & fouit. Ad Ecclesiæ Romanæ Canones doctrinamque siue antiquitus siue recentiùs eius calculo comprobatam veniendum esse. Quidquid ab hac dissenserit non noua disputatione ventilandum, sed noua damnatione comprimendum. His neglectis quisquis arenam ingredi voluerit; grauissimas perturbationes in Ecclesiasticam doctrinam inuecturum, ludibrii ab Hæreticis perpetiendi locupletissimum argumentum daturum, satius fuisse nonnullos de hoc argumento prorsus tacuisse, quàm doctrinam Ecclesiæ plausibilibus*

Ib. cap. 17.
Ib. cap. 11.

ſibilibus ſuſpicionibus accommodando tuendoque talem ei vultum induere velle, VT PERITI ANTIQVITATIS GEMANT, HÆRETICI RIDEANT, &c. Ita iſti concionantur, aut etiam conuiciantur ſpecioſa nouitatis accuſatione, ignoratæque antiquitatis exprobratione. Nec recordantur ſe Patres penè omnes, atque adeò Eccleſiam totam Auguſtino antiquiorem; quòd recentioribus iſtis conſentiret, feciſſe Semipelagianam. Riſum Hæreticorum timent, qui triumphum eis adornarunt. Eccleſiaſticæ doctrinæ perturbationem verentur, qui ſe Scholaſticorum omniu m turbare pacem profeſſi ſunt: Nouam damnationem intentant, qui quòd ſemel iterumque damnata tuerentur, tertiò fuere fulminandi: canones prædicant, qui dum eorum ſanctionibus parendum eſt, *hærere* ſe dicunt: deformatum queruntur libertatis vultum, donec ſcilicet Caluini penicillo reformetur, ſed hæc poſtea. Interea prouocationem acceptamus, armorum etiam optione aduerſario conceſſa. Non placent humanæ rationis & Philoſophiæ argumenta; ne vtamur. Eumdum eſt ad Eccleſiæ Romanæ canones, doctrinamque. En adſumus, ſtemus Tridentini iudicio, ſit ne in conceptu libertatis includenda quædam agendi, & non agendi indifferentia; aut aliqua ne nobis ſuperſit.

§. II.

Falſum eſſe quod dicunt Nou-Auguſtiniani quæſtionem Philoſophicam de Indifferentia liberi Arbitrij à Tridentino prætermiſſam.

ET vt ordiar ab vltima reſponſione; *Philoſophica eſt*, inquiunt, *illa quæſtio quam Tridentinum conſultò prætertiuit.* Quid prætertiuit? Non dixit accipientem diuinam inſpirationem poſſe illam abjicere? Non definiuit conſentientem diuinæ gratiæ poſſe ab ea diſſentire? & qui hoc dicit non coniungit potentiam non agendi cum

Digitized by Google

potentia agendi? quid autem aliud sonat indifferentia? & erit credendum istis hominibus incompetra vulgò narrantibus, qui negare non verentur rem omnium oculis propositam & tanquam in ipsa Solis facie micantem, Concilium scilicet tractare quæstionem illam, An superstit aliqua indifferentia ad agendum & non agendum? At, inquiunt, Concilium non significat hanc indifferentiam pertinere ad rationem liberi arbitrij.

Hæc est altera responsio, quæ quàm sit vana ex his facilè intelligitur. Primò, Cùm Concilium hoc potissimum spectet vt stabiliat libertatem arbitrij contra Caluinum illam destruentem, negari non potest quin id quod definit & quo potissimùm Caluino contradicit spectet ad libertatem arbitrij, atqui definit excitatum diuina gratia, hoc est potentem illi consentire, posse etiam dissentire, & in eo maximè contradicit Caluino, qui etiam, aut libertatem non destruit, aut ea tantùm ratione destruit, quòd hoc neget: ergo id maximè spectat ad arbitrij libertatem. Minor patet, si percurramus illam Concilij definitionem quæ continetur can. 4. Ibi enim tria tantùm definiuntur. Primum est, Liberum arbitrium, hoc est, hominis voluntatem cooperari Deo excitanti assentiendo, & hoc Caluinus non negat, vt ipsi quoque Baiani referunt. Secundum est, Eandem voluntatem non esse velut inanime quoddam quod merè passiuè se habeat, & in eo quoque Caluinus consentit, vt dictũ est antea iterũque inferiùs dicetur. Tertium est, eandem voluntatem posse dissentire si velit, hoc tantùm negat Caluinus. Vnde si non est ad libertatem necessarium, nec ille aliquid negat, ex quo sequatur libertatis destructio, neque Tridentinum contra illum aliquid definit, quod ad eandem libertatem, retinendam requiratur. Secundò, si hæc indifferentia nihil facit ad rationem liberi arbitrij, vide quò tandem resoluatur tota quæ fuit Caluinum inter & Tridentinum Controuersia. Eò nẽpe, vt Caluinus videatur perfectam homi-

Sess. 6.

Iansen. tom. 3. lib. 8. c. 21.

Digitized by Google

tibus concilium videtur libertatem. Tribuamus ei tam absolutè, imperfectâ etiamsi. Hoc autem pacto ea libertatem conciliorum, quæ ex perfectione est, exercitationibus, quæ minus perfecte dicitur à libertate, quæ ex imperfectione est, distinguemus. Quod si nunquam, aut raro id possit: erga eadem indifferentia, quæ ex perfectione est, non erit. Quæ ita se habent, ea ex Scriptura, ratione humana, & quibusdam aliis argumentis in sua loca deducemus, ibidemque de his disputabimus, videbimusque, an sententia nostra, fundata, firma sit, & veritatem non à nostris, sed à Dei oraculis repræsentet. Quæ igitur de libertate agenda, quam Deus ab ejus dignitate, concedit vel ipsi concessit, ejusque exercitatione libertate ac defectibus? Deo operante inhærent voluntati, vim naturalem ejus non abolent, neque ipsa exercitio naturalem ejus libertatem, sive libertatem, seu indifferentiam, quæ ex perfectione est, tollit, sed eam potius exercitio suo perficiens auget. Quæ ita sunt, illum ejus agendi & actionum effectum, (de quibus hactenus) non tollit, sed eum à suo loco relictum, ad potentiam vel potius intellectum, ne latius dicam, Voluntatem illam subjicit: ergo haud dubie, quæ à quatenus vim, quæ dicitur Calvinus & Thomistæ, non admittunt, hic vel Calvinus dare indifferentiam, neque libertatem concipiunt, quoque illam perfectionem quæ Voluntatem dum subjicitur illam, Deo omnem libertatem adimit, & nihil nisi necessitatem relinquit, quæ Voluntatem non tollit, sed perficit.

Sed quidquid de eorum opinione non agnoscitur, & Voluntate ejusque ac libera actione, quæ ex ea fluit, agendi indifferentia, libertas, potentiæ ad libertatem, fuerint, quæ necessitate ad libertatem ejusque exercitium fuerint, hæc in hominibus voluntas non tollit, sed illum ejusque ad libertatem, ad actionem voluntarias

Tom. 3. lib. 6. cap. 34. *bilis voluntariæ, hoc est, ad vtrumque eam indifferentem esse, cum Scripturis, Augustino, & Patribus, & Catholica fide,* videndum supereſt, an igitur illa quam admittunt, eadem ſit cum ea quam Scripturæ, Auguſtinus, Patres, & Catholica fides expreſſam in Concilio Tridentino requirunt.

§. III.

Negare Baianos illam ipſam indifferentiam, quam adſtruit Tridentinum, nec poſſe retinere cum potentia conſentiendi diuinæ gratiæ potentiam diſſentiendi, aut etiam non conſentiendi.

AGE igitur quo ſenſu indifferens eſt voluntas quæ diuina gratia præuenitur, vt ei conſentiat, vel ab ea diſſentiat? quia, inquiunt, eodem tempore quo voluntatis arbitrium ſub gratiæ delectatione efficaciter eam mouente poſitum eſt; imò quo etiam actum bonum facit; eſt in eadem voluntate poteſtas illud non faciendi, imò peccandi, non quidem eo ſenſu quo peccatum aut non actio componitur cum tali gratia, ſed eo ſenſu, quo cum illa componitur potentia peccandi, ſeu non agendi. Tom. 3 lib. 8. cap. 20. *Quamuis enim*, inquiunt, *duo actus contrarii ſint oppoſiti & in eadem voluntate ſimul eſſe non poſſint, poteſtates tamen ad oppoſita non ſunt oppoſitæ, nec ſibi inuicem nec actibus oppoſitis, & in eodem ſimul ſubiecto ſine agente ſine quieſcente commorantur.* Atque hoc modo exponitur quomodo ſtet cum gratia poteſtas non conſentiendi. Poſtea videbitur quo modo ſtet ſine gratia poteſtas bene agendi, qua in re Baiani Thomiſtarum implorant auxilium, & ad diſtinctionem ſenſus compoſiti, & diuiſi tanquam ad ſacram anchoram confugere coguntur. Sed fruſtra; ipſorum enim & Thomiſtarum longe alia eſt ratio; ideóque multò minùs aptare poſſunt ſe ſe ad normam Tridentini, vt mox patebit.

Digitized by Google

Et primò cùm Reus negare possit Calumnium, etiam Thomista non negat, Hedoque in universum, fluente quidem sed implicite, non explicite differentiæ est impossibilis vi latæ haud operatur, si licentiam negare alii processus haud operandi, variasque combinare, neque innata manifestare, confessionem extorquere, ad quæ omnia Judex tenetur, efficaciam, quam ex se habent quæ ulteriùs agunt, esse, hoc est, efficaciam, hanc neque agendi potestatem conclusionem ulteriùs ab infirmitate. Patentia vult hanc agendi & confirmat appellationem habet ut quidem impedimentum non allo impedito, hoc ad se, sed cum alio malo, vel cum non alienus. Hoc enim est quod dicimus ratione ab effectu difficile esse. Dubio Disputationisque. Fallum igitur est potentiam hanc agendi, prout de quo conclusione non oppugnat, fol. 6. esse ab effectu cum alio oppositu, quod tamen ab ea non impedit, & quod ipsa non vult, & quod ipsa non esse, & quod non agere impossibile. Quod ad Thomistas, ex Suarez & non ex Thomistis, potentia hanc agendi differentiam à libertate per gratiam alia, & non. fol. candide confitemur repugnare oppositos differentiæ libertate ergo potentia hanc agendi repugnat oppositos differentiæ. Ita ex Suarez non ex Suarez non ex Thomistis.

Secundò, quod dari Tridentinum liberum arbitrium cum tanta à Deo posita differentia, ita ut nonnisi gratiam, vis ultimum ad differentiam, utique ita & quo ita ut ea potentia ad differentiam, adhuc effectu potentia libera ad differentiam libere ergo non ad differentiam, quod ipsa non vult, & quod ipsa non agit Tridentino Mistr. patet. Non hoc quod ad differentiam effectus libere, & ipse enim nonnisi, vis ita, ut ea potentia qua libera ad potentia in libere arbitrio, adest effectu potentia libera, & liberum arbitrium in ordine ad istum effectum debet concurrere tantum

Bb 4 ad

liberi, effingere videbatur qui potentiæ intercessionem sibi Tribunitiam, ut fertur effe, liberam vehementer vindicabat. Quæ cum ita fint, non videtur ambitiosum, quod ego, non ad ostentationem, sed potius ad defensionem, hæc pauca dicam. Quibus enim natum, quibus educatum, quibus institutum fuisse me, vel ipsi existimare debent, qui me libertate, pulsa etiam dictatoria non terrente pro libertate, hoc est, pro salute omnium. Mea autem cogitatio ac studium huiusmodi fuit, ut nihil mihi antiquius, nihil charius esse debuerit, quam ut ego, qui ad hæc tempora, quæ nunc sunt, natus, educatus, institutus fuissem, ea non modo non impedirem, sed etiam, si quid ad me attinuisset, ut vellem non fore impedimento. Quæ cum ita sint, quæ tandem accusatio Apollinaris vulgo dicta possit esse firmior, quam si dicendum sit, me nullos annos de rebus publicis fuisse meritum? Quæ autem accusatio ambitiosa? Quæ, inquam, accusatio arbitrium, vim, libertatem, ius, leges, iudicia, postremo omnia, quæ nobis cara, quæ vobis sacra, quæ deorum immortalium templa, quæ domicilium, quæ urbem, quæ patriam, quæ denique communem omnium conservationem continent, ea vi, quam à me accepta, ad me defendendum, ad conservandum, ad ea vindicanda, quæ mea, ad ea tuenda, quæ communis omnium, ea, inquam, me non defendisse, non conservasse, non vindicasse, non tuitum esse? Quæ cum ita sint, quæ tandem accusatio Apollinaris vulgo dicta possit esse firmior, quam si dicendum sit, me nullos annos de rebus publicis fuisse meritum? Quæ autem accusatio ambitiosa? Quæ, inquam, accusatio arbitrium, vim, libertatem, ius, leges, iudicia, postremo omnia, quæ nobis cara, quæ vobis sacra, quæ deorum immortalium templa, quæ domicilium, quæ urbem, quæ patriam, quæ denique communem omnium conservationem continent, ea vi, quam à me accepta, ad me defendendum, ad conservandum, ad ea vindicanda, quæ mea, ad ea tuenda, quæ communis omnium, ea, inquam, me non defendisse, non conservasse, non vindicasse, non tuitum esse?

Sed illi, ut dixi, ambitiosi, qui potentiæ intercessionem sibi Tribunitiam, ut fertur effe, liberam vehementer vindicabat.

Sed illi, ut dixi, ambitiosi, qui potentiæ intercessionem sibi Tribunitiam, ut fertur effe, liberam vehementer vindicabat.

Quæ cum ita fint, quæ tandem accusatio Apollinaris vulgo dicta possit esse firmior, quam si dicendum sit, me nullos annos de rebus publicis fuisse meritum? Quæ autem accusatio ambitiosa? Quæ, inquam, accusatio arbitrium, vim, libertatem, ius, leges, iudicia, postremo omnia, quæ nobis cara, quæ vobis sacra, quæ deorum immortalium templa, quæ domicilium, quæ urbem, quæ patriam, quæ denique communem omnium conservationem continent, ea vi, quam à me accepta, ad me defendendum, ad conservandum, ad ea vindicanda, quæ mea, ad ea tuenda, quæ communis omnium, ea, inquam, me non defendisse, non conservasse, non vindicasse, non tuitum esse?

Digitized by Google

bicornis. Quamuis enim modò vnum oſtendat cornu, modò aliud, numquam tamen oſtendit ſimul duo, ſed altero producto neceſſe eſt alterum condi.

Tertiò Baiani cenſent diuinam excitationem imponere voluntati neceſſitatem conſentiendi non quidem violentam & coactitiam, ſed aliam, quam ſimplicem vocant, ſimilem illi quâ Deus amat ſe neceſſariò, vel quâ Beati Deum amant, niſi quod iſta permanens atque immutabilis eſt. Illa verò pro eo tantùm tempore quo victrix delectatio dominatur. Ex quo fit idem eſſe liberum arbitrium *excitatum* à Deo, ac liberum arbitrium *neceſſitatum*, vt ita loquar, ad conſentiendum. Vnde ſic argumentor, quod eſt *neceſſitatum* ad conſentiendum ex nominis notione non poteſt non conſentire; liberum arbitrium excitatum à Deo eſt neceſſitatum ad conſentiendum, ergo non poteſt non conſentire, & multo minus poteſt diſſentire: ergo falſum quod Tridentinum aſſerit. Maior patet ex nominis notione: ſicut enim neceſſe eſt quod non poteſt aliter habere, ita & neceſſitatem habens aliquid agendi aut patiendi, quod non poteſt non agere, aut non pati. Minor apud Baianos multis locis expreſſa eſt, ac ne quis eos putet nihil dicere à Thomiſtis diuerſum, fatentur ſe dicere aliquid *nouum* & quod *mirum videatur Scholaſticis*. Quod mihi non tam mirum videtur quàm quod paulò poſt adeò ſunt immemores ſui, vt hanc ipſam doctrinam ex conſenſu Magiſtri Sent. Alenſis, Sancti Thomæ, Scoti, Bonauenturæ, Gabriëlis & ſimilium Doctorum probatam contendant. Quaſi verò mirum videri poſſit Scholaſticis quod apud præcipuos quoſque eorum Authores habeatur.

Ianſ. tom. 3. lib. 6 c 34. Viatorem facit expertem neceſſitatis immutabilis.

Ianſ tom. 3. lib 6. cap. 6. Item lib. 8. cap. 9 Vbi ſola neceſſitate coactionis ſeclusa, quamcumque aliam & quantamcumque ſtare putat cũ libertate. Ib. neceſſitatem determinationis ad vnum non obeſſe. Ianſ tom. 3. lib. 6. c. 2. & 5.

Quartò, Baiani docent nudam facultatem voluntatis non ſufficere, vt aliquid ſit in eius poteſtate, ſiue bonum ſiue malum. Sed eſſe inſuper neceſſariam delectationem aliquam præuiam quâ præſente fiat potens ad volendum, abſente verò impotens, ſuccedere autem ſibi

Digitized by Google

delectationes istas, ad oppolita, ita vt delectatio sine qua voluntas non potest velle malum, aut à bono dis-
lb. cap. 5. sentire, *deleatur* per *præpollentem boni delectationem*. Et esse impossibile vt voluntas iustitiam diligat, nisi ante ab illo delectabili affectu, quo mens impeditur, & deorsum premitur, liberetur, vel vt creaturam peruersè diligat, nisi à dilectione iustitiæ sursum animũ retorquente se liberet, Vnde sequitur iuxta hæc principia, hominem per gratiam excitatum, quæ semper apud hos authores efficax est, atque adeò præpollens & victrix delectatio iustitiæ, liberum esse a delectatione peccati, aut, si malis, ab ea delectatione, quæ ad dissentiendum alliciat. Vnde sic argumentor. Nuda facultas voluntatis non sufficit ad dissentiendum, sed necessaria insuper est alliciens delectatio qua præsente voluntas fiat potens, & sine qua sit impotens. Sed liberum arbitrium excitatum à Deo, per victricem iustitiæ delectationem habet nudam dissentiendi facultatem sine necessaria ad dissentiendum delectatione: ergo non habet quod sufficiat ad dissentiendum, seu quo sit potens dissentire: sed eius absentia potius fit impotens Rursus de eo quod non sufficit ad dissentiendum, quod non est potens, quòd est potiùs impotens, non potest nisi falsò affirmari hoc quod est posse dissentire: sed liberum arbitrium excitatum à Deo non sufficit ad dissentiendum, non est potens, est potius impotens: Ergo de libero arbitrio à Deo excitato non potest nisi falsò affirmari, quod possit dissentire. Fallitur ergo Tridentinum hoc affirmans: aut certè, quod est paulò credibilius, falluntur Baiani: & dum Tridentino contradicunt eius anathemati subiiciuntur.

Iauf. tom. 3. lib 8 cap 20 Quintò, sed non oportet vti discursu ad aperiendam hanc Baianorum & Tridentinorum contradictionem: referendæ tantùm sunt atque opponendæ inuicem amborum sententiæ. Baiani fatentur agnoscendam esse siue in infidelitate ante gratiam, siue iam sub gratia indifferentiam

indifferentia est contraria & contradictoria contradictioni: dicere, *Indifferens, ut nolit, quod scibile, scibile:* dicere: *Indifferens ut nolit, quod non scibile, non scibile:* & dicere: *Indifferens ut nolit, quod scibile, non scibile.* S. THOMAS, *Quæst. Disput. de Veritate, Quæst. 23. Art. 4. Ad 3.* "Voluit *Deus homo fieri, sed noluit eum fieri homo:* dicere, *Indifferens ut velit, quod Deus sit homo, sit velle, quod Deus non sit homo.* S. THOMAS, *Quæst. Disput. de Veritate, Quæst. 23. Art. 4. Ad 4.* "Voluerunt mortem, & quæ mortis causa sunt, *sed noluerunt ea esse mortem, . . . neque quæ mortis sunt, esse mortalia.* S. AUGUSTINUS *de Civitate Dei, Lib. 14. Cap. 6.* "Voluerunt ut esset, *sed noluerunt ut esset mortale.* S. AUGUSTINUS *de Civitate Dei, Lib. 14. Cap. 6.* Quid autem ea gratia mortale esse voluerunt, quæ nolle esse, in voluntate habuerunt? & cum dicitur: *Nolle esse non mortale:* non dicitur, *velle esse mortale.* Hæc ille: & clarissima veritate illustrata docuerunt. Et quia nolle esse non est velle, qui negant libertatem arbitrii esse difficilem ad libertatem boni, dicunt eam esse impossibilem, & opponunt libertatem arbitrii esse *Deum*, & *omnia*, quia nolle esse *Deum*, & *omnia*, non est velle esse *Deum*, & *omnia*, & ita quia ea quæ creaturæ habent ratione nolle esse, non habent ratione velle esse, quia nolle esse, & velle esse, sunt contradictoria: ideo dicunt, quod libertas arbitrii, & libertas boni, quæ est esse *Deum*, & *omnia*, sunt contraria, quia nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, est esse *Deum*, & *omnia*, quia nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, est velle esse *Deum*, & *omnia*, quod est idem, quod esse *Deum*, & *omnia*, & ita sunt contraria. Verum quia nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, non est esse *Deum*, & *omnia*, quia nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, non est velle esse *Deum*, & *omnia*, sed est nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, & nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, non est esse *Deum*, & *omnia*, sed est nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, & nolle esse illa, quæ sunt libertas arbitrii, non est velle

...dicere ne homines desperent se ad Dei charitatem, ac proinde ...ctum & odiosum reddat ista ne omnibus prorsus desperatis ...

malum *posse fieri* vt liberum arbitrium velit vtrumlibet « sup.
siue bonum siue malum? Quid est aliud *eum vtrum vis dis-* «
positione, quam *quibuscumque positis*? Et quid est aliud *posse* «
fieri vt liberum arbitrium velit *vtrumlibet*, quàm *posse li-* «
berum arbitrium in hac vita facere alterutrum & non facere? «
Et cum istud Baianis arrideat, fieri potuit vt illud displi-
ceret?

Sed pergunt; *Quemadmodum igitur qui sub gratia ad opus* Ib.
bonum determinante operatur, simul etiam peccare potest: ita quo-
que è contrario qui ista gratia destituitur siue fidelis, siue infidelis,
& peccandi tentationibus qua sit nec potest bene facere. Bene
omnino: Et quemadmodum qui sub gratia ad opus bo-
num determinante operatur, simul etiam peccare non
potest, vt ex ipsorum sententia paulò ante demonstra-
uimus, ita è contrario qui destituitur ista gratia, non po-
test benefacere. Quod enim addunt; *licet credendi, aut*
benefaciendi operatio cum infidelitate, vel determinatione ad
peccandum iungi in eadem voluntate nequeat; potentiam tamen
credendi & benefaciendi cum infidelitate simul manere, si reci-
pitur, aut si dicitur seriò, necesse est pessundari vniuer-
sam ferè Baianismi machinam.

Quid enim fiet primò sententiâ illâ de mandato-
rum impossibilitate quæ ante pertractata est? si potest
infidelis gratia destitutus, benefacere, quomodo id illi
dicitur impossibile? Quid fiet secundò illa peccandi ne-
cessitate, quam toties inculcant? debet-ne dici necessa-
rium quod potest aliter habere? Quid fiet tertiò, prin- Tom. 3. lib.
cipio illo æquilibrij amissi per peccatum Adami & indu- 7. cap. 10.
ctæ libertatis ad malum tantùm, restituendæ per gra-
tiam ad bonum tantùm? Ah non enim est libertas ad
bonum & ad malum simul, si cùm malè operatur arbi-
trium potentiam habet per quam possit benefacere?
Quid fiet quartò illis concupiscentiæ vinculis, quæ si non Ib. cap. 7.
rumpantur aduenientе iustitiæ delectatione, NVLLA
OMNINO SIT POTESTAS *in libero arbitrio ad bonum spi-*
rituale velit? Rumpuntur-ne in infideli gratia destituto?

Digitized by Google

Supra. vlla-ne igitur in eo est potestas, vt bonum spirituale velit? Et quis est iste ludus, vt in quo *nulla omnino* dicitur esse *potestas* ad bonum, in eo dicatur *manere potestas credendi & beneficiendi?* Quid fiet quintò illâ etiam sententiâ quâ dicitur *concupiscentia non relinquere boni potestatem?* Non relinquit potestatem si reliquit *potentiam credendi?* Quid fiet sextò illa necessitate victricis delectationis, cuius præsentia voluntas sit ad bonum *potens*; cuius absentia sit *impotens*? Impotens est ad bonum, quæ *potentiam* habet *benefaciendi?* Et in tanta cogitationum perturbatione atque tumultu ausi sunt nihilominus Baiani exprobrare Scholasticis Doctoribus Cimmerias tenebras & Babylonicam confusionem?

Loc. cit. lib. 7. cap. 7.

Ib. cap. 2.

Sed facile est ad intelligendum quid eos egerit in hos scopulos, nimirum cùm viderent se & Concilij Tridentini definitionibus, & sanctorum Patrum suffragijs, & Scholasticorum sententijs, & Catholicorum omnium vocibus obruendos, si negare pergerent mandata seruari posse ab ijs qui transgrediuntur & ab ijs qui obsequuntur non seruari, vt lapidationem effugerent, speraruntse tegi posse solutionibus Thomistarum, atque aliquam inuenire rationem quâ dicerent & esse indifferentiam ad agendum, & seruare posse mandata qui non seruant, & transgredi qui seruant, vt aliquo sensu satisfacerent expectationi Catholicorum. Et non aduerterunt diuerso ipsos & Thomistas vti principio. Nam Thomistæ præter gratiam prædeterminantem, hoc est efficacem, admittunt sufficientem, neque requirunt prædeterminationem vt causæ secundæ agere possint, sed tantùm vt agant, quin etiam negant per illam dari, vel auferri vires ad agendum, sed supponi & applicari: quo principio bene an malè constituto; quod ego modò non discutio; rectè omnino sequitur & posse mandata seruare qui defectu efficacis gratiæ non seruant, & qui seruant eadem gratia præueniente, posse non seruare. Baiistæ verò cùm ex professo doceant esse aliquid præter

Digitized by Google

nudam facultatem voluntatis quod ponit actum liberum in eius poteſtate; facitque illam potentem ad volendum, ita vt eius defectu ſit etiam impotens, hoc autem eſſe victricem delectationem; quis non videt hoc conſtituto principio non poſſe deinde, niſi ludendo, miſcendoque calida frigidis, & alba nigris, aſſeri ſine ſancta delectatione eſſe potentiam ad bene agendum, vel cum ea, & ſine delectatione contraria, eſſe potentiam ad peccandum.

Verùm quid Lectorem moramur? hæc eſt ſumma huiuſmodi myſteriorum ſi propalentur, detracta verborum inutilium larua, liberum arbitrium ſemper eſt in vinculis, ſemper impotens in alteram partem, ſemper ſubeſt neceſſitati; ſed cùm in damnatis perpetua ſit cui ſubeſt mali neceſſitas, in Beatis è contrario ſit perpetua cui ſubeſt neceſſitas boni; contingit in hoc ſtatu medio in quo verſamur mutuas eſſe vices, & nunc eſſe mali neceſſitatem abſente gratia, nunc eſſe boni neceſſitatem eadem præſente, hoc eſt, nunc vinciri catenis aureis, nunc ferreis, nunc eſſe impotens ad bonum, nunc eſſe impotens ad malum, prout aut dextrum illud cornu producit, aut eo in interiora capitis retracto ſiniſtrum exſerit, Cornua enim illi, vt vidimus, dant, ſed quæ duo ſimul numquam apparent. Ergo quod dicit Tridentinum, liberum arbitrium à Deo motum & excitatum poſſe diſſentire, non eſſe aliud quàm illam conſentiendi neceſſitatem cõtingentem eſſe non perpetuam vt eſt in cœlis: Et quod dicit ſeruare poſſe mandata qui tranſgrediuntur, non eſſe aliud quàm tranſgrediendi neceſſitatem non eſſe ſicut eſt in damnatis ſtabilem. Contingens ſcilicet eſſe iuxta prouidentiam hanc, vt qui gratiam habet, illam non habeat: & qui non habet, habeat, itaque voluntatem quæ conſentit poſſe non conſentire, cùm auolauerit gratia, & quæ non conſentit poſſe conſentire, cum eadem aduolarit, ſeſſores eſſe duos Deum & Diabolum qui ſibi in eadem voluntate

velut in eodem equo regendo succedant, eatenus ergo voluntatem quæ recta incedit errare posse, atque in scopulos ferri, quatenus Deus potest illam relinquere Diabolo mox inequitandam : & eatenus voluntatem quæ per abrupta viarum incitatur, iter planum inire posse, quatenus dæmone pulso insilire illam Deus potest ac regere. Hæc est pura & puta Baiistarum sententia, quæ non obscurè colligitur ex tota ipsorum circa istam disputationem Philosophia, sed præcipuè dum dicunt, eos qui carent gratia efficaci habere tantùm remotam ad bene agendum potentiam, similem illi quam habet compeditus ad ambulandum, atque ita sicut compeditus potest ambulare eo sensu; quòd possibile sit vt soluatur & ambulet, ita esse possibile vt liberum arbitrium gratia destitutum & vinculis concupiscentiæ constrictum bene faciat, quia possibile est vt soluatur vinculis illis accessu gratiæ, itáque ambulet. Hominum infidelium arbitrium à Diabolico in hoc tantũ differre, quod obdurato Dæmoni nuila est in æternum seruata conuersio seu arbitrij liberatio, arbitrium infidelium si Deus misereatur in hac vita liberari seu liberum fieri possit. Quod igitur dicit Concilium liberum arbitrium excitatum à Deo posse dissentire, nihil aliud significabit quàm esse possibile ac contingens vt excitari desinat succedatque delectationi quâ excitatur ad bonum delectatio qua excitetur ad malum: quo tempore eadem potentia quæ cum priore delectatione complebatur vt benefaceret cum posteriore complebitur etiam vt faciat malè.

Vide Ianſ. toto lib. 3. tom 3. præſertim c. 15. Item lib. 8. cap 20.

Idem tom. 2. lib 3. de ſtatu naturæ lapſæ c. 13.

§. V.

Vrgentur Baiani authoritate Tridentini.

IANSENIVM verò fuisse Tridentini mentem adeò est manifestum vt caecum esse oculis oporteat, qui non videat. Nam primò Tridentinum aliquid definit

Ianſ tom. 3. lib. 8 c 20.

Digitized by Google

qui à libertate negatur, conditionatius appellat facilis, qui præterea in re nec minimum differentiam ad bonum & malum, contrariam enim præbere Augustinus fatetur nemo dixerunt nec dicent, quamvis ipse Augustinus, ut ostendimus, hoc ipsum aliquando innuerit, & quod inde confequitur, nullam fore admittendam à nobis alia voluntatis in illa libertate, quæ à libertate Augustini, qui negavit indifferentiam voluntatis ab Augustino, & hac libertate, quam à Tridentino cum illa libertate, ultimam à Deo creatum posse confentimus libertatem. Augustinus negavit hanc ultimi differentiam, nec illa quicunque illam, quem admittere debuit, indifferentiam. Ugitur enim adeò vexquisitamente, ut eam in hac vita perpetuam effe vel præfentem effentiam, vel ad libertatem ita neceffariam, ut fine ea non cogitari, vel fi cogitetur non repugnet quantum Deus ab ea removere, & vivere quis queat tamen vere magnus, ac liberrimus Cæfarum ac Imperatorum nemo negat quin ftultus: Ergo aliquam alteram differentiam Tridentinum vult, quæ alia effet, quam quidem illa qualitate fine gratia excitante divina ad quemcunque actum naturalem in omnino potenti ad oppofitum, ut voluit Tridentin. fit in nobis indifferentia fine ea quod, ut ante fatis, non eft.

Denique, Tridentinum illam propofuit indifferentiam quæ quamvis non fit ipfa de natura libertatis effentialis, cum extrinsecus ea connexa fit ad indicium libertatis, adeò vera fit, ut aliorum quæ quamvis fatis ad probandum ab effe libertatem liberum arbitrij quod in ea natura indifferentia. Ita Tridentinum ait: Si quis dixerit liberum arbitrium poft peccatum Adæ amiffum & extinctum effe, aut rem effe tantum & nomen figmentum, imo nomen à Satana introductum in Ecclefiam; anathema fit. Quæ quidem definitio tantundem prætermittit

Quaſi diceret, hoc eſt argumentum infallibile quòd homo non nihil omnino agat velut inanime quoddam: nec merè paſſiuè ſe habeat inſtar eius quod violentia extrinſecus illata compellitur, in quo libertas conſiſtit; quia id quod recipit poteſt etiam abijcere, ſeu diſſentire ſi velit: atqui modus ille indifferentiæ quem explicant Baiiſtæ, non eſt argumentum libertatis; eſt enim commune aliquid tum liberis tum non liberis agentibus. Phreneticus, inquam, ita eſt indifferens ad benè vel malè philoſophandum quomodo, indifferens eſt liberum arbitrium in eorum ſententia ad conſentiendum diuinæ gratiæ vel diſſentiendum. Probaturque hoc euidenter illa compediti ſimilitudine cui nihilo minus reſpondet indifferentia Phrenetici quàm liberi arbitrij à Deo excitati. Age enim quomodo eſt indifferens liberum arbitrium à Deo excitatum? Quia, inquis, quamuis illa excitatione alligetur bono, poſſibile tamen eſt deſinere excitationem illam alia ſubſequente, itáque ſolui liberum ab illa, quam habebat, neceſſitate benefaciendi, quemadmodum quamuis alligetur compeditus, poſſibile tamen eſt eum ſolui & currere: At numquid eodem prorſus modo verum eſt quamuis alligetur Phreneticus ſtultiriæ furorique diſpoſitione illa præſenti atque intemperie cerebri; poſſibile tamen eſſe ſolui contraria diſpoſitione ſuccedente, & tunc per eandem facultatem per quam delirabat ſub priore diſpoſitione, ſub poſteriore ſapere? Ergo ita eſt indifferens Phreneticus vt ſapiat vel non ſapiat, quomodo eſt indifferens compeditus vt currat vel non currat, & proinde quomodo indifferens eſt excitatus diuina gratia vt conſentiat vel non conſentiat; ergo ſicut indifferentia Phrenetici ſicut & compediti non eſt argumentum libertatis arbitrij, ita neque indifferentia eius qui Dei gratia excitatur ſi non eſt alia quàm quæ à Baiiſtis aſſignatur.

Tertiò, conuincitur hoc ipſum euidenter ex verbis Tridentini, cùm dicit excitatum diuina gratia *poſſe*

diſſentir

dissentire si velit. Siquidem ille modus loquendi iuxta communem hominum acceptionem omnino significat nihil aliud requiri ad dissentiendum quàm vt hoc velit, quod tamen falsum est in sententia Baiistarum. Requiritur enim vt tollatur excitatio illa seu delectatio iustitiæ', succedatque contraria, quæ secum afferat dissentiendi potestatem. Vnde sicut falsum omnino diceret qui Phreneticum affirmaret posse sapere si velit, vel compeditum currere, quòd requiratur priùs vt auferantur ab illo morbus, ab isto compedes; ita falsum dixerit, qui dixerit excitatum iustitiæ delectatione posse dissentire si velit, si requiratur ad dissentiendum vt cesset illa delectatio quæ dissentiendi potentiam ita ligat, vt non sit potens dissentire, succedatque opposita, quà eadem potentia expediatur & fiat potens.

Quartò: Sed neque seruari potest proprietas eius, quòd dicitur liberum arbitrium *posse dissentire*. Illud enim præsentiam significat excitationis à qua quis dissentit, & vt nemo rectè dicitur dissentire à futura, ita neque à præterita. Quid enim, si quandiu fuit, obeditum illi est, tu rectè dices, dum non est ampliùs, liberum arbitrium ab ea dissentire? fecit quod exigebat ex hypothesi quamdiu ea fuit, & faceret adhuc si esset, aut quippiam adhuc exigeret, quomodo igitur dissentire dicatur? an etiam accusandus aliquis erit quod non obediat præcepto quod fuit & ampliùs non est? dissensus ille resistentiam significat ac repugnantiam, ecquis resistere aut repugnare dicitur aduersario qui non est? hoc autem dixerit Concilium iuxta Baiistarum interpretationem, quia posse dissentire non est aliud quàm posse non esse excitationem, & tunc non futurum consensum: quemadmodum posse compeditum currere non est aliud quàm posse compedes rumpi & liberum tunc esse cursum: atqui posse non esse excitationem, & tunc non fore consensum, sed fore disensum, nihil est aliud quàm fore disensum ab excitatione non existente,

Digitized by Google

seu fore pugnam cum hoste mortuo.

Quintò, quod dicit Concilium, excitatum posse dissentire, idem est cum eo quod prædixerat, posse illam excitationem *abijcere*, vt etiam Baiistæ interpretantur, hoc autem quem sensum habere potest in eorum doctrina? Num volunt liberum arbitrium posse abijcere excitationem tum cum illa sublata fuerit per aduentum contrariæ delectationis, quemadmodum volunt posse tunc dissentire? Ridicula est cogitatio', perinde ac si diceremus posse aliquem occidere hominem tum cùm ille mortuus fuerit. Quid igitur hoc significat, si est idem posse abijcere quod posse dissentire, & si posse dissentire intelligitur quemadmodum posse currere in compedito, quando nimirum sublatæ fuerint compedes? Hic omnino expectandum est quid respondeat ingeniorum illa sublimitas quam viginti & amplius annorum commoratio in sinu Augustini tam procul in altum tulit à Scholasticorum fæce.

Confirmatur sextò: nam cùm dicitur liberum arbitrium *posse abijcere* diuinam excitationem, significatur ipsum non merè passiuè se habere in eius amissione. Si enim passiuè se habeat, potest ipsum quidem dici perdere, sed non *abiicere* illam: quòd nemo verè ac propriè dicatur abijcere id quod eripitur passiuè se habenti. Atqui liberum arbitrium merè passiuè se habet in amissione diuinæ excitationis iuxta Baiistas, est enim illa dele-

Tom. 3. lib. 7. cap. 7. ctatio quędam indeliberata, vt fatentur, quam nemo respuit oblatam: quia non offertur nisi recepturo aut actu recipienti: alioqui sequeretur Deum velle conuertere eos qui reipsa non conuertuntur, quod repugnat ipsorum principiis. Receptam nemo frustrare potest effectu suo. Secum enim illum affert necessariò, vt dicunt. Cùm esse desinit, per aduentum contrariæ delectationis similiter indeliberatæ desinit. Quo ergo sensu dicitur liberum arbitrium illam *abijcere posse*?

Septimò est hoc iterum examinandum quod dicit

Digitized by Google

Tridentinum, liberum arbitrium posse dissentire *si velit*. Inanis eum est definitio, si hoc ipsum *velle*, non sit in potestate, eritque hic sensus, si per impossibile velit dissentire, potest dissentire, quod quis vnquam negauit? sed nihil amplius significat quàm cùm dicimus, potest Deus peccare si velit, potest Christus mentiri si velit. Nec inanis modò atque otiosa est illa cogitatio, sed ridicula etiam ineptaque & indigna; non solum generali & Oecumenico Concilio, sed vel puero quinquenni. Nam ipsum dissentire nihil aliud est quàm velle, ideóque posse dissentire si velit, si non significet ipsius *velle* plenam & proximam potestatem, nihil aliud erit quàm potest velle si velit, eodem omnino sensu quo quispiam diceret, potest volare si volet, potest mundum loco mutare si loco mutet, potest lunam cœlo detrahere si detrahit. Est verò idonea illa locutio *potest dissentire si velit*, in sensu absoluto quo iuxta communem vsum loquendi verbis illis designatur plena, immediata & indifferens ad volendum dissentire potestas. Potestas verò ista nulla est in sententia Baianorum, quorum est perpetuum illud principium aduentu atque recessu victricis delectationis actum aliquem poni vel non poni in potestate voluntatis, vnde sequitur dissensum non esse in potestate quamdiu dominatur victrix delectatio iustitiæ, hoc est quamdiu liberum arbitrium à Deo mouetur & excitatur.

Ex his ergo liquidò constat minimè posse illos satisfacere Concilio Tridentino. & dum se se obfirmato animo tuentur authoritate Augustini, hoc tantùm consequi, vt Augustinum opponant Tridentino, sed quàm id falsò præsumant, reliquum est vt paucis monstremus. Quod quia si præstari possit, Baiani dicunt *se loco miraculi habituros*, experiendum est, adeóne sint indurati, vt né miraculis quidem contumacia ipsorum vinci possit. Dico igitur esse manifestum eadem sentire Augustinum de indifferentia liberi arbitrij, quæ Tridentinum definiuisse iam monstrauimus. Iansen tom. 3. lib. 6. cap. 8.

Digitized by Google

§. VI.

Augustinus pro Tridentino contra Baianos, circa indifferentiam liberi arbitrij.

ET primò dum dicit in libro de gratia & libero arbitrio monitis illis, *Noli hoc & noli illud, & noli vinci, liberum arbitrium conueniri*, eo quod *velle & nolle propriæ voluntatis sit.* Quid aliud intelligere potest quàm ideo conueniri liberum arbitrium, quòd velle & nolle sint simul in potestate voluntatis? fac enim ita necessarium esse ipsum velle, quemadmodum necessarius est amor quo Beati Deum amant, aut quo necessarium est odium quo Deus peccatum odit, an esset tunc locus vllus exhortationi, vel consilio, vel admonitioni pro toto tempore quo durat illa necessitas? Quis non nugetur si velit hortari beatum vt amet Deum, vel rogare Deum vt malum oderit? An igitur erit sapientior is qui monebit alium vt velit quod velle ipsum necessarium est pro tempore quo illud est necessarium? Et quænam erit illa ratio Augustini quam affert, *quòd velle & nolle sit propriæ voluntatis*, si non designat indifferentem volendi potestatem? An non est etiam voluntatis Beatorum amare Deum? Ideòne igitur excitandi sunt vt ament? Omnino ex sententia Baianorum dicendum est non aliter ad homines dirigi hæc monita quàm dirigantur ad bestias, quando excepta sola maioris cognitionis prærogatiua, tam est necessarium homines ac bestias facere aut non facere quod iubentur.

Cap 2. & 5.

Secundò Augustinus de libero arbitrio vbi comparat motum lapidis cum motu voluntatis, negat motum lapidis esse liberum, *quia lapis non habet in potestate cohibere motum suum.* Voluntatis verò motum ideo liberum esse; quia voluntas *dum non vult; non ita mouetur.* Quibus verbis apertissimum est potestatem cohibendi motum requiri in ea causa quæ liberè mouetur, & ad libertatem

Lib 3. cap 1.

Digitized by Google

requiri. Postquam enim eius defectus assignatur tanquam propria causa, cur non sit libertas in motu lapidis, consequens est vt eius præsentia supponatur esse propria causa cur sit libertas, in motu voluntatis, atque hoc intelligat Augustinus, cùm dicit voluntatem *dum non vult non ita moueri*, vt sit sensus voluntatem dum mouetur habere in potestate cohibere motum suum, & per hoc illum motum esse liberum. Nam si tam non sit illa potestas in voluntate quàm non est in lapide, cùm in voluntate non impediat, ne ea liberè moueatur, aliquid aliud impedire debet, ne lapis moueatur liberè, ideoque dum dicitur lapis ideo non moueri liberè, quia non habet in potestate cohibere motum suum, assignaretur causa pro non causa, statimque obiiceretur, voluntas etiam induratorum, exempli causa, non habet in potestate cohibere motum suum prauum, nec voluntas Beatorum suum illum beatissimum quo fertur in Deum, nec voluntas Dei suum illum diuinissimum quo se amat & tamen in illis omnibus est maxima libertas; ergo hoc quod est non habere potestatem cohibendi motum suum, non est idonea ratio cur lapis non liberè moueatur. Et omnino dicere debuerat Augustinus, si cogitasset vnquam id quod ei Baiistæ imponunt, motum lapidis ideo non esse liberum quia non est motus appetitus rationalis aut intellectiui, & motum voluntatis è contrario ideò liberum esse quia talis est: Sed non erat ea mens Augustini, vt putaret motum appetitus intellectiui, quatenus se ipso & essentialiter excludit coactionem liberum esse, sed quatenus est ab ea causa quæ habet in potestate ipsum cohibere: atqui voluntatem quæ mouetur habere in potestate cohibere motum illum, est esse indifferentem ad hoc vt moueatur vel non moueatur: ergo ita esse indifferentem vt reperitur in omni arbitrio libero, & requiritur ad eius libertatem, postquam ex eius defectu libertatis defectus colligitur, idque ex doctrina Augustini.

Digitized by Google

Cap. 47. Tertiò, Augustiuus in libro de natura & gratia, Pelagium dicentem hoc quod est audire, odorari, videre, potestatis nostræ non esse, sed in naturali necessitate consistere, ita premit, *Quomodo in potestate nostra non est vidēdi possibilitas, si in potestate nostra est non vidēdi necessitas, quia in potestate est cæcitas, quâ idipsum videre posse, nobis si volumus adimamus.* Vbi vides Augustinum ex eo quod non videndi necessitas, quæ nihil aliud est quàm impotentia videndi, sit in nostra potestate, necesariò colligere ipsam etiam videndi potentiam esse in potestate. Quasi diceret vnum è contradictoriis non esse in nostra potestate, & quod idem est, non esse nobis liberum, quin aliud etiam sit. Hoc autem iuxta sententiam Baiistarum qui vnicornem admittunt libertatem falsum est. Respondebitque Pelagius. Tu qui doces liberum esse Deo vt non peccet, quamuis ei liberum non sit vt peccet, & dæmoni liberum esse vt non benefaciat, etiam si liberum ei non sit vt benefaciat, & in vniuersum sublata ad vnum ex oppositis facultate, arbitrium tamen posse libertimum esse ad alterum, quid mali times si fatearis liberum esse nobis *non posse videre*, quamuis ipsum *posse videre*, non sit liberum? hoc responso poterat Pelagius obstruere os Augustino, si Baiistæ non errarent in illo libertatis ad vnum necesariò determinatæ conceptu. Sed reuera non potuit ita respondere Pelagius, quia nec vnquam ita sensit Augustinus: estque vnicornis illa libertas Baianismi Chimæra, & non Augustini: Iam verò id tantùm esse in potestate cuius etiam oppositum in potestate est, cùm non sit aliud, quàm id tantùm esse liberum cuius etiam oppositum liberum est, consequens est vt arbitrij libertas circa opposita semper versetur, itáque necesariam ad vnum determinationem excludat, quàm quia excludere non potest nisi substitutâ indifferentiâ consequitur necesariam libero arbitrio indifferētiam iuxta Augustini principia.

Quartò. Probatur ex ijs locis quæ antea retulimus,

Digitized by Google

in quibus Auguſtinus ſignificat ideò culpandos eſſe mandatorum tranſgreſſores, quia poſſunt ea ſeruare *ſi velint*, hoc enim, vt oſtendimus, idem eſt ac poſſe illos velle ſeruare: habent igitur vtramque poteſtatem, & illam quâ poſſunt nolle ſeruare quam admittunt Baiiſtæ, & illam qua poſſunt velle, idque non ſucceſſiuè, ſed ſimul vtrumque, ità vt intelligantur, cùm poſſunt velle non ſeruare, poſſe etiam velle ſeruare. Ridicula enim eſt cogitatio, atque adeò Auguſtino indigna, imputari peccatoribus quod peccent, quia poſtquam peccarunt, accedere poteſt non peccandi poteſtas. Cùm igitur hæc duplex poteſtas ſimul exiſtens ſeu potius hæc vna poteſtas ad alterutrum ex duobus oppoſitis ipſiſſima ſit indifferentia pro qua pugnamus, agnoſcere, atque approbare talem indifferentiam Auguſtinus cenſendus eſt. Aliunde verò quod confert ad hoc vt peccatum imputetur, confert ad eius libertatem. Sed hæc indifferentia confert ad hoc vt peccatum imputetur, vt colligitur ex Auguſtino: ergo cõfert ad eius libertatem: indifferentia igitur ad peccandum vel non peccandum & eſt in libero arbitrio & ad ipſius libertatem pertinet ex Auguſtini doctrina.

Quintò eodem pertinet quod ſæpè docet Auguſtinus inexcuſabiles eſſe peccatores, quod non ideò tranſgrediantur mandata, *quia non poſſunt, ſed quia nolunt, vt loquitur in Pſal.* 35. Et in actis cum Felice Manichæo, vbi probat admiſſum ab eo imprudenter liberum arbitrium, cum puniendos ſignificauit qui legem ſibi à Deo liberatore datam pleniùs *ſeruare noluerint. Vides*, inquit, Auguſtinus, *in tuis verbis confirmatum eſſe etiam à neſciente quid loqueretur, liberum arbitrium? non enim dixit non potuerint*, ſed *noluerint*, quaſi ſi dixiſſet *non potuerint*, non fuerit admiſſum liberum arbitrium. Et paulò poſt: *Et inde vides vnde veniant omnes culpæ, vnde merita culparum, vnde diſtributiones pœnarum.* His & ſimilibus locis omnino conuincitur eos qui nolunt ſeruare mandata *poſſe velle*, ideô- In Pſal. 35. lib. 2. cap. 5.

que illis imputari quod nolint, quia *velle possunt*, quòd sit euidens illius aduersatiuæ *sed quia nolunt*, sensum esse ridiculum, si velle non possunt. Emergit enim iste sensus, iniqui peccant non quia non possunt seruare mandata, sed quia non possunt velle seruare, & cum ipsum *velle*, seruare sit, eò tandem reducetur illa cogitatio, vt dicantur iniqui peccare, non quia non possunt seruare mandata, sed quia non possunt seruare: seu non quia non possunt velle seruare, sed quia non possunt velle seruare. Et quid responderet Augustinus obiicienti Pelagio, quomodo negas ideò non seruari præcepta quia homines non possunt, cùm fatearis & esse necessariũ vt velint, & tamen velle non posse? Qui non potest quod est ad aliquid necessariũ, potest-ne id ad quod necessarium est? dicendum igitur est ex Augustino, posse illos qui volunt mandata transgredi, velle seruare. Idque simul posse, non successiuè, quia si successiuè tantùm hoc possent, verum esset quod Augustinus vitare vult, tum cùm transgrediuntur non posse seruare, ideôque tunc transgredi quia tunc non possunt seruare. Ergo hic etiam admittitur ab Augustino quam quærimus indifferentiam; & propterea vult liberam esse transgressionem mandatorum, propterea imputabilem ad culpam & pœnam, propterea inexcusabilem, ergo putat illam pertinere ad rationem liberi, si enim non pertineret, eâ vel positâ vel sublatâ voluntatis actus perinde liberi essent & præmio vel pœnâ digni.

Iansen. tom. 3. lib. 8. cap. 2.

Respondebunt Baiistæ τὸ *posse*, *non præcedere sed sequi voluntatem*, & ipsum *velle*, dare ipsum *posse*; & *fortiter velle*, *fortiter posse*: Vnde inferent defectum facultatis & potentiæ, sequi ex defectu voluntatis, itáque imputari voluntati quod non possit. Sed quis explicare vnquam poterit illud ænigma? Quid hoc monstri est, *posse velle*, sequitur ipsum *velle*? & *velle* dat illud *posse* quod ipsius causa est? Quid dicitis? Augustinus tot annis torquendus fuit vt hæc mysteria reuelasse putaretur? ideò fuit despuenda

deſpuenda Philoſophia, totáque adeò Scholaſtice náuſeanda, vt vobis ſupponere liceret imis sūma, & poſtrema prioribus anteferre, cauſarū effectuum q; ordine de medio ſublato ? Quis vnquam audiuit cauſam ſequi effectum ſuum in eodem præſertim genere, vt hic contingit?

Addunt malam voluntatem parere impotentiam benefaciendi : & ideò voluntatem *non poſſe velle*, quia fortiter ſtabiliterque *non vult*. Sed cùm conſtet ex Auguſtino, liberum arbitrium concipere malam voluntatem, non quia *non poteſt* impedire illam aut ſupprimere, ſed *quia non vult*, quæro an hoc *velle poſſit*, nec ne? ſi poteſt, habemus intentum, ſtatque indifferentia quam quærimus, ſi non poteſt, ludificatur nos Auguſtinus. nec aliud dicit quàm liberum arbitrium non impedire, aut non ſupprimere ceu cohibere malam voluntatem, non quia hoc non poteſt, ſed quia hoc non poteſt. Deinde peto vtrùm liberum arbitrium antecedenter ad malam voluntatem, atque independenter ab illa poſſit eam non elicere, nec ne? ſi poteſt, habemus intentum & admittitur neceſſaria libero arbitrio indifferentia : ſi non poteſt; ergo illa impotentia falſò tribuitur malæ volunrati, quippe quæ ſine illa tamen exiſteret. Non recordantur ſe docuiſſe victricem delectationem actui deliberato præuiam *alligare* arbitrium tali actui, atque ad illum vnum determinare? atqui quod alligat vni actui & ad illum determinat, etiam neceſſariò impedit ne poſſit elicere contrarium : ergo eſt aliquid præuium actui libero, atque ab eo independens, quod impedit ne liberum arbitrium poſſit elicere contrarium actum. ergo illud malè tribuitur actui ex delectatione ſequenti, quippe quod ex ipſa præcisè delectatione ſequitur. Denique cum hoc quod eſt impedire ne liberum arbitrium *poſſit velle* cohibere actum quem elicit, ſit illud determinare ad talem actum efficiendum, dicendum erit, ſi per ipſummet actum hoc fiat, ipſummet actum determinare liberum arbitrium ad ſe efficiendum, quod præ- Ianſ. loc. cit.

Digitized by Google

terquam quod per se absurdum est, fit insuper absurdius ex eo quod inde sequitur, nempe consensum quo liberum arbitrium præuenienti gratiæ cooperatur, determinare illud similiter ad efficiendum se, atque ita nec esse nec requiriri gratiam præuenientem ad hoc vt determinetur liberum arbitrium ad consensum præstandum, quòd illud suo ipso consensu ad præstandum consensum se determinet. Sed reuera quia implicat, & ridiculum est, vt aliquid requiri dicatur aut vllo modo concurrere ad efficiendum se ipsum, ita & ad determinandam sui causam ad efficiendnm se. Coincidunt enim illa duo & peræquè absurda sunt. Non nego à libero arbitrio deriuari posse voluntariam aliquam impotentiam vel in facultates subordinatas, vt cum efficaci voluntate claudendi oculos homo se ad videndum impotentem facit, vel cum efficaci intentione alicuius finis impedit se ipsum ne velle possit medium quod esse illius destructiuum cognoscitur: & similiter sua se intentione potest homo reddere vel ad videndum, vel ad deliberandum, vel ad eligendum potentem. Sed vt vno eodemque actu reddat se potentem ad illum, impediatque antecedentem quam habere debet eius cohibendi libertatem, hoc est vt per illum ad illum efficiendum se determinet, res est digna nuperis tantùm nouarum gentium Philosophis, qui eiuscemodi cogitationibus Augustinum perperam inscribunt, atque illi veluti forensi columnæ affigunt descripta suarum vigiliarum somnia.

Sextò. Probatur hoc ipsum ex iis locis quibus Augustinus significat in potestate hominum esse facere bonũ quod omittunt, vt cùm dicit de inuitatis ad cœnam & venire renuentibus, *vt venirent vocati, erat in eorum libera potestate*: & de tentatis, *Quare Satanas seducit ad peccandum* cùm Deus *posuerit homini in potestate non consentire.* Quò pertinet id quod dicit de necessitate, liberum arbitrium non subesse vlli necessitati *quæ non sit in nostra potestate.* Nam cùm idem sit apud Baiistas rei alicuius agendæ

Lib. 83. quæst. 4. 68

Lib 50. hom Hom 12.

Ianſen. tom. 3 lib 3. de statu nat. lapsæ. c 13.

Digitized by Google

libertas & poteſtas, ſitque hoc nobis liberum facere quod habemus in poteſtate, hoc non ſit nobis liberum quod non habemus in poteſtate, ſeu cuius non habemus poteſtatem, ſequitur ijs qui tentationi ſuccumbũt libertũ eſſe non ſuccumbere, & ijs qui non veniunt inuitati liberum eſſe venire, poſtquam vtrumque dicitur eſſe in poteſtate ex Auguſtino. Ergo habemus hic quoque bicornem libertatem hoc eſt proximam ad vtrumque oppoſitorum indifferentiam. Nihil enim dicitur vel liberum ad aliquod bonum faciendum vel habere illud bonum in poteſtate quod non habet gratiam ad illud exequendum neceſſariam ex ijſdem auctoribus, & ſola facultas, liberi arbitrij non dicitur libera antequam per gratiam non tantum præueniatur ſed etiam adiuuetur: Ergo cùm ſeducti à Dæmone, & ad cœnam venire recuſantes, in poteſtate dicantur habere bonum quo priuantur ac proinde etiam in libertate, conſequens eſt vt præueniri ſupponantur, & quantum ſatis eſt adiuuari gratiâ requiſitâ. Quod ſi ita habet, ergo plenam habent in vtrumque oppoſitorum facultatem, hoc eſt plenam indifferentiam. Ridiculum enim eſt hic quoque fingere ſucceſſionem, ita vt velit Auguſtinus, poſtquam ceſſauit tentatio, & quidquid exigebat extorſit, acceſſiſſe poteſtatem non conſenticndi, vel, poſtquam peracta cœna eſt menſæque remotæ, poteſtatem eundi, quæ antea non erat adueniſſe, fuit igitur & in tentato poteſtas ad non conſenticndum tunc cùm conſenſit ac proinde cum fuit poteſtas conſentiendi, & in reiecto à cœna fuit poteſtas veniendi tunc, cùm venit ac proinde cum habuit non veniendi ſeu recuſandi poteſtatem. Ergo fuit ſimul vtraque poteſtas & vtraque libertas, ſeu quod idem eſt vna ad vtrumq; poteſtas, vnaque libertas, ac proinde indifferentia quam quærimus. Quam pertinere ad libertatem ex Auguſtino conuincitur tum ex eo quòd eo nomine increpet delinquentes quaſi ſupponeret excuſationem habituros, tanquam Loc. cit.

Digitized by Google

non liberos ad id quod ijs imputatur, tum ex eo quòd docet, voluntates, quibus rectè aut perperam viuitur, non ſubeſſe neceſſitati quæ non ſit in noſtrâ poteſtate. Senſus enim eſt non poſſe ſubeſſe: ſubeſſent autem ſi excuſſo libertatis cornu altero, ſublataque indifferentia, determinationem ad vnum acciperent, cuius exiſtentia non penderet ab ipſarum poteſtate, nec conſequenter à libertate.

§. VII.

Expenditur doctrina S. Auguſtini in libro de ſpiritu & litera.

Cap. 33. SEPTIMO. Probatur ex diſcurſu Auguſtini in libro de ſpiriru & litera, vbi diſputat *vtrum voluntas ipſa quâ credimus, Dei donum ſit, an ex illo naturaliter inſito libero adhibeatur arbitrio,* & affert rationem dubitandi, ſi enim voluntas illa *natura eſt, quare non omnibus adeſt cùm ſit Deus omnium creator? Si dono Dei etiam hoc, quare non omnibus, cùm velit omnes homines ſaluos fieri?* Quam rationem vt diluat Auguſtinus recurrendum dicit ad naturam liberi arbitrij, *Quæ*, inquit, *illa media vis eſt, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem poteſt.* Quod eſt eſſe mediam vim, neque determinatam ad motum ſurſum fidei; neque determinatam ad motum deorſum infidelitatis, ſed potentem ſe ad alterutrum determinare, quod eſt eſſe indifferentem. Ex hoc autem principio quæſtionem ſoluit, docetque & in natura exiſtere credendi voluntatem, quandoquidem eſt à libero arbitrio naturaliter inſito, & Dei dono, quia & liberum arbitrium Dei donum eſt, & inſuper vocante Deo credit. Ita enim loquitur. *Et ideo nec iſtam voluntatem quâ credit Deo, dici poteſt homo habere quam non acceperit: quandoquidem vocante Deo ſurgit de libero arbitrio, quod naturaliter cùm crearetur accepit.* Atque ita ſi quis iam vrgeat quare non ſit in omnibus credendi volun-

Digitized by Google

tas cũ ſit in omnibus natura à qua eſſe dicitur, Auguſtinus reſponſum putat, quia natura illa eſt natura quædam media, neque ad volendum credere, neque ad nolendum determinata: Et viciſſim ſi quis vrgeat quare non ſit eadem in omnibus voluntas cùm Deus, quo vocante ſurgit; debeat omnes vocare, poſtquam omnes vult ſaluos fieri, reſpondet, *Vult autem Deus omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non ſic tamen vt eis adimat liberum arbitrium quo vel benè vel malè vtentes iuſtiſſimè iudicentur.* Quaſi diceret Deum ita vocare vt non determinet neceſſariò *mediam illam vim* ad volendum vel non volendum credere indifferentem, vnde fiat vt quamuis ad omnes ſpectet vocatio, non tamen in omnibus ſit credendi voluntas.

Iam verò quia ex eo quod dictum eſt, acceptam eſſe à Deo credendi voluntatem, eo quòd *de libero exiſteret arbitrio quod cùm crearemus accepimus*; ſequebatur & malam voluntatem dici poſſe acceptam, eo quòd illa quoque fœtus ſit eiuſdem arbitrij. lib. cap. 34.

Attendat, inquit Auguſtinus, *& videat*, qui hoc cogitat, *non ideò tantùm iſtam voluntatem diuino muneri tribuendam quia ex libero arbitrio eſt quod nobis naturaliter concreatum eſt, verùm etiam quod viſorum ſuaſionibus agit Deus vt velimus & vt credamus, ſiue extrinſecus ... ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in mentem.* Et ne quis iterum inculcaret cùm Deus poſtquam vult omnes homines ſaluos fieri, debeat etiam velle vocare omnes vel extrinſecus, vel intrinſecus, Auguſtinus addit, *ſed conſentire vel diſſentire propriæ voluntatis eſt.* Et ſtatim, *His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali vt ei credat: neque enim credere poteſt quolibet libero arbitrio ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat: Profectò & ipſum velle credere Deus operatur in homine: & in omnibus miſericordia eius præuenit nos: conſentire autem vocationi Dei vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt.*

Vbi vides Auguſtinum quærenti quare non ſit in

Digitized by Google

omnibus credendi voluntas, nequaquam reddere cauſam illam quam ſolam Baiiſtæ veram putant, quia qui non credunt merito peccati originalis indigni ſunt, & quia Deus non vult illos ſaluos facere; vnde nec iuuat extrinſecus atque intrinſecus; hoc non dicit Auguſtinus, quo tamen facilis ſolutio maximéque obuia continebatur ſi verùm eſſet; ſed quia verum eſſe non credidit Auguſtinus, idcò diſparitatem illam habentium, & non habentium credendi voluntatem, refundit in arbitrium natura ſua medium & indeterminatum: & quamuis illud non ſit ſolùm egeatque auxilio Dei omnibus expoſito, nihilominus tamen eſt adhuc cauſa diſparitatis, eo quòd Deus ita velit omnes credere; itáque iuuet *vt non adimat eis liberum arbitrium*, hoc eſt vt ſinat eſſe liberum ſuæque illius *mediæ* facultatis ad fidem & infidelitatem determinatiuum.

Sed quia inſtare adhuc aliquis poterat, cùm non deſint Deo rationes, queis ſalua libertate arbitrium infallibiliter moueri poſſit ad credendum, cur eo modo vnum moueat, alium non, hoc eſt *cur illi ita ſuadeatur*, vt velit credere, *illi autem non ita.* Auguſtinus profunditatem hic eſſe ſignificat ad quam *ſcrutandam* non ſit *coarctandus*: & *duo ſola*, inquit, *interim occurrunt quæ reſpondere mihi placeat, O altitudo diuitiarum, & numquid iniquitas apud Deum? cui reſponſio iſta diſpliceat quærat doctiores, ſed caueat ne inueniat præſumptores.*

Hæc eſt germaniſſima Auguſtini ſententia capite illo 33. & 34. libri de Spiritu & litera, in qua ſi quis non videat liberi arbitrij vim indeterminatam ad volendum vel non volendum credere, quam Dei vocatio ita iuuet vt ſinat determinare ipſam ſe, vnde ſequatur vt in alio ſit illa voluntas, in alio non ſit, quod eſt vim illam indeterminatam, etiam adiutam diuinâ gratiâ, eſſe ſui determinatiuam, itáque indifferentem; ſi quis, inquam, hoc non videat in Auguſtini doctrinâ illâ, nihil ſperandũ ab illius oculis eſt, niſi vt dicat lucẽ tenebras & tenebras

lucem:hæc igitur eſt,quã quærimus indifferentia ex ipſa liberi arbitrij naturâ petita,cuius ſit determinare, vtrum ſit ex duobus oppoſitis, idque etiam ſub gratiâ intrinſecus & extrinſecus vocante atque adiuuante. Et quia non me fugit quid Baiani commenti ſint, vt huiuſce teſtimonij vim eluderent, vide Lector, quæ ad id vindicandum dicuntur dum de gratia Semipelag. cap. 8. lib. 7.

Confirmatur octauò ex eo quod docet Auguſtinus in eodem libro,de eo quod eſt aliquid eſſe in noſtra poteſtate: & an ſit in eius poteſtate qui metu compellitur facere quod facit. *Nam ſi tanta voluntas ſit* (eius qui vim patitur) *vt malit hoc non facere*, (ad quod compellitur) *quam illud*, malum quod intentatur *non pati*, *cogenti procul dubio reſiſtit, nec facit, ac per hoc ſi facit*, *non quidem plena & libera voluntate; ſed tamen non facit niſi voluntate. Si enim cogenti cedens vellet facere*, *nec poſſet*, *ei voluntatem adfuiſſe,licet extortam,ſed poteſtatem defuiſſe diceremus. Cum vero ideò non faciebat quia nolebat, erat vtique poteſtas*, *ſed voluntas deerat, quamdiu cogenti reluctando non fecit. Hinc eſt quod etiam illi qui cogunt, vel qui ſuadent, ſolent dicere, quod habes in poteſtate quare non facis*, *vt hoc malo careas? & qui omnino facere non poſſunt quod ideo coguntur vt faciant*, *quia poſſe creduntur; ſolent accuſando reſpondere & dicere, facerem ſi eſſet in poteſtate.* Ex his concludit, *hoc quiſque in poteſtate habet quod ſi vult facit*, *ſi non vult non facit.* Quo loco imprimis conſtat Auguſtinum de eo quod eſt aliquid eſſe in noſtra poteſtate ſeu eſſe liberum, in vniuerſum loqui, & præcisé ab ea propenſione ad malũ,vel auerſione à bono quæ ineſſe poteſt hominibus ex peccato originali. Hoc autem facit vt applicet deinde communem illam notionem ad voluntatem credendi, oſtendatque illam eſſe in poteſtate credentis, atque adeò liberam. Item patet, Auguſtinum ſupponere indifferentiam agendi vel non agendi requiri ad communem illam rationem eius quod eſt in poteſtate, quando

Digitized by Google

probat in eo etiam reperiri, qui videri posset minimè indifferens, nempe in eo qui metu alicuius mali adigitur ad aliquid volendum, qui ideò si facit, censetur *voluntate facere* quod facit, quia si mallet hoc pati quàm illud facere, reuera non faceret. Quibus verbis significatur *posse illum malle pati* quod intentatur, quàm *facere* id ad quod impellitur. Ridiculum enim esset ita interpretari Augustinum, vt cùm dicit *si mallet*, supponat aliquid quod sit tunc impossibile, sitque sensus *si per impossibile mallet*. Quid inquam, rationis habet hæc ratiocinatio, Ideo aliquid voluntate fieri, quia qui facit, si per impossibile contrarium mallet, non faceret? Cumque hoc ipsum adducatur ad ostendendum quid sit aliquid esse in nostra potestate, quæ connexio ista est, vt ideo è duobus oppositis vnum dicatur esse in mea potestate, quia illud non facerem, si aliud esset mihi possibile? Et quia hæc quæ dicit Augustinus maximè vera sunt de ipsa voluntate vel de ipso voluntatis actu, quo aliud quippiam volumus. Ipse enim potissimum dicitur esse in potestate per semetipsum ac voluntate fieri, quomodo intelligemus iuxta Augustinum illum actum quo aliquis cedit minis & metu coactus facit quod iubetur, esse in eius potestate? Quia, inquis, *si mallet* pati quod timet, non esset ille actus quo minante consentit. Quid est autem si mallet pati quod timet, quando illud *malle* impossibile est, nisi, si non esset impossibile suspendere istum actum aut ab illo abstinere? dicendum igitur erit, ideo istum actum esse in potestate nostra, quia si esset possibile abstinere ab illo, possemus abstinere, aut abstineremus? hoc autem quid sibi vult, & quid salis habet illa cogitatio? Quare vel pugnandum est cum communi sensu eorum omnium qui pueritiam excesserunt; vel dicendum, illud, *si mallet*, ita esse accipiendum, vt intelligatur is, qui terrori succumbit, *posse malle* pati malum quod timet, ideôque censeatur voluntate succumbere, quia si faceret quod potest, hoc

Digitized by Google

hoc eſt ſi mallet non ſuccũbere, non ſuccũberet. Atque hoc confirmatur ex eo quod ſubiungit Auguſtinus, *Eos qui coguntˌvèl qui ſuadent ſolere dicere, quod habes in poteſtate quare non facis?* Quod oſtendit eos qui motui reſiſtũt etiã quando reſiſtunt; habere in poteſtate vt conſentiant: & vice versâ, eos qui conſentiunt, quando cõſentiunt, habere in poteſtate, vt reſiſtant; quod ſit manifeſtum ſimiliter illis dici poſſe, quod habes in poteſtate vt malis aliud pati quàm iſtud facere, quare non facis? ex eo etiam confirmatur, quod iuſta putetur excuſatio, ſi quando vera eſt, eorum qui coguntur ad id quod facere non poſſunt, cum dicunt, *facerem ſi eſſet in poteſtate.* Quaſi minimè dubium ſit quin defectus poteſtatis faciendi aliquid, excuſet eum qui non facit, cùm id exigitur. Excuſabit ergo ſimiliter defectus poteſtatis abſtinendi ab eo quod fit, vel defectus poteſtatis volendi oppoſitum: Ergo cui iuſtè dicitur quare non abſtines? vel quare non mauis contrarium? ſupponi debet habere poteſtatem abſtinendi, vel contrarium volendi, vt hoc ei poſsit imputari. Atqui hoc non eſt aliud, quàm & eſſe indifferentiam ad agendum vel non agendum, & illam eſſe ad libertatem neceſſariam, poſtquam neceſſaria eſt ad imputabilitatem eorum quæ fiunt: hoc igitur voluit Auguſtinus, & hoc docuit allato iam loco.

§. VIII.

Idem probatur ex doctrina S. Auguſtini neceſsitatem excludentis à libero arbitrio.

NONO. Probatur ex omnibus locis quibus Auguſtinus à libero arbitrio agendi neceſsitatem excludit. Excluſio enim neceſſitatis, indifferentiæ oppoſitæ incluſio eſt. Sed reſponſio Baianorum in promptu eſt. excludi tantùm à libero arbitrio neceſſitatem coactionis violentam illam quæ imponitur etiam renitenti,

Digitized by Google

quam sententiam conantur ostendere communem esse apud sanctos Patres, & Theologorum Proceres, etiamsi sanctus Thomas in censendis opinionibus omnium Scholasticorum moderatissimus, quæst. 1. de malo art. 6. Hæreticam vocet, damnataque sit à duobus Pontificibus in Baio. Sed quia propositum tantùm est Augustini sententiam aperire, ostendo non solam illum violentiam aut necessitatem coactionis reiicere à voluntate libera.

5. de Ciu. cap. 10.

1. Quia necessitatem, quam submouet, dicit eam esse quæ non est in nostra potestate, hoc est ad quam excutiendam, & volendum seu faciendum oppositum, potestate caremus. Et quod vrgent Baiani, additum esse ab Augustino, *sed etsi nolumus facit quod potest, qualis est necessitas mortis*, quasi necessitatem designaret cui voluntas renititur, frustra est. Posteriora enim verba illa nihil aliud continent quàm confirmationem & explicationem priorum, vt designetur tantùm necessitas quæ est cum defectu potentiæ ad volendum, vel exequendum oppositum, etiamsi illud sit per seipsum possibile, qualis est necessitas mortis, quam nemo potest absolutè nolle vnquam perpeti, nisi desipiat: & quamuis nollet, frustra tamen nollet. Itaque designat necessitatẽ quæ est cũ defectu potestatis ad oppositũ, quâ secluſa restat indifferentia ad vtrumque, & confirmatur. Quia cum sanctus Augustinus sic distinguat duas necessitates: & vnam dicat esse quæ non est in nostra potestate, *sed facit etiam si nolumus*, consequens esset vt aliam diceret esse in nostra potestate, ita vt non faciat nisi velimus, quasi verò si velimus, non sit id quod necessarium dicitur: & quando est, pendeat ex libertate nostra & potestate: atqui S. Augustinus non admittit hanc interpretationem. Quia cùm dicat eiusmodi necessitatem cadere in Dei vitam & præscientiam, vides quàm ridiculum sit dicere Deum si nollet non victurum, vel non intellecturum, vel Deũ si vellet moriturum aut nesciturum quid geratur, hoc

Digitized by Google

quippe ſenſu verum etiam eſt chimæram, ſi vellet verum animal futurum, aſinum ſi vellet philoſophaturum. Genuina igitur Auguſtini ſententia eſt, vnam eſſe neceſſitatem quæ eſt ex defectu poteſtatis & virtutis ad oppoſitum, aliam quæ non eſt cum tali defectu; primam illam nocere libertati; ſecundam non nocere: primam non cadere in Dei vitam aut præſcientiam, ſecundam cadere. Et quia ſtatim illud occurrebat, quid Deus? habet-ne poteſtatem ad moriendum vel ad ignorandum quod ſciri poteſt? quod ſi non habet, quomodo ergo negatur eius vita, & præſcientia ſubeſſe neceſſitati quæ dicit defectum poteſtatis ad oppoſitum? Reſpondet Auguſtinus. *Neque enim vitam Dei & præſcientiam Dei ſub neceſſitate ponimus, ſi dicamus neceſſe Deum ſemper viuere, & cuncta præſcire; ſicut nec poteſtas eius minuitur cùm dicitur mori fallique non poſſe, ſic enim hoc non poteſt vt potius ſi poſſet minoris eſſet vtique poteſtatis. Rectè quippe omnipotens dicitur qui tamen mori fallique non poteſt.... vnde propterea quædam non poteſt quia eſt omnipotens.* Quaſi diceret hoc quod eſt non poſſe mori, aut non poſſe falli non eſſe defectum poteſtatis & virtutis in Deo, ſed exceſſum potius. ac proinde licet Deus mori non poſſit aut falli; non ideò tamen ponendam eius vitam aut præſcientiam ſub ea neceſſitate quæ ſonat impotentiam & virtutis defectum. Non vult igitur ſub eadem poni voluntates noſtras liberas: nec conſequenter liberum arbitrium ita eſſe determinatum ad vnum actum, vt careat poteſtate illum ſuſpendendi aut eliciendi actum oppoſitum: atque ita neceſſitatem quæ poteſt cadere in noſtras voluntates, & eam quæ cadit in Dei vitam & præſcientiam, in eo tantùm comparat, quod neutra dicat impotentiam aut poteſtatis defectum; quamuis aliundè diſſimiles ſint, quòd vna ſit contingens; mutabilis & pendens ab electione voluntatis, altera ſit immutabilis & independens.

2. Conſtat euidenter non ſolùm violentam neceſſi-

Lib 3 de lib. arbit. c. 1. & 2.

tatem, sed verò etiam naturalem visam esse Augustino repugnare libero arbitrio: cùm enim dixisset Euodius, si anima moueretur sicuti lapis quando deorsum cadit, *naturalem fore motum illum, nec ex eo posse vituperari ad quod naturæ suæ necessitate compelleretur*: & ideo non posse animi motum *similem esse illi motui quo naturaliter monetur lapis*: Augustinus vtrumque motum ita comparat & distinguit. *Qui motus si culpæ deputatur .... non est vtique naturalis, sed voluntarius, in eoque similis est illi motui quo deorsum versus lapis fertur, quòd sicut iste proprius est lapidis, sic ille animi. Verumtamen in eo dissimilis quod in potestate non habet lapis cohibere motum quo fertur inferius, animus verò, dum non vult non ita mouetur .... Hinc est quod lapidem si quis dicat peccare quod pondere suo tendat in infima, non dico isto lapide stolidior, sed profecto demens iudicatur.* Vides quare non ea quæ cadit in motum lapidis, cadere in motum voluntatis, necessitas censeatur, & cur lapis excusetur à peccato, animus verò excusari non possit, *quia lapis non potest cohibere motum suum*, & quia stolidiores lapide ac dementes vocat qui cum illa cohibendi impotentia peccaturum lapidem putarent; quid superest nisi vt ij qui tali quadam impotentia nihil obstante peccare animum putant, non stolidi quidem nec amentes, sed, vt quam mitissimè loquar, peregrini dicantur apud Augustinum, minimèque domestici, etiam post viginti annorum ambitum & prensationes. Est enim obuia demonstratio: Est aliqua dissimilitudo inter motum lapidis & motum voluntatis, quæ causa est vt voluntas peccet, & lapis non peccet ex S. Augustino: sed ex eodem S. Augustino illa dissimilitudo non est alia quàm quia lapis non potest cohibere motum suum, & voluntas cohibere potest suum; Ergo illud posse, & istud non posse, est causa cur voluntas peccet in motu suo, & lapis in suo non peccet: vnde vlterius fit necessitatem impedituram peccatum voluntatis, & consequenter libertatem, nequaquam esse solam necessitatem coactionis: quippe quæ nulla est in lapide:

Digitized by Google

sed necessitatem determinationis ad vnum designatam per illud, *non posse cohibere motum suum*, & è contrario libertatem à necessitate quæ sufficit ad peccandum, nequaquam esse libertatem à necessitate coactionis tantùm; sed à necessitate ad vnum determinante designatam illis verbis, *posse cohibere motum suum*, hęc autem est illa quam quærimus indifferentia.

3. Necessitas quam S. Augustinus à libero arbitrio remouet non est Chimærica, & impossibilis, sed talis vt quòd ea non sit, ad suauem Dei prouidentiam pertineat ad quam pertinere non potest quod Chimæra non sit: probatur hoc ex verbis illis Augustini. *Tales seruos suos meliores esse Deus iudicauit si ei seruirent liberaliter, quod nullo modo fieri posset si non voluntate sed necessitate seruirent.* An rectè dicas Deum melius iudicasse vt non faceret homines chimæras aut meliores fore homines si chimæræ non essent. Necessitas autem coactionis & violentia nostrarum volitionum impossibilis est, vt etiam Baiistæ fatentur, qui propterea dicunt omnem actum voluntaris seipso & essentialiter esse liberum. Lib. de vera Relig. c. 14: Iansl. lib. 8. c. 19 tom. 3.

Confirmatur quartò, quia & illi qui necessitatem libertati contrariam timent, non sunt adeò ridiculi vt chimæras timeant: sed timent reuera vt intelligimus ex Euodio illo interlocutore apud Augustinum, talem aliquam rationalis appetitus determinationem ad vnum, qualis est determinatio lapidis ad cadendum. Et consequenter qui eos instruunt & prætextum illum determinationis seu necessitatis reiiciunt, non hoc solum agunt, vt persuadeant non esse timenda huiusmodi commenta, & possibiles esse, non verò chimæricas appetitus rationalis motiones, essetque insulsa ineptáque Augustini ratio illa qua consentientem tentationi vrget cùm dicit, *in tua potestate est vt consentias.* Si tandem eò reduceretur tota eius vis vt sensus esset, *tuus consensus est verum ens, & non est chimæra*, hoc enim idem est cum eo quod est, tuus cõsensus non est coactus coactione propriè

Digitized by Google

dicta & violenta, quæ impoſſibilis eſt. Diceret enim ille, numquam putaui chimæram aut non eſſe verum ens, ſed eſt ens quod volendi & appetendi neceſsitas quædam ita exprimit, ſicut exprimit lapidis caſum inclinatio, qua deorſum tendit. Ad hoc autem legitima eſt Auguſtini ratio, *in tua poteſtate eſt vt conſentias*, quæ coincidit cum eo quod paulò ante referebam, lapis non poteſt cohibere motum ſuum, tu verò potes.

De lib arbit. 3. c. 18. de natura & gratia, c. 65.

5. Patet ex verbis Auguſtini quibus omnem omnino neceſsitatem remouet, *cui reſiſti non poteſt, quæ caueri non poteſt.* Hoc enim eſt quod dicit in libris de libero arbitrio: & quod approbat in libro de natura & gratia. *Quæcunque iſta cauſa eſt voluntaris ſi non poteſt ei reſiſti ſine peccato ei redditur.* Et *quis peccat in eo quod caueri nullo modo poteſt?* quibus verbis ſatis explicat quæ ſit illa neceſsitas quàm Hieronymus intelligebat, cùm dixit, nec *ad virtutem nec ad vitia neceſsitate trahimur, alioquin vbi neceſsitas nec corona eſt*, quam ſententiam Auguſtinus *toto corde ſe ſuſcipere* profitetur. Ex quibus iam facile eſt argumentari, omnis neceſsitas cui reſiſti non poteſt, ſeu quæ caueri non poteſt, tollit eam libertatem, quæ neceſſaria eſt ad peccandum; ſed præter neceſsitatem coactionis propriè ac ſtrictè ſumptæ datur neceſsitas cui reſiſti non poteſt, & quæ caueri non poteſt, ergo præter neceſſitatem coactionis propriè ac ſtrictè ſũptæ datur neceſſitas quæ deſtruit eam libertatem quæ neceſſaria eſt ad peccandũ: maior eſt Auguſtini, minor ipſorum Baianorum. Quid enim dicent, poteſt-ne voluntas reſiſtere victrici delectationi qua trahitur ad peccandum tum cùm illa inſidet, nec ne? ſi poteſt, habemus intentum & neceſſaria eſt indifferentia ad eam libertatem quæ requiritur ad peccandum eademque probabitur neceſſaria ad eam quæ requiritur ad bene agendum: ſi non poteſt, hoc eſt quod dico, dari neceſsitatem quæ non eſt coactionis propriè ac ſtrictè ſumptæ, & cui tamen reſiſti non poteſt, & quæ iuxta S. Auguſtinum libertatem deſtruit. Quod ſi hic quoque regerant tritum illud, voluntatem poſſe reſiſtere *ſi velit*,

Digitized by Google

similiter interrogabo an possit velle? si enim potest, habemus indifferentiam; si non potest, non potest igitur resistere: siquidem illud velle, resistere est, non potest velle per te; ergo non potest resistere. Neque hic obstrepant, Augustinum loqui de natura integra tantum, non de lapsa: constat enim ex sequentibus id quod dicit verum etiam esse de lapsa, cum ea solum differentia, quòd in lapsa vis resistendi Christi gratiæ deputanda est, qua quia vti nolunt peccatores, ideò peccant peccato proprio seu propriæ voluntatis.

Denique Augustinus sub hac necessitate quam removet ab actibus liberis comprehendit necessitatem mortis, non illius tantùm qua manus inferuntur, sed cuiuscumque quæ *fit etiam si nolimus*, vt ipse loquitur loco paulò antè citato. Comprehendit ergo necessitatem mortis etiam illius quæ ideò naturalis dicitur quòd contra violentam distinguatur: ergo non designat solam necessitatem coactionis propriè dictæ, quæ minimè cadit in mortem naturalem. Si enim illa comparetur ad ipsam voluntatem, voluntas non moritur, & ideò mors illi nec violenta nec naturalis est: si verò ad hominem ipsum, tam oritur à principio intrinseco, quàm oriatur ille motus quo deorsum grauitat. Quòd si propterea dicitur violenta, quia voluntas nollet vt accideret, dici poterit & violentus hominis casus, quamuis sit ab innatâ grauitate quia voluntas similiter nollet, & ipsa voluntas efficax patiendi pro Christo violenta erit quia est ineficax quædam illius displicentia, carne concupiscente aduersus spiritum, & efficax consensus in peccatum similiter quando spiritus concupiscit aduersus carnem. Manifestum igitur est dum Augustinus coactionem excludit à libero arbitrio, non intelligere tantùm strictam illam, quæ passo resistenti ac nihil conferenti accidit, sed quamlibet necessitatem ab ipso independentem, & vel naturalem vel naturali similem, quod fecit etiam Anselmus cùm dixit cœli motum esse coactum conditionis naturalis necessitate. Quin & ipse Augusti-

5 de Ciuit. cap. 10.

Digitized by Google

Lib. 3. de lib arbit. c. 18, 19. & seq.

nus libro 3. de lib. arbit. cap. 3 pro eodem habet hominem non cogi ad peccandum & non inesse illi à natura peccandi necessitatem : atque hoc patet ex eo quod fusè differit Augustinus infirmitatem illam & ignorantiam quæ in nobis est causa peccati, propterea nobis imputari, quod negligamus facere quod possumus, vt remedium eis quæramus, alioquin non *proprie* sed æquiuocè tantùm futura peccata quæ inde proficiscuntur. *Non tibi*, inquit, *deputatur ad culpam quod inuitus ignoras, sed* » *quod negligis quærere quod ignoras, neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quod volentem sanare contemnis. Ista* » *tua propria peccata sunt.* Et ne quis causaretur deesse sibi » quod est necessarium ad quærendum & ad accipiendum » medicum, pergit; *Nulli enim homini ablatum est scire vti-* » *liter quod inutiliter ignoratur, & humiliter confitendam imbe-* » *cillitatem, vt quærenti & confitenti ille subueniat qui nec errat* » *dum subuenit nec laborat. Nam illud quod ignorans quisque* » *non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest, ideò dicun-* » *tur peccata, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem du-* » *cunt.... sicut linguam dicimus non solum membrum quod mo-* » *uemus, sed etiam illud quod huius membri motum consequi-* » *tur.... Sic non solum peccatum illud dicimus* QVOD PROPRIE » VOCATVR PECCATVM, *libera enim voluntate & ab sciente* » *committitur, sed etiam illud quod iam de huius supplicio conse-* » *quatur necesse est.* Vbi vides expressam distinctionem eius peccati, *quod ignorans quisque non rectè facit, & quod rectè volens facere non potest* â peccato *proprie* dicto: quod *libera voluntate cõmittitur*, quasi diceret illud non cõmitti, *liberâ voluntate*; nisi quando quis *negligit quærere quod ignorat*, & sanare volentem contemnit, tunc enim illud & *proprium* & *proprie* peccatum esse: cum aliàs sint tantùm æquiuocè peccata, ad eum modum, quo lingua dicitur & membrum hominis, & sermo, quo Græci atque Latini vtuntur. Aliud est igitur peccatum ex ignorantia & infirmitate quando quis non vtitur facultate data ad quærendam scientiam & vires, & aliud quando non adest

Digitized by Google

adeſt talis facultas, hoc eſt quando eſt peccandi neceſſitas, hoc *non imputatur*, nec committitur *libera voluntate*, nec eſt *propriè* peccatum: illud eſt, *propriè* peccatum & *imputatur*, vtpote commiſſum *libera voluntate*.

Et ideò vt diuinæ iuſtitiæ æquitatem Auguſtinus defendat, inductione probat conſequentibus capitibus quamlibet opinionem quis ſequatur ex quatuor, quas proponit de animarum origine & hæreditariæ corruptionis propagatione, hoc eſt ſiue fieri dicantur animæ ex propagine, ſiue producantur ſingulæ in ſingulis naſcentibus: ſiue alicubi exiſtentes in corpora mittantur: ceu certè in eadem ſponte ſuâ labantur, non imputari hominibus peccata quorum fugiendorum facultatem Deus non dederit. *Oportuiſſe enim vt volentes vincere ſupplicium non ſolum prohiberentur* SED ETIAM ADIVVAREN, Cap. 20.
TVR; *Quamquam in ignorantia & difficultate nata ſit* ani- "
ma, NON TAMEN AD PERMANENDVM IN EO QVOD "
NATA EST ALIQVA NECESSITATE COMPRIMI: *Acce-* "
piſſe naturale iudicium, quo ſapientiam præponeret errori, & "
quietem difficultati, vt adhæc non naſcendo ſed ſtudendo perueniret, "
quod ſi agere noluerit peccati eam iure teneri, tanquam quæ non "
bene vſa ſit ea facultate quam accepit, contra hereditariam "
ſgnorantiam & infirmitatem, *dediſſe Deum & facultatem* "
bene operandi in laborioſis officiis, & viam fidei in obliuionis "
cæcitate quiſquis iſtius vitæ captus amore neglexerit (implora- "
re diuinum auxilium & contra difficultates eniti) *nullo* "
pacto iuſtè flagitium deſertionis ſuæ regis imperio deputaturum. "
in ipſa ignorantia & difficultate non abſtuliſſe Deum liberam "
voluntatem petendi & quærendi & pulſandi, daturũ petentibus, "
demonſtraturum quærentibus, pulſantibus, aperturum ſi natu- "
ralis eſt ignorantia & difficultas, inde incipere animam profi- "
cere & ad cognitionem & requiem, donec in ea perficiatur vita "
beata, promoueri: quem profectum in ſtudiis optimis atque pie- "
tate QVORVM FACVLTAS EI NON NEGATA EST, *ſi pro-* Cap. 11. 16.
pria voluntate neglexerit, iuſtè in graniorem, quæ iam pœnalis "
eſt, ignorantiam difficultatemque præcipitari decentiſſimo & con- "

Digitized by Google

» *uenientissimo rerum moderamine in inferioribus ordinante.*
» *Non enim quod naturaliter nescit & naturaliter non potest*
» *hoc animæ deputari in reatum, sed quod scire* NON
» SIVDVIT, ET QVOD DIGNAM FACILITATI COMPA-
» RANDÆ AD RECTE FACIENDVM OPERAM NON DE-
» DIT. *Si ignorantia veri & difficultas recti naturalis est homini*
» *vnde incipiat in sapientiæ quietisque Beatitudinem surgere,*
» *nullus hanc ex initio naturali rectè arguit. Sed si proficere no-*
» *luerit, aut à profectu retrorsum relabi voluerit, iure meritóque*
» *pœnas luituram. Creatorem verò vbique laudandum, vel quod*
» *ab ipsis eam exordijs ad summi boni capacitatem inchoauerit, vel*
» *quod eius adiuuet profectum. Quod ignorat quid sibi agendum sit,*
» *ex eo esse quod nondum accepit, sed hoc quoque accepturam, si*
» *hoc quod accepit bene vsa fuerit.. Accepisse autem vt piè & di-*
» *ligenter quærat si volet.* Hæc Augustinus, quæ cùm scripsisset iam baptizatus Romæ, absoluisset deinde in Africa iam Presbyter, & tandem sub finem vitæ recognosceret, non retractauit tamen, quin imò negauit in ijs se
1. Retr. c. 9. causam egisse Pelagianorum. Hæc verò apertè monstrant non inesse hominibus peccandi necessitatem, non solùm illam quæ nascitur ex vi extrinsecus illatâ, sed nec aliam vllam quæ dicat impotentiam abstinendi à peccato aut eliciendi actus oppositos, alioqui peccatum non esse imputandum. Quod ostendit & non esse talem vllam necessitatem, & vt non sit ad libertatem requiri, quod est indifferentiam & esse & requiri ad libertatem. Atque hoc ipsum

§. IX.

Alia S. Augustini testimonia pro indifferentia liberi arbitrij, deque illius vertibilitate non solùm in Adamo, sed etiam in posteris, & de potentia non peccandi.

Cap. 2. 3. PROBATVR decimo ex alio loco libri tertij de libero arbitrio, qui sic habet. *Motus autem quo huc atque*

Digitized by Google

illuc voluntas conuertitur, niſi eſſet voluntarius, atque in noſtra poſitus poteſtate, neque laudandus, cùm ad ſuperiora, neque culpandus homo eſſet, cùm ad inferiora DETORQVET, QVASI QVENDAM CARDINEM VOLVNTATIS, *neque omnino mouendus eſſet, vt iſtis neglectis æterna vellet adipiſci, atque vt malè nollet viuere, vellet autem bene. Hoc autem, &c.* Vbi videsid quod Auguſtinus hic requirit pertinere ad rationem liberi, quando eo ſublato nec culpandus homo eſt, nec laudandus, nec monendus, nec increpandus. Hoc autem quid ſit mirificè exprimitur illis verbis queis dicitur homo tum ad ſuperiora tum ad inferiora *detorquere quaſi quendam cardinem voluntatis.* Non poterat melius depingi voluntatis indifferentia quàm dum dicitur veluti cardine quodam inſtar peſſuli, modo in hanc partem, modò in illam verti, vt Auguſtiniana ſit *vertibilitas* illa, quam Caluiniſtæ in crucem agi cupiunt, nimirum hic ipſe eſt ſenſus antiquorum Patrum quos ſequutus eſt Auguſtinus, adſtruentes illam in vtramque partem arbitrij vertibilitatem, ex eáque colligentes meritum præmij ac pœnæ, vt videre eſt apud Iuſtinum, Clementem Alexandrinum, & alios, à quibus longo deinde interuallo Sorbonici accepere, quod contra Eraſmum definitum eſt, *à Chriſto merita conſtitui; item ab Apoſtolo: item à Sapiente in Prou. & Eccleſ. & poſt eos conformiter ad cæteros Catholicos Doctores ab Auguſtino aſſerente meritum conſtare ex libero arbitrio* VERTIBILI *& diuina gratia, vt ſit meritum opus gratiæ & liberi arbitrij* VERTIBILIS? an ad hunc locum in quo Auguſtinus voluntati *cardines* aſſignat, vt eius vertibilitatem exprimat, alluſerit Sorbona, cùm definiuit meritum, ex Auguſtino, conſtare ex gratia & libero arbitrio *vertibili*, Lectori iudicandum relinquo.

Iuſt. Apol. 1. ad Sen. Clem. lib 5. Tit 16. proſ. Eraſ.

Vndecimò in libro de duabus animabus contra Manichæos Auguſtinus ſic loquitur *dicere peccati reum teneri quemquam, quia non facit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſt, & inſaniæ. Quamobrem illæ animæ quidquid faciunt,*

Digitized by Google

si natura non voluntate faciunt, id est si libero ad faciendum, & non faciendum motu animi carent: si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccato earum teneri non possumus. Quem locum Augustinus recognoscens primo Retractationum originale peccatũ solum excipit quo quia rei tenemur, *non proprietate voluntatis, sed origine,* ideò sufficit vt talis fuerit eius voluntas à qua ducitur hæc origo qualis hoc loco describitur. Vnde inferas omne aliud quod non est originale & quo rei tenemur *proprietate voluntatis,* supponere voluntatem qualis hic describitur, qualisque requiritur ad peccatum. Requiritur autem vt vides, *potestas non faciendi quod fit,* potestas abstinendi, liber animus *ad faciendum & non faciendum*, quæ verba quid aliud exprimunt quàm apertissimam ad agendum & non agendum indifferentiam? Est igitur illa ex Augustino, & est ita necessaria vt qui sine ea peccari putet non cuiuscumque insaniæ sit, sed *summæ.* Videant igitur Baiani quomodo suam sancto Augustino sapientiam probent.

Cap. 15.

Nam quod persuadere conantur hæc dicere Augustinum de solo peccato Adami, quod peccatum tantùm est, non de peccatis nostris, quæ ita peccata sunt, vt sint etiam pœna peccati, ab eius mente alienissimum esse conuincitur ex loco illo primi Retractationum, ex quo patet Augustinum ita interpretari quod dixerat in libro de duabus animabus, *peccatum nusquam esse nisi in voluntate,* vt non conueniat illi quod ideò peccatum dicitur, *quia peccato factum est & est pœna peccati,* & quod Apostolus intelligit cùm dicit, *iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum*, & est concupiscentia, *quamdiu ei non consentitur.* Item constat illud peccatum *quo consentitur peccati concupiscentiæ* in eodem ordine poni cum primo peccato, & de vtroque dici, *non nisi voluntate committi.* Item constat, ita explicari *voluntatem* hanc vt ad eam duo requirantur, cognitio scilicet peccati & facultas resistendi: nam qui facit quod malum est, nescięs

Cap. 15.

Cap. 10.

Rom. 7.

esse malum, *non incongruenter*, inquit, *nolens peccasse dici potest*, quod si propterea quod *volens*, fecit id quod *nesciens* fecit, dicatur *nec illud esse sine voluntate peccatum*, intelligendum hoc dicit Augustinus de *voluntate facti*, non de *voluntate peccati*. Supposità verò peccati scientiâ, requiri præterea potestatem abstinendi Augustinus declarat, cùm subdit. *Quisquis autem sciens peccat, si potest cogenti ad peccatum sine peccato resistere, nec tamen facit, vtique volens peccat: quoniam qui potest resistere, non cogitur cedere.* An hic loquitur de peccato Adami? Pergit, *qui verò volens cupiditati bona voluntate resistere, non potest: & ideò facit contra præcepta iustitiæ; iam hoc ita peccatũ est, vt sit etiam pœna peccati.* Quis non videt hîc designari peccatum idem de quo paulò ante dixerat, *non esse in voluntate*, & ideò tantùm dici peccatum, *quia peccato factum est, & pœna peccati est*? & quod negat impedire ne *bene viuamus*, quando ei non consentimus? Concupiscentia, inquam, hic designatur, quæ inuitos etiam, conantesque resistere sollicitat. Et ideò peccatum hoc *non est in voluntate*, quia *bona voluntas* est, quæ resistere conatur. Vnde sequitur aliud peccatum *quod est in voluntate*, quod impedit ne bene viuamus, cum quo non potest esse *bona voluntas*, vno verbo, quo *consentimus concupiscentiæ*, esse illud cuius est eadem ratio atque peccati Adami: quod est peccatum tantùm, & non pœna peccati: & ad quod similiter pertinet definitio peccati, quam tradiderat Augustinus in libro de duabus animabus, *peccatum est voluntas retinendi, vel consequendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere*, quâ Baiani definitum tantùm putant primum peccatum. Sed quidquid moliantur, vel si viginti duos annos commentando duplicent, numquam obscurare poterunt clarissimam Augustini sententiam, quâ in nobis quoque distinguit peccatum, quod peccatum tantum est, & non pœna peccati, estque in voluntate sciente ac potente resistere: & peccatum quod ita peccatum est, vt sit etiam pœna peccati, *cui quidem quando*

" *volens peccat: quoniam qui potest resistere, non cogitur cedere.*
" *lens cupiditati bona voluntate resistere, non potest: & ideò facit*
" *contra præcepta iustitiæ; iam hoc ita peccatũ est, vt sit etiam pœ-*
" *na peccati.*
" de quo paulò ante dixerat, *non esse in voluntate*, & ideò
" *peccato factum est, & pœna*
" *peccati est*?

Cap. 11.

f. Retr. c. 15.

Digitized by Google

bene vivitur non consentit voluntas, verumtamen non perficit bonum, quia adhuc inest concupiscentia, cui repugnat voluntas. Ad hoc non requiritur abstinendi potestas: ad illudita manifestum est requiri, vt id negare *summæ sit insaniæ*, nempe illa veritas adeò peruia est, vt minimè *scrutandi sint libri* quibus discamus *neminem vituperatione, supplicióue dignum, qui aut id velit quod iustitia velle non prohibet, aut id non faciat quod facere non potest. Nonne ista cantant & in mõtibus pastores, & in Theatris Poetæ, & indocti in circulis, & docti in Bibliothecis, & Magistri in scholis, & Antistites in sacris locis, & in orbe terrarum gens humanum?* Hæc Augustinus quæ nullo vnquam loco restrinxit ad primum tantùm peccatum, quasi non conueniant cuilibet alteri quod nobis imputatur, tamquam proprium proprietate voluntatis, & quo liberè censemur concupiscentiæ consentire, vt videantur diuturnam lusisse operam qui tot annis impalluere versandis Augustini libris, vt hoc ignorarent quod in montibus, in theatris, in circulis, didicisse poterant à Bubulcis, à Comœdis, à Baiulis.

Aug. lib de duabus animab. c. 11.

Cap. 6. Duodecimò examinandum est, quod habetur in secundo libro de peccatorum meritis, & remiss. *Qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuò incauta temeritate obsistendum, si eum esse posse negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti vel misericordiæ, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus.* Huic quadripartitæ propositioni quadripartita responsione satisfacit Augustinus. Et primò *confitetur hominem in hac vita sine peccato esse posse per gratiam & liberum arbitrium.* Cap 7. Secundô respondet quamuis hoc esse possit, *se tamen non credere vllum esse in hac vita sine peccato*, quod credendum sit scripturæ hoc neganti. Tertiò sic Cap. 17. respondet. *Iam ergo quod tertio loco posui, videamus, cum voluntate humana gratia adiuuante diuina sine peccato in hac vita posit homo esse, cur non sit. Posse m facile, ac verissimè respondere, quia homines nolunt, sed si ex me quæritur, quare nolint, nimis in longum. Verumtamen etiam hoc sine præiudicio diligen-*

Digitized by Google

tioris inquisitionis breuiter dicam, nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat. Cap. 20. Quartò respondet, præter Christum nullum esse qui sit, aut fuerit aut futurus sit sine peccato, qui alibi beatam quoque Virginem extra hanc controuersiam esse vult.

Ex hac doctrina duo ista perspicuè colliguntur. Primùm est, homines qui non sunt sine peccato in hac vita, esse posse sine peccato, quod est homines, qui peccant, posse non peccare, hanc autem dicimus indifferentiam. Secundum est, qui hoc negant *incauta temeritate derogare*, non solũ diuinæ gratiæ, sed etiam *libero arbitrio*. Ergo, inquam, illa indifferentia ex Augustino pertinet ad rationem liberi arbitrij, quod Baiistæ negant. Si enim non pertinet, hoc est, si ea secluſa stat nihilominus ratio liberi arbitrij, quid derogat libero arbitrio qui eam tollit? Quomodo ergo probabunt Augustino quod dicunt, amissâ libertate ad bonum; aut ad abstinendum à malo, stare nihilominus libertatem ad malum, vnicornemillam, quæ compati potest immutabilem adhærendi malo necessitatem?

Sed hoc præterea expendendum est, quod dicit Augustinus interroganti cur homines qui esse possunt in hac vita sine peccato, non sint quod esse possunt, *verasissimè* responderi *quia nolunt*. Nam hoc quod est homines esse posse sine peccato, non est aliud quàm homines *hoc posse velle*. Si enim velle nequeunt, nec esse possunt. Possunt velle & tamen nolunt, & hoc *verasissimè* dicitur ex Augustino. Ergo mendacissimè negantur habere indifferentiam, quæ nihil est aliud quàm facultas aliquid volendi ac nolendi: & hæc dicit Augustinus ne *deroget* libero arbitrio: ergo derogant Baiani cùm hoc auferunt, sicuti rem minimè necessariam.

Nam quod addit Augustinus sine præiudicio diligentioris inquisitionis dici posse, ideò nolle homines quod velle possunt, quia vel carent aliqua cognitione,

Digitized by Google

vel aliqua delectatione, non eò pertinet vt cum hoc defectu impossibilem esse significet illam non peccandi voluntatem, alioqui pugnantia loqueretur, quòd eandem supponat esse possibilem, sed vult tantum significare, eos qui nollent esse sine peccato, quamuis nihil desit eorum quæ necessaria sunt ad volendum, carere tamen eo quo certò & infallibiliter vellent si daretur.

§. X.

Probatur indifferentia voluntatis ex eligendi facultate ex mente S. Augustini.

DEcimo tertiò indifferentiæ quàm quærimus species est apud Augustinum expressissima in illud Psalmi 51. *Dilexisti malitiam super benignitatem. Ante te erat* » inquit, *benignitas, ipsam diligeres, non enim aliquid eras erogaturus, aut quod diligeres de longinqua nauigatione allaturus* » *eras. Benignitas ante te, iniquitas ante te, compara & elige.* » *Sed forte habes oculum quo videas iniquitatem, & non* » *habes oculum quo videas benignitatem. Væ iniquo cordi* » *quod peius est, auertit se ne videat, quod videre potest. Quid* » *enim de talibus alio loco dictum est? noluit intelligere vt bene ageret, non enim dictum est non potuit, sed noluit, inquit, intelligere* » *vt bene ageret, clausit oculos à luce præsenti.* Recogita, optime Lector, tria hæc, expositam esse voluntati benignitatem quam diligat, neque ad hoc aliquid aliunde ac de longinquo expectandum esse: Non esse dictum *non potuit* intelligere vt bene ageret, *sed noluit. Præsentem esse lucem* cui oculos claudunt qui nolunt intelligere vt bene agant, & vide an potuerit clariùs exprimi prompta & expedita facultas ad diligendum bonum in iis qui tamen diligunt malum? hoc autem quid est aliud quàm habere plenam ad vtrumlibet indifferentiam? & quid aliud cogitari potest quàm accidisse Baianis quod hic accusat Augustinus, *vt oculos clauderent luci præsenti*, si verum est quod iactant se toties & tam diu & tam diligēter sancti

ſancti Antiſtitis monumenta hæc in vtramque verſaſſe paginam.

Sed iterum audi quid ſequatur in reſiduam citati verſiculi partem, *iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. Ante te eſt æquitas*, inquit Auguſtinus, *ante te eſt iniquitas, vnam linguam habes, quonis eam vertis. Quare ergo potius ad iniquitatem & non ad æquitatem? cibos amaritudinis non das ventri tuo, & cibos iniquitatis das linguæ tuæ malignæ? ſicut eligis quo veſcaris, ſic elige quod loquaris*: Non eſt hoc ſupponere voluntatem inſtar linguæ vertibilis? & non eſſet ridicula hæc obiurgatio ſi præſenti diſpoſitione ita fixa eſſet voluntas in vnam partem, vt nihil poſſet in alteram, donec ea cauſa ad quam ſpectat, diſpoſitionem aliam quæ neceſſaria eſt ad diligendam æquitatem habuiſſet? & quid dementius fingi poteſt quàm ſi dicatur homini habenti vnius tantùm rei copiam, vt alterutram eligat? Monoculum quis moneret vt eligeret vtro vellet oculo cernere? & cùm nolint liberum arbitrium eſſe bicorne, adeò tamen ſunt illuminati, vt excitari homines velint ab Auguſtino ad eligendum vtro feriant, quibus vnius tantum cornu copia eſt?

At, inquiunt, non negamus indifferentiam in libero arbitrio, & vtriuſlibet faciendi poteſtatem, negamus tantùm pertinere ad rationem liberi, *ſed per accidens coniungi veræ libertati voluntatis humanæ & nihil omnino facere ad libertatem nolendi & operandi*, vſque adeò vt miraculum ſit, ſi contrarium vnquam iudicauiſſe Auguſtinus monſtretur. Vos verò, inquam, negatis indifferentiam qualem hic Auguſtinus agnoſcit, hoc eſt qualem Scholaſtici confitentur, dum putant *quocumque modo arbitrium ſiue gratia, ſiue peccati delectationibus imbuatur, cum vtranis diſpoſitione poſſe fieri vt vtrumlibet velit, ſiue bonum ſiue malum, pro illa ſola ſcilicet innata indifferentia voluntatis, quæ ſub quacumque diſpoſitione actum præueniente ſe ſe ſua libertate in vtramuis partem flectit.* Hanc negatis: quam eſſe admiſſam ab Auguſtino loco citato tam eſt euidens, quàm

Ianſ. tom 3. lib. 6 cap. 8

Ianſ. ib lib. 8. cap. 20.

Digitized by Google

est euidens sanctissimum sapientissimumque Antistitem non insanire, dum *eligere* hominem iubet quam in partem flectat se se, cùm tamen, vt vultis, non possit in *vtramuis se flectere*. Item eligere *vtrumlibet velit, malitiam diligere an benignitatem, iniquitatem magis quàm loqui æquitatem*: cùm tamen, vt dicitis, non possit fieri vt vtrumlibet velit. An oblitì estis illorum vinculorum, *quæ tantam vim habent in liberam voluntatem, vt ijs impedita in illos ipsos actus ad quos cogi nequit, liberè se flectere ac progredi nequeat?* Non est aliquid, *quo deficiente actus aliquis non est reipsa in potestate voluntatis, quo præsente ponitur in eius potestate?* Adest ne igitur malitiam diligenti, id quo ponatur in eius potestate dilectio benignitatis? Absunt-ne vincula concupiscentiæ, quæ tantam vim habent in eius libertatem, vt iis impedita *liberè se flectere ac progredi nequeat* ad diligendam benignitatem? Quod si non est in potestate ista dilectio; si non potest ad illam progredi ac liberè flectere se se, qui malitiam diligit, qualem facitis Augustinum cui orationem illam tribuitis, *benignitas ante te, malignitas ante te, compara & elige. Ante te est æquitas, ante te est iniquitas, vnam linguam habes quouis eam vertis: elige quod loquaris?* Quis adeò vnquam desipuit vt eligendum præciperet alterum è duobus ei *qui vnum tantum haberet in potestate*? quis tantæ nequitiæ circulator qui vinculis onerato atque constricto, daret optionem illorum motuum ad quos *liberè se flectere ac progredi nequiret?* Atqui hoc facit Augustinus: ergo supponit esse in libero arbitrio indifferentiam illam quam Baiani tollunt, quos non pudet, dum se Augustinianos esse iactant, sanctissimo Doctori hasce ineptias affingere.

Iansf. tom. 3. lib. 7. cap. 2.

Nam quod addunt indifferentiam hanc quam supponit Augustinus, *nihil omnino facere ad libertatem volendi & operandi*. Quis non exsufflet, quare enim ex hoc capite increpantur iniqui, si nihil facit ad libertatem volendi & operandi? & quare putamus Augustinum inculcare expositam esse benignitatem quam non

Digitized by Google

amant, non expectandum nauium appulsum vt habeatur quod necessarium est: non esse dictum, *non potuit intelligere sed noluit: præsentem esse lucem cui clauduntur oculi?* Quare, inquam, Augustinus totmodis idem inculcat, nisi vt excusationẽ iniquis adimat quæ legitima foret si possent dicere, *non potui, lux abest, non est facultas abstinendi à malitia, non occurrit benignitas quam diligam*: hãc autem excusationem quid legitimam redderet nisi defectus libertatis manifestus si niti posset illis allegationibus? videant igitur Baiani & ex hoc argumẽto & ex vndecim superioribus, quàm sit credibile quod dicunt, in tot libris quot Augustinus exarauit, & contra Manichæos pro libero arbitrio: & pro gratia cum libero arbitrio retinenda contra Pelagianos, *Vix vllum vestigium reperiri posse vbi de ista libertate loquatur. Et in nullis Augustini libris, vel semel inuentum iri textum vnum, vel vestigium opinionis istius quòd idcirco voluntas sub gratia quæ facit eam facere, maneat libera, quia cessare potest. Nullam vel tenuem vmbram in tot scriptis suis reliquisse Augustinum, quòd libertas arbitrij in huiusmodi indifferentia collocanda sit?* Augustini omnino sunt illi libri è quibus superiores textus deprompti sunt, in quibus si quis nullum apparere vestigium, nullam vmbram eius doctrinæ qua indifferentia agendi & non agendi necessaria esse ad meritum & demeritum, hoc est ad libertatem arbitrij, seriò affirmet, quis negare possit habere illum incantatos oculos? sed quia nostram potiùs suspicantur esse illusionem hanc, quorum sententiam distare contendunt ab Augustini sententia, sicut *polum Arcticum ab Antarctico*: est cur solemur casum nostrũ fascinatorum societate: continetur enim illo numero *tota Scholasticorum multitudo* quam dicunt *suis principijs ligatam & coarctatam suspirare sub premẽte difficultate libertatis beatorum* quæ videlicet indifferentia ista caret; nec Scholasticos modò, sed & Tridentinos Patres fuisse pariter fascinatos necesse est, quando non aliam expressere libertatis ideam, quàm quæ communiter concipi solet à Scholasticis

Iansen. tom. 3. lib. 6. cap. 8.

Ib. cap. 9.

Iansen. loco id. ex 9.

Digitized by Google

Quod autem dicunt Scholasticos premi libertate Beatorum, si non alia succurreret euadēdi via, numquid haberent vel in ipsa Baianorum Theologia quo se tuerentur, quando dicunt, *beatos posse voluntatem suam mutare si velint?* adeò enim sunt immemores sui, adeóque nutantem habent, incertámque sententiam, vt cùm ideò negent necessariam esse indifferentiam libertati quòd exulet à voluntate beatorum, in quibus tamen perfectissima libertas est, alias tamen fateantur etiam beatos posse mutare si vellent, quod cum sufficiat in viatoribus vt habere dicantur eam indifferentiam quam illis Baiani concedunt, cur non etiam sufficiat vt in beatis quoque similis indifferentia sit? sed & in eo quoque numquid sunt Baiani mirabiles, *dum totam Scholasticorum multitudinem* hoc constrictam nodo fabulantur, qui suæ sententiæ, qua indifferentiam amandant, authores numerant præcipua omnia Theologorum capita Procerésque, Magistrũ sententiarũ, sanctum Thomam, S. Bonauenturam, Scotum, Alensem, Hugonem & Ricardum de sancto Victore, Guillelmum Parisiensem, Altissiodorensem, Henricum Gandauensem, Ricardum de Media villa, Argentinatem, Carthusianum, Marsilium, Nicolaum de Orbellis, Stephanum Burlifer, atque ipsum tandem Gabrielem. Deus immortalis præter istos eorumque sequaces, quid est *tota Theologorum multitudo?* sed fallor, suspectos etiam habent Baiani quos nominant, & quando aliter vitare non possunt eorum condemnationem, quos laudauerant, inconstantiæ tandem accusant, adeò sint ipsi vertibiles qui libertatem fixam volunt. Post descripta Scholasticorum quos dixi nomina, doctrinam illam quibusdam gradibus corruptam fatentur. *Quod vsque adeò*, inquiunt, *verum est, vt eosdem omnino Scholasticos nonnullos veteres videre liceat, initio ad amussim cum Magistro sentientes, imo longe audacius & apertius illius sensa promentes quàm ipse prompserat: deinde sub finem vitæ in alterum extremum, quamuis nonnihil*

Iansen. tom 3. lib. 6. cap 35

Iansen. tom 3 lib 6. per multa capita.

Iansen. tom. 3. lib 6. c. 33.

vacillando vergentes. Quæ ſanè poſteriorum ſcriptorum declina "
tio, multóque magis præcedentium improbatio euidentiſſimo ar- "
gumento eſt aliam doctrinam à poſteris tradi quàm accepta ſit à "
maioribus. Quid tempus, & ſtudium & longa meditatio nihil conferunt ad maturitatem ſententiarum, vt primæ cogitationes potiores ſint poſterioribus, idemque ſit retractare ſententiam & corrumpere? Quid igitur Auguſtino fiet, eiuſque retractationibus? An erunt illæ *euidentiſſimo argumento* aliam doctrinam ab eo traditam *quàm accepiſſet à maioribus*, hoc eſt à prioribus Eccleſiæ Catholicæ Doctoribus & Paſtoribus?

§. XI.

Etiam in voluntate obſtinatorum indifferentiam agnoſcit Auguſtinus.

PROBATVR decimo quartò ex expoſitione inchoata ad Romanos. Quæ cum fuerit ab Auguſtino diligenter recognita & retractata, vt patet ex Retr. approbaſſe cenſendus eſt, quidquid non improbauit; in hoc etiam conſentientibus Nou-Auguſtinianis, qui doctrinã Auguſtini quæſt. ſecunda ad Simplicianum traditam ab eo confirmatã putant, quod nihil ex illa retractauit: Atqui ſententiam quam refero non retractauit, ſequitur ergo cõfirmaſſe: Auguſtinus igitur dũ illud interpretatur quod dicitur peccatũ in Spiritum ſanctum non remitti neque in hoc ſæculo, neque in futuro, poſtquam diſertè pronuntiauit nec Paganis, nec Hæreticis aut Schiſmaticis nondum baptizatis, nec iis qui perceptis Sacramentis ipſaque veritatis ſcientia labuntur, denegatum eſſe auxilium miſericordiæ, ſubdit; *Nam hinc licet aduertere* "
etiam ipſis Iudæis quorum blaſphemiam Dominus arguit, non "
fuiſſe clauſum corrigendi ſe & pœnitendi locum, quod idem "
Dominus in ea ipſa reprehenſione ait illis, aut facite arborem "
bonam, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & "
fructum eius malum. Quod vtique nulla ratione diceretur eis, ſi "

Math. 9. & 12.

Cap. 25.

Tom. 3 l. 2 de gratia Salu. c. 32.

Digitized by Google

» *propter illam blasphemiam iam commutare animum in melius,*
» *& rectè factorum fructus generare non possent, aut frustra*
» *etiam sine peccati sui dimissione generarent.* Quâ sententiâ
» comprehendit etiam Iudæos reprobos, vt patet ex co
» quod sequitur paulò post, *Dominum Iesum Christum per il-*
» *lam comminationem ad pœnitentiam vocasse Iudæos vt eis in se*
» *credentibus gratiam pacémque donaret*, ET HVIC GRATIÆ
» PACIQVE RESISTENTIBVS..... ET IN PECCATIS SVIS
» DESPERATA ATQVE IMPIA OBSTINATIONE PERSE-
» VERANTIBVS . . . . . *neque in hoc sæculo neque in futuro ve*
» *niam posset concedere.*

Hinc igitur constat Iudæos reprobos diuinæ gratiæ resistentes potuisse non resistere, alioqui falso diceretur fuisse illis *clausum corrigendi se, ac pœnitendi locum*, Ergo habuerunt indifferentiam ad resistendum vel non resistendum. Potuerunt, inquiunt, non resistere pōtentiâ quadam remotâ, quatenus fieri potuit vt eis daretur gratia, cui non resisterent, non autem potentiâ proximâ & expeditâ Sed, vide Lector, quàm sit ridiculum, quámq; illusorium; si gratiæ diuersæ designentur propterea'q; dicantur Iudæi potuisse vni non resistere, quia est alia fortior, cui, si daretur, obsecundarent? Atqui necessarium est ad sententiæ veritatem, vt intelligantur illi ipsi cui restiterunt potuisse non resistere, si quidem illa viam aperuit ad emendationem & pœnitentiam, vt Augustinus dicit. Quod si potuere illi ipsi non resistere, potentia fuit proxima non remota. Potentia enim quæ gratiam aliam expectaret ad non resistendum, nunquam diceretur non restitisse illi priori, sed huic tantùm posteriori: ac proinde Iudæi falsò putarentur potuisse non resistere illi gratiæ cui restiterunt, sed tantùm alteri quæ minimè illis collata est. Vnde & sequitur falsò dictum *non fuisse illis clausum corrigendi se & pœnitendi locum*, nisi si cui fortasse lubeat ita nugari vt cùm duæ sint ianuæ quâ successiuè exeatur è carcere, apertum esse illi exitum dicat, cui prior tantùm resera-

Digitized by Google

ta ſit, cum poſterior clauſa maneat, aut cum ſint pariter duæ, queis in regiam ſuccedatur, apertum illi dicat aditum ad penetralia, cui exterior clauſa non eſt eum interior minimè pateat.

Et quis non videt proximam ſupponi potentiam ab eo qui dicit, aut facite arborem bonam, aut facite arborem; malam: aut facite fructus bonos aut facite fructus malos? hoc enim quomodo dici| poſſunt, niſi ridendo, ei qui alterum tantùm habet in poteſtate proximâ? homini podagrâ laboranti quis diceret, aut curre, aut iace; aut ſalta aut geme, quaſi vtrum vellet in eius eſſet optione poſitum? Poterant igitur|illi qui faciebãt arborem malam &fructus malos, non hoc facere poteſtate proximâ, qua ſi eſſent vſi fuiſſet hoc initium aliquod generationis arboris bonæ, bonorúmq; fructuum: atqui hoc eſt habuiſſe indifferentiam qualem Scholaſtici aſſerunt & qualem negant Baiani: Ergo illam approbauit Auguſtinus.

Nam quod etiam pertinere putauerit ad rationem liberi arbitrij colligitur ex eo quod toties diximus exaggeratam ex hoc capite reproborum culpam & *deſperatam, atq; impiam obſtinationem*; In tantum enim valet ad hanc exaggerationem indifferentia, in quantum oſtendit liberè peccatum. Et confirmatur ex eo quod dicit Auguſtinus *nulla* ratione *dictum iri illud, aut facilè & propter illam blaſphemiam iam commutare animum in melius & recte factorum fructus generare non poſſet.* Quare enim hoc *nulla ratione* diceretur, ſi ſecluſa indifferentia illa liberi tamen eſſent? ſi reprobis & induratis quibus omnem gratiam omnemque reſipiſcendi facultatem ſubtraxit Deus ſubtractionem que illam firmauit perpetuo atque immutabili decreto; dicitur tamen, vt Baiani fingunt, *Venite adme, conuertimini ad Dominum Deum veſtrum*, quare non aliquâ ratione vel potius non eadem ratione hoc diceretur Iudæis illis quibus clauſus eſſet pœnitentiæ locus? Neutris ergo id rectè dicitur quia nullus hoc

Digitized by Google

dici debet qui non ſint ad id ad quod excitantur, & quod tamẽ omittunt, liberi Liberi autem eſſe non poſſunt qui non habent indifferentiam ad agendũ vel non agendum: Ex his abundantiſſimé probatum eſt Auguſtinianam eſſe doctrinam de indifferentiâ agendi & non agendi quæ dicitur eſſe à Scholaſticis ad rationem liberi arbitrij neceſſaria, Sed quia quæ fuerit mens Auguſtini colligi Baiani volunt ex eius diſcipulis, Proſperum audiamus ijs ipſis locis, quæ referuntur à Baianis, Vnde conſtare quoque poſſit ad illos pertinere quod dicitur vt *Videntes non Videant.*

§ XII.

Idem probatur ex Proſpero.

2. de voc. gent. cap. 28

PRobatur decimò quintò ex Proſpero, qui ſic loquitur. *Qui ad obediendum ſibi, ipſum velle ſic donat, vt etiam à perſeueraturis illam mutabilitatem quæ poteſt nolle, non auferat*: & deinde, *Et licet innumeris ſanctis ſuis donet virtutem perſeuerandi vſque in finem diuina protectio; à nullis tamen aufert quod ipſis repugnat exipſis, vt in omnibus ſtudiis eorum atque conatibus, ſemper inter ſe nolle & velle decertent.* En, vt in iis qui volunt obedire Deo manere dicitur ea mutabilitas quæ poteſt nolle, ſimul ergo ſunt poſſe velle & poſſe nolle in eo qui vult, hæc autem eſt indifferentia. En etiam vt in habentibus virtutem perſeuerandi manet id quod ipſis repugnat exipſis, hoc eſt ipſa cadendi libertas & facultas nolendi quod volunt, Vnde hic quoque indifferentia deſignatur. Quæ itetum & exprimitur & ad rationem liberi arbitrij pertinere dicitur in iis quæ ſequũtur: deinde *vt quamuis auxilio Dei ſteterint tamen quia in ſe habebant vnde caderent ipſorum ſit meritum quod ſteterunt.* Quod facit vt ad præmium aut pœnam operatio imputetur, ſine dubio confert ad eius libertatem: ſed potuiſſe cadere in iis qui ſteterunt facit, vt ad præmium aut pœnam imputetur operatio eorum, vt Proſper diſertè ſignificat cùm dicit:

quia

Digitized by Google

quia in ſe habebant vnde caderent, ideo eſſe meritum ipſorum quod ſteterunt (nam hoc quod eſt ſtãtem habere vnde cadat, non eſt aliud quàm ſtantem poſſe ſtare vel cadere, quod eſt eſſe indifferentem) ergo potuiſſe cadere in iis qui ſtant, ſeu, quod idem eſt habuiſſe indifferentiam ad ſtandum aut cadendum, confert ad eam libertatem qua ſtetiſſe dicuntur. Sed illud clariùs adhuc expreſſit Proſper in eodem libro multò ſuperius cùm dixit, *Multis qui iam indicio rationis vtuntur, ideò liberum eſse diſcedere vt non diſceſsiſſe ſit præmium : & vt quod non poteſt niſi cooperante ſpiritu Dei fieri eorum meritis deputetur quorum id potuit voluntate non fieri.* Cap. 12. Vides hic expreſſam omnino bicornem libertatem cùm dicitur *ijs qui non diſcedunt liberum eſse diſcedere.* Nam in quantum non diſcedunt cum illa diſcedendi facultate eſt etiam ſine dubio liberum illis non diſcedere, atque ita liberum eſt diſcedere, vel non diſcedere, & vide quare requiratur illa diſcedendi facultas, vt inquit *non diſceſsiſſe ſit præmium.* Quid verò confert illa diſcedendi, hoc eſt non perſeuerandi facultas ad hoc vt perſeuerantia imputetur ad meritum, ſi non confert ad libertatem? facit igitur ad libertatem indifferẽtia & illa agẽdi vel non agẽdi ſimultanea facultas. Simultanea, inquam, ridiculum enim eſſet ſi quis putaret ex eo quòd facultas ſtandi ſuccedat facultati cadendi, quæ præceſſerat ante gratiam ad perſeuerandũ acceptam augeri meritum, vel quòd poſtquam deſiit ſpiritus Dei cooperari, exſerat ſeſe hominis facultas ad malè agendum, pretioſiorem fuiſſe illam actionem ad quam ſpiritus Dei cooperatus eſt: Ergo ſimul eſſe ſupponit Proſper & libertatem diſcedendi & libertatem ſtandi, item & facultatem cooperandi Spiritui ſancto, & facultatem ſuſpendendi illius actionem, hoc eſt autem eſſe plenam & proximam agendi vel non agendi indifferentiam. Nam remota illa poſſibilitas Baianis non eſt libertas, & ideò dicunt liberum arbitrium ante gratiam non eſſe liberum ad bonum. Cùm ergo Proſper dicit eſſe liberum ad

Digitized by Google

discedendum, intellige proximam potentiam; est enim proxima ad non discedendum postquam reipsa non disceditur, ergo est proxima & completa potestas discedendi & non discedendi, atque bicornis libertas & illa quam tuentur Scholastici, & quam impugnant Baiani indifferentia, quam esse quoque Augustinianam quindecim argumentis iam confectum est.

§. XIII.

Breuis solutio longarum obiectionum.

SED quid dicemus iis etiam Augustini testimonijs quibus suam Baiani sententiam confirmant. 1. Respondeo si adeò perspicua forent aque illa quæ à nobis allata sunt, Augustinum ea parte sequendum potiùs qua consentit cum Concilio Tridentino & communi Ecclesiæ doctrina, quàm eâ quà repugnare videtur: ac proinde torquenda potiùs in orthodoxam interpretationem hæc quàm illa. Sed nihil necesse est vel hanc sententiarum pugnam in Augustino suspicari: vel vim adhibere vllam vt communi doctrinæ minimè aduersum esse monstremus. Facillima solutio est, aduersarios in tota illa testimoniorum & locorum farragine operam perdidisse, cùm scopum ignorarent in quem erat collimandum. Desudarunt vt probarent & Deum & Beatos & Christum Dominum liberos esse, quamuis nullam habeant ad benè ac malè agendum indifferentiam; ergo non esse illam ad liberè agendum necessariam. Quis verò necessariam esse defendit? huncetiam locum magna diligentia munierunt, liberos esse damnatos & dæmones, quamuis tantam habeant ad malè ad agendum determinationem vt sit eis impossibile bene agere, vnde fit non esse igitur ad libertatem male agẽdi necessariam bene agendi potentiam, in quo nullus etiam nostrum est qui resistat. Sed ne hoc quidem probandum fuit ita determinatam esse Dei aut Beatorum aut Christi voluntatem ad bonum, vt non solum non possint in ma-

Digitized by Google

lum ferri, ſed neque abſtinere ab vno bono quin aliud ſpectent: aut ita determinatam eſſe ad malum libertatem dæmonum & damnatorum vt ab omni actu malo ceſſare poſſint. Sigillatim accipiendas eſſe contendimus liberas actiones ac de vnaquaque ſingulari dicendum, ideò liberam eſſe, quod cauſa quæ illam producit, ita non ſit ad producendum determinata quin poſſit non producere. Deum ergo ideò liberum eſſe in producendo mundo quia poteſt non producere, S Petrum ideo liberũ eſſe in impetrãda huic ægro ſanitate, quia poteſt non poſtulare, Chriſtũ eſſe liberũ, in Lazaro ſuſcitando, quia poteſt non ſuſcitare. Et ſimiliter dæmonem ideò liberũ eſſe in Adamo tentando, quia vel poteſt non tentare abſolutè, vel nondum, vel non hoc genere tentationis. Et ita in vniuerſum ad quodcumque aliqua cauſa dicetur libera, ad illud habere indifferentiam vel agendi, vel actionem cohibendi: & ad quodcumque illam non habet non eſſe liberam. Non eſt igitur liberum neque Deo, neque Chriſto, neque Beatis, π non peccare, quemadmodum neque dæmoni, neque reprobis π bene agere, ſed intra illam, vel non peccandi, vel non bene agendi neceſſitatem nullam eſſe liberam actionem cuius cohibenda poteſtas non adſit. Liberam autem dico, non à ſeruitute, non à peccato, ſed à neceſſitate quæ propria dicitur libertas arbitrij.

Ita igitur, conſtituendus fuit controuerſiæ ſtatus: & hoc quaſi punctum difficultatis deſignandum, ſit ne aliqua vſquam actio libera libertate arbitrij quam cauſa cui libera dicitur ſuſpendere non poſſit: Eſſe autem, dico nuſquam affirmatum ab Auguſtino, nec à Baianis probatum tota illa congerie teſtimoniorum; probabitur autem ſi monſtrauerint authore Auguſtino liberum eſſe libertate arbitrij amorem illũ v. g. quo ſe Deus amat, vel quo Chriſtus aut Beati Deum amant ad hoc ex clara eius viſione neceſſario determinari: & ſi quis alius eſt actus voluntatis, vel in Deo, vel in beatis, vel in dam-

Digitized by Google

natis quoad exercitium necessarius. Talem inquam aliquem actum si quando dixerit Augustinus esse liberum propriè dicta libertate arbitrij, fatebimur non esse necessariam ad huiusmodi libertatem indifferentiam agẽdi & non agendi. Sed *miraculum* erit lõgè rarius eo quòd iam quinquies decies patratum est in hac disputatione si huic prouocationi sic respondetur, vt in aliquibus eius libris vel semel inueniri queat vnus textus, vel vestigium opinionis istius, quòd voluntas, vel sub gratia quæ facit eam facere, vel sub quacumque alia dispositione sit libera, quamuis ab actu suo cessare non possit.

Iansen. tom 3. lib. 6. cap. 8.

Cap. 22. Nam quod afferunt Baiani ex libro tertio de libero arbitrio Angelos qui numquam peccauerunt nec peccaturi sunt, *à peccato abstinere libera voluntate.* Et vigesimo

Cap. vltimo secundo de Ciuitate. *Primum liberum arbitrium*, quale fuit in Adamo & Angelis, *posse non peccare, nouissimum non posse peccare; & inamissibilem esse voluntatem pietatis, quomodo est felicitatis, futuram ciuitatis illius & vnam in omnibus & inseparabilem in singulis voluntatem liberam, ab omni malo liberatam & fruentem indeficienter æternorum iucunditate gaudiorum:* Nihil aliud probant quàm quod dixi, longam illos operam perdidisse in excutiendo Augustino. Neque enim sanctissimus Antistes his & alijs id genus verbis vnum aliquem actum designat, qui & liber sit & exerceatur necessariò, vnam indicat rationem bonæ voluntatis innumeris actibus communem, quæ ideò perpetua, & immutabilis & inamissibilis dicitur, quod eadem perpetuò conseruetur, nihil obstante singulorum actuum mutabilitate, inceptione, ac desitione, dum hoc semper habet actus qui succedit quod habebat actus qui præcesserat, estque tum hic tum ille quædam pietatis & æquitatis voluntas; ac proinde etiam vterque voluntas quædam non peccandi, saltem implicita, & vt dicunt, virtualis, hac ratione dixit Philosophus æternas esse naturas vniuersas: nihil impediente

Digitized by Google

earum corruptione quibus insunt, quod eædem semper ac necessariò maneant, dum quod gignitur hoc ipsum est quod erat id quod est corruptum.

Esse hanc Augustini mentem poterant Baiani didicisse ex illis ipsis verbis quæ ipsimet citant, nisi oculos haberent ad quiduis aliud potiùs quam ad veritatem intuendam apertos. Nam cùm dixisset *inamissibilem esse voluntatem pietatis & æquitatis quomodo est felicitatis*; subdit. *Nam vtique peccando nec pietatem nec fælicitatem tenuimus: voluntatem vero felicitatis nec perdita felicitate, perdidimus.* Vides ita perpetuam, ita necessariam, ita inamissibilem æquitatis & pietatis voluntatem in beatis, quomodo est & felicitatis illa quæ in nobis ne perdita quidem felicitate perdi potuit: hoc est illa qua beati esse volumus, etiam dum à vera felicitate peccantes aberramus. Iam verò interrogo Baianos, an audeant cogitare vnam quandam in nobis esse felicitatis voluntatem, quæ sit perpetua & quoad exercitium necessaria? Quod si eos affirmare pudet, fateantur ergo perseuerantem illam & inamissibilem felicitatis voluntatem in nobis nihil aliud esse, quàm innumerabilem voluntatum multitudinem numero, specie, genere diuersarum; vel potiùs esse omnium omnino quantumuis differentium inter se voluntatum nostrarum multitudinem: quæ cùm in eo conueniant omnes quod aliquo modo appetant hoc quod est bene esse; aut hoc quod est malo carere: ideò communem habent rationem voluntatis qua beati esse volumus, nolumus autem esse miseri, & quia fieri aliter non potest, semperque necessarium est vt quidquid appetimus, sub aliqua ratione boni appetamus, quidquid refugimus, sub aliqua ratione mali refugiamus: ideò & necessaria dicitur atque inamissibilis voluntas felicitatis: impossibilis autem illius fuga. Quod minimè impedit quo minùs sit & pleniſſima libertas & maxima indifferentia circa singulos actus, qua fiat vt electionis nostræ sit, vt hic potius quàm illic felicitatem nostram quæra-

Sanct. tom. 3. lib. 6. cap. 8.

22. de Ciu. cap. vlt.

Digitized by Google

mus; & hoc potius quàm illud eius amore fugiamus. Atque ita quia nulla in nobis est felicitatis voluntas, quæ non possit non esse; ideò libera est, & quia similiter nulla est mali fuga quæ non possit non esse; nolle malum & nolle miserum esse pariter est liberum.

Idem igitur iudicium esse vult Augustinus de voluntate æquitatis & pietatis in beatis, quæ quando dicitur perpetua & inamissibilis, designatur omnium actuum quos exercere possunt beati multitudo; dum enim nullus inter eos reperiri potest cui non sit quædam æquitatis & pietatis voluntas, sequitur non obstante singulorum mutatione constantem esse atque immutabilem, & quod idem est, inamissibilem pietatis & æquitatis voluntatem, quod quia stat cum indifferentia voluntatis ad singulos actus, ideò etiam stare censetur cum eorum libertate.

Vnde fit vt etiam ipsum non peccare quodam sensu liberum sit beatis, non quidem per se præcisè, quasi verò in quibusdam circumstantijs pura à peccato abstinentia imputari possit eorum libertati, sed quia cùm quilibet eorum actus vt est quædam honesti prosequutio, ita sit & quædam peccati fuga, fieri potest vt ab eorum actuum quibus peccatum fugiunt indifferentia & libertate, ipsum fugere peccatum dicatur eis liberum, eodemque pariter sensu ipsum non peccare cum quo semper stat nihil liberum dici, nisi quod indifferens est, vel pendens à causa indifferenti.

Enchir c. 105. Iansen. tom. 3. lib. 6. cap. 8.

Eandem omnino esse constat Augustini mentem in illis verbis quæ Baiani referunt, *sicut ergo nunc anima nostra nolle infelicitatem: ita tunc nolle iniquitatem semper habitura est.* Quibus verbis hanc Baiani glossam subnectuut *vbi, nolle iniquitatem, seu vt ita dicam, noluntas iniquitatis eadem est quæ superius vocata fuit inamissibilis voluntas pietatis & æquitatis: itemque inseparabilis in singulis voluntas libera.* Ergo, inquam, sicut in nobis non est vnum quoddam *nolle infelicitatem*, sed est illa communis quædam ra-

Digitized by Google

tio omnibus actibus queis appetimus benè habere & carere malo: ita nec in beatis est vnum quoddam velle æquitatem & pietatem, quod liberum sit, sed est illa communis quædam ratio omnibus actibus quibus honestatem approbant & turpitudinem oderunt, cum eo tantum discrimine, quod in nobis interruptio quædam est interdum atque cessatio ab omni actu quo vel appetamus felicitatem vel oderimus infelicitatem. Vnde neque propriè dici possunt perpetui nisi ratione dispositionis quam habet voluntas vt contrarios nunquam admittat: in beatis non solum perpetua est illa dispositio sed ipsum quoque huiusmodi actuum exercitium dum alter alteri semper succedit sine somni vel alterius alicuius infirmitatis interruptione,

§. XIV.

Alia solutio minimè quidem necessaria, sed tamen sufficiens.

CONSTAT igitur ex iis quæ huc vsque disputata sunt, Augustinum nusquam propitium, omnibus locis fuisse Baianis aduersum. Quod si quando fauisse videretur, obiiceremus id ipsum quod ille in pari casu respondit aliquando cùm Donatistæ sanctum Cyprianum obiicerent, *Quas propter illud vnum isti considerent quod omnibus patet, si auctoritas Cypriani sequenda est (substitue Augustini) magis eam sequendam esse in vnitate seruanda*, quæ stare non potest cum dissensione ab iis quæ in Conciliis generalibus constituta sunt, *quam in Ecclesiæ consuetudine commutanda; si autem Concilium eius attenditur huic est vniuersæ Ecclesiæ posterius Concilium præponendum, cuius se membrum gaudebat & vt se in totius corporis compage retinendum cæteri imitarentur, sæpius admonebat.* Idem scilicet Augustinus admoneat *posterioribus Conciliis* adhærendum, atque ab iis discedendũ quæ priorum seu Patrum seu Conciliarum mens fuerit, spectandam etiam neque *commutandam*

De Bapt. con. Donat. lib. 2. cap. 3.

Digitized by Google

Eccleſiæ conſuetudinem, non illam quæ in vſu rerum functionumque ſita eſt, ſed præcipuè quæ pertinet ad communem ſentiendi loquendique rationem: hoc igitur iterum atque iterum Baiani conſiderent, ſi ſequendus ſit Auguſtinus, in eo ſequendum maximè in quo ille vnius Doctoris ſententiam negat eſſe multitudini præferendam, nec cuicunq; multitudini, ſed vnum in Concilium coactæ, ſed Eccleſiæ totius ſenſum fidemque repræſentanti, ſed approbatæ ab Eccleſiâ etiam totâ acceptante ſine mora vel hæſitatione vllâ eius decreta & credendorum deciſiones. Hoc ſi Baiani conſideraverint, intelligent profecto poſtulare Auguſtinum vt ſe in eo potiùs ſequantur, quàm in eo quod illis videtur docuiſſe contrarium. Et vt non dubitent hunc fuiſſe ſemper Auguſtini animum præter hunc locum inquo verſamur,

Conſiderent ſecundò, id quod ille non veretur dicere in faciem ipſi Chryſoſtomo, quem è terris alloquitur iam inter cælites agentem, ſe illi nequaquam conſenſurum ſi diuerſa ſentiret à coepiſcopis. Quid enim cenſemus? Auguſtinum ſi viueret auſurum diſcedere à Concilio Generali ſolum, qui vel cum Chryſoſtomo non auderet a communi ſententia coëpiſcoporum diſſentire?

Conſiderent tertiò quod dicit de baptiſmo hæreticorum, *Patres Epiſcopos diſceptare ac fluctuare potuiſſe donec*
De Bapt. con. Donat. lib. 1. cap. 7 *plenario totius Orbis Concilio quod ſaluberrimè ſentiebatur etiam remotis dubitationibus firmaretur*: & *nullam eſſe iam*
» *quæſtionem quin hæretici & habeãt & dare poſſint baptiſmũ*
» *hoc enim iam in ipſa totius orbis vnitate diſcuſſum, conſide-*
» *ratum, perfectum atque firmatum eſſe.* & *Quod per vniuerſæ*
Con. Ep. Parmen. lib. 2. cap. 13. *Eccleſiæ ſtatuta firmatum eſt, vel vnius Epiſcopi auctoritati, vel vnius Prouinciæ Concilio præferendum*: &, *Concilia quæ*
De Bapt. con. Don. lib. 2. cap. 1. *per ſingulas regiones vel prouincias fiunt plenariorum Conci-*
lb. cap. 3. *liorum auctoritati quæ fiunt ex vniuerſo Orbe Chriſtiano ſine vllis ambagibus cedere, ipſaque plenaria ſæpe priora poſterioribus*

ribus emendari, legum ſcilicet vel cõtemperatione vel ſi opus eſt abrogatione, dogmatum verò non mutatione ſed elucidatione maiori; præſertim ſi legitima erant illa priora & neceſſariâ conſenſione membrorum cum capite confirmata, vt habeant hic etiam noſtrates Illuminati vnde ſe Anti-Auguſtinianos eſſe cognoſcant, dum corruptionem interpretantur, ordiníſque pertubationem, quod recentioribus temporibus in Eccleſia conſtitutum eſt circa Sacramentorum vſum, contenduntque hodiernam Eccleſiam ex antiqua emendandam, cùm Auguſtinus emendari malit antiquam ex hodierna, ſi tamen emendari dicenda ſit, quæ non negatur pro ratione temporum conſtituere debuiſſe quod conſtituit, quódque alio tantùm rerum occurſu poſtulante aliter eſſe conſtituendum decernitur.

Conſiderent quartò, quod iterũ inculcat Auguſtinus, nihil vetare quominus aliquis *vniuerſalis Concilii admonitus firmitate videat aliquid quod non viderint qui plenarium de hac re Concilium nondum habebant, tametſi magnis virtutum firmamentis ac meritis magnaque copia gratiarum præcellerent.* Item illud, Cyprianum *cum Concilio Prouinciæ ſuæ ſine dubio ceſſurum fuiſſe ſi iam illo tempore quæſtionis huius de baptiſmo hæreticorum veritas eliquata & declarata per plenarium Concilium ſolidaretur*, hoc eſt *ceſſurum vniuerſi orbis auctoritati patefactâ veritate.* Et illud; *Nimium dura, nimium diabolica eſſe hominum corda quæ adhuc tantæ manifeſtationi veritatis obſiſtunt*, quanta ſcilicet facta eſt in Concilio Carthaginenſi, in quo Donatiſtæ poſt longam diſceptationem conuicti ſunt. Et illud; *Finitam eſſe cauſam Pelagianorum apud competens iudicium communium Epiſcoporum: nec amplius cum illis agendum eſſe quantum ad ius examinis, niſi vt prolatam de hac re ſententiam cum pace ſequantur, quod ſi noluerint à turbulenta, vel inſidioſa inquietudine cohibendos.* Et illud, *Conterendos eſſe* Pelagianos *vigilantia & diligentia paſtorali poſt factum illis competens ſatisficiensque iudicium* (in prioribus Africæ Concilijs) con-

De Bapt. con. Don. lib. 4. cap. 6.

lb. lib. 2. c. 4

Ep. 152.

Digitized by Google

terendos inquam instar *luporum vbicunque apparuerint, siue vt sanentur atque mutentur, siue vt ab aliorum salute atque integritate vitentur.* Quid etiam dicent Baiani Augustinum excipere seipsum cum dicit posteros alicuius Cõcilij sanctionibus eruditos, videre aliquid posse quod non viderat vnus quidam Patrum qui ea luce carebat, quamuis cæteris meritorum & gratiarum, prærogatiuis præferendus? Non fecerit de Cypriano coniecturam ex suo ipsius animo, cum dixit cessurum fuisse Cyprianum cum toto Prouinciæ suæ Concilio, si tum veritas quæ illum latebat eliquata fuisset & declarata per plenarium Concilium? habuerit ipse, *Cornimium durum, niumque diabolicum*, vt resistendum putaret non vnius Africæ, sed totius orbis coactis in vnum Episcopis; & contenderit esse adhuc ius examinis nec tanquam finita causa acquiescere voluerit iudicio communium Episcoporum *insidiosa turbulentaque inquietudine?* lupum denique suo se ipse ore vocauerit vbique *conterendum* si sanari atque mutari nollet? hæc vbi Baiani Augustino monente considerauerint, non dubitabunt, si quid occurreret in quo ille paulò asperius videretur esse loquutus quàm postea Tridentinum vel quoduis aliud Concilium exposuisset, facturos se contra manifestissimum Augustini iudicium testatissimámque voluntatem, nisi malint illius sententiam ex Tridentino mollire, quam ex quibusdam illius verbis Tridentino vim inferre.

Supra ex. li. 2. con. Don. c. 4.

Denique hoc considerent pro eodem haberi ab Augustino *plenarii Concilij & totius orbis authoritatem*, hoc est eandem esse generalis Concilij & Ecclesiæ vniuersæ infallibilitatem. Videant igitur etiam atque etiam quid de Tridentino, quid de hodierna Ecclesia dicere habeant. Connexa enim inuicem hæc sunt nec fieri potest vt cum mutuis testimonijs Ecclesia Concilio, Concilium Ecclesiæ certitudinem adstruant, nutante vnius fide inconcussa sit fides alterius. Si cui ergo suspecta sit Concilij fides, quid moratur? laruam deponat & Eccle-

ſia quoque repudiata Geneuam ad fratres pergat. Hoc autem intelligat ſe conſilij tam impij Auguſtinum authorem & fruſtra & falſò appellaturum. Auguſtinus enim eſt qui Eccleſiam hoc perpetuo futuram promittit quod eſſe videbatur eius ætate, vt ante monſtratum eſt. Neque enim fortuitam putauit & veluti ex quadam illorum tẽporum felicitate Eccleſiaſticæ fidei rectitudinem annis ſequentibus deſituram, cùm dixit: *Neceſſe eſſe vt falſa loquatur, neceſſe inquam eſſe vt falſa loquatur, qui aut concipi noluit in ventre Eccleſiæ, aut quem conceptum mater excuſſit*; dum negauit fieri poſſe *vt euacuaretur fides Dei de Eccleſia futura & diffundenda vſque ad terminos orbis terræ, quæ in promiſſis Patrum retenta & nunc exhibita eſt.* Dum obtendentibus Donatiſtis hoc Eccleſiæ accidiſſe quod hæretici putant accidere poſſe, nempe & deficere, hoc eſt & perdere fidei veritatem, exclamat, *O impudentem vocem!* pergitque vocare *vocem abominabilem, & deteſtabilem, præſumptionis & falſitatis plenam, nulla veritate ſuffultam, nulla ſapientia illuminatam, nullo ſale conditam, vanam, temerariam, præcipitem, perniciosam, quam Spiritus ſanctus præuiderit, & contra quam pronuntianerit illud: Ecce ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſæculi.* Dum negat, *timendum eſse nequando euertatur ciuitas hæc quæ mundum tenuit aliquando, eo quòd Deus eam in æternum fundauerit.* Dum iterum negat, *pugnantem contra hæreſes expugnari poſſe, manere enim in radice ſua, in vite ſua, in charitate ſua: nec fore vnquam vt portæ inferorum vincant eam.* Dum Eccleſiam vocat, *ſolidum fidei fundamentum, tutiſsimam ſpeculam, locum à Deo deſignatum docente, Ecce locus eſt penes me & ſtabis ſuper petram. Et poſt Domini clarificationem nos eſse ſuper illam petram ſolidatos.* His & alijs id genus teſtimonijs totiſque contra illam quam Donatiſtæ prætexebant orbis tortarum apoſtaſiam ſcriptis libris conuincitur aut abiurandum eſſe Auguſtinum, aut credendum tam eſſe infallibilem hodie ſub Innocentio decimo, Catholicam Eccleſiam, quàm erat infallibilis ſub Innocentio primo, vel

In Pſal. 57.

Con. Ep. Parm. lib. 1. cap. 1.

In Pſal. 108. con. 1. "

In Pſal 47.

De Symbolo ad Cat. lib. 1. cap 5. De Trinit. lib. 2. cap 17 "

Exod. 33.

Digitized by Google

Zosimo Augustini tempore: & consequenter eodem iure postulandum vt ad Ecclesiæ hodiernæ præscripta suã quisque fidem exigat quod postulabat olim Augustinus vt exigeretur ad normam Ecclesiæ quæ tunc erat: & quia inseparabilis est, vt dixi, Tridentini & alterius cuiusuis similis Concilij fides ab Ecclesiæ fide, fatendum est neminem vnquam futurum magis Augustinianum quàm qui de Augustino senserit ea quæ sequuntur.

Primò, si cui videretur aperta quædam inter Augustinum & recentis alicuius Concilij aut Ecclesiæ hodiernæ doctrinam repugnantia debere illum sine vlla dubitatione discedere ab Augustino vt adhæreat Ecclesiæ: neque timendum vt quia discedit ab Augustino discedat ab antiqua Ecclesia. Postquam enim constat ex Augustino infallibilem esse vtramque, fieri non potest vt qui consentit hodiernæ, ab antiqua dissentiat, esseque necessarium iuxta sancti Præsulis principia, vt si quam eius doctrinam Ecclesia hodierna minus probaret: nec illam antiqua probauerit.

Secundò, si quando non esset aperta repugnantia, quòd obscurum esset apud Augustinum cõtrarium eius quod in Ecclesiæ hodiernæ Conciliorumque recentium doctrina manifestum est: Augustinum interpretandum ex Conciliorum & Ecclesiæ sentẽtia, in eamque partem esse flectendum, non è contrario vim inferendam apertis decisionibus Conciliorum & Ecclesiæ, vt ea sequamur quæ sunt apud Augustinum minus aperta.

Tertiò, si obscurum esset in Ecclesiæ doctrina contrarium eius quod alicui videtur esse perspicuum apud Augustinum, poterit ille quidem ex Augustini luce has vmbras fugare: non erit tamen hoc necessarium expeditiori ratione occurrente. Non enim Ecclesiam sequimur sopitam, aut elinguem, aut procul positam. Viuit illa, sempérque vigilat & loquitur & præsens est. Ergo illam consulamus audituri quid opus sit facto dum nulla est manifesta definitio earum quæstionum quæ

Digitized by Google

vocantur in controuerſiam. Dicet fortaſſe quod dixit olim Cæleſtinus in eadem cauſa, ſe neque contemnere quod docuit Auguſtinus, nec neceſſe habere id adſtruere: ergo liberam eſſe in vtramque partem diſputandi facultatem. Purgabit etiam fortaſſe fideles oculos, docebitque imaginariam eſſe lucem illam quæ apud Auguſtinũ fulgere putabatur, ſanatáque ophthalmia & Baium & Baianos contraria viſuros, quod Collyriumiam à Pio V. à Gregorio XIII. ab Vrbano VIII. paratum eſt.

Quartò, ſi vtrimque tenebræ apparcant, ſitque obſcurum apud Auguſtinum contrarium eius, quod in Eccleſiæ vel Conciliorum doctrina, videtur etiam inexplicatum, animis ad obediendum luci cum affulſerit paratis, liberam quidem fore diſputationem, ſed ita vt prę-ualere debeant ſuſpiciones illæ, queis probabile ſit aliud in Eccleſiæ doctrina contineri, quàm contineatur in doctrina Auguſtini, hoc enim poſtulat præiudicium infallibilitatis: ſed hic quoque interroganda Eccleſia eſt, vt ſi quod ſubſit periculum, demonſtret quà tandem ratione tuti eſſe poſſumus.

Atque in eo deſiderari potuit Baianorum, aliorumque huius ætatis Illuminatorum, eorúmque ſectatorum prudentia, qui cùm non ignorarent nouum aliquid atque à communi ſenſu Eccleſiæ hodiernæ alienum proponi, non viderunt tutius eſſe ſuſpenſâ interim ſententia expectare quid illa pronuntiaret, quàm iudicio præcipiti anteuertere ineluctabilem ſuperioris ſubſellii deſinitionem: ita vt cùm indemnes eſſe poſſent in alieno periculo, litigantium ſpectatores & arbitri, maluerint partibus implicari, aleamque ſubire damnationis, & ſtare ſub ictu Anathematis, ſi forte deterior iudicaretur pars illa quam elegerunt. Neque verò eſt cur quemquam decipiat, quod illi antiquitatem ingeminant, hoc enim prius diſertè ab illis exponendum eſt; velint ne iisdem tantum conditionibus diſputare quibus Hæretici. Nam quia illi Eccleſiæ authori-

Digitized by Google

tatem repudiant, cuius fidem corruptam esse impudenter calumniantur : neque tamen eò vsque processit inuerecundia quin aliquot post Christum seculis perseuerasse integram fateantur ; quod dant accipimus, collatisque temporibus hodiernam Ecclesiam quam impugnant ex veteri quam approbant defendimus, ad scripta Patrum qui prioribus illis vixere temporibus prouocantes : vt dum talem esse quæ in eorum monumentis repręsentatur Ecclesię doctrinam conspexerint, qualis hodieque traditur, conuincamus non posse illos ab Ecclesiâ hodiernâ meritò dissentire, qui videri volunt consentire veteri. Quod si Baianos pudet eâdem vti circunscriptione, neque ignorant sibi minimè integrum esse saluâ Catholicorum communione, ab Ecclesiâ hodiernâ prouocare ad antiquam ; quo pergunt ? & cur mortuos tantum interpretes adhibendos putant earum rerum quas viui præsentesque certo docere possunt ? Augustini doctrinæ si vera est, non potest illa repugnare quam Spiritus sanctus nullam veritatem celauit : aut si repugnat, non fuerit verum quod illa improbauerit, ac proinde nec Augustinianum, si quidem Augustinus ignorare nunquam potuit quod erat verum. Inde igitur certò sciamus, & quid docuerit Augustinus, & quæ legitima sit eorum quæ docuit interpretatio. Quid timemus ? Ne cui Deus tradidit infallibilem verbi sui intelligentiam, non dederit penetrare sensa SS. Patrum ? atqui cohærere ista necesse est, nec fieri potest vt quæ à Deo didicit, quæ sit germana scripturæ interpretatio, nesciat tamen vtrum illam Augustinus assecutus sit, dum de gratia diuina disputauit deque libero arbitrio & Prædestinatione. Quare hoc semper vrgendum est, vt dicant Baiani quanti faciant Ecclesiam hodiernam : intelligántque controuersijs Catholicorum & Disputationibus hanc esse præfixam legem, in iis quæ ad fidem spectant, inter Romam & Geneuam, seu siquæ alia est metropolis hæreticorum, medium nullum est.

Digitized by Google

LIBER TERTIVS.

Nec opponendum Auguſtinum Decretis Pontificum.

CAPVT I.

Opponunt Baiani.

AVGVSTINVM & Romanos Pontifices à Baianis committi nihil neceſſe eſt vt probemus, nimirum id & teſtantur Pontifices & ipſimet Baiani confitentur. In auribus oculiſque omnium eſt Vrbani 8. Conſtitutio quâ certò compertum pronunciatur Baianos proſcriptam iam antea Doctrinam, veluti Auguſtinianam reſtituere conatos. Quod autem illi non acquieſcunt Apoſtolicæ ſedis iudicio, pergúntque illius Conſtitutionis vim oppugnare commentitiis rationibus hoc conſequuntur, vt confirmetur magis, magiſque innoteſcat & Eccleſiæ ſenſus & pertinacia repugnantium, vt monſtrabitur paulò poſt. Neq; verò eſt cur Baiani ſibi quidquã imponi querãtur qui poſtquam egerunt, quantum in ipſis fuit, vt oſtenderent diſcrimen eſſe aliquot inter damnatam à duobus Pontificibus Baii doctrinam & ſuam: coguntur tandem in aliquibus ſaltem capitibus conformitatem confiteri vt ex ipſorum ſcriptis conſtat: Namquæ eſt Baii vigeſima quinta propoſitio de operibus infidelium & virtutibus Philoſophorum, *tam conſtanter & luculentè tot modis ab Auguſtino traditam putant vt ſi vlla eſt Doctrina in Lucubrationibus eius manifeſta, minus obnoxia*

Ianſ. tom. 2. lib. 4. de ſtatu nat. lapſæ c. 27.

cauillationibus, illa eminet inter omnes. Et quod dicitur de illa vigesimâ quintâ, *idem pari ratione dicendum in aliis tribus, vigesimâ octauâ*: Quòd nulli tentationi resisti possit sine gratiæ adiutorio sic vt ab ea homo non superetur, vel sic vt peccatum vitet, & *trigesimâ sextâ* Quod nihil boni operis naturalis, hoc est quod ex naturæ solis viribus ortum ducat, agnosci debeat. & *sexagesimâ tertiâ* Quod nullus vsus liberi arbitrii bonus siue non malus sine gratia haberi possit, de quibus ita pronuntiauit. *Sicut negare non possum omnes illas propositiones constantissimè sine vlla fluctuatione docuisse contra Pelagianos Augustinum; ita dubitare non possum eas velut bases totius Doctrinæ de Gratia & libero arbitrio & consequenter tanquam Doctrinam Catholicam indubitatam tradidisse.* Et quod Scholastici quidam crediderãt non damnari a Pio V. Gregorio XIII. propositiones illas per se ipsas, sed improbari censuram quæ addebatur à Baio cum notam Pelagianismi dissentientibus inureret, hoc ipsum Augustino auctore factum contendunt, Qui non solum doctrinam à Baio improbatam in istis propositionibus improbauit. *Sed etiam velut Pelagianum errorem abhorruit, sine cuius censuræ certitudine principia eius de gratiæ diuinæ necessitate funditus labefacta collabuntur* vt iam nemini dubium esse possit, quin hoc ipsum quod à Pontificibus Romanis damnatum conceditur, à Baianis & verum esse & ab Augustino traditum ab iisdem asseratur. Idem dicunt de quinquagesimaquintâ quâ dicitur *Deum non potuisse talem ab initio creare hominem qualis nunc nascitur.* hanc enim contendunt & ab Augustino traditam & à duobus Pontificibus sine dubio damnatam. Quid ergo facimus? Rubiconem transibimus, fatebimurque & Augustino & veritati contrarias esse Romanorum Pontificum in controuersijs fidei definitiones? Respondet istorum hominum Coryphæus. *Ingenuè fateor mihi hic aquam hærere, & quid ergo ad propositionem quam proscripsit Apostolica sedes? hæreo, fateor.*

Ianf. loc. cit cap. 26.

Ianf. ib. 9ap. 27.

Ianf tom. 2. lib. 3. de statu puræ nat. cap. 22.

Iauf. tom 2. lib 4. de statu nat. lap. cap. 17. Et lib. 3. de statu puræ nat. cap. 22

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT II.

Reſiſtere Baianis Auguſtinum.

SED hæres in plano, mi Doctor, perge, perge, Auguſtinus viam monſtrat, ſecuritatem tibi Eccleſiæ antiquæ fides præſtare potuiſſet: nec eſſet vel ſcandalum vel fouea ſuſpicanda, vbi SS. Patrum & ſeorſum & in Concilia Prouincialia, Nationalia, Oecumenica, coëuntium conſpicerentur impreſſa veſtigia, ſed quando Auguſtinus tibi eſt *inſtar omnium, loco omniũ, ſupra omnes, Pater Patrum, Doctor Doctorum, primus poſt ſcriptores canonicos, inter omnes verè ſolidus, ſubtilis, irrefragabilis, Angelicus, Seraphicus, excellentiſſimus & ineffabiliter mirabilis*, qui errantem ducentis annis Eccleſiam in viam reduxit, ab illo ſaltem diſce minimè *hærendum*, eſſe dum trahit Apoſtolicæ ſedis authoritas, etiam ſi vnus aliquis Patrum retrahere videretur. Supra c. 3. Ianſ tom. 2. l. 1. proœm; cap. 24. Supra c. 1.

Auguſtinus eſt qui, vt, qualis ſit Eccleſiæ Latinæ fides repræſentet, Innocentium producit Romanum Epiſcopum *illi Eccleſiæ præſidentem*. Qui Iulianum affirmat euaſurum fuiſſe Pelagianos laqueos, ſi voluiſſet illum audire. Qui negat potuiſſe illum aliud Africanis reſpondere Concilijs niſi quod Antiquitus Apoſtolica ſedes & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia. Qui pronuntiat eum quamuis ſit *tempore poſterior* Irenæo, Cypriano, Reticio, Olympo, Hilario, Ambroſio, eſſe tamen *priorem loco*. Qui nefas putat exiſtimare Chryſoſtomum à communi ſententia Coëpiſcoporum ſuorum diſceſſurum *maximèque Romani Innocentii*. Quis dubitat Auguſtinum eadem dicturum de Pio; de Gregorio, de Vrbano, quod dicebat de Innocentio? Et quid valeret illius argumentatio ſi authoritas illa Innocentij qua Iulianum vrget, à perſona & non potius ab officio ac miniſterio peteretur? Quod ſi ea eſt illius ſedis prærogatiua vt quæ eſt Epiſcopi Romani eadem eſſe cenſeatur Eccleſiæ Lib. i. cont. Iul.

Digitized by Google

Latinæ fides, vt exuat laqueos hæreticorum qui ei adhæret: vt non possit aliud respondere quàm quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris tenet perseueranter Ecclesia: vt ei sit *maximè* consentiendũ: quis negare possit legitimos Innocẽtij successores eadem authoritate pollere & licet Augustino sint tempore posteriores, esse tamen *priores loco*, nimirum in maioribus causis, cuiusmodi sunt causæ fidei, decidendis: hærent igitur Baiistæ vbi eos Augustinus etiam impellit.

Augustinus est qui cum Concilio Carthaginensi sexaginta & octo Episcoporum ab eodem Innocentio petit vt eorum statutis contra Pelagianos quæ vocant, *suæ mediocritatis statuta, Apostolicæ sedis adhibeat authoritatem, pro tuenda salute multorum & quorumdam peruersitate corrigenda*: Quia *infirmiores illi sunt*, ideò Pelagianos *pati & crebrius & audacius insurgentes*: Innocentium *maiori gratia de sede Apostolica prædicare*: *non dubitare se cum gesta Episcopalia conspexerit*, quæ in Oriente in eadem causa cõfecta sunt contra Pelagium; *id iudicaturum vnde omnes in misericordia Dei gaudeant.* Aug. ep. 9. & 9.

Idem præstat & cum Mileuitano Concilio duorum & sexaginta Episcoporum qui ad eundem Innocentium ideò recurrunt in eadem causa Pelagij. Quod sciant illum *à Domino gratiæ suæ præcipuo munere in sede Apostolica collocatum; vnde precantur vt magnis periculis infirmorum membrorum Christi, pastoralem diligentiam adhibere dignetur, imputandum ad culpam negligentiæ si apud illum tacerent quæ pro Ecclesia suggerenda sunt. Confligere* quidem contra Pelagium in Oriente quàm plurimos atque inter eos *& fratrem & compresbyterum Hieronymum*, sed *arbitrari se adiuuante misericordia Dei nostri Iesu Christi, qui & consulentem regit* Innocentium, *& orantem exaudit, ipsius authoritati de sanctarum scripturarum authoritate deprompta, facilius eos qui tam peruersa & pernicioſa sentiunt, esse cessuros.* En vt Augustinus cum omnibus ex Africa vniuersa congregatis Episcopis ab Episcopo Romano firmitatem pe- Aug. ep. 92.

Digitized by Google

tunt, & ſperant illius ſententiæ tanquam authoritati maiori ceſſuros Pelagianos: vt ſe præ illo fatentur infirmos: vt illius authoritatem diſtingunt quod deprompta ſit de ſcripturarum diuinarum authoritate. Quarum verò ſcripturarum niſi earum, quibus dicitur, *Tu es Petrus, & confirma fratres tuos*, &, *Paſce oues meas*? & ideò ad *paſtoralem* illius diligentiam pertinere putant, & præſentem Africæ neceſſitatem; & vltima Oriẽtis confinia in quibus Pelagius, quem corrigendum proponunt, tunc morabatur. Et non ſunt Baiiſtæ mirabiles dum *hærent* ad manifeſtas Romanorum Pontificum definitiones, quaſi lubricum foret, quod Auguſtino cum vniuerſis Africæ Eccleſiis ſtabile ac tutum viſum eſt? non ſunt iterum mirabiles, dum ſe immobiles, ſperant vno nixos Auguſtino, qui ſe cùm totis Affricę Eccleſijs infirmum putat niſi robur accederet ab Epiſcopi Romani authoritate? Nam quod ad Innocentium, non vt Innocentium confugiant, ſed vt Epiſcopum Romanum: ac proinde quod idem fuerit credendum de legitimis Innocentij ſucceſſoribus omnibus ſatis probant & cùm illam Innocentium authoritatem ſedi attribuunt, & cùm eam à ſcripturis petunt, quæ perſonam Innocentij non deſignant, ſed officium.

Auguſtinus eſt, qui alijs ad Innocentium litteris cum Coëpiſcopis ſuis Aurelio, Alipio, Euodio, & Poſſidio ab eo petit vt Pelagium accerſat Romam *diligenter interrogandum quam dicat gratiam qua fatetur nos adiuuari*, & ſi ſua eſſe negat quæ illi obiiciuntur anathematizet, *ea tamen*, « inquiunt, *& damnet paterna exhortatione & authoritate ſanctimoniæ tuæ. Si cognouerint* Pelagiani, *eumdem librum quem* « *illius vel putant eſſe vel norunt, Epiſcoporum Catholicorum au-* « *thoritate & maximè ſanctitatis tuæ quam apud eum eſſe maio-* « *ris ponderis minimè dubitamus, ab eodem ipſo anathematiza-* « *tum atque damnatum, non eos vlterius exiſtimamus auſuros lo-* « *quendo contra gratiam Dei, quæ reuelata eſt per Paſſionem &* « *Reſurrectionem Chriſti, pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana* «

Digitized by Google

turbare. Addit Augustinus mittere se ad eundem Innocentium Epistolam *ad ipsum*, inquit, Pelagium, *scriptam ab* " *vno nostrum ad quem per quemdam Orientalem Diaconum, ci-* " *uem autem Hipponensem, tanquam purgationis suæ quædam* " *scripta transmisit, melius iudicantes & petentes, vt ei mittere ipse* " *digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in* " *illa eum, qui misit, quàm qui scripsit attendens.* Et post ex- " plicata contra Pelagianum errorem testimonia multa & " argumenta, Epistolam ita concludit: *Dabit nobis sanè ve-* " *niam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem Epistolam* " *fortassis quàm velles tuæ misimus sanctitati. Non enim riuu-* " *lum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, sed in hac non* " *parua tentatione temporis. Vtrum etiam noster licet exiguus, &* " *eodem quo tuus abundans emanet capite fluentorum, hoc à te pro-* " *bari volumus, tuisque rescriptis de communi participatione vnius* " *gratiæ consolari*, Fuerit que sine dubio eadem ratio cur ad eundem etiam misit scriptum à se librum de natura & gratia; vnà cum Pelagij libro quem refutat, vt in eadem Epistola narratur. Hic ergo quis non meritò petat à Baiistis, vt tantumdem tribuant Episcopo Romano quantum illi non denegaturum Pelagium & Pelagianos Augustinus sperat, tantam scilicet authoritatem, vt *accitus*, ab vsque Oriente Pelagius venire debeat, seque sistere *interrogandum*, & *anathematizare* quæ ab ipso nouerit esse damnata? Quare igitur *hærent* incerti sint ne *anathemandæ* propositiones quas non dubitãt fuisse à duobus Innocẽtii successoribus anathemate damnatas. Et qui tam apertè Augustino repugnant, quomodo possunt se Augustinianos esse videri sibi? An non potiùs Anti-Augustiniani dicendi sunt, qui tam peruersè Augustinum imitantur, vt sententias Romanorum Pontificum explorare velint ad limam Augustini, qui suam potius ipse doctrinam explorandam proponit Romano Pontifici, interim dubius an emanet ex eodem capite fluentorum, vnde non dubitat scaturire largum illius fontem? hoc igitur est esse Augustinianum, vbi Augu-

Digitized by Google

ſtinus *hæret* nihil timere, & *hærere* vbi ille firmus eſt?

Auguſtinus eſt qui & ad proprias ipſius & ad communes duorum quæ dixi Conciliorum literas Innocentium reſpondiſſe dicit, vt decebat Romanæ ſedis Antiſtitem, Epiſt. 106.

Miſſæ ſunt inquit ex duobus Concilijs Carthaginenſi & Mileuitano relationes ad Apoſtolicam ſedem .... ſcripſimus etiam ad Beatæ memoriæ Papam Innocentium Epiſtolas familiares, vbi de ipſa cauſa aliquanto diutiùs egimus. Ad omnia nobis ille reſcripſit eodem modo quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem, vt videri poſſit hoc etiam loco iudicium Eraſmi corruptiſſimum, dum Innocentium in eiſdem Epiſtolis *nec dictionem*; nec ingenium, *nec eruditionem tali præſide dignam* oſtendiſſe putat, & *ſæuum potius quàm eruditum, & ad damnandum quàm ad docendum inſtructiorem fuiſſe.* Eraſmi ſcilicet intererat laudari potiſſimùm illos, qui hæreticos palpant, vituperari qui ſtringunt & improbant: ſed eius quoque referebat plurimum, & imitari modeſtiam Auguſtini, quam laudat, & iudicium ſequi, quod magni facit.

Quid igitur cenſet is quem Auguſtinus reſpondiſſe dicit: *eo modo quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem.* Reſpondet, *Antiquæ regulæ formam eſſe toto ſemper orbe ſeruatam; ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia, ab* eo debere definiri ad quem ſpectat *ſollicitudo omnium Eccleſiarum: per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanare, præſertim quoties fidei ratio ventilatur? non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris authorem referre debere, quod per totum mundum poſſit omnibus in commune prodeſſe. Antiquæ traditionis exempla ſeruaſſe, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ memores vera ratione firmaſſe,* Apoſtolicam ſedem *conſulendo*, id quod antea ipſi ſtatuerant: Iam ab initio perſuaſum *vt quidquid de diſiunctis remotiſque Prouincijs ageretur non prius duceretur finiendum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret, vbi tota eius authoritate iuſtaque fuerit pronuntiatio firmaretur, indéque ſumerent cæteræ Eccleſiæ velut de natali ſuo fonte. Monſtruſſe Epiſcopos Africæ ſuam ſollicitudi-*

Digitized by Google

nem pro omni vtilitate; dum per cunctas totius orbis terrarum Ecclesias, omnibus vna quod prosit decernendum esse deposcunt.

Ex Augustino. *loquitur vt oportet* qui dicit *verâ ratione firmari* quod constitutum est ab inferioribus Episcopis quando *consulitur* Romana sedes: nec finitum creditur quod agitatur *in disiunctis remotisque prouinciis*, donec *perueniat ad huius sedis notitiam*: Illum *natalem esse fontem* verarum decisionum & *totâ ibi auctoritate firmari iustas pronuntiationes*, decernique *quid per cunctas totius orbis Ecclesias tenendum sit*, Rectè loquitur qui hoc dicit inquit Augustinus, & tamen illi rectè sentiunt atque ad mentem Augustini, qui *hærent* vbi ad *rationem* illam *firmam*, vbi ad *natalem illum fontem*, vbi ad manifestas illas *toraque auctoritate firmatas pronuntiationes* peruenere, quasi *finitum* esset non expectatâ vlteriori sententiâ quod videbantur sibi apud vnum Augustinum inuenisse? Et quid sibi volunt isti qui *hærent*, hoc est qui *anxii sunt*, cùm ad illam regulam peruenere, quæ solita erat adhiberi ex antiquâ traditione ad tollendas *anxietates* Quid sibi volunt dum venenum suspicantur in *Apostolico illo fonte* vnde haurire solitæ sunt omnes prouinciæ, quando *fidei ratio ventilatur*? Dicant quæso vbinam gentium habitent qui vltra *disiunctas remotasque prouincias* positi contineri nolunt *toto mundo*, cunctisque totius orbis Ecclesiis non nisi ad Petrum in hisce causis confugientibus? Et Augustiniani sunt qui Augustinum hæc rectè dici pronuntiantem audire nolunt?

b. Retr. c. 50 Augustinus est qui *Pelagianam hæresim cum suis Auctoribus ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ* prius *Innocentio, deinde Zosimo cooperantibus Conciliorum Affricanorum literis, conuictã atque damnatã refert.* Vbi cernere est Pelagiani erroris condemnationem & conuictionem Episcopi Romani auctoritati attribui, non Conciliis Africanis, nisi vt cooperantibus; nec aliter cooperantibus quàm per literas, quibus illam condemnationem postularunt, vt firmum esset vbique terrarum, quod ab

Digitized by Google

ipſis fuerat in Africa conſtitutum. Ex Baiiſtis autem quæro, quid minus poſſint duo Epiſcopi Romani *Pius* & Gregorius, aut quid minus valeant quàm potuere aut valuere alii duo Innocentius & Zozimus? Quod ſi par eſt vtrorumque auctoritas, quidni perinde cenſentur damnati conuictique Baii errores â duobus Epiſcopis Eccleſiæ Romanæ priùs Pio, deinde Gregorio, ac Pelagii ab aliis item duobus prius Innocentio, deinde Zoſimo? Et ſi minimè dubia eſt illa damnatio quâ fronte audeant Baiiſtæ reducere doctrinam iam præſcriptam, atque illud verum eſſe contendere, quod non negant fuiſſe damnatum.

His adde quod ſcribit Proſper, qui paulo certiùs quàm Baiiſtæ Auguſtini arcana omnia nouerat, dum refert Zoſimum Papam Concilijs Africanis *ſententiæ ſuæ robur annexuiſſe & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteram omnium Antiſtitum armaſſe* & *Concilio apud Carthaginem habito 217 Epiſcoporum ſynodalia decreta ad Zozimum perlata iſque probatis damnatos toto orbe Pelagianos fuiſſe.* An eſt obtuſior Petri gladius quem Pius, quem Gregorius geſtat, quàm quem gerebat Zoſimus, vt nihil valeat ad errorum detruncationem? An euanuit auctoritas illa quæ dexteras omnium armabat antiſtitum? Quod ſi etiam nunc perinde viget, quomodo audet vnus aliquis Baiiſtarum abſoluere, quod illa damnat, & contra totum orbem pugnare, dum contendit *verum* eſſe quod totus orbis damnatum putat?

Cap. 41. con. Collat.

In Chro. Aug. et iam ep. 157. ad Optatum; damnatos toto orbe Pelagianos à Zoſimo affirmat.

Auguſtinus eſt qui cur ad Bonifacium Papam dirigat diſputationem contra duas Epiſtolas Pelagianorum in hunc modum explicat, *hæc ego quæ iſtis vt dixi duabus Epiſtolis illorum iſta diſputatione reſpondeo ad tuam patiſſimum dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda, quàm examinanda: & vbi forſitan aliquid diſplicuerit emendanda conſtitui.* vbi vides quàm bellè concinant Auguſtino qui Romanum Pontificem apertè aliquid pronuntiantem emendare malunt ex Auguſtino, quàm Auguſtinum inter-

Digitized by Google

pretari ex eo, quod in decretis Romanorum Pontificum apertum est.

Denique Augustinus est qui contra Donatistas sic canit, *Ipsam formam habet sarmentum quod præcisum est de vite: sed quid illi prodest forma si non vivit de radice? Venite fratres si vultis vt inseramini in vite. Dolor est cùm vos videmus præcisos ita iacere. Numerate sacerdotes vel ab ipsa Petri sede & in ordine illo Patrum, quis cui successit, videte: ipsa est Petra, quam non vincunt superbæ inferorum portæ.* Vincerent autem si verum damnaret illa sedes, vel si falsum approbaret; neutrum igitur ex Augustino timendum est. Quid igitur Baiistæ timent dum *hærent* incerti sit ne damnãdum, quod Episcopum Romanum damnasse nõ dubitant? Et cum ita damnasse sciant, vt refragantes anathemate præciderit, quid ni abscissionem hanc potiùs timent, nec intelligunt se frustra fore, si de huiusmodi *radice non viuant*, nec amplius in *vite sint* in modum inutilium sarmentorum? Quod si sperant se vspiam securiùs habitaturos, quàm in illa *petra, quam non vincunt inferorum portæ*, salui sint, nos tantum fiduciæ non habemus, sed neque Augustinus ipse, cum quo Baiani, vt monstrauimus, pugnant, dum *hærent* ad decreta Romanorum Pontificum à quibus ille certitudinem deriuat.

Pfil. in par. te Donat.

CAPVT III.

Fidem Fallere Baianos dum approbant damnatas â Romanis Episcopis propositiones.

Ianf. tom. 2. lib. procem. cap. 29.

NON tantùm cum Augustino, sed secum ipsi etiam pugnant Baiistæ, fidemque fallunt, dum approbant damnatas â Romanis Episcopis sententias, sæpius videlicet professi parendum illis esse, séque parituros
» polliciti; vide quid dicant: *Mihi constitutum est eandem*
» *quam ab infantia secutus sum sensum meorum ad extremum*
» *vsque spiritum ducem sequi Romanam Ecclesiam beatissimi*
Petri

Digitized by Google

Petri in Romana ſede ſucceſſorem, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque cum ipſo non colligit ſpargit, apud quem ſolum incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Quidquid ab iſta Petri Cathedra in cuius communione à teneris vixi, & porro viuere & mori fixum eſt, ab iſto principi Apoſtolorum ſucceſſore, ab iſto Chriſti Domini noſtri Vicario, ab iſto Eccleſiæ Chriſtianæ vniuerſæ capite, Moderatore, Pontifice præſcriptum fuerit, hoc teneo: quidquid improbatum improbo, damnatum damno, anathematizandum anathematizo.

O ſermonem verè Chriſtianum! ô dignam religioſo pectore Confeſſionem! Quid vlterius requiri poteſt? iungamus dexteras & quando tam procliuis eſt ad obſequendum voluntas animuſque tam obnoxius Epiſcopi Romani decretis, adeamus duorum Pontificum diploma quo poſt enumeratas Baii ſententias ita concludũt.

Quas quidem ſententias, ſtricto coram nobis examine ponderatas, quanquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent in rigore & proprio verborum ſenſu ab authoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectiuè ac quæcumque ſuper iis verbo ſcriptóue emiſſa, præſentium authoritate damnamus circumſcribimus & abolemus, deque eiſdem & ſimilibus poſthac quoquo pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi facultatem quibuſcumque interdicimus. Qui ſecus fecerint ipſos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficijs & officijs perpetuò priuamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus. Vinculo quoque anathematis eo ipſo innodamus; à quo nullus Romano Pontifice inferior, valeat ipſos excepto mortis articulo liberare.

Propoſitio Baii 25. alias 26. quæ dicit omnia opera infidelium eſſe peccata & virtutes Philoſophorum eſſe vitia. Item 28. aliàs 29. Pelagianum eſſe errorem dicere quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum, & 30. fures eſſe & latrones qui docent tentationi vlli ſine gratiæ Chriſti adiutorio reſiſtere hominem poſſe, ſicut in eam non inducatur aut ab ea ſuperi

cauillationibus, illa eminet inter omnes. Et quod dicitur de illa vigesimâ quintâ, *idem pari ratione dicendum in aliis tribus, vigesimâ octauâ*: Quòd nulli tentationi resisti possit sine gratiæ adiutorio sic vt ab ea homo non superetur, vel sic vt peccatum vitet, & *trigesimâ sextâ* Quod nihil boni operis naturalis, hoc est quod ex naturæ solis viribus ortum ducat, agnosci debeat. & *sexagesimâ tertiâ* Quod nullus vsus liberi arbitrii bonus siue non malus sine gratia haberi possit, de quibus ita pronuntiauit. *Sicut negare non possum omnes illas propositiones constantissimè sine vlla fluctuatione docuisse contra Pelagianos Augustinum; ita dubitare non possum eas velut bases totius Doctrinæ de Gratia & libero arbitrio & consequenter tanquam Doctrinam Catholicam indubitatam tradidisse.* Et quod Scholastici quidam crediderãt non damnari a Pio V. Gregorio XIII. propositiones illas per se ipsas, sed improbari censuram quæ addebatur à Baio cum notam Pelagianismi dissentientibus inureret, hoc ipsum Augustino auctore factum contendunt, Qui non solum doctrinam à Baio improbatam in istis propositionibus improbauit. *Sed etiam velut Pelagianum errorem abhorruit, sine cuius censuræ certitudine principia eius de gratiæ diminæ necessitate funditus labefacta collabuntur* vt iam nemini dubium esse possit, quin hoc ipsum quod à Pontificibus Romanis damnatum conceditur, à Baianis & verum esse & ab Augustino traditum ab iisdem asseratur. Idem dicunt de quinquagesimaquintâ quâ dicitur *Deum non potuisse talem ab initio creare hominem qualis nunc nascitur.* hanc enim contendunt & ab Augustino traditam & à duobus Pontificibus sine dubio damnatam. Quid ergo facimus? Rubiconem transibimus, fatebimurque & Augustino & veritati contrarias esse Romanorum Pontificum in controuersijs fidei definitiones? Respondet istorum hominum Coryphæus. *Ingenuè fateor mihi hic aquam hærere, & quid ergo ad propositionem quam proscripsit Apostolica sedes? hæreo, fateor.*

Ianſ. loc. cit cap. 26.

Ianſ. ib. 9 cap. 27.

Ianſ iem. 2. lib. 3. de ſtatu puræ nat. cap. 22.

Iauſ tom 2. lib 4. de ſtatu nat. lap. cap. 17. Et lib. 3. de ſtatu puræ nat. cap. 22

CAPVT

CAPVT II.

Reſiſtere Baianis Auguſtinum.

SED hæresin plano, mi Doctor, perge, perge, Auguſtinus viam monſtrat, ſecuritatem tibi Eccleſiæ antiquæ fides præſtare potuiſſet: nec eſſet vel ſcandalum vel fouea ſuſpicanda, vbi SS. Patrum & ſeorſum & in Concilia Prouincialia, Nationalia, Oecumenica, coëuntium conſpicerentur impreſſa veſtigia, ſed quando Auguſtinus tibi eſt *inſtar omnium, loco omnium, ſupra omnes, Pater Patrum, Doctor Doctorum, primus poſt ſcriptores canonicos, inter omnes verè ſolidus, ſubtilis, irrefragabilis, Angelicus, Seraphicus, excellentiſſimus & ineffabiliter mirabilis*, qui errantem ducentis annis Eccleſiam in viam reduxit, ab illo ſaltem diſce minimè *hærendum*, eſſe dum trahit Apoſtolicæ ſedis authoritas, etiam ſi vnus aliquis Patrum retrahere videretur. Supra c. 3. Ianſ tom. 2. l. 1. proœm; cap. 24. Supra c. 1.

Auguſtinus eſt qui, vt, qualis ſit Eccleſiæ Latinæ fides repræſentet, Innocentium producit Romanum Epiſcopum *illi Eccleſiæ præſidentem*. Qui Iulianum affirmat euaſurum fuiſſe Pelagianos laqueos, ſi voluiſſet illum audire. Qui negat potuiſſe illum aliud Africanis reſpondere Concilijs niſi quod Antiquitus Apoſtolica ſedes & Romana cum cæteris tenet perſeueranter Eccleſia. Qui pronuntiat eum quamuis ſit *tempore poſterior* Irenæo, Cypriano, Reticio, Olympo, Hilario, Ambroſio, eſſe tamen *priorem loco*. Qui nefas putat exiſtimare Chryſoſtomum à communi ſententia Coëpiſcoporum ſuorum diſceſſurum *maximèque Romani Innocentii*. Quis dubitat Auguſtinum eadem dicturum de Pio; de Gregorio, de Vrbano, quod dicebat de Innocentio? Et quid valeret illius argumentatio ſi authoritas illa Innocentij qua Iulianum vrget, à perſona & non potius ab officio ac miniſterio peteretur? Quod ſi ea eſt illius ſedis prærogatiua vt quæ eſt Epiſcopi Romani eadem eſſe cenſeatur Eccleſiæ Lib. i. cont. Iul.

Digitized by Googl

Latinæ fides, vt exuat laqueos hæreticorum qui ei adhęret: vt non possit aliud respondere quàm quod antiquitus Apostolica sedes & Romana cum cæteris tenet perseueranter Ecclesia: vt ei sit *maximè* consentiendũ: quis negare possit legitimos Innocẽtij successores eadem authoritate pollere & licet Augustino sint tempore posteriores, esse tamen *priores loco*, nimirum in maioribus causis, cuiusmodi sunt causæ fidei, decidendis: hærent igitur Baiistæ vbi eos Augustinus etiam impellit.

Augustinus est qui cum Concilio Carthaginensi sexaginta & octo Episcoporum ab eodem Innocentio petit vt eorum statutis contra Pelagianos quæ vocant, „ *suæ mediocritatis statuta, Apostolicæ sedis adhibeat authoritatem, pro tuenda salute multorum & quorumdam peruersitate* „ *corrigenda*: Quia *infirmiores illi sunt*, ideò Pelagianos *pati* „ *& crebrius & audacius insurgentes*: Innocentium *maiori* „ *gratia de sede Apostolica prædicare*: *non dubitare se cum gesta Episcopalia conspexerit*, quæ in Oriente in eadem causa cõfecta sunt contra Pelagium; *id indicaturum vnde omnes in misericordia Dei gaudeant.* Aug. ep. 9. & 9.

Idem præstat & cum Mileuitano Concilio duorum & sexaginta Episcoporum qui ad eundem Innocentium ideò recurrunt in eadem causa Pelagij. Quod sciant illum „ *à Domino gratiæ suæ præcipuo munere in sede Apostolica* „ *collocatum; vnde precantur vt magnis periculis infirmorum mem-* „ *brorum Christi, pastoralem diligentiam adhibere dignetur, im-* „ *putandum ad culpam negligentiæ si apud illum tacerent quæ pro* „ *Ecclesia suggerenda sunt.* Confugere quidem contra Pela- „ gium in Oriente quàm plurimos atque inter eos *& fra-* „ *trem & compresbyterum Hieronymum*, sed *arbitrari se adiu-* „ *uante misericordia Dei nostri Iesu Christi, qui & consulentem* „ *regit* Innocentium, *& orantem exaudit, ipsius authoritati* „ *de sanctarum scripturarum authoritate deprompta; facilius eos* „ *qui tam peruersa & pernicioſa sentiunt, esse cessuros.* En vt „ Augustinus cum omnibus ex Africa vniuersa congre- „ gatis Episcopis ab Episcopo Romano firmitatem pe- Aug. ep. 92.

Digitized by Google

tunt, & ſperant illius ſententiæ tanquam authoritati maiori ceſſuros Pelagianos: vt ſe præ illo fatentur infirmos: vt illius authoritatem diſtinguunt quod deprompta ſit de ſcripturarum diuinarum authoritate. Quarum verò ſcripturarum niſi earum, quibus dicitur, *Tu es Petrus*, & *confirma fratres tuos*, &, *Paſce oues meas*? & ideò ad *paſtoralem* illius diligentiam pertinere putant, & preſentem Africæ neceſſitatem; & vltima Oriẽtis confinia in quibus Pelagius, quem corrigendum proponunt, tunc morabatur. Et non ſunt Baiiſtæ mirabiles dum *hærent* ad manifeſtas Romanorum Pontificum definitiones, quaſi lubricum foret, quod Auguſtino cum vniuerſis Africæ Eccleſiis ſtabile ac tutum viſum eſt? non ſunt iterum mirabiles, dum ſe immobiles, ſperant vno nixos Auguſtino, qui ſe cùm totis Affricę Eccleſijs infirmum putat niſi robur accederet ab Epiſcopi Romani authoritate? Nam quod ad Innocentium, non vt Innocentium confugiant, ſed vt Epiſcopum Romanum: ac proinde quod idem fuerit credendum de legitimis Innocentij ſucceſſoribus omnibus ſatis probant & cùm illam Innocentium authoritatem ſedi attribuunt, & cùm eam à ſcripturis petunt, quæ perſonam Innocentij non deſignant, ſed officium.

Auguſtinus eſt, qui alijs ad Innocentium litteris cum Coëpiſcopis ſuis Aurelio, Alipio, Euodio, & Poſſidio ab eo petit vt Pelagium accerſat Romam *diligenter interrogandum quam dicat gratiam qua fatetur nos adiuuari*, & ſi ſua eſſe negat quæ illi obiiciuntur anathematizet, *ea tamen*, « inquiunt, *& damnet paterna exhortatione & authoritate ſanctimoniæ tuæ. Si cognouerint* Pelagiani, *eumdem librum quem* « *illius vel putant eſſe vel norunt, Epiſcoporum Catholicorum au-* « *thoritate & maximè ſanctitatis tuæ quam apud eum eſſe maio-* « *ris ponderis minimè dubitamus, ab eodem ipſo anathematiza-* « *tum atque damnatum, non eos vlterius exiſtimamus auſuros lo-* « *quendo contra gratiam Dei, quæ reuelata eſt per Paſſionem &* « *Reſurrectionem Chriſti, pectora fidelia & ſimpliciter Chriſtiana* «

Digitized by Google

turbare. Addit Augustinus mittere se ad eundem Innocentium Epistolam *ad ipsum*, inquit, Pelagium, *scriptam ab* " *vno nostrum ad quem per quemdam Orientalem Diaconum, ci-* " *uem autem Hipponensem, tanquam purgationis suæ quædam* " *scripta transmisit, melius iudicantes & petentes, vt ei mittere ipse* " *digneris. Sic enim eam legere potius non dedignabitur, magis in* " *illa eum, qui misit, quàm qui scripsit attendens.* Et post ex- " plicata contra Pelagianum errorem testimonia multa & " argumenta, Epistolam ita concludit: *Dabit nobis sanè ve-* " *niam suauitas mitissima cordis tui, quod prolixiorem Epistolam* " *fortassis quàm velles tuæ misimus sanctitati. Non enim riuu-* " *lum nostrum tuo largo fonti augendo refundimus, sed in hac non* " *parua tentatione temporis. Vtrum etiam noster licet exiguus, &* " *eodem quo tuus abundans emanet capite fluentorum, hoc à te pro-* " *bari volumus, tuisque rescriptis de communi participatione vnius* " *gratiæ consolari*, Fueritque sine dubio eadem ratio cur ad eundem etiam misit scriptum à se librum de natura & gratia; vnà cum Pelagij libro quem refutat, vt in eadem Epistola narratur. Hic ergo quis non meritò petat à Baiistis, vt tantumdem tribuant Episcopo Romano quantum illi non denegaturum Pelagium & Pelagianos Augustinus sperat, tantam scilicet authoritatem, vt *accitus*, ab vsque Oriente Pelagius venire debeat, seque sistere *interrogandum*, & *anathematizare* quæ ab ipso nouerit esse damnata? Quare igitur *hærent* incerti sint ne *anathemandæ* propositiones quas non dubitãt fuisse à duobus Innocẽtii successoribus anathemate damnatas. Et qui tam apertè Augustino repugnant, quomodo possunt se Augustinianos esse videri sibi? An non potiùs Anti-Augustiniani dicendi sunt, qui tam peruersè Augustinum imitantur, vt sententias Romanorum Pontificum explorare velint ad limam Augustini, qui suam potius ipse doctrinam explorandam proponit Romano Pontifici, interim dubius an emanet ex eodem capite fluentorum, vnde non dubitat scaturire largum illius fontem? hoc igitur est esse Augustinianum, vbi Augu-

Digitized by Google

ſtinus *hæret* nihil timere, & *hærere* vbi ille firmus eſt?

Auguſtinus eſt qui & ad prõprias ipſius & ad commu- Epiſt. 106.
nes duorum quæ dixi Conciliorum literas Innocentium reſpondiſſe dicit, vt decebat Romanæ ſẽdis Antiſtitem, "
Miſſæ ſunt inquit ex duobus Concilijs Carthaginenſi & Mile- "
uitano relationes ad Apoſtolicam ſedem . . . . ſcripſimus etiam ad "
Beatæ memoriæ Papam Innocentium Epiſtolas familiares, vbi "
de ipſa cauſa aliquanto diutiùs egimus. Ad omnia nobis ille reſ- "
ſcripſit eodem modo quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ ſedis "
Antiſtitem, vt videri poſſit hoc etiam loco iudicium Eraſmi corruptiſſimum, dum Innocentium in eiſdem Epiſtolis *nec dictionem*; nec ingenium, *nec eruditionem tali præſide dignam* oſtendiſſe putat, & *ſæuum potius quàm eruditum, & ad damnandum quàm ad docendum inſtructiorem fuiſſe.* Eraſmi ſcilicet intererat laudari potiſſimùm illos, qui hæreticos palpant, vituperari qui ſtringunt & improbant: ſed eius quoque referebat plurimum, & imitari modeſtiam Auguſtini, quam laudat, & iudicium ſequi, quod magni facit.

Quid igitur cenſet is quem Auguſtinus reſpondiſſe dicit: *eo modo quo fas erat atque oportebat Apoſtolicæ ſedis Antiſtitem.* Reſpondet, *Antiquæ regulæ formam eſſe toto ſemper orbe ſeruatam; ſuper anxijs rebus, quæ ſit tenenda ſententia, ab* eo debere definiri ad quem ſpectat *ſollicitudo omnium Eccleſiarum: per omnes prouincias de Apoſtolico fonte petentibus reſponſa ſemper emanare, præſertim quoties fidei ratio ventilatur? non niſi ad Petrum, id eſt ſui nominis & honoris authorem referre debere, quod per totum mundum poſſit omnibus in commune prodeſſe. Antiquæ traditionis exempla ſeruaſſe, & Eccleſiaſticæ diſciplinæ memores vera ratione firmaſſe,* Apoſtolicam ſedem *conſulendo*, id quod antea ipſi ſtatuerant: Iam ab initio perſuaſum *vt quidquid de diſiunctis remotiſque Prouincijs ageretur non prius duceretur finiendum, niſi ad huius ſedis notitiam perueniret, vbi tota eius authoritate iuſtaque fuerit pronuntiatio firmaretur, indéque ſumerent cæteræ Eccleſiæ velut de natali ſuo fonte. Monſtraſſe Epiſcopos Africæ ſuam ſollicitudi-*

Digitized by Google

nem pro omni vtilitate; dum per cunctas totius orbis terrarum Ecclesias, omnibus vna quod prosit decernendum esse deposcunt.

Ex Augustino *loquitur vt oportet* qui dicit *verâ ratione firmari* quod constitutum est ab inferioribus Episcopis quando *consulitur* Romana sedes: nec finitum creditur quod agitatur *in disiunctis remotisque prouinciis*, donec *perueniat ad huius sedis notitiam*: Illùm *natalem esse fontem* verarum decisionum & *totâ ibi auctoritate firmari iustas pronuntiationes*, decernique *quid per cunctas totius orbis Ecclesias tenendum sit*, Rectè loquitur qui hoc dicit inquit Augustinus, & tamen illi rectè sentiunt atque ad mentem Augustini, qui *hærent* vbi ad *rationem* illam *firmam*, vbi ad *natalem illum fontem*, vbi ad manifestas illas *totaque auctoritate firmatas pronuntiationes* peruenere, quasi *finitum* esset non expectatâ vlteriori sententiâ quod videbantur sibi apud vnum Augustinum inuenisse? Et quid sibi volunt isti qui *hærent*, hoc est qui *anxii sunt*, cùm ad illam regulam peruenere, quæ solita erat adhiberi ex antiquâ traditione ad tollendas *anxietates*? Quid sibi volunt dum venenum suspicantur in *Apostolico illo fonte* vnde haurire solitæ sunt omnes prouinciæ, quando *fidei ratio ventilatur*? Dicant quæso vbinam gentium habitent qui vltra *disiunctas remotasque prouincias* positi contineri nolunt *toto mundo*, cunctisque totius orbis Ecclesiis non nisi ad Petrum in hisce causis confugientibus? Et Augustiniani sunt qui Augustinum hæc rectè dici pronuntiantem audire nolunt?

b. Retr. c. 50 Augustinus est qui *Pelagianam hæresim cum suis Auctoribus ab Episcopis Ecclesiæ Romanæ* prius *Innocentio, deinde Zosimo cooperantibus Conciliorum Affricanorum literis, conuictâ atque damnatâ refert.* Vbi cernere est Pelagiani erroris condemnationem & conuictionem Episcopi Romani auctoritati attribui, non Conciliis Africanis, nisi vt cooperantibus; nec aliter cooperantibus quàm per literas, quibus illam condemnationem postularunt, vt firmum esset vbique terrarum, quod ab

Digitized by Google

ipſis fuerat in Africa conſtitutum. Ex Baiiſtis autem quæro, quid minus poſſint duo Epiſcopi Romani *Pius* & Gregorius, aut quid minus valeant quàm potuere aut valuere alii duo Innocentius & Zozimus? Quod ſi par eſt vtrorumque auctoritas, quidni perinde cenſentur damnati conuictique Baii errores â duobus Epiſcopis Eccleſiæ Romanæ priùs Pio, deinde Gregorio, ac Pelagii ab aliis item duobus prius Innocentio, deinde Zoſimo? Et ſi minimè dubia eſt illa damnatio quâ fronte audeant Baiiſtæ reducere doctrinam iam præſcriptam, atque illud verum eſſe contendere, quod non negant fuiſſe damnatum.

His adde quod ſcribit Proſper, qui paulo certiùs quàm Baiiſtæ Auguſtini arcana omnia nouerat, dum refert Zoſimum Papam Concilijs Africanis *ſententiæ ſuæ robur annexuiſſe & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteram omnium Antiſtitum armaſſe* & *Concilio apud Carthaginem habito 217 Epiſcoporum ſynodalia decreta ad Zozimum perlata iſque probatis damnatos toto orbe Pelagianos fuiſſe.* An eſt obtuſior Petri gladius quem Pius, quem Gregorius geſtat, quàm quem gerebat Zoſimus, vt nihil valeat ad errorum detruncationem? An euanuit auctoritas illa quæ dexteras omnium armabat antiſtitum? Quod ſi etiam nunc perinde viget, quomodo audet vnus aliquis Baiiſtarum abſoluere, quod illa damnat, & contra totum orbem pugnare, dum contendit *verum* eſſe quod totus orbis damnatum putat?

Cap. 41. con. Collat.

In Chro. Aug. et iam ep. 157. ad Optatum; damnatos toto orbe Pelagianos à Zoſimo affirmat.

Auguſtinus eſt qui cur ad Bonifacium Papam dirigat diſputationem contra duas Epiſtolas Pelagianorum in hunc modum explicat, *hæc ego quæ iſtis vt dixi duabus Epiſtolis illorum iſta diſputatione reſpondeo ad tuam potiſſimum dirigere ſanctitatem, non tam diſcenda, quàm examinanda: & vbi forſitan aliquid diſplicuerit emendanda conſtitui.* Vbi vides quàm bellè concinant Auguſtino qui Romanum Pontificem apertè aliquid pronuntiantem emendare malunt ex Auguſtino, quàm Auguſtinum inter-

Digitized by Google

Petri in Romana ſede ſucceſſorem, ſuper illam petram ædificatam Eccleſiam ſcio. Quicumque cum ipſo non colligit ſpargit, apud quem ſolum incorrupta patrum ſeruatur hæreditas. Quidquid ab iſta Petri Cathedra in cuius communione à teneris vixi, & porro viuere & mori fixum eſt, ab iſto principi Apoſtolorum ſucceſſore, ab iſto Chriſti Domini noſtri Vicario, ab iſto Eccleſiæ Chriſtianæ vniuerſæ capite, Moderatore, Pontifice præſcriptum fuerit, hoc teneo: quidquid improbatum improbo, damnatum damno, anathematizandum anathematizo.

O ſermonem verè Chriſtianum! ô dignam religioſo pectore Confeſſionem! Quid vlterius requiri poteſt? iungamus dexteras & quando tam procliuis eſt ad obſequendum voluntas animuſque tam obnoxius Epiſcopi Romani decretis, adeamus duorum Pontificum diploma quo poſt enumeratas Baii ſententias ita concludũt.

Quas quidem ſententias, ſtricto coram nobis examine ponderatas, quanquam nonnullæ aliquo pacto ſuſtineri poſſent in rigore & proprio verborum ſenſu ab authoribus intento, hæreticas, erroneas, ſuſpectas, temerarias, ſcandaloſas, & in pias aures offenſionem immittentes reſpectiuè ac quæcumque ſuper iis verbo ſcriptóue emiſſa, præſentium authoritate damnamus circumſcribimus & abolemus, deque eiſdem & ſimilibus poſthac quoquo pacto loquendi, ſcribendi, & diſputandi facultatem quibuſcumque interdicimus. Qui ſecus fecerint ipſos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficijs & officijs perpetuò priuamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus. Vincubo quoque anathematis eo ipſo innodamus, à quo nullus Romano Pontifice inferior, valeat ipſos excepto mortis articulo liberare.

Propoſitio Baii 25. alias 26. quæ dicit omnia opera infidelium eſſe peccata & virtutes Philoſophorum eſſe vitia. Item 28. aliàs 29. Pelagianum eſſe errorem dicere quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum, & 30. fures eſſe & latrones qui docent tentationi vlli ſine gratiæ Chriſti adiutorio reſiſtere hominem poſſe, ſicut in eam non inducatur aut ab ea ſuperet

retur, & 36. aliàs 37. cum Pelagio sentire qui boni aliquid naturalis, hoc est quod ex naturæ solis viribus ortum ducit, agnoscit, & 63. aliàs 65 non nisi Pelagiano errore admitti posse vsum aliquem liberi arbitrij bonum siue non malum & gratiæ Christi iniuriam facere qui ita sentiunt & docent; hæ inquam propositiones inter enumeratas à Pontificibus sine dubio continentur illo etiam quem citauimus authore consentiente. Quibus addenda est 53. Deum non potuisse talem ab initio creare hominem qualis nunc nascitur. Nec refert quomodo sint interpungenda illius condemnationis verba; quomodocumque enim disponantur commata, stat semper prædictas propositiones eo numero comprehẽdi quem Pontifices *damnant*, quem *circumscribunt*, quem *abolent*, esseque ex illis de quibus posthac quoquo pacto loquẽdi, scribendi & disputandi facultatem quibuscumque interdicunt. Quid igitur censent Baiani? *Esse illas tam* » *constanter & luculentè tot modis ab Augustino traditas, vt* » *si vlla est doctrina in vniuersis lucubrationibus eius manifesta* » *& minus obnoxia cauillationibus, illa emicet inter omnes.* » Item *negari non posse omnes illas propositiones constantissimè* » *sine vlla fluctuatione docuisse Augustinum contra Pelagianos,* » *nec dubitare se quin eas veluti bases totius doctrinæ de gratia* » *& libero arbitrio, & cõsequenter tanquam doctrinam Catho-* » *licam indubitatam tradiderit. Abhorruisse contrarias velut* » *Pelagianum errorem, & sine huius censuræ certitudine prin-* » *cipia eius de gratiæ diuinæ necessitate funditus labefactata col-* » *labi.* His adde Augustinum ita sentientem esse *Patrem Pátrum, Doctorem Doctorum. Primum post scriptores Canonicos inter omnes verè solidum, subtilem, irrefragabilem.* Cui Ecclesia antiqua suam authoritatem in suis de gratia & viribus liberi arbitrij controuersiis *oppigneranit.* Esse illum *instar omnium, loco omnium, supra omnes*, ad ipsum confugere si quisquam in istis quæstionibus errare nolit, illiusque vestigiis *indubitatum insistere debere tanquam probatissimi Christianæ militiæ ducis.* Quæ docuit, *Eccleſiæ*

Iansen tom. 2. lib. 1. cap. 29. & 30.

nomine & applauſu, quæ ſententias eius capitales tanquam totius doctrinæ fulcra conſecrauit, docuiſſe Auguſtini doctrinam de gratia Dei *Euangelicam, Apoſtolicam, Catholicam* lib. cap. 13. 14 15. 16.
eſſe, & irrefragibilis authoritatis, totius Eccleſiæ nomine ſcriptam, primam illum aperuiſſe intelligentiam diuinæ gratiæ & noui teſtamenti fide crediti fidelibus & Eccleſiæ. Magnificentiſſimè approbatam & conſecratam eius doctrinam à Romanis Pontificibus, Innocentio, Zoſimo, Cæleſtino, Leone, Hormiſda, Felice Secundo; procaciam eſſe recentiorum, qui eam cenſent. Non aduertere illos qui eum impugnant, *ſe in illis ipſis capitibus quæ impugnant*: v. g. de peccato originali, de gratia ſufficiente, de tota natura prædeſtinationis: *Non opiniones Auguſtini, ſed Catholicæ doctrinæ fundamenta, quæ Romani Pontifices ex Auguſtini libris hauſta conſecrarunt, vellicare atque concutere.* Conuinci illos *tot antiquorum elogiis, quibus doctrinam eius de gratia, tanquam Euangelicam & Apoſtolicam celebrarunt, oraculis etiam Romanorum Pontificum, quibus aſſerunt, quòd eius doctrinam de gratia & libero arbitrio ſuam fecerint, quod eam ſequitur Romana, & ſeruat Eccleſia.* Et alia id genus ſexcenta in quibus Baiani paſſim latiſſimè ſuam eloquentiam explicant. Quibus apertiſſimum fit ſupponere illos atque aſſerere veram eſſe ac neceſſariam Auguſtini Doctrinam. Quid enim, vllus ne relinquitur locus dicẽdi vel falſum vel incertum eſſe quod eſt *Euangelicum, Apoſtolicum, Catholicum, Eccleſiæ antiquæ Romanorumque Pontificum approbatione & oppigneratâ auctoritate conſecratum?*

His poſitis, argumentamur in hunc modum: qui contendit ita eſſe Auguſtinianam aliquam ſententiam in his de gratia & libero arbitrio & prædeſtinatione cõtrouerſiis vt Auguſtinus cenſeri debeat eam *conſtantiſſimè tanquã Catholicã indubitatam & baſim totius doctrinæ Catholicæ*, qua labefactata neceſſe ſit principia eius de neceſſitate diuinæ gratiæ *funditus collabi*, is contendit huiuſmodi ſententiam veram eſſe ac neceſſariò tradẽdam

Digitized by Google

tenendamque. Atqui Baiistæ contendunt sententiam quatuor illis aut quinque propositionibus, quas paulò antè retulimus, contentam, ita esse Augustinianam, vt eo quo iam dixi modo tradita sit ab Augustino, sicuti etiam ex ipsorum verbis iam est probatum; ergo Baiistæ contendunt sententiam illis propositionibus contentam veram esse ac necessariò tenendam tradendamque, atqui duo Romani Pontifices eandem sententiam *damnant, circumscribunt, abolent, interdicta de ijs quoquo pacto loquendi, scribendi, disputandi facultate.* Huius præcepti transgressoribus ipso facto anathemate percussis, omnique dignitate, gradu, beneficijs, officio perpetuò priuatis: ergo Romani Pontifices sententiam veram & necessariò tenendam damnant, circumscribunt, abolent, interdicta facultate, pro veritate, quoquo pacto scribendi, loquendi & disputandi; sub pœnis omnium quas infligere possunt grauissimis. O Baiistæ, quid ad hæc? *Hæreo*, inquit eorum Princeps, *ingenuè fateor mihi hic aquum hærere*; hæres? & illa Episcopum Romanum *ad extremum vsque Spiritum* sequendi promissio, vbi est? vbi Confessio *ædificatæ super illam petram Ecclesiæ*? Vbi cõscientia *seruatæ apud illum incorruptæ Patrum hæreditatis*? vbi acceptatio eorum omnium quæ ab ipso fuere præscripta? vbi omnium ab illo, *improbatorum improbatio, damnatorum damnatio, anathematizandorum anathematizatio*? En duo Episcopi Romani *damnant* adductas à te propositiones Baij, & tu *Apostolicas* & *Euangelicas* esse contendis, circumscribunt illas & promiscuè cum Catholicis propugnas? abolent illas & tu producis in lucem publicæ ac necessariæ doctrinæ? facultatem interdicunt de ijs quoquo pacto posthac loquendi scribendi disputandi, & tu censes aduenisse tempus quo expediat pro illis loqui, scribere, disputare, non quocumque pacto, sed totis magnorum commentariorum voluminibus? Repugnantes percutiunt anathemate & *hæres* tamen, ne ipso quidem commotus fulmine? & cum hæc ita sint vis tamen

videri damnare quidquid damnant Episcopi Romani, improbare, quod improbant, anathematizare quod anathematizant? fidem solue, mi Doctor, & quod tam sanctè promisisti, nunc præsta. Hæres tamen; neque id mirum est, suo enim ipsius palo infixus hæreat necesse est. Sequeretur saltem sua ipse concilia, huiusque suæ *hæsitantiæ* originem inueniret quàm alijs monstrare nititur, cùm dicit *præcipitij pœna suspendium, hoc est, temeritatis comes hæsitantia & incertitudo.* Dictum id quidem sapientissimè, sed minimè intellectum ab auctore suo, quando præcipitem ad credendum Augustinum sensisse quæ non sensit, excepit illa qua cæteros putabat mulctandos pœna *suspendium & temeritatis comes hæsitantia & incertitudo*, occurrentibus in contrarium manifestissimis Romanorum Pontificum definitionibus: vt videri possit hunc Doctorem talis quædam fortuna rexisse, qualis olim lusisse dicitur inter Aman Assyrium & Mardochæum Iudæum.

Sanct. cap. 2. lib. 1. c. 20.

CAPVT IV.

Inania Baistarum effugia contra Bullam duorum Pontificum.

BAIANI eo quo dicimus hærentes luto facile poterant referre pedem ac retexere principia, quibus erant inducti, vt manifestæ duorum Pontificum sententiæ resisterent; perstare tamen maluerunt, & in hoc concursu repugnantium iudiciorum Pontificiæ doctrinæ vim inferre, quàm suæ: tantus amor fuit propriarum cogitationum & occupatæ iam sententiæ. volunt omnino propositiones quas diximus, esse Augustinianas, & quia sunt Augustinianæ; consequenter Apostolicas, Euangelicas, Catholicas, obiicientibus duorum Pontificum condemnationem ac dicentibus *quid ergo ad propositionem quam proscripsit Apostolica sedes?* respondent interrogando vicissim, *sed quid ad doctrinam Augustini cla-*

De statu puræ nat. lib. 3. cap. 23.

Digitized by Google

rissimam, constantissimamque: quam toties probauit & sequitur, sequēdamque monet Apostolica sedes? Nam si fundamentales illæ contra Pelagianam hæresim doctrinæ proscribendæ sunt, non inter magistros optimos semper haberi a summis Pontificibus sed inter ignauissimos haberi debuit, &c. vbi vides damnatam a Pontificibus doctrinam supponi doctrinam esse Augustini clarissimam, constantissimámque, quin etiam & *fundamentalem contra Pelagianam hæresim*, & quia id interrogando regerunt, ratio postulat vt illis respondeamus.

Respondeo igitur primò Augustinum non esse opponendum Romano Episcopo, sed si constaret manifestè hunc damnasse, quod ille asseruisset, Augustinum esse deserendum, si nulla idoneâ interpretatione defendi posset: id quod auctore ipso Augustino fieret, qui nunquam dubitauit, vt ex antea dictis perspicuè intelligi potest, plus esse tribuendum Apostolicæ sedis auctoritati quàm sibi, ac proinde magis deserturum Augustinum, qui in eo conflictu pro illo staret contra sedem Apostolicā, quàm qui pro sede Apostolica contenderet Augustinum humani aliquid passum. Sed quia Baiistæ prædicant *consecratam* in his controuersiis à sede Apostolica sententiam Augustini, câque consecratione factam esse ipsam quoque *Apostolicam*, & consensione antiquorum Pontificum ipsam Põtificiam: vnde contingat idem esse Augustino repugnare ac repugnare Innocentio, Zosimo, Cælestino, cæterisque qui suam auctoritatem oppigneraunt in tuendis Augustini placitis.

Respondeo secundò, histrionicam esse atque illusoriam confessionem illam, quâ quis prædicat se ità sequi successorem Petri in Romana sede, vt quidquid ille *damnauerit damnet, quidquid improbauerit improbet, quidquid anathematizarit anathematizet* & *spargere qui cum eo non colligit*, apud quem *seruatur incorrupta patrum hæreditas*, adhæsurum se illi *vsque ad extremum vitæ spiritum*: Et tamen fatetur ex illis Petri successoribus *damnare*,

Iam. supra.

circumscribere & *abolere* quod alius definierat; quod consecrarat, in quo tuendo suam, hoc est Romanæ sedis *auctoritatem oppignerauerat.* Quid enim est vnum damnare quod alius statuerat quàm alterum falli? Qui verò alterum falli confitetur, quomodo improbare potest quod ille dum fallitur improbat? Quomodo anathematizare quod anathematizat? Quod si posterior est ille qui fallitur, quomodo apud illũ seruatur Patrum hæreditas incorrupta? sed quomodo potest quis anathematizare doctrinam quã & credit & prædicat esse veram? hoc autẽ necesse est vt hic contingat. Nam si anathematizant Baiistæ quod anathematizant Pius & Gregorius Episcopi Romani, ergo anathematizant illas propositiones quas attulimus; siquidem illas ita damnant, circumscribunt abolent illi Pontifices vt anathemate percutiant quem cumq; contigerit pro iis loqui, scribere, disputare; atqui Baiistæ contendunt illas ipsas esse *catholicas*, atque etiàm *fundamentales*, & consequenter verissimas, & hoc fusissimè probant & prædicant: Ergo Baiistæ anathematizant suam fidem, & vt ipsi putant catholicam fidem, ipsáque adeo Catholicæ fidei fundamenta, vel certè Catholicos omnes ludificantur, dum se profitentur anathematizare, quod Pontifices anathematizant.

Respondeo tertiò nobis imponere Baiistas dum asserunt statuisse priores Pontifices, quod damnant posteriores. Ostendant enim vbi dixerit Innocentius quod damnat Pius v. 3. *Deum non potuisse ab initio talem creare hominem qualis nunc nascitur, morbis* scilicet & doloribus mortique obnoxius; vel, *Omnia opera infidelium esse peccata, & virtutes philosophorum esse vitia*, vel *errorem esse Pelagianum si admittatur vsus aliquis Liberi arbitrii bonus, sine nonmalus*, vel *fures esse & latrones qui dicunt sine Christi adiutorio ita posse aliquem resistere tentationi, vt in eam non inducatur, & abeâ non superetur.* vel, *esse Pelagianũ errorem dicere quod liberum arbitrium valet ad vllum peccatum vitandum*, vel, *cum Pelagio sentire, qui boni aliquid natu-*

ralis, hoc est quod ex naturæ solis viribus ortũ ducit agnoscit, vbi hæc asseruit Innocentius? vbi Zozimus? vbi Cælestinus aut antiquorum illorum Pontificum alius quispiã, vt meritò possint opponi Pio atque Gregorio eadem sine vlla ambiguitate damnantibus?

Approbarunt; inquiunt Baistæ omnia Augustini, & hæc Augustini sunt: Ergo hæc etiam approbarunt. Atqui manifestum in primis est Baiistas hoc loco deserere legitimam & necessariam in interpretãdâ fidei Doctrinâ regulam ab ipsis etiam admittendam, hæc enim postulat vt in apparenti credendorum repugnantiâ, quod manifestum est expressumque ac determinatum præferatur ei, quod est obscurum minúsque detetminatum & expressum, contra quàm hic accidat, vbi Baiistæ indubitatam expressamque sine vlla ambiguitate damnationem illorum atticulorum postpònunt obscuræ eorundem approbationi, quæ nusquàm expressa est à Pontificibus, sed conjectando tantùm deducta ex principiis generalibus: ac proinde, exceptionibus, limitationibus & interpretationibus obnoxiis, cuiusmodi est illud *approbata esse Augustini omnia*, cui additur aliud minimè ab ipsis demonstratum, sed nec demonstrabile, vt aliàs forte probabitur, *hæc esse Augustini*. Et vt constet Baiistas hoc loco secum etiam pugnare, quid dicent obiicientibus ea quæ in gratiam sancti Thomæ prædicauere Romani Pontifices? Ita enim licebit argumentari, Romani Pontifices approbant omnia S. Thomæ, cũ volunt sequendam eius doctrinam *tanquam veridicam & Catholicam*: cùm dicunt illum *certissima regula Christianæ fidei Ecclesiam, illustrasse* Cùm fidem faciunt *diuini illius testimonii*, Bene scripsisti de me Thoma, adduntque scriptos ab eo libros *sine vllo prorsus errore*, cùm prædicant *Ecclesiam militantem scriptorum eius clypeo hæreticorum tela feliciter elidere.* Cùm asserunt *neminem vnquam inuentum qui cùm teneret doctrinam S. Thomæ de tramite veritatis deuiarit.* Atqui S. Thomas pleraque docet Baiistis contraria

Apud Ioan. à S. Tho. disp. 1 in 1. parr. art. 2:
Vrbanus V.
Pius V.
Clemens VIII.
Paulus V.
Innocentius VI.

Digitized by Google

ria: hoc enim non obscurè colligitur ex ipsa confessione Baiistarum dum dicunt *demonstratum esse in S. Thomâ & Caietano difficilimè aut nullo pacto fieri, vt qui in scholasticâ Theologiâ præcelluerit, in positiuâ primas ferat.* Positiuam autem illam vocant, *Scripturæ libros, Concilia, & primorum sæculorum Patres*, qui sunt cancelli eorum iudicio figendi *vagæ disputantium libertati & infinitis quæstionibus atque conclusionibus quas phantasiæ, aut intelligentiæ vicinitas aut similitudo parit. Illis comprehendi principia reuelatæ cognitionis, immediata, mediata, primaria, secundaria, itémque totam conclusionum hactenus inde per Spiritum sanctum deriuatarum hoc est definitionum nouarum seriem.* Quod si putarent conclusiones D. Thomæ congruere veritati, cur negarent intra cancellos illos contineri? aut si hoc non negarent cur negarent illum æuo suo in eo studio *primas tulisse*? his adde quod dicunt, *nubem esse Scholasticorum, qui nonnulla opera bona in infidelibus agnoscunt & Philosophorum virtutes non vitia, sed virtutes esse profitentur. Non posse autem illos quantumuis numerosi fuerint, Ecclesiasticæ doctrinæ per Augustinum constitutæ, per Pontifices approbatæ, per Concilium Arausicanum non obscurè confirmatæ, per discipulos Augustini cæteroque postea Ecclesiæ Patres aliquot sæculis vsque ad ætatem circiter primorum Scholasticorum quasi per manus traditæ vllum afferre præiudicium.* Neque enim negabunt S. Thomam pertinere ad nubem illam Scholasticorum atque inter illos *Primos* numerandum, quorum ætate desiit traditio Catholicæ doctrinæ, & compertum est ac minimè controuersum docuisse, illum id quod Baiani reprobant, aliquas esse posse infidelium bonas actiones, neque omnes philosophorum virtutes esse vitia. Et vt hoc negarent fatentur saltem D. Thomæ adscribendam sententiam cui modo silentium imperatur de immaculata Cõceptione, & quæ in alterutram partem definibilis est, vt ipsimet aduertunt, cùm dicunt illius veritatem aut falsitatem nondum prorsus exploratam esse. Potest

Iansen. tom. 2. lib. 1. cap 9.

Iansen. tom 2. lib. 4 de statu nat lapsæ cap. 27.

S. Th 1. 2. qu. 109. ar 2. & 8.

Iansen. tom. 2. lib. 4. de statu nat. lapsæ c. 27.

Digitized by Google

igitur esse & vniuersalis quædam approbatio doctrinæ tanquam veridicæ, tanquam Catholicæ, tanquam omni prorsus errore carentis, cum exceptione singularis alicuius conclusionis quæ falsa sit vel indifferens vt negetur, vel affirmetur.

Nec alio modo poterunt ipsi tueri Christi veracitatem contra vniuersalem illam, *Omnis homo mendax*, sed neque suum errorem de Christo saluare volente solos prædestinatos contra illam, *vult omnes homines saluos fieri*; vnde igitur habent vniuersaliter ac sine exceptione vel distinctione vlla interpretandum quòd dicunt *Romanos Episcopos Augustini omnia approbasse?* Et cum hoc constare illis minimè possit, cur id opponunt expressæ que indubitatæ cæterarum propositionum damnationi?

Sed neque verum est quod assumunt, Romanos Episcopos approbasse omnia tanquam necessaria quæ Augustinus in hisce quæstionibus docuisset; contrarium enim patet ex partitione qua Cælestinus vtitur in Epistola ad Episcopos Galliæ inter ea quæ necessaria sunt ad Catholicam fidem, & ea quæ nec contemnere audet, nec necesse habet adstruere: quibus verbis clarè significat esse aliquas *profundiorum* illarum quæstionum de quibus loquitur conclusiones ab Augustino traditas quæ debeant inter ἀδιάφορα computari.

Quin & Augustinus quoque idem sentit ijs quæ antea citauimus locis, in quibus apertè significat sibi à Pelagianis factum iri satis, dummodo concedant tria illa, *Esse peccatum originale; in quantacumque iustitia sine qualibuscumque peccatis, in hoc corruptibili corpore neminem viuere; Gratiam Dei non secundùm merita nostra dari.* Quæ tria capita immota manent reiectis Baiistarum propositionibus illis, quas nuper damnarunt Pontifices Romani Quis enim sibi persuadeat tam necessariò consequi, ex eo quod Deus dicatur creare posse hominem chiragræ obnoxium, non esse peccatum originale, ex

Supr.

eo quod dicatur homo viribus naturæ facere posse aliquod opus non malum, gratiam dari secundùm merita nostra: & ex eo quod dicatur posse alicui tentationi ita resistere vt ab ea non superetur; posse viuere sine vllis peccatis, vt illarum illationum euidentia conuincatur cogaturque affirmare vera esse, quæ Pontifices damnarunt? Quòd si admissa damnatarum propositionum falsitate, stant nihilominus capita illa tria, quibus stantibus solutam de cætero cum Pelagianis controuersiam Augustinus significat, quis dubitat cætera omnia ab Augustino inter ἀδιάφορα numeranda?

Respondeo quartò, Quòd dixit Augustinus de Concilijs, idipsum eodemque iure dicẽdum de decretis Pōtificum, *priora posterioribus emendari cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat & cognoscitur quod latebat.* Emendari verò dico non contradictione, vel reprobatione eorum quæ iam erant constituta, sed eorum interpretatione quæ obscuriùs dicta erant, sed exceptione necessaria eorum quæ in vniuersum sancita fuerunt; sed expressione ac restrictione eorum quæ fuerant vaga & indefinitâ oratione comprehensa Cùm enim vt in Concilijs prioribus & posterioribus, si legitima sunt, eadem sit infallibilitas; ita & in successoribus D. Petri Romanis Episcopis perseueret, nulla potest esse certior viâ ad cognoscendum quæ fuerit priorum fides, quàm declaratio posteriorum. Est enim idem cõtinuò spiritus qui & olim & hodie regit Ecclesiam, à qua dum petuntur responsa veritatis., & germana eorum quæ priùs definita fuerant intelligentia, non alius de alio respondere censendus est, sed idem seipsum interpretari. Quod cùm aliquis facit, manifestum est priora ex posterioribus esse intelligenda, non vice versa; quod in altero reperiatur ridicula quædam futurarum suarum cogitationum diuinatio, in altero recordatio tantùm præteritarum, quo fit, vt, si neque abnegare seipsum aliquis possit, neque obliuiscì quid senserit, nec

Tom. 7 de Bapt con. Donatis. lib. 2 cap. 1.

Digitized by Google

mentiri; ex præsenti sententiâ ad prǫteritam necessaria sit consecutio. Cùm ergo minimè dubium sit allatas Baii propositiones à Romanis Episcopis Pio & Gregorio esse *damnatas, circumscriptas, abolitas*; quicumque contendit prædecessorum aliam fuisse mentem, necesse est vt vel diuersum vtriusque spiritum adstitisse fateatur, vel fuisse illum qui adstitit immemorem sui, & vel fallibilem vel fallacem, vt monendi sint identidem qui sic philosophantur, vt Geneuam petant, deposita qua nobis illudunt Catholicorum laruâ.

Addunt Baiistæ propositiones Baii non damnari omnes vt falsas, sed aliquas tantum vt offensiuas pro ratione illius temporis, quamuis illæ veræ sint: idque satis significari exceptione illa quæ Bullæ inserta est cùm dicitur. *Quanquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent in rigore & proprio verborum sensu ab autharibus intento.* Non negare itaque Pontifices veras esse aliquas ex propositionibus enumeratis, sed quia nubes Scholasticorum contraria docentium ita Ecclesiam obumbrauerat vt offenderẽtur fideles illa Baii doctrina, prudentiæ Pontificum fuisse quòd illas damnauerint vti offensiuas, cum ea vero prudentia ignòrantiam concurrisse: *Nam,* inquiunt, *si vel tunc*, quando prodiit hæc damnationis sententia *ostendi potuisset hanc aliasque nonnullas propositiones ab Augustino Doctorum omnium Coryphæo tam intrepidè à tot sæculis esse nemine refragante, sed Ecclesia Romana per diuersos præsules suos applaudente traditas; absterſa videlicet per tanti Doctoris authoritatem & antiquitatem opinione falsitatis, offensáque nouitatis, numquam arbitror huiusmodi decretum ab Apostolica sede promanasset, quod nulla conciliandæ pacis extorqueret necessitas.* Hæc illi de ignorantia quæ tunc erat in Ecclesia, quàm quia putant à se pulsam reducto illo mero die quem fecerat olim Augustinus, ideò & sublatam opinantur cum eius causa damnationem: vnde hæc addunt, *Quæ in re sicut prudentissima fuit summorum Pontificum prouidentia, quæ nec*

Tanſ. tom. 2. l. b. 3. de ſtatu puræ nat. cap. 22.

Tanſ tom. 2. lib 4 de ſtatu nat. lapſæ cap. 27.

Digitized by Google

veritatem nudam importuna damnandi quoſlibet acrimonia proferri ſinit, ſed vel mitiùs propani, vel potiùs ad tempus ſupprimi propter infirmos iubet, ita eandem veritatem ex Eccleſiaſticis monumentis erutam, ſuis cardinibus nixam, ſuo ornatu veſtitam, ſuis armis quibus à Patribus eſt defenſa munitam, in publicum prodire non vetat. Simile aliquid contigiſſe dicunt in controuerſia de B. Virginis Conceptione quam negare immaculatam ita vetitum eſt: *vt tamen ſi aliquo caſu grauiſſimis argumentis antiquorum vel Eccleſiaſticæ traditionis diuinæque reuelationis aſtrui poſſet, illa prohibitio nihil obſtaret, quominus Eccleſia poſſit eam tollere libertatemque docendi publicè contrariam doctrinam reſtituere, & idoneis argumentis aſſertam definire.*

Præcludendum eſt hoc effugium: & vt incipiam ab eo quod poſtremum eſt, Primò, nemo vt opinor reperietur qui poſt illam ſummorum Pontificum cautionem in controuerſiâ de immaculata Conceptione, non putet ſe prævaricatorem futurum, ſi nec petita nec obtentâ illam impugnandi facultate, impugnaret tamen diſputationibus ea de re in lucem editis, quod ſit inſolentis animi miniméque ſubacti diſpenſare ſecum in præceptis Prælatorum, quando facillima eſt liberrimaque illos adeundi copia, Ergo Baiſtæ qui nulla præmiſſa petitæ illius facultatis ſignificatione libros ſuos vetitarum propoſitionum aſſertiones ac probatiónes fuſiſſimas complexos edi mandarunt, excuſari non poſſunt à prævaricatione: ſed neque à mendacio quo iactant ſe *ad extremum vſque ſpiritum* obedientes fore ſucceſſoribus D. Petri. Niſi forte poſt extremum ſpiritum condidere teſtamentum, quo hæredes iſtius inobedientiæ nominatunt eos, qui poſthumum illum Pſeudo-Auguſtinum edidere.

2. Nemo eſt eorum quibus hæret animo maculatæ Conceptionis opinio qui non putaret ſe ſatis eſſe damnatum, ſi dixiſſet ſummus Pontifex ſe illam *damnare, circumſcribere, abolere*, ſublata *quoquo pacto* pro illâ *loquen-*

di, scribendi, disputandi facultate interrogent Baianæ opinionis illius defensores quid essent facturi, si talis quædam censura, qualis Baianos excepit, eos etiam constringeret? Et ex indubitatâ eorum propensione ad mutandam in tali euentu sententiam; intelligent fictam esse, quam ipsi præseferunt, erga sedem Romanam obedientiam ac docilitatem.

Tertiò, quod dicunt non vetare Christi vicarios veritatem damnatarum propositionum deinceps erui ex Ecclesiasticis monumentis, fulciri suis cardinibus, vestiri ornatu suo, muniri suis armis, atque ita prodire in publicum, repugnat euidentissimæ Pontificum significationi qua dicũt *deque eisdem & similibus* posthac quoquo pacto *loquendi, scribẽdi & disputandi facultatem interdicimus*: vbi notandæ sunt duæ illæ voces *quoquo pacto* & *posthac*, ne Baiani hallucinentur, dum putant illis temporibus vtilem fuisse cautionem illam, quasi vero deinceps inutilis fuerit defieritque vim habere: neve sibi de suo ingenio blandiantur, quasi rationem aliquam inuenerint eam doctrinam reducendi de quâ vetitum erat loqui, scribere, disputare *quoquo pacto*, Perspicuum scilicet est vitare hîc illos *nullo pacto* potuisse clarissimam violatæ voluntatis atque auctoritatis Pontificum notam.

Quartò, eadem audacia perseuerat, dum ita disjungunt verba illa *quanquam nonnullæ* & vt reddatur hic sensus *nonnullas ex iisdem propositionibus in proprio verborum sensu & ab auctoribus intento posse aliquo pacto sustineri*. Nam cum vt ipsi met Baiani fatentur, nullius distinctionis vestigium appareat in originali Bullâ, hoc est nullius interpunctionis, vt fidem faciunt, qui eam inspexere, cuius fiduciæ fuit ita distinguere verba illa vt reddatur inutilis & cassâ Damnatio? Nam si possunt illæ propositiones sustineri in proprio verborum sensu & ab Auctoribus intento, restat vt in sensu tantùm improprio & ab Auctoribus non intento damnatæ sint,

Inst. tom. 2. lib. 4. de nat. lapsa cap. 28.

Digitized by Google

Ergo non magis ſunt damnatæ quàm ſit damnabile ipſum Ieſu-Chriſti Euangelium, cuius pleraque omnia in ſenſu etiam improprio & à Spiritu ſancto eius auctore non intento, falſa eſſe atque erronea dici poſsunt. Sed quid eſt propoſitiones illas poſſe *ſuſtineri aliquo pacto* & poſse ſuſtineri in proprio verborum ſenſu & ab auctoribus intento? An debet dici *aliquo pacto* fieri poſse quod fit *communiſſimo vſitatiſſimóque pacto*? Quis ferret adeo frigidè loquentem de Chriſti prædicatione vt diceret *aliquo pacto* poſse ſuſtineri quod illle dicebat, cùm intelligeret, poſse ſuſtineri in proprio verborum ſenſu & ab ipſo Chriſto intento? hoc etiam quod dicunt *aliquo pacto* hoc eſt, *in proprio verborum ſenſu* propoſitiones illas poſſe ſuſtineri, quomodo conciliabitur cum ea prohibitione qua cauetur ne quiſquam *quoquo pacto* prohibeat loquatur aut ſcribat, aut diſputet? hoc enim idem eſt ac *nullo pacto* ſuſtinendas eſſe illas propoſitiones, quod ſi addatur exceptio, quam approbant Baiiſtæ, vt ſit ſenſus nullo pacto ſuſtinendas eſse prꝛterquam in proprio ſenſu & ab auctoribus intento, reſtat vt definierint Pontifices non eſse propoſitiones illas alio pacto ſuſtinendas quàm quo ſuſtinetur ipſum Euangelium. Annon licet accipere quod Pontifices vltro dant? Cùm ergo dent illas propoſitiones poſse *aliquo pacto* ſuſtineri: & illud *poſſe aliquo pacto ſuſtineri*, ſit idem ac poſse ſuſtineri in proprio verborum ſenſu intento ab auctoribus, hoc accipio, & dico me non *alio pacto* illas ſuſtinere, quàm *in proprio verborum ſenſu & ab Auctoribus intento*. Hoc eſt non alio pacto me illas ſuſtinere quàm quomodo ſuſtineo Euangelium, quid igitur fiet illa quæ ſequitur damnatione *de iis ſimilibus poſthac quoquo pacto loquendi, ſcribendi & diſputandi facultatem quibuscumque interdicimus*. An interdicunt ne approbemus quod aſſerunt, atqui aſſerunt aliquas ex propoſitionibus numeratis poſse ſuſtineri *aliquo pacto* hoc eſt *in proprio verborũ ſenſu & ab auctoribus intento* ſicut Euangeliũ: Ergo non inter-

Digitized by Google

dicunt, ne hoc ipsum approbemus; dicamusque illas propositiones *eodem pacto* sustineri posse, quo Euangelium. Quod ergo dicitur nullo pacto pro iis loquendum, idem erit ac non alio pacto, quàm quo solemus Euangelium defendere. hoc verò quid aliud est quàm exsufflare Romanorum Pontificum decreta, eorumque auctoritatem omnem traducere?

Quintò, sed vt magis innotescat quàm contumeliosè habeantur iidem Romani Pontifices, videndum est quales esse putent Baiani propositiones damnatas: ac recolendum quod antea retulimus, non posse dubitari quin Augustinus huiusmodi propositiones tradiderit *velut bases totius doctrinæ de gratia & libero arbitrio, & consequenter tanquam doctrinam catholicam indubitatã*, & Augustinum abhorruisse contrarias propositiones, *sicuti errorem Pelagianum, sine cuius censuræ certitudine principia eius de gratiæ diuinæ necessitate funditus labefactata collabantur.* Atqui hæ sunt propositiones quas Apostolica sedes damnat, circumscribit, abolet, ergo Apostolica sedes damnat, circũscribit, abolet *Doctrinam Catholicam indubitatam, & bases totius doctrinæ de gratia & libero arbitrio* & *necessaria* de necessitate diuinæ gratiæ *principia* & vt aliàs etiam loquũtur *fundamentales contra Pelagianam hæresim doctrines.* Quid dicitis, hoccine est esse *obedientiæ filios*? hoc est reueri Petri successorem vt Patrem? quid aliud diceretur de perfido atque ipsius veritatis proditore, quàm *damnare* illum, *abolere, circumscribere Catholicam doctrinam*, vestro atque Augustini iudicio *indubitatam*, & bases fidei de gratia & libero arbitrio, & *fundamentales* doctrinas contra Pelagianam hæresim? non dicimus, inquiunt, doctrinas illas damnari vt *falsas*, bene habet: Quid ergo, videtur vobis innocentiùs, si damnauerint vt veras? neque vt veras, inquiunt, sed vt offensiuas. Iam intelligo, damnarunt itaque, circumscripserũt & aboleuerunt *Catholicam doctrinam indubitatam, bases fidei* de gratia & libero arbitrio, *doctrinas fundamentales,*

Iansen. tom. 2. lib. 3. de pura natura cap. 22.

Digitized by Google

damentales, *Principia neceſſaria* tuendæ diuinæ gratiæ, vt offenſiua. Et hoc ſaltem cadere putatis in Romanos Epiſcopos, vt Catholicam doctrinam ipſaſque adeo baſes & fundamenta fidei aboleant tanquam offenſiua? hęc vobis Apocalypſis in Cantabriâ, velut in inſula Pathmos, reuelata eſt? hic fructus fuit tam longi ſeceſſus ſtudiique in Auguſtino commentando tam pertinacis? fidem damnare poteſt Romanus Pontifex, circumſcribere, atque abolere vt offenſiuam? hęc verò ſpecies eſt quędam noua prudentiæ, atque incognitæ ad hunc vſque diem naturæ virtus, veritatem abolere Catholicam atque indubitatam, vt offenſa vitetur. Mirum ſi non ea de cauſa mentiri quoque ſit honeſtum. Sed qui nam erant illi qui Catholica veritate *indubitata offendebantur*, & quantam Eccleſiæ partem conflabant? maiorem an minorem? ſi maiorem, ſaluete ô noua Caluini ſoboles, ac valete, qui maiorem Eccleſiæ partem Catholica veritate indubitat fuiſſe dicitis offenſam. Si non maiorem, etiam tum ſaluete, ô noua Caluini ſoboles, ac valete, qui Romanum Epiſcopum exiſtimatis vt vnius partis Eccleſiæ vitaret offenſam, & offendiſſe partem aliam nihilo minorem, & veritatem *aboleuiſſe*.

Sextò, plurimam Baiiſtis habemus gratiam, ob eam quam ſuggerunt Romanorum Epiſcoporum excuſationem, innocentem videlicet, atque eorum authoritati admodum congruam, cùm dicunt, illos ignorantia lapſos, *Si vel tunc*, inquiunt, *oſtendi potuiſſet hanc aliaſque nonnullas propoſitiones ab Auguſtino Doctorum omnium Coryphæo tam intrepidè à tot ſæculis eſſe, nemine refragante, ſed Eccleſia Romana per diuerſos Præſules ſuos applaudente, traditas: abſterſa videlicet per tanti Doctoris authoritatem & antiquitatem opinione falſitatis, offensâque nouitatis, numquam arbitror huiuſmodi decretum ab Apoſtolica ſede promanaſſet, quod nulla conciliandæ pacis extorqueret neceſſitas.* Damnauit igitur huiuſmodi decretum ſedes Apoſtolica, quia non potuit oſtendere, hoc eſt quia neſciuit, Au-

Lanſtom 2. lib. 3. de Natu. purę nat. cap. 22.

gustini esse quæ dánabatur doctrinam, eámque superioribus temporibus ab Ecclesia Romana approbatam. Videamus ergo quid ignorarunt Episcopi Romani dum hoc ignorarunt. Baiani rem totam paucis expediunt. Ignorarunt videlicet rem *constantissimè ac sine vlla omnino fluctuatione* ab Augustino traditam. Item quam Augustinus *ita constanter & luculentè tot modis tradidit, vt si vlla est doctrina in vniuersis operibus eius manifesta, & minus obnoxia cauillationibus, illa eminet inter omnes.* Esse has sententias ab ipso *per omnes passim libros sparsas, summisque disputandi viribus assertas.* Vide optime lector, quàm benè sentiant Baiani de Romanorum Episcoporum eruditione, quidue ipsorum opinione sperandum sit de eorum iudicijs in causa fidei, qui res adeò manifestas, adeóque apud Augustinum expositas ignorant? sed non fuit ea tantùm Augustinianæ doctrinæ ignorantia, fuit etiam ignorantia doctrinæ *Ecclesiasticæ! per*

Iansſ. lib. 4 de stat. nat. lapſæ cap. 26.

" *Augustinum aduersus Pelagianos constitutæ, per Pontifices*
" *approbatæ, per Concilium Arausicanum non obscurè confir-*
" *matæ, per discipulos Augustini cæteróſque postea Ecclesiæ Pa-*
" *tres aliquot ſæculis vſque ad ætatem circiter primorum Schola-*
" *sticorum quaſi per manus traditæ.... tam ſublimis & tot elo-*
gijs ſanctorum Patrum Summorúmque Pontificum commendatæ,.. Doctrinæ clariſsimæ conſtantiſsimæque quam totiens probauit & ſequitur ſequendamque monet Apoſtolica ſedes... Doctrinæ cæleſtis à ſede Apoſtolica per nouem Pontifices ſuos implorataæ, probataæ, laudataæ. Quam nemo, *ante milleſimum*
" *annum: & ſæculum Scholaſticorum in controuerſiam vocauit*
" Doctrinæ demum, *Catholicæ, indubitatæ ac fundamentalis,*
" & quæ *Baſes* continebat eorum omnium quæ ſunt contra Pelagianos definita. Illa omnia neſcire potuerunt Episcopi Romani; & quia neſcierunt, damnauere propoſitiones veriſſimas, ad vitandam aliquorũ offenſionẽ. Sed interrogo, dũ hæc ignorarunt Episcopi Romani, hoc eſt, dum ignorarunt Catholicã doctrinam, clariſſimam, à ſuis Prædeceſſoribus acceptatam milleanni, refragante

Tom. 2. lib. 3. de ſtatu nat. puræ cap. 22.

Digitized by Google

nemine quaquauersũ ſparſam: Num eadẽ quoque ignorãtia occupauit Eccleſiam, aut totam, aut maiorem eius partẽ, necne? Si occupauit, ô Baiiſtæ, qualem fingitis Eccleſiam, quæ ſui ſuarumque definitionũ immemor perdere potuit Catholicæ doctrinæ depoſitum, ac pati, vt toto orbe Chriſtiano antiquæ fidei veſtigia contrariis opinionibus inducerentur? Qualem fingitis Eccleſiam quæ ignoret *doctrinam ſi vlla eſt in vniuerſis operibus Auguſtini manifeſtam, per omnes eius libros ſparſam, clariſsimam, luculentiſsimam, indubitatam, à Concilijs, à nouem Epiſcopis Romanis approbatam, mille annis conſtanter ac ſine controuerſia traditam, doctrinam fundamentalem, & ipſas fidei baſes aduerſus Pelagianos.* Si non eadem Eccleſiam occupauit ignorantia; ô Baiiſtæ quale fingitis Eccleſiæ caput, tam ignauum, vt membrorum ſuorum fidem neſciat, tam inconſultum, vt nec ſcire ſatagat, tum cùm aliquid definiendum occurrit quod ad fidem ſpectet? quomodo autem intelligitis *ſeruari apud illum ſolum incorruptam Patrum hæreditatem*? hæreditas iſta doctrinæ hęreditas eſt, quam perdit, quicumque ignorat. Quomodo ergo illam ſeruauit qui nec ſciuit nec ſcire curauit? & qui tam malè de capite Eccleſiæ, tam malè de ipſa quoque Eccleſia ſentitis, audetis accuſare illos qui vobis aduerſantur, *quod Eccleſiæ perniciem meditentur*? illius ſcilicet incolumitatem defenditis, quam fidei patrimonium poſt mille annorum poſſeſſionem perdidiſſe iactatis.

Iauſ. ſupra.

Ianſ. tom 2. lib. procem. cap. 29.

At, inquiunt, *in Eccleſiæ fide quotidianiſque precibus luculentiſsimè ſplenduiſſe* dicimus veritatem à Scholaſticis Doctoribus obrutam, & à Pontificibus ignoratam. Deus immortalis! putabam vos ignorantiam ſolùm obiicere Romanis Epiſcopis, affingitis etiam cæcitatem. Quos enim illi oculos habuere, qui videre non poterant veritatem *in Eccleſiæ fide luculentiſsimè ſplendentem*? vbi autem lucebat illa fides, & quinam erant micantes illi antiquæ veritatis ſeruatores, defenſoréſque? Non

Ianſ. tom. 2. lib. 4. de ſtatu nat lapſæ cap. 27.

Digitized by Google

Septimò, ſed quod poſt illá Catholicæ doctrinæ depra-
uationem, poſt inductas in Eccleſiam Scholaſticorũ ad-
uentu tenebras, poſt deletam ex animo Romanorũ Põ-
tificum antiquam & mille poſt Auguſtinum annis in Ec-
cleſia micantem de diuina gratia veritatem, poſt *ſup-
preſſas* ab iiſdem *abolitaſque* ad tempus propter metum
Iudæorũ *fundamentales doctrinas* ſe potiſſimum electos
ſignificant qui *eandem veritatem ex Eccleſiaſticis mo-
numentis erutam, ſuis Cardinibus nixam, ſuo ornatu ve-
ſtitam, ſuis armis, quibus à Patribus eſt defenſa, munitam, in
publicum prodire* curarent; facit quidem vt ipſorum mo-
deſtiam admiremur; ſed cõſilium etiam patefacit Can-
tabrici ſeceſſus, & prolixarũ inter nouos reformatores
Eccleſiæ collationum; illis videlicet propoſitum fuit
opem ferre corruptæ iam fidei doctrinæ, reducere ve-
ritatem apud Babylonem Scholaſticorũ iam diu capti-
uam, Tridentinum emendare, ignorantiam ſupplere
Romanorum Pontificum, & adhærentem Eccleſiaſticæ
doctrinæ ac diſciplinæ, humanæ philoſophiæ moder-
narùm que traditionum fuliginem abſtergere beneficio
ſcopæ Auguſtinianæ Et ideo dum cancellos præfigunt
intra quos debeat Chriſtiana Theologia continere ſe
ſe, ſcripturas aſſignant, Concilia, & *Patres primorum
ſæculorum*. Quid ni vero & poſteriorum? ſi eadem in-
fallibilitatate gaudet Eccleſia hodierna quâ & antiqua,
quidni eandem fidem faciant Patres, in quorum ſcriptis
& prædicatione apparet quis ſit ſenſus Eccleſiæ hodier-
næ, atque illi qui antiquam olim repræſentabant? eo-
dem pertinet quod ea poſſimum capita commẽdantur
quæ impugnata ſunt ab hęreticis *præteritorum ſæculorum*,
quidni verò & præſentium? An non damnari pariter
debent quæcumque in illis damnanda cenſet iſtorum
temporum Eccleſia, &, propugnanda quæcumque illa
propugnat? poſtea conſtabit iſtis hominibus videri no-
ſtrates hæreticos in quibuſdam iniquè vexatos: propi-
tiúmque illis eſſe Auguſtinum, cuius ignoratio & Scho-

Ianſ. tom. 2. lib. 4. de ſta. tu nat. lapſæ cap. 27.

Ianſ. tom. 2. lib. 1. cap. 9.

Digitized by Google

lasticos fefellerit & Romanis Episcopis causa fuerit approbanda damnandi. Fixum hoc est in arcanis cabalæ huius principium, atque inde prodiere qui Galliam perturbarunt nuperi doctores, qui tentare ausi sunt, si forte possent hominibus persuadere inolitos iam aliquot sæculis vniuersalis Ecclesiæ mores esse corruptos collapsamque disciplinam, sed quia nondum apertè abiurarunt Apostolicæ sedis auctoritatem, maluntque interpretari quàm negare, quod ab illa sancitum est.

Vrbani 8. Bulla quæ incipit: In eminentis.

Octauò probatur nulla esse quæ excogitauerunt effugia eiusdem Apostolicæ sedis posteriore decreto, quo *ex diligenti & matura eorum* quæ illi scripsere *lectione compertum* dicitur *multas ex propositionibus iam damnatis* in iis contineri, atque vt omnis excusationis occasio tolleretur nec cessasse crederetur offensa & scandalum, ratione cuius propositiones illas fugiebant ad tempus tantũ esse suppressas id contigisse pronuntiatur *magno cum Catholicorum scandalo & auctoritatis dictæ sedis contemptu, vergere hoc malum in scandalum totius reipublicæ Christianæ; in perniciem fidei Catholicæ*, & ideò *perpetuò confirmatur*, quæ dicebatur ad tempus tantùm esse facta damnatio, nouáque additur in *librum, articulos, opiniones & sententias in Constitutionibus* Pij V. & Gregorij XIII. *reprobatas atque damnatas, vt compertum est, continentem & renouantem.* Nullus iam relictus, vt opinor, tergiuersandi locus est, palamque omnibus innotuit Baiistam simul & Papistam esse nominem posse. Recalcitrat tamen generatio Baianorum: ideóque examinanda restant.

CAPVT V.

Inania Baianorum obiecta contra Bullam Vrbàni VIII.

HOc est Baiistis commune cum hæreticis, vt quamdiu spes affulget aliqua vel tolerantiæ vel approbationis, Episcopo Romano se quàm maximè dicto

audientes fore promittant, vbi verò ille læuum intonuit, recalcitrent. Narrat Auguſtinus cùm Donatiſtæ damnarentur in Africa, tranſmarinos petiiſſe Iudices, hoc eſt Romanos, aſſignatis ergo, *qui Romæ ſedebant ſacerdotibus dicta cauſa eſt: nihil probatum eſt: Donatus auſus eſt appellare.* Pelagianis idem contigit. Videbantur enim ſtare Romanorum Pontificum iudicio, donec ſpes fuit fore illos propitios: & ideò Cæleſtius, *Beati Papæ Innocentij literis non eſt auſus obſiſtere: immò ſe omnia quæ Sedes illa damnaret damnaturum eſſe promiſit.* Sed poſtquam deſperata cauſa fuit, cæperunt ipſos quoque Romanos Epiſcopos accuſare, iiſque palam obloqui. Etideò Iulianus Succeſſorem Innocentij Zoſimum *crimine præuaricationis accuſare* auſus eſt, quòd *doctrinæ Apoſtolicæ & ſui deceſſoris Sententiæ noluiſſet refragari.*

pſal. *In* partem Donat.

Aug de pec. Orig. con. Pelag. lib. 2. cap. 7.

Aug. contul. li.

Idipſum imitantur Baiani. Nimirum id etiam exemplo ſuo docet eorũ Coryphæus, quem paulò antè pollicentem audiuimus improbaturũ ſe quidquid improbaret Apoſtolica ſedes: & quidquid illa anathematizaret, anathematizaturum: vbi verò ventum eſt ad damnatas ab eadem Sede ipſius aſſertiones, reſpondit *ſibi aquam hærere*, lectoremque monuit, vt meminiſſet *ſic ſibi ſartam tectámque tuendam recentiorum Præſulum Apoſtolicæ ſedis authoritatem, vt ne veterum ac plurium perniciоſiùs lædat.* Lædi enim ab aduerſarijs *futilibus gloſſulis, quibus apertiſsimæ doctrinæ molem ad nouos præoccupatóſque ſenſus torquent.* Quaſi verò momentoſæ ſint eius gloſſulæ quibus non aliter defenditur Romanorum Epiſcoporum authoritas, quàm confitendo illos *fidei baſes, doctrinas fundamentales, Catholicam veritatem indubitatam aboleuiſſe* ad tempus, ne quos offenderent; ad hoc autem concurriſſe ignorantiam, quâ *res luculentiſsimè ſplendentes* non viderunt.

Ianſi tom. 2 lib. 3. de ſtatu puræ nat. cap 12.

Non eſt dubium quin Baiani recentiores, vt omnia Magiſtri ſui exoſculantur & ſuſpiciunt, ita & illa magni faciant ſpecioſa erga ſedem Apoſtolicam obſequia, quæ

Digitized by Google

hinc & inde Nouum-Augustinum muniunt in modum propugnaculorum. Producitur à fronte testamen-
» tum quo testator, *sentit* quidem *difficulter* quidquam
» in opere ipsius *mutari posse. Si tamen*, inquit, *Romana se-*
» *des aliquid mutari vèlit, sum obediens filius, & illius Eccle-*
» *clesiæ in qua semper vixi, vsque ad hunc lectum mortis obe-*
» *diens sum. Ista mea postrema voluntas est.* Quid amplius
» exigi potest ab animo maximè omnium Catholico ac
» Romano? Ad calcem operis epilogus nectitur, in quo
» idem auctor sic iterum loquitur: *Quidquid de rebus tam*
» *multiplicibus & arduis, non iuxta meam, sed iuxta S. Do-*
» *ctoris mentem pronuntiaui, ex Apostolicæ sedis Ecclesiæque*
» *Romanæ matris meæ iudicio sententiaque suspendo, vt illud*
» *iam nunc teneam si tenendum, reuocem si reuocandum, dam-*
» *nem & anathematizem si damnandum & anathematizan-*
» *dum esse iudicauerit. Nam quemadmodum istius Ecclesiæ ac*
» *sedis mysterijs infantulus initiatus & eius fide cum lacte ma-*
« *tris imbutus fui, & creui & adoleui & senui: nec ab ea ad*
» *latum vnguem quod sciam, animo aut facto aut sermone defle-*
» *xi; ita porrò ad extremum vsque spiritum viuere, ac Deo ad-*
» *iuuante mori, diuinóque iudicio fisti mihi constitutum est: vt*
» *iuxta sacratissimam eius regulam, quæ à temporibus Aposto-*
» *lorum per successionem continuam Romanorum Pontificum per*
» *vniuersum orbem prædicata & credita est, referam à Dei mi-*
» *sericordia aut iustitia bonum aut malum.* O Baiani quid ad hæc? vlla-ne vnquam esse potuit ad obediendum Christi Vicario Episcopo Romano propensio maior? Quæ verò animo vestro sententia sedet: probatis illam vestri Præceptoris mentem, an non? vt non probetis non patitur illa quam excitatis ingenij tanti, tantæ eruditionis, tantæque virtutis admiratio. Si probatis, ecce Apostolicam sedem implebat nuper Vrbanus, indubitatus Petri Successor, omniúmque retro Pontificum authoritatis hæres ac potestatis, qui *multas ex iam damnatis propositionibus* in nouo Augustino contineri dicit: *compertumque id esse ex matura eius lectione: id accidisse cum magno*

Catholicorum

Digitized by Google

Catholicorum ſcandalo, & authoritatis dictæ Sedis contemptu: vergere hoc malum in ſcandalum Chriſtianæ reipublicæ, fideique Catholicæ perniciem. Baiani quid ad hæc? Commentitia eſt, inquiunt, illa Bulla, certè verò ſubreptitia, aſtúque ac dolo extorta: & rei ſunt tam horrendi criminis Ieſuitæ, quorum arte ac fraudibus Romanæ curiæ illuſum eſt. Hæc prima fuit Baiiſtarum querela, quâ hoc etiam obtinuerunt, vt multis locis Bullæ promulgationem hactenus ſuſpenderent, interea dum Romamaliqui mittũtur exploraturi ſi poſſint à Romano Epiſcopo id impetrare, quod necdum contigit ab Eccleſia nata, neque porrò vnquam continget, vt publicatam in cauſa fidei conſtitutionem, cúmque Eccleſia vniuerſa cõmunicatam vel induceret, vel retractaret, vel in alienos ſenſus interpretaretur. Sed conſilium non ſucceſſit: neque illi aliud obtinuerunt, quàm vt ſuo ipſi experimento cõprobarent, quod olim Cyprianus edixerat, *perfidiam ad Romanos acceſſum habere non poſſe.* Eodem ſpectat quidquid contra Bullam hanc diſputarunt Obſeruatores illi, qui ex temporum conſignatione, ex phraſibus, ex epithetis, ex ipſis demum apicibus, collectis longa ſerie coniecturis, atque in lucem editis hoc egerunt, vt intelligeremus quantum illi animo dolorem concepiſſent, cùm viderunt egregiam illam Eccleſiæ Romanæ reformatricem Cabalam, in ipſo eorum capite contritam eſſe: nec impune laturos deinceps trimulos Doctores ac muſteos, quod authoritati maiori ac dignitati non eſſet condonatum. His igitur hominibus Pontificiæ Conſtitutionis veritatem inficiantibus, tria repono. Ep. 55. ad Cornel.

Primùm eſt, vixiſſe Vrbanum per Dei gratiam poſt editam conſtitutionem, ac valuiſſe, liberóque vſum imperio, nec gratiæ cuiuſquam nec metui ſeruientem: fuiſſe etiam circa hæc dubia interrogatum. A quo autem meliùs diſcemus quid aliquis loquatur & quid ſentiat quàm ab ipſo qui loquitur? Num ſperabant Obſeruato-

Digitized by Google

res se suis obseruationibus persuasuros ipsi etiam Pontifici, non dixisse ipsum quod dixerat, non sensisse quod sensérat? vim passum, vbi *proprium* experiebatur *motum*? nescisse quid ageret, vbi rem sibi *compertam* loquebatur? circumuentum ac seductum id statuisse, quod se statuisse nouerat *præmissa matura deliberatione*? Ergo ab ipso discendum est, num volens, num sciens id constituerit quod vel imponitur innocenti, vel fraudem aut vim passo attribuitur. Sed accepta iam est responsio quæ minimè obscurum esse patitur Pontificis animum, quando Nouum-Augustinum à se *omnino reprobatum* clarè dicit scriptis ad Archiepiscopum Mechlinienſem literis 24. Octobris an. 1643. *publicatamque* ea de re in vrbe *constitutionem*: quæ verò ab Obseruatoribus obiiciuntur ad indicandam diplomatis falsitatem, *non minus leuiter quàm impudenter obijci*, hanc esse *apertam contumaciam & intolerabilem arrogantiam*. Et ad Archiepiscopum Cameracensem: *Esse verissimum diploma & sanctæ Sedis oraculum, quod aliquorum audacia leuissimis prætextibus falsitatis insimulare præsumat: pertinaciam hãc esse, & obstringere se* criticos illos Obseruatores *magno piaculo & grauissimis censurarum pœnis*. Et ad Episcopum Antuerpiensem; *Constitutionem editam* contra Nouum-Augustinum *haud sanam doctrinam continentem, à quibusdam impudenter atque inanibus prorsus rationibus oppugnari*. Et ad Academiam Duacensem. *Impudentem aliquorum temeritatem satis improbari non posse, qui constitutionem*, de qua est quæstio, *falsitatis insimulare vanissimis rationibus non sunt veriti: Esse hanc apertam contumaciam perniciosamque exemplum & salutis discrimen adiri ea præsumptione atque inconsultis opinionibus*. Et ad Franciscum de Melo Belgij Gubernatorem, *quorumdam contumaciam eò processisse vt præfatam Constitutionem falsitatis insimulare iniquissime audeãt*: Et quod obiicitur de dilata constitutionis promulgatione consultò factum, vt Baiistis tempus daretur ad resipiscendum. Frustra etiam esse quod obiiciunt de consi-

Digitized by Google

gnatione annorum, omnia enim *in impreſsione Romana* congruere cum originali, cætera Typographorum errata nihil præiudicare &c. Hîc aures arrigãt Obſeruatores, & ſi poſſunt ſibi perſuadeant, vel nihil dicere Pontificem, vel ipſis blandiri atque obſeruationes laudare his ſeptem epithetis, *leuitatis, audaciæ, arrogantiæ, impudentiæ, contumaciæ, pertinaciæ, nequitiæ.*

Secundum eſt. Cùm error in hæreſim tranſeat accedente pertinacia, pertinacem fieri ac proinde vergere in hæreſim non ſolùm illum qui falſum eſſe dicit teſtimonium quo nititur fides, ſed etiam qui negat illud eſſe, cùm tamen coniecturæ ac rationes probabiles eſſe confirment. Pauci enim ſunt hæretici qui contendant Deum mentiri cùm aliquid teſtatur. Sunt igitur alii paſſim ideò tantùm hæretici, quia negant hoc teſtari Deum, cùm non deſint rationes quæ conſcientiã hominum ac prudentiam obligent vt fateantur hoc teſtari. Vnde à ſimili, ſi ſemel conſtitutum ſit per Eccleſiam Deum loqui, & Eccleſiam ipſam ore Romani Pontificis, qui eſt caput ipſius, non tantum ille hæreticus fiet qui mentiri dicet Eccleſiam aut Eccleſiæ caput, dum Dei mentem interpretantur: ſed etiam ille qui negabit dicere quæ dicunt, quando id dicere minimè obſcurum eſt. Hoc autem faciunt qui vel credunt vel credere ſe fingunt Epiſcopum Romanum vel non loqui: vel non ſcienter, vel non liberè, dum ille conteſtãtur ſe & loqui & ſcienter ac liberè loqui. Ergo illi qui contendunt nullam eſſe Noui-Auguſtini condemnationem ſuam ipſi conſcientiam interrogent, videantque num vlla id prudentia negari permittat, poſt toties repetitam promulgatæ condemnationis atteſtationem. Quòd ſi conuincitur eorum conſcientia re adeò manifeſta, eò deueniendum tandem eſt, vt quantam in damnandis erroribus Epiſcopo Romano authoritatem tribuant, clarè explicent. Si enim putant eſſe pro hæreticis habendos quos ille in tuendis erroribus pertinaces eſſe

Digitized by Google

pronuntiarit; euigilent tandem atque intelligant, ſuam in Nouo-Auguſtino *non ſanam doctrinam continente* defendendo notatam eſſe *contumaciam* : ideóque ſuſpectas eſſe iure meritiſſimo quas protrahunt in aſſentiendo intimatæ dudum condemnationi moras. Si putant maiorem aliquam authoritatem requiri quàm ſit Romani Pontificis, vt ad hæreſis infamiam valeat condemnatio, non eſt huius inſtituti hanc cauſam perſequi, quám fuſiùs pertractarunt qui cum hæreticis diſputauere : hoc vnum tantùm interrogabo, vt doceant nos quibus ea ſententia placuit, recténe Auguſtinus Pelagianos vocarit *Nouos hæreticos*, & doctrinam ipſorum *hæreſim Pelagianam* ? Nam ſi rectè id dictum eſt ab Auguſtino, interrogabo & hoc aliud, quod eſſet tunc generale Concilium, cuius authoritate Pelagius damnatus videretur? Certè nullum, ſed erant, inquit, Prouincialia, nimirum Africana. At, inquam, hæc fatentur ſe non eſſe ad hanc condemnationem ſatis firma : petúntque tanquam infirmiora vt Epiſcopus Romanus *ſuæ mediocritatis ſtatutis Apoſtolicæ ſedis adhib[illegible]authoritatem* : eidemque authoritati Auguſtinus attribuit quod *conuicta damnatáque* ſit hæreſis Pelagiana, & poſt Auguſtinum Proſper, vt antea monſtratum eſt. Ergo ſi totam Innocentij, Zoſimi, Cæleſtini authoritatem in Vrbano fuiſſe fatentur, valere fateantur ad damnandum *toto orbe* Nouum-Auguſtinum, vt olim valuiſſe Proſper teſtatur ad damnandum Pelagium ; proindéque vereantur ne ipſorum tarditas hæreſis fiat, ſi alterutrum inficientur: aut damnare Pontificem quæ damnare ipſum conſtat, aut ſufficientem ad damnandum habere poteſtatem, audiántque ſententiam verè principalem & Regio dignam ſanguine, Romanum Epiſcopum etiam ſine Cõcilio Generali *à ſaniori Eccleſiæ parte* infallibilem haberi quando vt Papa loquitur. Et, *nulli Catholico dubium eſſe*, nec conſequenter parti alteri Eccleſiæ minus ſanæ; *quin ſaltem tuta ſit eorum conſcientia & ſalus, qui Romani*

Du liure des Remarques Chreſtiennes & Catholiques, ch. 1.

Digitized by Google

Pontificis determinationem interea ſequuntur, donec ipſe cum Generali Concilio, quid omnino credendum ſit ſtatuerit.

Deſerunt igitur Baiani quod ſine controuerſia tutum eſt, vt id ſequantur quod iudicio partis ſanioris eſt intutum ac periculoſum.

Tertium, Quòd Ieſuitas criminantur quaſi ſuppoſitæ vel ſubreptæ bullæ reos, immeritò faciunt. Neque enim propria hæc ipſorum cauſa eſt, ſed & omnium Catholicorum. Propoſitiones Baii, quas in Nouo-Auguſtino damnat Vrbanus, damnauerat olim Sorbona, non vt *offenſiuas* modò, ſed etiam vt *hæreticas*, vt conſtat ex Cenſura diei 27. Iunij an. 1560. Nec dubium eſſe poteſt quin eadem hodiéque ſentiant qui, veteribus illis Profeſſoribus in ſcholis Sorbonicis ſucceſſerunt. Quare igitur in Ieſuitas deriuatur illa ſuſpicio? Quaſi verò eorum tantùm interſit vt Nouus damnetur Auguſtinus? Et quare in ea cauſa ſoli Ieſuitæ relinquuntur expoſiti liuori & maleuolentiæ aduerſariorum, in qua illi ſe antiquiorem authoritatum ſequi & profitentur & probant? Et nimirum iſta iniquitas quædam temporum, improbáque mentium eruditarum ægritudo, vt nolint ne in ipſius quidem veritatis poſſeſſione ſocios pati Ieſuitas. Atqui, ô viri magni, veritatis vt & beatitudinis ea eſt natura vt nouorum ſubinde vſurpatorum aduentu nihilo minor ſit eorum portio qui prius poſſidebant; quinimò creſcat potius & confirmetur. Occupaſtis illam primi, nolite veſtrum exemplum, veſtram authoritatem, veſtram lucem aliis inuidere. Eorum conſenſione firmius erit quod iam obtinebatis. Quid? Num ipſo etiam cœlo cedendum erit ſi æmuli acceſſerint? veſtra quædam propria laus eſt docuiſſe primos quod à vobis alij deinde diſcerent. Nihil illi detrahitur, amplior etiã fit multitudine illâ diſcentiũ. Quis ſuum oderit bonũ ſi ab alijs ametur? Quis ſuũ etiã verũ ſi ab alijs approbetur? Num contra Ieſuitas vel pro Alcorano pugnandũ erit?

Altera eſt cuaſio Non-Auguſtinianorum, emanaſſe

Digitized by Google

quidem à S. Pontifice noui Augustini damnationem, sed fuisse deinde suspensam. Id quod ego, vt ingenuè fatear, non satis intelligo quid sit, quidue significet. Nam cùm damnatio illa duo contineat, legitimam inprimis definitionem & declarationem veritatis, deinde censuras negantibus veritatem illã inflictas; hæ quidem ita suspendi possent, vt deinceps non incurrerentur. Sed hoc nihil ad rem nostram, Veritatis autem illa decisio quomodo suspẽdi potest ex quo semel facta est? Et quid diceret Pontifex suspendendo? Neque enim opinor hoc expectamus, vt fateatur se esse fallibilem in causis fidei decidendis, atq; etiam in hac causa deceptum. Quid igitur dicet? Quamuis sim infallibilis, & ad fidem pertineat quod a me definitum est; nec sit dubium quin definierim postquam promulgata est definitio & cum tota Ecclesia communicata, permitto tamen vt fideles aut falsum dicant aut an verũ dubitent quod a me definitum est: hoc diceret Pontifex? Sed etsi diceret, nulla ea tamen esset permissio. Nam vt nullo speciali præcepto opus est vt cõtrahatur obligatio credẽdi quod est reuelatum, aut non negandi, nec de eo dubitandi: Sed ex ipsa, vt dicitur, rei natura hoc indispensabiliter nascitur, suppositâ sufficienti propositione quâ intelligatur esse credibile; ita nec est vlla permissio quæ huiusmodi obligationem tollat. Nisi forte volumus fieri posse licitum annuente Deo, vt dicamus falsum esse quod apparet ipsum dixisse. Cùm ergo suppositâ Romani Pontificis infallibilitate in propositione credendorum, idem sit ipsum aliquid proposuisse, & Deum per ipsum idem proposuisse; si daret permittẽdo non credendi facultatem, daret facultatem non credendi quod constaret esse à Deo propositum, quod repugnat.

Dicunt tertiò Nou-Augustiniani damnationem hanc Nouo Augustino nihil nocere, qui non dixit veras esse propositiones quas damnat Pontifex, sed tantum esse ab Augustino assertas: id verò ab ipso luculentissimè

Digitized by Google

probatum: & quia negari merito nequit, ita nec fuisse damnatum. Sumptum hoc est ex Nouo Augustino qui sic loquitur. *Verumtamen memor ille sit qui me refellendum suscipiet instituti mei, ne multum lacertos fatigando vmbram feriat.... hoc a me ex professo agitur atq; quæritur, non quid de naturæ humanæ statibus & viribus, vel de Dei gratia & prædestinatione sentiendum sit; sed quid Augustinus olim Ecclesiæ nomine & applausu, quæ sententias eius capitales tanquam totius doctrinæ fulcra consecranit & suas fecit.... tradiderit, prædicauerit, scriptoq; multipliciter consignauerit,* &c. & deinde *Nec iterum in hac nostra disputatione quæritur, vtrum vera an falsa sint quæ tanquam Augustini sensa proferuntur; sed vtrum Augustini sint.... Quod si ea Doctorem istum sensisse certum fuerit, vera an falsa sint ipse viderit: ipse ian Scholastici hallucinando fallantur, prudenter iudicent, & Ecclesia toties oppignerata pro doctrina eius auctoritatis mole discernat.* Et tandem in Epilogo totius Operis *Quod si cubi hallucinatus fuerim, hoc scio, me non in Catholica veritate, sed Augustini sententia asserenda cecidisse. Nec enim ego quid verum aut falsum, quid tenendum aut non tenendum in Catholicæ Ecclesiæ doctrina, tradidi; sed quid Augustinus tenendum asseruerit ac docuerit.*

Iaul. rom. 2. l. 1. Proœm. cap. 29.

Ex quibus constat voluisse Baiistas totam hanc quã mouent esse facti quæstionem, non iuris; vt ita facilius declinarent Ecclesiæ Romanæ anathematismos, dũ non videtur aseruisse quid sit aut non sit credendũ, sed quę sit aut nõ sit Augustini sentẽtia, siue illa vera sit siue falsa.

Sed primò, vel hoc ipsum esset per se satis magnum satisque damnabile peccatum, contra nubem, vt loquũtur, Scholasticorum cõmunemque cæterorum Doctorũ sententiam stare in acie, ac contendere Augustinianos esse qui damnãtur errores, & consequenter proscriptã ab Ecclesia doctrinam Augustini, quod hoc sit & Augustino perquam iniurioſum, & ipsius Ecclesiæ auctoritati dãnosissimum, nimirum & optatissimum eius hostibus hæreticis. Quare nec ex eo capite possunt Baiistæ

innocentiam præstare quam præ se ferunt.

Secundò est etiam quod dicunt admodum falsum atq, ipsis eorum verbis expressóque per omnes Noui Augustini partes præiudicio conuincibile. Non quæritur, inquiunt, quid sit sentiendũ, sed quid olim Augustinus senserit: nec vtrum vera an falsa sint ipsorum dogmata, sed vtrum sint Augustini. Immò verò vtrũque quæritur, quia vtrumq; ab illis asseritur. Quî enim fieri potest vt vnũ ab alio separetur in eorum doctrina? Age, cùm fateris istud quæri, *Quid Augustinus olim Ecclesiæ nomine & applausu quæ sententias eius capitales tanquam totius doctrinæ fulcra consecrauit & suas fecit, senserit, prædicarit, scriptoq; multipliciter consignarit*, nonne fateris Augustinum Ecclesiæ nomine & applausu docuisse quæ docuit: & consecratas esse ab Ecclesia capitales eius sententias, atque ita transiisse in sententias Ecclesiasticas? Dum, quis fallatur definiendum committis Ecclesiæ iudicio *toties oppignerata pro doctrina Augustini*, nonne hoc ipsum asseris oppigneratam esse Ecclesiæ auctoritatem pro Augustini doctrina? Iam igitur abs te peto, putes-ne falsam esse posse doctrinam Ecclesiæ nomine & applausu traditam, doctrinã ab Ecclesia consecratam, doctrinã Ecclesiasticã, doctrinam pro cuius veritate ipsa se Ecclesia vadem præstitit oppigneratâ propriâ auctoritate, hoc est totâ suâ infallibilitate? si falsa esse potest doctrina, quæ talis est, recurrit quod sæpe dixi, & capessendum est iterquò Geneuam itur. Iam enim destructa est columna veritatis: si falsa esse non potest quæ talis asseritur esse doctrina: ergo cùm asseritur esse talis, & vera esse asseritur: ac proinde potest cum eo qui talem asserit disputari, non solum cuius sit, sed etiam an vera sit.

Mirabiles omnino sunt Baiistæ, qui cum toto impetu totâq; animi contentione in id incumbant, vt ea vera esse probent ex quibus euidens est ea quoque necessariò consequi, quæ damnata sunt, negant tamen se hæc

hæc quæ ſequuntur aſſerere, ne conuincantur aſſerere damnata: hoc eſt, argumentationis antecedentia omnino ponunt, & quod eſt manifeſtum ac neceſsarium conſequens, dicunt ſe non aſſerere: ſi enim ſic argumenter, Doctrina, quæ eſt Eccleſiæ nomine & applauſu tradita, ab ea conſecrata factáque Eccleſiaſtica, vera eſt: Doctrina quæ damnata eſt à tribus Pontificibus, eſt tradita Eccleſiæ nomine & applauſu, eſt ab ea conſecrata, eſt facta Eccleſiaſtica, ergo doctrina quæ damnata eſt à tribus Pontificibus eſt vera; maiorem omnino tuentur profeſſi ſe ad extremum vſque ſpiritum obedientes Eccleſiæ filios futuros. Pro minore quoque pugnaciſſimè decertant; vtrum vera ſit concluſio, non aſſerunt, delicati nimirum Dialectici, qui poſito argumento efficaci ac neceſſario, abſtinent ab eo quod concluſum eſt.

Ecquid amabo eſt ſe non aſſerere *quid ſit verum aut falſum, quid tenendum aut non tenendum*? Qui *Catholicum* eſſe aſſerit quod aſſerit, qui aſſerit eſſe *Euangelicum*, qui aſſerit eſſe *Apoſtolicum*, ille non aſſerit eſſe verum aut tenendum? Putat fortaſſe fieri poſſe vt Catholicum ſit, ſit etiam Apoſtolicum atque Euangelicum, & tamen falſum, ac reiiciendum? Atqui Nouus-Auguſtinus id quod eſt Auguſtini aſſerit eſſe *Catholicum*, *Apoſtolicum* & *Euangelicum*: ergo aſſerit eſſe verum & tenendum & non ſolùm eſſe Auguſtini. Patet aſſumptum ex antea dictis, hoc eſt ex argumentis, capitum Noui-Auguſtini, vbi doctrina S. Auguſtini de gratia Dei dicitur eſſe *Euangelica*, *Apoſtolica*, *Catholica*, inſupérque additur & *irrefragabilis authoritatis*, vt hoc etiam expendant Nou-Auguſtiniani, an non aſſeratur verum & tenendum, quod aſſeritur eſſe confirmatum *authoritate irrefragabili*. Expendant & hoc etiam quod aſſerunt, *à Romanis Pontificibus Innocentio, Zoſimo, Cæleſtino, Leone, Hor-*

Tom. 2. lib. 1. Proœm. c. 14.

missa, Felice secundo, magnificentissimè approbatam, & consecratam Augustini doctrinam. Hoc non est asserere esse veram ac tenendam? Quod si non contendunt esse veram, quare *procaces* vocant & *immodestos*, atque *immoderatæ libertatis audaciæque*, qui contradicunt? Quare *Ecclesiæ perniciem meditari*? quare gratiam *non tam prædicare quàm prodere*? Quare *in veteres Pontifices & antiquam Ecclesiam iniuriosos esse*? vno verbo. Quare tot probris onerantur, qui dissentire putantur ab Augustino; ideoque præter *Cimmerias tenebras & confusionem Babylonicam* nihil reliquum esse dicitur in hodierna Theologia?

Ib. cap. 15.

Ib. cap. 16.

Ib. lib. 3. de statu puræ nat. cap. 22. In indice v. Molina to. 1.

Sed quænam erit istorum verborum interpretatio, quisue sensus. *Non aduertunt recentiores isti, qui Augustini principia non satis penetrarunt, se in illis ipsis capitibus quæ impugnant,* NON OPINIONES AVGVSTINI, SED CATHOLICÆ DOCTRINÆ FVNDAMENTA, *quæ Romani Pontifices ex Augustini libris hausta consecrarunt vellicare atque concutere.... vt non iniuria dicere possimus eos verè* GRAVISSIMAM APOSTOLICÆ SEDI INIVRIAM FACERE *qui vllum articulum doctrinæ ab eo traditæ erroris insimulant, vel ab antiquorum Romanorum Pontificum Successoribus Pio V. & Greg. XIII. etiam damnatum putant. Quasi verò* VERITAS *posset aduersa esse* VERITATI, *vel propter subintrantes opiniones nouas Augustino capitaliter dissonantes id quod* VERE *Augustinus docuit ab eius authoritate remoueri deberet: vel Augustinus Romanæ Sedi semper probatissimus, cum Romana sede committi.* Asserit Nouus Augustinus Antiquũ id quod docuit *verè*, docuisse, esse *veritatem*: & ideò videri non posse damnatum à Pio & Gregorio, quod *veritas*, non aduersetur *veritati*. Non tam esse opiniones Augustini *quàm Catholicæ doctrinæ fundamenta* à Romanis Pontificibus *consecrata*; & tamen negat se asserere quid eorum quæ tractat sit verum aut falsum, quid tenendum aut non tenendum sit.

Ib. cap. 16.

Digitized by Google

Asserit esse *veritatem*, & esse *verè* traditum; & non asserit esse verum. Asserit non tam esse opinionis Augustini, quàm Catholicæ doctrinæ fundamenta à Romanis Pontificibus consecrata, & tamen non asserit an sint tenenda, sed tantùm an sint Augustini. Quid hoc monstri est? Non tam asserit esse vera quàm esse opiniones Augustini, & simul asserit qui ea impugnat, non tam impugnare opiniones Augustini, quàm impugnare ipsa Catholicæ doctrinæ, hoc est Catholicæ veritatis fundamenta? Quomodo hæc conciliabunt Noui-Augustini adoratores?

Et illud etiam quale est, *grauissimam eos iniuriam facere Apostolicæ Sedi, qui putant vllum articulum doctrinæ ab Augustino contra Pelagianos traditæ esse damnatum à Pio V. & Greg. XIII.* Nam primò ipse est qui propositiones quasdam ab illis Pontificibus *damnatas*, easdem esse putat cum traditis ab Augustino, vt paulò antè monstratum est: Ergo ipse est qui grauissimam facit iniuriam Apostolicæ Sedi. Deinde quæ iniuria inferri potest Apostolicæ Sedi, si dicatur damnatum esse aliquid ab ea quod falsum est? Ergo necessarium est vt qui asserit illam iniuriam, asserat verum esse quod damnatur. Ergo secum pugnat & falsum dicit, cùm dicit se non asserere quid sit verum aut falsum, sed tantùm quid sit Augustinianum.

Huc refer illam quam prædicat Pauli & Augustini similitudinem, *in profundo sensu, intelligentia, & prædicatione diuinæ gratiæ.* Paulo enim ita *succenturiasse* Augustinum, vt *primus Antiquorum Patrum omnes gratiæ conclusiones quæ vsque ad eius tempora in Christianorum fide deliuerant in lucem incredibili profunditate & penetratione deduxerit*, Augustinum in se *notitiæ vere Theologicæ limites fixisse: esse Patrem Patrum, Doctorem Doctorum, primum post scriptores Canonicos, inter omnes verè solidum, subtilem, irrefragabilem, Angelicum, Seraphicum, excellentissimum, & ineffabiliter mirabilem.* Cuius luce tamquam primi lib. cap. 21. " " " " " " lib. cap. 23. " " " " " " "

Digitized by Google

Angeli, *Omnes quodammodo Deus irradiando perfundat,*
lb. cap. 24. *qui quaqua ratione ad alios erudiendos destinati sunt.* Ipsum, doctrinas de gratia Dei, *tam immobilibus principijs primùm fundasse vt quidquid dissonat* RESPVENDVM SIT. (Vide Lector an verum dixerit qui dixit se non definire quid sit tenendum vel non tenendum, cùm definiat quid sit
» *respuendum) Ipsum irrefragabilem ex tot Pontificum sacratis*
» *vocibus, tot Canonum Synodalium præformationibus, toto an-*
» *tiquioris Ecclesiæ cõsensu authoritatem consequutum esse, suc-*
» *cubuisse quotquot cum eo vel viuo vel mortuo pugnare ausi*
lb. cap. 27. *sunt. Ipsum denique vnà cum Apostolo Paulo matricem es-*
se ac fontem omnium cõclusionum quæ de gratia educi possunt.
Hæc Nouus-Augustinus, aliaque id genus pleraque,
lb. cap. 29. quibus fusè propositis, quod subiungit, *non quæri* in hac ipsius disputatione, *vtrum vera an falsa sint quæ tanquam Augustini sensa proferuntur, sed vtrum Augustini sint,* tuum erit, optime Lector, indicare quàm immanem hiatum aperiant, & quàm fœdè inter se pugnent. Nobis vnica hæc ratiocinatio sufficit.

Quærere an aliquid sit traditum a Doctore irrefragabilis auctoritatis, in ea quæstione in qua omnes eius articuli nituntur immobilibus fundamentis, & ab Ecclesia & Synodis & Põtificibus consecrati sunt, idem est ac quærere vtrum sit verum & tenendum: & asserere à tali Doctore traditum esse, est asserere verum esse atque tenendum, vt per se patet. Sed Nouus Augustinus quærit vtrum hæc propositio v. g. *Omnia infidelium opera sunt peccata, & virtutes philosophorum sunt vitia.* Item, ista *Deus non potuit creare hominem dolori capitis obnoxium ante quàm peccet,* & aliæ similes, traditæ sunt à tali Doctore qualem diximus, & concludit esse ab eo traditas: Ergo Nouus Augustinus quærit vtrum illæ aliæque id genus propositiones sint veræ ac tenendæ, concluditque veras & tenendas esse: ac proinde dum negat se hoc quærere vel aserere, & falsum dicit, & secum pugnat. Rursus,

Digitized by Google

Propoſitiones illæ damnatæ ſunt à tribus Pontificibus, vt probatum eſt: Atqui illæ ipſæ ſunt de quibus quærit Nouus Auguſtinus ſint ne veræ ac tenendæ, aſſeritque veras eſse ac tenendas: Ergo propoſitiones de quibus quærit Nouus Auguſtinus an ſint veræ ac tenendæ, & quas aſſerit eſse veras tenendaſque, ſunt propoſitiones damnatæ à tribus Pontificibus, & conſequenter ipſius aſſertio & doctrina cenſenda omnino eſt eſse damnata, quidquid vel ipſe vel Nou-Auguſtiniani ſatagant, vt hoc probrum effugiant. Sed hîc illud regerunt, quod eſt antea contritum, pugnare igitur ſecum Apoſtolicam ſedem, atque alterutro tempore deceptam eſse: vel cùm approbauit Auguſtinum, vel cùm propoſitiones ab eo traditas damnauit. Reſpondeo nos exhibere apertam illarum propoſitionum damnationem à Sede Apoſtolica factam; hoc eſt, à Pio, Gregorio, & Vrbano; debere igitur illos oſtendere earumdem approbationem ab eadem Sede profectam, quod præſtare non poſſunt. Dicant enim vbinam Innocẽtius aut Cęleſtinus, vel alius quiſpiam Antiquorum Pontificum dixerit verum eſſe illud, *Omnia infidelium opera ſunt peccata, virtutes omnes philoſophorum ſunt vitia, non potuit Deus creare hominem qualis modò naſcitur*, hoc eſt, morbis & doloribus vllis obnoxiũ, &c. Dixerunt, inquiunt, æquiualentia. Sed hoc ipſum perſpicuè oſtendendũ eſt æquiualere, nimirum quæ ab illis dicta ſunt, quod oſtendi nondum potuit. Approbarunt, inquiunt, Auguſtini omnia, & conſtat hæc eſſe Auguſtini. Inanis hæc eſt cantilena ſuperius exſufflata. Arauſicanum inquiunt, diſtinctè pronuntiauit liberum arbitrium non habere de ſuo niſi mendacium & peccatum. Ita inquam eſt, ſed mendacium vocat quod ad ſalutem vanum eſt, iuxta illud Ambroſii quo dixit de fuga ſæc. cap. 1. vanum eſſe *quod eſt mendax ad ſalutem*. huiuſmodi autem ſunt virtutes Philoſophorum, etiam illæ, quæ moralem habent honeſtatem ſine turpitudine vlla. Eſt-

Digitized by Google

que hoc ex Augustino sumptum, quando virtutis bonitatem ex eo metitur *quod sit consentanea liberandæ ac beatificandæ naturæ mortalium*, ideoque negat esse *veras virtutes* quæ non prosunt ad consequendã *veram & immortalem beatitudinem*, permittitque Iuliano, vt bonas dicat esse Philosophorum virtutes, bonasque voluntates, dummodo fateatur *esse apud Deum steriles ac per hoc non bonas*. Vbi vides non alterius bonitatis defectum in virtutibus Philosophorum Augustinum arguere, quàm vtilitatis ad salutem & beatitudinem, satisque illi esse, si eo tantum sensu negentur *veræ*, quia fallunt ad liberandam & beatificandã mortalem naturam. Ergo qui dicet posse quidem illas aliquando habere conformitatem cum naturali ratione: atque illam decere quemadmodum decet naturalis scientia, cum illo tamen defectu bonitatis vtilis ad salutem, qualis in eadem scientia reperitur; nihil ille neque Augustino, neque Arausicano, cuius canones ex Augustino excerpti sunt, contrarium dixerit: atque hoc pacto rectè conciliauerit & quæ multis locis docet Augustinus nullas esse veras virtutes infidelium & quæ docet etiam quibusdam alijs, hominum, *etiam impiorum, nec Deum verum veraciter iustéque colentium, quædam facta esse, quæ secundum iustitiæ regulam, non solùm vituperari non possunt, sed etiam meritò iustéque laudantur: nec ita detritam esse in anima imaginem Dei terrenorum affectuum labe, vt nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint, vnde meritò dici possit, etiam in ipsa impietate facere aliqua legis vel sapere. Et sicut non impediunt à vita æterna iustum quædam peccata* venialia.... *ita nec iniquo prodesse quædam bona opera sine quibus difficillimè vita cuiuslibet pessimi hominis inuenitur.*

Lib 4. con. Iul.

De spiritu & lib. cap. 27. & 28.

Denique Nou-Augustiniani conantur dolorem suum ea cogitatione solari, quòd perinde damnatæ videantur Iesuitarum theses Antuerpienses. Sed inane solatium istud est: & qui animo suo hanc opinionem imperant, non videntur legisse bullam Vrbani, vel certè

Digitized by Google

non intellexiſse. Oſtendant enim quo eius loco Pontifex theſes illas *continere propoſitiones iam damnatas*, quæ *magno cum ſcandalo & authoritatis dictæ Sedis contemptu contra præfatas damnationes & prohibitiones defendantur.* Oſtendant vbi dicatur malum quod ex theſibus oritur *in ſcandalum & perniciem vergere totius reipublicæ Chriſtianæ.* Oſtendant demum Pontificem dum ſuam mentem interpretatur Breuibus in Belgium miſſis, teſtari ſe Theſes reprobaſſe ſicuti *doctrinam haud ſanam continentes*. Et cùm id oſtenderint, fatebimur in eadem eſſe damnatione Nouum-Auguſtinum & Ieſuitas Antuerpienſes. Sed ſi clariſſimum eſt, cùm paria narret à ſe decreta Pontifex, aduerſus ea quæ tam contra quàm pro Nouo-Auguſtino ac Patribus Ieſuitis tam edita quàm edenda erant, quando nihil aliud in iis ſpectabatur quàm quod vtrique violaſſent prohibitionem eiuſmodi quæſtiones agitandi, deinde tamen *ex diligenti & matura lectione eius libri cui titulus Auguſtinus* (non dicit & Theſium) quâ ſcilicet innotuit non tantùm violari cautionem illam, quam Theſes quoque violabant, ſed & damnatam antea doctrinam proponi, (quale nihil de Theſibus pronuntiatur) cenſuiſſe renouandam illam doctrinæ non ſanæ damnationem, & Nouum-Auguſtinum tanquam *reprobatam* atque *damnatam* illam doctrinam *continentem* ac *renouantem* prohibendum, *Iquis poteſt dubitare* duplicem exprimi prohibitionem, vnam Nouo-Auguſtino cum Theſibus communem ob violatum præceptum non edendi quidquam eo de argumento: aliam propriam & peculiarem Noui-Auguſtini, ob eam quam continet & renouat *reprobatam damnatamque doctrinam*, & vt aliàs dicitur, *haud ſanam*? hac verò diſtinctione fit, vt in Authore Theſium ſola obedientia deſiderari potuiſſe videatur, ſi nullam facti rationem idoneam poſſit afferre, non verò fides aut veritas. Nouo autem Auguſtino defuiſſe cenſeatur, non ſolùm obedientia, ſed & veritas & illa quæ perire ſolet,

Digitized by Google

dum dãnatis opinionibus pertinaciter inhæretur, fides. Atque hinc fit vt enumeratio nouorum opusculorum quæ antea prohibitis adiunguntur & *subinserta* dicuntur in Bulla, ea tantùm complectatur quæ pro Nouo Augustino tuendo fuerunt edita. Frustra igitur eâ se cogitatione Nou-Augustiniani recreant: nec aliud restat quàm vt quod debent, quódque optatur ab omnibus & verò etiam speratur, Christi Vicario dicto audientes sint, priuatúmque erga vnum aliquem Doctorem affectum, necessario erga caput Ecclesiæ officio postponant.

LIBER IV.

LIBER QVARTVS.

Quo monstratur repræsentari à Baianis S. Augustinum hodiernis hæreticis consentientem.

QVANTOPERE faueant hæreticis omnibus Baiistæ satis constat ex ijs quæ hactenus disputata sunt, quibus patuit illos & Ecclesiæ infallibilitatem, & Romanorum Pontificum authoritatem concutere ausos. 1. Cũ Pelagianismum Patribus affricant qui Origenem inter & Augustinum vixerunt. 2. Cum Scholasticorum aduentu tantam cladem illatam putant veræ fidei, vt in maxima Catholicorum parte commúnia tantùm principia manserint, qualia ne ipsi quidem hæretici perdiderunt, introductis de cætero in eorum principiorum applicatione atque expressione immensis erroribus & Babylonica confusione. 3. Cùm Concilia cum Augustino committunt. 4. Dum decreta Romanorum Episcoporum adeò irrident, vt quem audiunt, aut loqui negent, aut quid loquatur scire: aut summa fruentem potestate liberum esse, metui videlicet gratiæue seruientem, dum sibi extorqueri sinit credendorum aut non credendorum definitiones. Sed operæ prætium est doctrinæ Baiistarum pauca quædam capita cum hodiernis hæresibus conferre, vt pateat quanta fuerit eorum hallucinatio, qui se Augustinianos esse dum probare aggrediuntur, hoc egerunt, vt Augustinus Caluinista videri posset. Quanta illud iniuria in sanctissimum Antistitem Ecclesiæ pugilem

inuictissimum hæreticorumque domitorem, quanto Ecclesiæ Catholicæ detrimento, quæ ista proditione in hostium castra inuitissimum trahi sentit Augustinum, tantóque suarum vitium famam diminui quanto crescit hostilium: quantâ demum gratulatione lætitiâque ipsorum hæreticorum, qui quod in votis semper habuerunt vt videri possent Authore Augustino *Antiquitatis*, vt loquitur Caluinus, *teste fidelissimo*, Ecclesiam oppugnare, id sibi modò concessum experiuntur eorum qui Catholici putantur beneficio, vel me silente nemo est, qui facilè non perspiciat. Neque hic aliud probandum restat, quàm nihil imponi Baiistis dum eo nomine accusantur quòd Augustinum repræsentent consentientem hodiernis hæreticis.

Hoc autem ostendo selectis quibusdam capitibus, de quibus primum monstrandum erit, quæ sit sententia nostratium hæreticorum. Et quia Baiani respondent non esse hæreticum quidquid est ab hæreticis traditum, Secundò loco monstrandum erit, in eo ipso Ecclesiæ fuisse contrarios. Tertiò demum & in eo illis consentire Baianos, in quo illi conuincuntur ab Ecclesia dissentire: & quia iactant se non aliam habere quàm habeat Augustinus ipse doctrinam: neque duos esse Augustinos Antiquum & Nouum sed vnum, eumdémque vt loquitur *Prædestinati* Censor, etiamnum post fulmina Sedis Apostolicæ, necessariâ deductione sequitur, eandem esse apud Iistos Illuminatos Augustini & hodiernorum hæreticorum doctrinam.

Pag 104.

CAPVT I.

INSTANTIA PRIMA.

De Attritione

QVÆ sit opinio Lutheri de Attritione quæ concipitur ex timore pœnæ ipsius verba declarant à De-

Digitized by Google

tano & Cancellario Louanienſi relata ex ſermone de Pœnitentia quæ ſic habent. *Contritio, ſic nunc cœpit vocari vera pœnitentia interior duplici via paratur. Primò per diſcuſſionem, collectionem, deteſtationem peccatorum quâ quis, vt dicunt, recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, ponderando peccatorum ſuorum grauitatem, damna, fœditatem, multitudinem: deinde amiſſionem æternæ beatitudinis, ac æternæ damnationis acquiſitionem & alia quæ poſſunt triſtitiam ac dolorem excitare. Hæc autem triſtitia facit hypocritam, imò magis peccatorem, quia ſolùm timore præcepti & dolore id facit: & tales omnes indignè abſoluuntur & communicantur*: hæc ille. Quibus liquidò conſtat repudiatam ab eo contritionem quæ ab Scholaſticis attritio dicitur, conceptam vel ex turpitudine peccati, vel ex amiſſione æternæ beatitudinis, vel ex acquiſitione æternæ damnationis. Rationem verò affert, quoniam qui ita conteruntur, *Si liberè deberent remoto præcepto & minis pœnarum confiteri, certè dicerent ſibi non diſplicere vitam præteritam, quam ſic coguntur diſplicere confiteri: imò quò magis timore pœnæ ac dolore ſic conuertuntur, eò magis peccant & afficiuntur ſuis peccatis quæ coguntur, non autem volunt odiſſe .... Et hæc eſt illa contritio quam ipſi vocant extra charitatem, non meritoriam. Alij vocant attritionem diſponentem ad contritionem: ſic enim ipſi opinantur, quam opinionem ego errorem iudico.* Coactam ſcilicet eſſe vult huiuſmodi pœnitentiam ceſſaturam ſtatim atque metus deſierit, & eſſe nullam, peccatumque augere. Atque hanc, vt vides, eſſe putat eam quæ à Scholaſticis vocatur attritio, cui etiam perfectiorem opponit, eamque veram pœnitentiam his verbis. *Secundo paratur contritio per intuitum & contemplationem ſpecioſiſſimæ iuſtitiæ, quâ quis in pulchritudine & ſpecie iuſtitiæ meditatus in eam exardeſcit & rapitur, incipitque cum Salomone fieri amator ſapientiæ, cuius pulchritudinem viderat. Hæc facit verè pœnitentem, quia amore iuſtitiæ id facit. Et hi ſunt digni abſolutione.*

Ruard. Taper. ar. 4. in Luth.

Digitized by Google

Hanc Lutheri sententiam quâ priorem illam atque imperfectam contritionem siue attritionem Scholasticorum reprobat, fuisse damnatam constat primùm ex iudicio Academiæ Louanienſis, cuius sensum Taperus in hac errorum Lutheri enumeratione repræsentat.

Constat secundò ex Censura Sorbonæ anno 1521. die 25. Aprilis vbi inter propositiones excerptas ex alijs Lutheri libris titulo 2. de *Contritione & ijs quæ eam præcedunt.* Propositio 5. hæc ponitur. *Contritio quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ ponderando peccatorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis acquisitionem, hæc, inquam, contritio facit hypocritam, imò magis peccatorem:* Vides hanc esse Lutheri propositionem paulò antè productam, iisdemque omnino verbis quibus eam ille expresserat, conceptam. Quàm Sorbona sic configit. *Hæc propositio est falsa, viæ ad pœnitentiam impeditiua, scripturis sacris & doctrinæ sanctorum difformis.*

Sess. 14. can. 5. Constat tertiò, ex Concilio Tridentino cuius hæc est definitio, *Si quis dixerit eam contritionem quæ paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ; non esse verum & vtilem dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam & magis peccatorem: demum illam esse dolorem coactum & non liberum ac voluntarium, anathema sit.* Quâ definitione Concilium complectitur id quod antea explicuerat. *Illam verò contritionem imperfectam,* Cap. 4. *quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum metu cõmuniter concipitur, si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ, declarat non solum non facere hominem hyp. & magis peccatorem:*

Digitized by Google

verùm etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum. Et deinde. *Quamobrem falso quidam docent . . . . . Contritionem esse extortam & coactam, non liberam & voluntariam.*

Vides hic etiam à Concilio referri ipsissima Lutheri verba: ac proinde id ipsum damnari quod Lutherus asseruerat, aut supposuerat, Nempe contritionem imperfectam illam & quæ est inferior caritate, siue vt ille dixit *extra caritatem*, conceptam ex consideratione turpitudinis peccati, felicitatis amissione & acquisitione siue incursu æternæ damnationis, esse malam, nec posse coniungi cum proposito melioris vitæ quando ipsa vitam facit deteriorem, constituendo scilicet hominem magis peccatorem & hypocritam. Item, vides damnari rationem quâ nitebatur Lutherus, quòd *cogantur* qui sic conteruntur, neque satis liber sit ille metus. Vnde nullum supereſt dubium, quin hoc ipsum quod tradidit Lutherus, & damnatum sit, & post huiusmodi damnationem omnino hæreticum.

Restat ergo vt ostendamus cum hac Lutheri doctrina congruere doctrinam Nou-Augustinianorum, quod facilè perspici poterit ex iis quæ tractauimus antea, quæque apud hos Auctores totis libris disputantur, vt sufficere possit argumenta solum referre capitum, qualia sunt hæc. *Ex puro timore pœnæ non potest ita fugi peccatum vt nullum aliunde peccatum incurratur: Ne quidem ex timore gehennæ. Repugnare magnopere Augustino doctrinam quâ docetur dolorem peccati propter gehennæ metum, seu attritionem quorundam Scholasticorum excludere posse omnem peccandi voluntatem & continere propositum bonæ vitæ seu seruandi totam legem Dei, itemque esse dispositionem sufficientem ad iustificationem cum sacramento obtinendam.* Quod autem hîc *quosdam* tantum *Scholasticos* designant contrarium sentientes, alibi *plerosque* fatentur dum dicunt, *Doctores Scholastici plerique docent omnino nos posse in aliquo actu ex solo timore pœnæ omne peccatum fugere ac detestari: ita videlicet vt intentio vitandi pœnas fugam omnis*

Supra cap.

Iansen. rom. 3. lib. 5. c. 27. & 28.

Iansen. loc. cit. cap. 27.

Digitized by Google

peccati ac detestationem velut medium assumat..... sed si secundùm D. Augustini principia de ista difficultate sentire volumus; impossibile est vt ille qui in peccandi proposito constitutus est, solâ pœnæ formidine ita mutet voluntatem peccatumque detestetur, vt non peccet. Addunt, *Numquam dubitasse Augustinum quin in illo qui timore solo coercet manus ne malum faciat, male faciendi tamen voluntas quâ sit reus vigeat.* Item *Tanquam constantissimæ veritatis dogma iudicari, teneri, ac tradi ab Augustino, quod voluntate reus sit quantumcumque ex timore aliquis peccatum declinare videatur.* Quodnam verò sit illud peccatum quo rei tenentur qui solo dicuntur pœnæ metu, aliàs significant cùm dicunt, ipsampræcisè pœnæ fugam, quatenus non refertur ad finem caritatis, *nullius alterius malitiæ adiunctione delictum esse*: vnde etiam cõstat solum eos agnoscere timorem bonum idoneúmque ad præparandum animum ad iustificationem, siue in sacramento, siue extra sacramentum, qui oritur ex caritate atque amore Dei, quo
Ib. cap. 7. dicunt etiamsi imperfectus sit & remissus, nos, *verè sincerè & gratis ex animo propter seipsum & nullius creaturæ intuitu diligere Deum; sine ad illam attingat perfectionem vt supra Omnia creata diligatur, siue in simpliciori & inferiori affectu hæreat. Nam talis amor quantumcumque remissus, exilis, ac tenuis est verissimus & castissimus fructus caritatis Dei, siue dilectionis amicitiæ, nullâ concupiscentiæ*
Cap. 11. *ad se reflexæ peruersitate distortus.* Addunt dilectionem hanc etiamsi imperfecta sit, habere idem prorsus obiectum quod perfecta caritas, iustitiam propter iustitiam, Deum propter Deum nullius alterius distinctæ mercedis consideratione dilectum, atque hoc esse contendunt illud, *sicut oportet*, quod Augustinus requirit ad bonos actus. Neque enim aliud esse aliquem actum fieri sicut oportet, quam fieri, *non ex timore pœnæ, non ex aliqua terrena vel reproba cupiditate, seu intentione carnali, sed ex dilectione iustitiæ, ita videlicet, vt in agendo ipsa legis iustitia diligatur.... Talem autem iustitiæ dilectionem non esse aliam nisi quâ gratis diligitur Deus.*

Ib. cap. 11.

Digitized by Google

Quòd ſi quæras quare ille alius pœnæ timor qui non eſt cum hac iuſtitiæ dilectione cõnexus, malus ſit atque ineptus, vt animum ad iuſtificationem præparet; rationem petuut ex eo *quòd ſit impoſſibile vt ille qui præceptum aut pœnitentiam ex ſolo timore pœnæ facit non ſit inuitus, non animo nolenti, non repugnanti, vt non mallet non facere ſi impũne liceret.* Item quia ille timor *naſcitur ex amore ſui ipſius quatenus in creatura vltimò requieſcit, quia non poteſt mutare malam voluntatem &c.* lb. cap 19. Cap. 30. 31.

Hæc ſunt lumina Baianorum, quæ ſi conferas cum iis quæ ſunt allata ex Lutherõ, inuenies primò vtrobique ſupponi aliquam contritionem conceptam ex intuitu & contemplatione ſpecioſiſſimæ iuſtitiæ, quod eſt illis etiam cum Catholicis commune: ſecundò vtrobique ſupponi contritionem ſiue attritionem aliã imperfectam & diſiunctã ab intuitu illo ſpecioſiſſimæ iuſtitiæ vt Lutherus loquitur: ſiue vt Baiiſtæ dicunt, ab illo intuitu quo *iuſtitia propter iuſtitiam*, *Deus propter Deum* dilectione *ſinceriſſimâ, caſtiſſimâque* amatur. In quo etiam illi nihil à Catholicis differunt.

Tertiò vtrobique aſſeri ſecundam hanc attritionem eſſe vitioſam, & inſufficientem animo ad iuſtificationem præparando. Nam hoc dicit Lutherus, cùm dicit, *facere hominem hypocritam & magis peccatorem: & indignè abſolui ac communicari ſic attritos*, Baiiſtæ verò cùm dicunt repugnare Auguſtino quod docent Scholaſtici attritionem illam *eſſe diſpoſitionem ſufficientem ad iuſtificationem cum ſacramento; naſci timorem illum ex amore ſuipſius, quatenus in creatura vltimò requieſcit.* Ideóque qui ſic timent, *ſine vllius alterius malitiæ adiunctione delinquere.* Ex quo ſequitur peccare qui ſic atteritur. Et quia peccator dum peccat fit magis peccator, fieri quoque illum *magis peccatorem:* quin etiam & hypocritam. Exterior enim pœnitentiæ profeſſio cum interiore voluntate peccandi eſt hypocriſis. Hoc autem damnatur in Luthero vt monſtratum eſt. Ergo Baiiſtæ Luthero conſentiunt

Digitized by Google

in eo in quo ille damnatus est.

Quartò vtrobique eadem affertur ratio cur mala sit attritio illa: & cur non sit idonea dispositio ad iustificationem Nempe quia sic contriti *cogantur non autem volunt* odisse peccata, vt loquitur Lutherus, quod ipsum Baiistæ dicunt, *esse invitum, animo nolenti & repugnanti* quod vtrumque damnatur à Tridentino vt manifestum est.

Vnde sequitur quintò, vtrosque destruere suppositionem illam Tridentini quâ supponit cum illo timore coniungi posse *propositum melioris vitæ*: Et quidem à Baiistis distinctiùs quàm à Luthero cum dicunt esse *im-*

Iansf. tom. 3 lib. 5. c. 33. *possibile. Quomodo*, inquiunt, *ex solo timore pœnæ habebitur voluntas emendationis & propositum non solùm qualecumque bonum, sed vniuersæ peccata relinquendi, & obseruandi totam legem Dei? hoc enim est vnum ex difficillimis quæ caritas præstare potest, sed sine Dei seu iustitiæ dilectione possideri impossibile est.* Item, *Non capio quid sibi Scholastici nonnulli velint, dum dolorem peccati ex pœnarum timore pullulante tantopere extollant, vt eum etiam omnem peccandi voluntatem excludere & bene viuẽdi propositũ includere putent; quo nihil in Augustini doctrina absurdiùs & falsiùs dici potest.* Atque hoc probãt quia propositum emendationis *est initium bonæ voluntatis & consequenter caritatis.* Quod igitur est discrimen inter istos & Lutherum in hac controuersia, in qua damnatum esse Lutherum constat?

Iansf. ib. cap. 35. Dices primò. Baiistas docere vtilem esse attritionem etiam illam quæ concipitur intuitu pœnæ solius. R. Verum est, vnde sunt in eo mirabiles. quod tantas inueniant in vno peccato vtilitates. Sed hoc non impedit quo minus eam vitiosam esse dicant quando à caritate disiungitur & minimè idoneam animo ad iustificationem præparando, etiam cum Sacramento, quod dixit Lutherus & in quo damnatus est.

Dices secundò Baiistas admittere contritionem ex amore iustitiæ conceptam minus perfectam, & quâ non diligatur

diligatur Deus ſuper omnia, eſto diligatur ex puro atque ſincero motiuo caritatis, quæ ſine Sacramento non ſufficiat, cum Sacramento ſufficiat ad iuſtificationem: & in eo videri poſſe aliam eſſe ipſorum & Lutheri ſententiã. Reſpondeo, ne Lutherum quidem, quòd ſciamus, hanc improbaſſe. Eſt enim etiam illa ex amore *ſpecioſiſſimæ iuſtitiæ*, qualem Lutherus laudat. Sed hoc non impedit quo minus hoc dixerint Baiiſtæ, quod eſt in Luthero damnatum, contritionem, quæ non concipitur ex amore illo ſpecioſiſſimæ iuſtitiæ, ſed ex timore pœnæ, malam eſſe, ideóque nec conferre ad iuſtificationem cum Sacramento.

Adde inſignem hoc loco Baiiſtarum contradictionem, qui ſuam hanc contritionem minus perfectam, & tamen ex motiuo caritatis cõceptam, deſignatam contendũt à Tridentino & dictam attritionem cum Sacramento ſufficientem. Et tamen cum eius imperfectionem explicant eam eſſe dicunt, quod etſi amor Dei ſit, non ſit tamen amor Dei ſuper omnia: & ideò non eſſe, quia *non vſque eò increuit vt aduerſantia iſti bonæ voluntati valeat ſuperare.* Quò ſpectat etiam quod paulo ante retulimus, propoſitum relinquendi omnia peccata, ferunt-dique legem, *eſſe vnum ex difficilibus quæ caritas præſtare poteſt.* Et hanc rationem afferunt quare Tridentinum non intellexerit per attritionem illam cum Sacramento ſufficientem, eam, quæ concipitur ex ſolo timore pœnæ, quòd ea quam intelligit Tridentinum ſit coniuncta cum tali *propoſito*, & ea quæ naſcitur ex puro timore pœnæ non poſſit eſſe ita coniuncta. Eſſe enim deteſtationem peccatorum & propoſitum melioris vitæ *duas conditiones quibus ab illius imperfectæ contritionis ſiue attritionis eſſentia reijcitur omnis illa attritio, quæ ex ſolo timore pœnæ ſiue temporalis ſiue æternæ proficiſcitur.* Coniungamus hæc omnia.

Ianſ. tom. 3. lib. 3. cap. 7.

Ianſ. lib. cap. 34.

Attritio ſiue contritio imperfecta quam Tridentinum ſufficere dicit cum Sacramento, debet habere

Digitized by Google

duas conditiones, quæ sunt detestatio peccatorum & propositum melioris vitæ : sed contritio imperfecta quam Baiistæ volunt esse actum purissimæ ac sinceriſsimæ caritatis, non habet duas illas conditiones, postquam non eò vsque *increuit vt valeat superare omnia aduersantia*, & postquam illa quæ hoc habet, est *vnus ex difficillimis caritatis actibus*, ac proinde non est imperfecta: ergo contritio imperfecta quam Baiistæ volunt esse actum purisſimæ ac sinceriſsimæ caritatis, non est attritio, siue contritio imperfecta, quam Tridentinum dixit sufficere cum Sacramento. Item,

Contritio quæ habet duas illas conditiones adiunctas est vnus ex *difficillimis* actibus caritatis, vt Baiistæ fatentur. Contritio quam Tridentinum sufficere dicit cum Sacramento, habet duas illas conditiones adiunctas, vt iidem aduertunt: ergo contritio quam Tridentinum sufficere dicit cum Sacramento, est vnus ex difficillimis actibus caritatis: ergo non est imperfectus actus caritatis: ergo non alia contritio sufficit, quàm quæ est perfectus actus caritatis, & amoris Dei super omnia, hoc autem illud ipsum est quod ostendimus in Luthero fuisse anathematizatum. Iungant igitur manus Nou-Augustiniani cum Lutheranis.

CAPVT II.

De Amore concupiscentiæ.

HÆc est altera instantia de amore concupiscentiæ quem in vniuersum damnari ab hæreticis, adeo vt ne ipsius quidem felicitatis tanquam mercedis intuitu operari fas sit, cõstat in primis ex Luthero loco iã citato. Postquam enim vitiosum esse vult dolorem conceptum ex amissione beatitudinis, consequens est, vt eiusdem beatitudinis, vt adipiscendæ intuitum vitiosum esse censeat, Constat etiam ex alia eius propositione quam Sorbona damnauit, *opera quæcumque ante caritatem sunt*

Supra num. 2.

In prop. excerptis ex Luth. tit. 2. de Contritione.

peccata, & damnabilia & indisponentia ad gratiam. Est enim hic mercedis & propriæ felicitatis intuitus imperfectior quàm vt sit actus caritatis : ac proinde vel præcedit passim caritatem, vel facilè potest præcedere. Est igitur ex Luthero malus & damnabilis.

Luthero Caluinus assentitur cum dixit, *Dei iudicio nihil esse sincerum nec probum, nisi quod ex perfecto eius amore manat*, &, *Cum ingenuam à filiis suis mercedem requirat Deus, seruile huiusmodi obsequium*, quo quis intuitu mercedis operatur, *non repudiabit modò, sed procul etiam reiiciet.* Quibus adde quod dicit: Quod addunt nullam fore cutam benè instituendæ vitæ, nisi spe mercedis propositâ, totâ viâ errant *Si enim hoc tantum agitur vt homines mercedem spectent cum Deo seruiunt, & illi suas operas locent aut vendant; parum proficiunt, gratis coli vult, gratis amari.* In Annid. Sess. 6. can. 15. & 31.

Concinit Geneuensis Theologia Polani, quando propositâ quæstione *an Deus ideo sit diligendus quia nobis potest benefacere*, Respondetur: *Nequaquam Nam & si amor erga Deum non caret mercede, tamen non debet esse mercenarius, sed filialis. Esset autem mercenarius si Deum diligeremus propter mercedem, seu spe mercedis consequendæ: imò iam non diligeremus Deum sed mercedem. Ac proinde sine intuitu mercedis diligendus Deus, affectus est non contractus caritas.* Syntag. Theol. lib. 9. cap. 10.

Hanc hæreticorum doctrinam fuisse damnatam ex dictis sequitur. Nam cùm sit eadem prorsus causa eius qui reiicit tristitiam ex amissione beatitudinis contractam, & eius qui reiicit eiusdem beatitudinis spem aut desiderium aut quemcumque alium eius intuitum; fieri non potest vt Academia Louanienſis & Parisiensis, & Leo decimus in Bulla contra Lutherum, & Concilium Tridentinum quando vnum damnant, non etiam damnent alterum.

Est insuper propria & expressa Tridentini definitio *vnde constat eos orthodoxæ Religionis doctrinæ aduersari* Sess. 6. can.

Digitized by Google

... qui statuunt in omnibus operibus iustos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando & sese ad currendum in
Can. 31. *stadio cohortando, cum hoc vt in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur æternam*: vnde postea, *si quis dixerit iustificatum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur, anathema sit.* Quam definitionem hæreticis esse contrariam & ipsa per se prodit, & ipsorum hæreticorum sensus ostendit: ideo enim Caluinus se aliter sentire significat in antidoto iam citato. Accedit Catholicorum Doctorum conspiratio quæ colligitur ex Vega & Bellarmino.

Neque obstat quod addit Concilium, *cum hoc vt in primis honorificetur Deus*, quasi verò supponeret hanc mercedis intentionem, non sistere in ipsa mercede, aut eam non referre ad ipsum operantem. Hoc enim si Concilium tanquam necessarium supponeret, falsò diceret aliquos in hac controuersia *fidei orthodoxæ aduersari.* Qui enim sunt illi qui aduersantur? Non Lutherus, qui suum illum hac ratione inueniret *speciosissimæ iustitiæ intuitum.* Non Caluinus, cui vt sufficit si fideles *offensam plusquam pœnam timeant*, dum metu pœnæ conterruntur, sufficeret etiam sine dubio, si Dei bonum plusquam suum quærerent, dum intuitu mercedis operantur: vt autem offensam plusquam pœnam timent, dum filiali timore concutiuntur, ideóque timent quia sincerè amant: ita plus amarent Deum quàm mercedem, si filiali pariter amore agerentur, ipsamque mercedem ad Deum referendo ideo cuperent quia Deum amant; *manaret*, hic affectus *ex perfecto Dei amore*, quo Deus *gratis amaretur*: ac proinde talis esset qualem Caluinus commendat. Quinam igitur essent illi qui aduersarentur orthodoxæ fidei, si fides orthodoxa nihil aliud postularet? Nihil aliud ergo voluit Concilium quàm occupare peruersam doctrinæ ipsius interpretationem, quâ quis crederet nullam esse igitur perfectæ caritatis necessitatem, si aliquis amor concupiscentiæ laudabilis

Digitized by Google

est & meritorius. Est enim omnino aliqua & quidem indispensabilis. Sed intendit Concilium quamuis ille mercedis intuitus disparatè se habeat ad actum caritatis, qui vel simul, vel antè, vel post elicietur; neque inde pretium accipiat aut valorem vllum, dummodo tamen illum non excludat esse ipsum per se bonum & honestum & meritorium: & hæreticos esse qui contrarium sentiunt.

Atqui contrarium sentiunt Baiiani, quod est tertium hoc loco monstrandum, estque ad monstrandum facile. Disertè siquidem pronuntiant: *Concupiscentiam respectu Dei esse amorem vitiosum, finem vltimum non posse aliò referri nisi amandi peruersitate, Nullum esse vestigium in omnibus Augustini operibus Scripturisue sacris, quòd visio Dei alio sit amore quàm veræ caritatis appetenda. Qui sibi Deum diligit, totum dilectionis ordinem, diligendi peruersitate perturbare.* Ita intelligendum quod legimus de iis *qui propter retributionem operantur*, neque imperfectum esse hunc operandi modum, sed verè etiam *perfectissimum*, quòd scilicet illa retributio in finem caritatis referatur, nec aliter possit honestè appeti, illum cuius affectus immoratur in delectabilibus illis *nullius alterius malitiæ adiunctione delinquere*, vitiosum esse timorem malorum æternorum, si ea timeantur *non quatenus impediunt ne animus liberè in Deum fruendum transeat, sed quatenus ea sibi tantùm incommoda sunt.* Vnde inferas eodem modo vitiosum esse amorem bonorum æternorum.

Iansen. tom. 3. lib. 5. cap. 8. §. 10.

lb. cap. 21. 31.

Et ideo candidè confitentur; *Esse sinceritatis adulterium, quando quis in seipsum resilit sperando, vertique puritatem diuinæ caritatis in fœditatem mercenariæ cupiditatis.* Hæc illi & pleraque id genus alia de quibus postulamus quid differant ab eo quòd in Luthero damnauit Leo decimus, de dolore concepto ex amissione felicitatis, & in eodem Luthero atque Caluino Tridentinum? nemo enim illorum, vt dictum est, desiderium felicitatis reprobat, nisi finem caritatis non attingat, si enim illum

lb. cap. 2.

Digitized by Google

intueantur approbant omnes. Baiani in vtroque consentiunt, cùm tamen alterum damnatum sit. Et cùm sit tam aperta hoc in loco inter ipsorum doctrinam & eam quæ in hæreticis damnata est consonantia; quis non miretur hanc eos difficultatem ita dissimulasse vt ne vnum quidem verbum protulerint quo illam occupasse viderentur?

CAPVT III.

De Authore peccati.

FRVSTRA sim si probare contendam hanc nuperi hæreticis excidisse blasphemiam vt Deum facerent Authorem peccati. Tanta enim est & tam certa eiusce rei opinio apud Catholicos omnes, vt si suam illi hac in parte innocentiam probauerint, accusanda sit Ecclesia Catholica publici erroris in interpretanda hæreticorum doctrina.

Sed & frustra quoque sim si probare contendam hanc quam dixi blasphemiam fuisse illis ad errorem & hæresim imputatam. Nam & hoc pariter cogit eorúmdem Catholicorum pia execratio, & plenus religionis horror, vt mittam Tridentini anathematismum in eos qui dicunt *Deum mala opera ita vt bona, operari, non permissiue solùm, sed etiam propriè & per se.*

Sess. 6 can. 6

Restat ergo ad absoluendam instantiam hanc, vt probemus Baianos hoc loco nihil admodum diuersum ab hæreticis tradidisse. Quod vt innotescat præmittẽdum est illud, animoque retinendum, hæreticos non aliter errasse quàm quòd certa quædam principia tradiderint ex quibus necessariâ collectione sequatur illa res quæ nomine auctoris peccati significatur. Nam quod totidem verbis aliquando concluserint, *Deum esse peccati auctorem*, non posset fortasse ex eorum libris facilè ostendi: & si quid tale vspiam occurreret, non deesset spe-

Digitized by Google

cioſa quædam interpretatio , quâ conarentur hanc quam vocare ſolent calumniam depellere. Ergo hoc illis eſt erraſſe & hæreticos eſſe in conſtituendo peccati Auctore Deo , quod eſt aliqua poſuiſſe principia quibus hoc conficiatur. Atqui nihil minus fecere Nou-Auguſtiniani. Ergo.

Aſſumptum modò probandum eſt. Et occurrunt in primis communia illa principia de peccandi neceſſitate diuinâ conſtitutione confirmata. De mandatorum impoſitione reſpectu eorum qui nec habent nec habere poſſunt implendi vires , eius ſcilicet denegatione qui mandata imponit. videtur enim conſequens vt ei qui vult poſitiuè & efficaciter hominem non poſſe a peccato abſtinere, peccatum potiús tribuatur quàm ipſi qui peccat & Tyrannica illa voluntas, vt homo ſe teneri ad hoc intelligat quod præſtare non poteſt, præuaricationis vitium ſi quod ſit, ei qui ſic præcipit, ſicque intimat potiùs quam in miſerum hominem refundendum ſuadet: occurunt & illa de excæcatione & obduratione : quas dicunt & eſſe peccata, & peccati originalis pœnas effectusque poſitiuæ reprobationis *à diuino iudicio punientis reprobantiſque profectas*, quo fiat vt reprobis *omnia in malum cooperentur* & vide quàm nolint eſſe in hac parte ſcrupuloſi, cùm dicunt, ipſa etiam *peccata finalia ex illo excluſionis decreto* VELVT VT MINIMVM *remouente prohibens* promanare. Maius ſcilicet quippiam petituri, ſi toto iure ſuo vterentur. Sed hoc *vt minimum* exigunt interea dum aliquid amplius moliuntur. Ianſ. tom. 3. lib. 10. c. 5. Ib. lib. 9. cap. 20.

Verum omiſsis eiuſmodi argumentis oſtendo vno in exemplo Deum ab illis fieri Authorem peccati. Cõſtat ex dictis timorem pœnæ etiam æternæ apud iſtos Theologos eſſe peccatum, non *alicuius alterius malitiæ adiunctione*, ſed eo ipſo quod pœnæ timentur quatenus ei qui timet malæ ſunt, vt antea retulimus. Et ideo cùm poſsit eiuſmodi timor ad pœnitentiam ſe habere vel per modum *occaſionis*, vel per modum *intentionis*, quando Ianſ. tom. 3. lib. 5. cap. 15. Ib. cap. 19.

Digitized by Google

videlicet pœnitentia velut medium assumitur ad vitandas pœnas : ita philosophantur vt dicant, priori modo nihil impedire quo minus vera possit esse contritio veraque pœnitentia, quod timor non sit eius circumstantia, sed tantùm *occasio quædam & quasi causa extrinseca quæ non potest ei malitiam affricare.* Quasi dicerent posteriori modo, quo timor per modum intentionis ad pœnitentiam concurrit vt ad medium pœnæ vitandæ necessarium, quia est eius circumstantia & causa per se ac propriè concurrens, consequenter *affricare illi malitiam suam*: itaque totam siue contritionis siue pœnitentiæ illius quæ sequitur, bonitatem atque vtilitatem corrumpi: maximéque tunc verum esse, quod Lutherus dicebat, pœnitentem fieri *magis peccatorem.* Quocumque igitur modo se habeat iste timor, supponitur semper esse malus, siue malitiam illam aliis affectibus *affricet*, siue non.

Atqui Deus est auctor illius timoris: ergo Deus est auctor alicuius actus vel affectus mali: atque adeò alicuius peccati. Probatur assumptum ex doctrina Baianorum qui censent timorem illum nasci ex *gratia quadam generali, non ex illa propriè & strictè dicta gratia Christi; Deum quidem illum timorem subinde conciliare, vel etiam interius inspirare, esse tamen hanc alterius rationis quam Christi gratiã: & non excedere limites naturalis prouidentiæ: hunc timorem Dei gratiæ & misericordiæ multis modis deputandum*, & alia id genus multa, ex quibus sic argumentor. Deus est auctor illius effectus quem ipse *conciliat*, quem *interius inspirat*, qui *eius gratiæ ac misericordiæ deputandus est*: sed ille timor, quem supponimus malum, est affectus quem Deus conciliat, quem interius inspirat, qui eius gratiæ ac misericordiæ deputandus est: ergo Deus est Auctor illius timoris quem supponimus malum: ac proinde Author est alicuius peccati. Vnde videas quàm præclara Baianorum Theologia, qui quod dicebant Manichæi de primo rerum principio,

Digitized by Google

principio, dum bonarum vnum, alterum malarum distinguerent: hoc isti de gratia Dei sentiendum putauerunt, dum alteram ad concipiendos bonos affectus, quæ est gratia Christi, alteram ad malos quæ est gratia Dei *non excedens limites prouidentiæ naturalis* discreuerunt: hoc etiam Lutheranis peiores & Caluinistis, quod hominum mala Dei beneficio deputant, & diuinæ gratiæ dicunt esse, quod quis peccet

Dices primò Baianos asserere, dum quis sibi aut beatitudinem amat aut pœnas timet, hanc esse sic amantis aut sic timentis culpam potius quàm amoris ipsius aut timoris: ergo amor & timor qui deputatur Dei beneficio non est malus amor aut malus timor. Contra. Ille affectus est in seipso culpabilis qui culpam alijs *affricat*: At iste affricat, vt Baiani loquuntur & antea monstratum est; ergo. Item hos affectus in homine ipso quiescere neque in Deum vltimò tendere est defectus ipsorum proprius atque intrinsecus, adeo vt abesse repugnet, sitque necessarium esse alium amorem aliumque timorem illum qui Deum vltimò spectabit: ergo quod dicitur esse malum in illis affectibus, proprium est atque intrinsecum & inseparabile, sicuti est peruersitas quorumcumque aliorum affectuum intrinsecè malorum. v. g. odij Dei: ergo qui beneficio suo & gratia inspirat hos affectus, beneficio suo & gratia inspirat peccata, itâque illorum author est. Iansen. tom. 3. lib. 3 cap. 21.

Dices secundò Deum habere idoneos fines in inspirandis illis affectibus, quò fiat vt immerito censeatur esse author mali. Vult enim Deus tantùm vt ille v. g. pœnæ timor sit occasio ad ipsum confugiendi per amorem & aliquod malum esse occasionem boni bonum est: vnde qui hoc intendit, bonum intendit, estque dicendus author boni & non mali. Contra. Neque ipse Lutherus vnquam aut Caluinus asseruerunt Deum frustra esse authorem peccati, nullúmque habere idoneum finem quo illud decerneret, contrarium enim patet ex ipso-

rum scriptis. Quin & hoc ipsum disertè docēt, sumpsisse illum ex malo maximorum bonorum occasionem: ergo quod semper intendimus, vel illi sunt ab ea calumnia liberandi, quâ dicuntur feciſſe Deum Authorem peccati, vel Baiani in eandem sunt damnationem compellendi.

Et quod dicitur de occasione boni quæ sumitur ex malo, frustra est. Nam etsi bonum sit ex malo iam supposito & per aliam causam existente occasionem boni sumere; facere tamen ac decernere ipsum malum, vel vt dicunt *inspirare*, vt sit occasio boni, hoc vero est esse Authorem mali propter bonum, & *facere mala vt inde eueniant bona*: & est hoc ipsum quod in Luthero & Caluino damnatum est. Qui medium aliquod decernit propter aliquem finem, non tantum vult esse author finis, sed & medij. Medicus qui venæ sectionem imperat, sanitatis gratia, ipsius sectionis verè propriè, ac per se author est, & non solũ sanitatis, quin etiam quodammodo magis propriè author est sectionis venæ quàm sanitatis, ergo qui malum esse decernit & procurat propter bonum, non tantùm boni, sed ipsius quoque mali author esse censendus est. Vide quæ dicta sunt antea vbi notata sunt Baianorum disſidia Andabatarum more secum pugnantium.

CAPVT IV.

De Sacramentorum Efficacia.

ADDENDA est etiam hæc instantia, vt pateat Baiistas nimis quàm consentientes esse hodiernis hæreticis.

Et primò recentium hæreticorum sententia est, iustificationem ita esse fidei tribuendam, vt sacramenta in tantum iuuent in quantum fidem illam vel excitant vel nutriunt, vel instar tesseræ, aut arrhæ, pignorisue cuiusdam confirmant: ideóque ipsa non continere gratiam iustificationis & eius causas, sed eam tantum significare. Lutheri verba sunt, *Hæretica sed vsitata sen-*

In assert. 1. art.

tentia est Sacramenta nouæ legis dare gratiam ijs qui non ponunt obicem, scriptura enim dicit, iustus ex fide viuet. Non dicit ex Sacramentis viuet, Item, *Nos dicimus nec noui nec veteris testamenti Sacramenta, sed solam fidem iustificare.* Et speciatim de Baptismo. *Baptismus neminem iustificat, nec vlli prodest, sed fides in verbo promissionis.* Lib de cap. Babyl.

Caluinus verò, *Quamobrem hoc fixum maneat, non esse alias Sacramentorum quàm verbi Dei partes, quæ sunt offerre nobis ac proponere Christum, & in eo cælestis gratiæ thesauros: nihil autem conferunt aut prosunt, nisi fide accepta. . . . , Cauendum præterea ne in errorem huius affinem nos adducant quæ ad amplificandam Sacramentorum dignitatem paulò magnificentiùs à veteribus scripta sunt, vt scilicet arbitremur latentem aliquam virtutem sacramentis annexam affixamque quò ipsa per se Spiritus sancti gratiam nobis conferant, quemadmodum vinum in cratere propinatur, cum hoc tantùm illis diuinitus iniunctum sit munus, testificari nobis ac sancire Dei beneuolentiam.* Nempe vt vult Caluinus totam Sacramentorum efficaciam ita esse metiendam ex fide recipientium, vt in illis non alia conferatur gratia nisi quam se suscepturum credit qui recipit: nec aliter ad iustificationem seruiant nisi quo modo seruiunt ad fidem. Id ille satis exprimit cùm dicit, *Est autem primum hoc* in Sacramento, *vt fidei nostræ seruiant; posterius vt confessionem nostram apud homines testentur.* Item, *Fallitur qui plus aliquid per sacramenta sibi conferri putat quàm quod verbo Dei oblatum vera fide percipiat.* Et ideo Sophisticas vocat Catholicorum Scholas, quæ docent Sacramenta conferre gratiam non ponentibus obicem. Quam sententiam *exitialem* dicit *pestilentem* & *diabolicam*, eò quòd *dum iustitiam citra fidem pollicetur, animas in exitium præcipites agat.* 4. Inst. cap. 14. f. 17. Lib 4. cap. 14. f. 13.

Ex quo alterum conficit, non admodum necessariam esse sacramentorum susceptionem, quippe cum sine illa fides haberi possit per prædicationem, ita enim loquitur, *Ex quo alterum etiam conficitur non pendere ex Sacra-*

Digitized by Google

menti participatione salutis fiduciam: ac si iustificatio sita illic foret, quam in vno Christo repositam NIHILO MINVS EVANGELII PRÆDICATIONE QVAM SACRAMENTI OBSIGNATIONE NOBIS COMMVNICARI SCIMVS: AC SINE HAC POSSE IN SOLIDVM CONSTARE.

Vnde colligas tria hæc esse hæreticorum doctrinæ capita: nullum esse Sacramentum cui peccatorum reconciliatio cum Deo tribui possit. Nam cùm debeat necessariò Sacramentorum receptionem præcedere prædicatio & fides, præcedit etiam necessariò iustificatio peccatoris & reconciliatio quæ à fide inseparabilis est in eorum sententia. Nullum est igitur Sacramentum cui possit tribui effectus iustificationis, cùm nullum sit
Ib. §. 9. & 16. à quo illa non supponatur præsertim in adultis. Neque hoc diffitetur Caluinus cùm dicit valere Sacramenta, non ad inchoandam in nobis Christi notitiam, sed tantùm ad *fouendam, confirmandam, augendam.* Et, *instituta esse Sacramenta vt stabiliendæ augendæque fidei seruiant.* Spiritalem audiendi videndique facultatem ita supponi, quo modo supponitur corporea vt oculi lucem percipiant & aures sonum. Et vt Sacramenta *ne hilum quidem* proficiant sine Spiritus sancti virtute, ita *nihil obstare quo minus in cordibus* IAM ANTE A PRÆCEPTORE ILLO EDOCTIS *fidem & robustiorem & auctiorem reddant,*

Secundum est, non esse in lege noua nouum alique modum nouumque medium, reconciliandi peccatorem, sed eo modo tolli nunc peccata, quomodo semper ablata sunt. Nunquam enim aliter ablata sunt ex eorum sententia quàm per fidem interiori Spiritus sancti operatione in cordibus peccatorum excitatam. Atqui ne nunc quidem aliter tolluntur; ergo eadem est modò, quæ semper fuit ratio remittendi peccata. Et ideò Caluinus sæpè reiicit quod Catholici docent, Sacramenta nouæ legis continere gratiam iustificationis, quam Sacramenta legis veteris solum figurabant: vult enim eandem esse vtrobique rationem: & vtrobique fidem

Digitized by Google

eandem eundem effectum habuisse: *Scholasticum illud dogma quo tam longum discrimen inter veteris ac nouæ legis Sacramenta notatur, perinde ac si illa non aliud quàm Dei gratiam adumbrarint, hæc verò præsentem conferant penitus explodendum est. Siquidem nihilo splendidius de illis Apostolus quàm de his loquitur.* Et mox, *Nec verò Baptismo nostro plus tribuere fas est, quàm ipse alibi circumcisioni tribuit, cum vocat sigillum iustitiæ fidei.* Quò pertinet id quod dicit de Baptismo Ioannis collato cum Baptismo Apostolorum, idem nimirum esse vtrobique *ministerium*: frustraque alterũ ab altero ab antiquis Patribus discretum: neque recipiendã esse Augustini argutiam, quâ dicit *in spe fuisse dimissa peccata Baptismo Ioãnis, Christi Baptismo re ipsa dimitti*

lb. f 23.

lb. f. 7.

Vnde sequitur tertium, facultatem remittendi peccata collatam Apostolis eorumque Successoribus nihil aliud esse quàm *verbi ministerium, quod dum Apostolis cõmittebat Dominus simul & hoc ligandi soluendique munere illos instruebat, potestatem clauium esse simpliciter Euangelij prædicationem, nec tam esse potestatem, quàm ministerium*: Remitti ab illis peccata vel retineri: *quod annuntietur Dei promissio vel damnatio.*

Lib. 4. inst. cap. 14. f. 1.

Secundò vt pateat damnatam esse hanc hæreticorum sententiam tribus illis capitibus expressam, recolenda sunt quæ antea retulimus ex Concilio Tridentino cùm dicit, *Causam instrumentalem illius iustificationis, quæ est remissio peccatorum & sanctificatio ac renouatio interioris hominis, esse Sacramentum Baptismi*, iuxta præceptum illud, *Baptizetur vnusquisque vestrum in remissionem peccatorum*, vbi manifestum est de adultis sermonem esse. Ridiculum autem est causam dici quam effectus semper & necessariò debet præcedere & remissio peccatorum debet præcedere baptismum, si præcedere debeat fides qua fit remissio. Vnde nec rectè dicerentur adulti baptizari in remissionem peccatorum, sed potius in remissionis illius confirmationem & augmentum acceptæ iustitiæ. Et idem dici potest de Sacra-

Conc. Trid. Sess. 6. c. 6. 7.

Act. 2.

Digitized by Google

mento Pœnitentiæ, cui Tridentinum sic attribuit reparationem lapsorum, quemadmodum tribuitur baptismo prima regeneratio.; Ergo à Concilio contradicitur hæreticis negantibus remissionem peccatorum esse proprium istorum Sacramentorum effectum.

Vnde iterum sequitur contradici pariter à Tridentino negantibus esse nouum aliquem modum peccata remittendi quem Christus instituerit quando instituit sacramenta: ac proinde alio modo fieri hanc in lege noua remissionem, quàm quo facta est in veteri. Cum enim dicat Tridentinum hanc remissionem fieri per sacramenta quæ Christus instituit in lege noua; consequens est vt in lege noua sit nouus aliquis modus, nouumque medium remittendi peccata, quod a sui institutione cœperit, nec esse ante illam potuerit: ac proinde quo lex vetus caruerit.

Et ideo pariter ab eodem Tridentino contradicitur affirmantibus facultatem remittendi peccata quam Christus dedit Apostolis esse *ministerium prædicationis*, aut non *tam esse potestatem quàm ministerium*. Affirmat enim Concilium disertis verbis esse *potestatem a Christo communicatam Apostolis & eorum successoribus, damnatque commentitias eorum interpretationes qui verba illa ad potestatem prædicandi verbum Dei, & Christi Euangelium annuntiandi contra huiusmodi sacramenti institutionem falsò detorquent.* Additque *anathema dicentibus absolutionem Sacramentalem non esse actum iudicialem, sed nudum ministerium pronuntiandi & declarandi remissa esse peccata.* Vnde infero hæreticos in illis tribus capitibus esse reuerâ hæreticos, & ab Ecclesia Catholica damnatos.

Sess. 14. c. 1. & Can.

Monstrandum ergo supereſt Tertiò Nou-Augustinianos in hoc illis consentire, quod est illis consentire in eo inquo sine dubio sunt hæretici, vnde sequitur S. Augustinum à cuius doctrina suam illi negant esse diuersam, hac etiam in parte ab iisdem pertrahi in castra hæreticorum. Oculos igitur mentemque, optime Le-

Iansſ tom. 3. lib. 5, c. 24.

Digitized by Google

ctor, ad ea reflecte quæ notata sunt antea in mysteriis Baianorum: *fallitur enim quisquis putat per sacramentum Pœnitentiæ effectum esse, vt iam duplex sit iustificationis modus, vnus per contritionem, alter per illam attritionem quæ ex solo pœnarum timore de peccatis dolet,* SED VNVS ET IDEM SEMPER EST ET FVIT IVSTIFICATIONIS MODVS, *per dolorem de offensione Dei: quamuis Pœnitentiæ sacramenti institutio facilitatem assequendæ remissionis attulerit.* Nam quod dicunt *vt iam sit duplex*, & per illud iam designant sine dubio statum & tempus legis nouæ, intelliguntque iam post Christi aduentum, non esse aliũ iustificationis modum quàm qui *fuit semper*, hoc est, in lege veteri aut etiam in lege Naturæ. Sicuti enim tunc non remittebantur adultorum peccata per attritionem non conceptam ex motiuo caritatis; ita neque nunc quantũuis eidem attritioni sacramentum accedat. Et sicut tunc & necessarius & sufficiens erat dolor conceptus ex illo motiuo cum proposito melioris vitæ; ita modò similis dolor & necessarius & sufficiens est: nec supplebitur eius defectus vllius sacramenti beneficio, hoc illi volunt, vt constat ex contextu sermonis & tota ipsorum philosophia. Mutatâ igitur hæreticorum *fide in contritionem* Baianorum, quæ sola potest esse inter illos discrepantia, de cætero conueniet vtrorumque doctrina, primùm in eo quod Tridentinum damnat, nullum esse sacramentum cui peccatorum reconciliatio tanquam proprius effectus tribui possit, quia nullum erit quod non supponat peccatorem sufficienter dispositum, non disponitur autem sufficienter nisi per eam contritionem, quæ concipitur ex motiuo caritatis, quæque *peccandi voluntatem excludit*, (hoc enim Tridentinum addit) Quæ verò talis est, cùm includat amorem Dei super omnia per se ipsa iustificat. Ergo sacramentum quod supponit huiusmodi dispositionem, supponit etiam peccati remissionem ab ea inseparabilem. Ergo non potuit institui tanquam causa huius remissionis, quod sit

sess. 14. c. 4.

Digitized by Google

ridiculum ea conditione constitui aliquam causam vt effectus de beat illam præcedere.

Deinde consequenter conueniet etiam vtrorumque doctrina in negando contra Concilium Tridentinum nouo modo iustificationis, nouoque medio remissionis peccatorum. Quod Baiani exsertè profitentur dum negant Sacramento Pœnitentiæ effectum esse *vt sit alius iustificationis modus quam qui semper fuit*, eademque ratio est de Sacramento Baptismi respectu adultorum.

Ex quo sequitur tertiò, eosdem conuenire in neganda, quam adstruit Concilium Tridentinum, potestate remittendi peccata. Quid enim possunt sacerdotes ad peccata remittenda, si quidquid possunt supponat hominem contritum ea contritione quæ ipsa per se peccatum aufert? Quis potestatem ad suscitandum mortuum eam voceꝫ, quæ non operatur nisi circa rediuiuũ? fit autem hac peccari remissione translatio quædam de morte ad vitam: quæ vti non potest tribui baptismo, si baptismus non operetur nisi circa contritum ac proinde iam translatum, ita nec absolutioni Sacerdotis nihil similiter efficienti nisi circa contritũm pariter pariterque translatum & iam rediuiuum. Ergo si vlla sit potestas quæ propriè tendat ad peccati destructionem, illa erit quæ maximè confert ad excitandam in animo peccatoris contritionem. Huic autem operi nulla re magis cooperatur Ecclesia quàm *verbi ministerio* quo motiua proponit queis peccator inardescat & amore Dei super omnia correptus peccata detestetur excluſa iterum peccandi voluntate. Hoc est igitur vera potestas remittendi peccata si vlla est. Ergo in eo conueniunt Baiani hoc est Nou-Augustiniani cum hæreticis contra Concilium Tridentinum.

Nec refert quod concessuri fortè sint, id quod hæretici negant, Sacramentum pœnitentiæ verum esse legis nouæ Sacramentum, & conferre gratiam ex opere operato, quia non ideo tantùm damnantur hæretici quod

hoc

Digitized by Google

hoc negent, ſed etiam quod negent hoc Sacramentum eſſe ad hunc effectum inſtitutum vt peccata remittat: & eſſe nouum huius remiſſionis medium : & poteſtatem abſoluendi eſſe poteſtatem remittendi, quæ omnia Baianis hæreticiſque communia ſunt.

Vnde patet conuenire illos quoque in neganda horum Sacramentorum neceſſitate ad effectum remiſſionis peccatorũ. Quia poſtquam ſine contritione nũquam fit, & cum contritione numquam non fit, non magis neceſſaria erunt Sacramenta ad remiſſionem peccatorum, quàm neceſſaria ſunt ad contritionem : atqui ad contritionem neceſſaria non ſunt, vt per ſe patet, cum ea etiam promptiùs excitari ſoleat per prædicationem ſeorſim à Sacramentis. Eſt igitur cur Baiani dicant cum Caluino, *Iuſtificationem nihilo minùs Euangelij prædicatione quàm Sacramenti obſignatione nobis communicari: ac ſine hac poſſe in ſolidum conſtare.* Et verò id opinor dicere voluerunt, quando *facilitatem* tantùm *aſſequendæ remiſſionis peccatorum* Sacramento Pœnitentiæ inductam dixere.

Et vt videas quanta ſit & cogitationum & affectuum cognatio Nou-Auguſtinianos inter & hæreticos, quod Caluinus dicebat exitialem eſſe Scholaſticorum, hoc eſt, Catholicorum ſententiam, dicentium Sacramenta gratiam conferre non ponentibus obicem, eò quod dum inſtitiam citra fidem pollicetur, animas in exitium præcipites agat: idipſum ſenſere Nou-Auguſtiniani de ſententia quæ docet attritionem caritate inferiorem cum Sacramento ſufficere ad remiſſionem peccatorum. Timent enim *ne non rarò fortè accidat vt ſalute ſua ſempiterna peccatores excidant, dum ſecuri ad Pœnitentiæ Sacramentum, cum dolore bonæque vitæ propoſito propter ſolum gehennæ metum concepto accedere iubentur; cum quo eos Auguſtinus inuitos eſſe, & nondum liberos aut alienos à voluntate peccandi ſecuriſſimè conſtantiſſiméque profitetur.* Ita illi & ſuos hæreticorum ſenſus cum Auguſtino miſcere ſolent. Ianſ. tom. 3. lib. 3. cap. 33

Digitized by Google

Nec quemquam morari debet, quod dicunt esse quamdam attritionem ex motiuo caritatis concepram & à Concilio Tridentino designatam, quæ cum Sacramento instificet, sine Sacramento non iustificet, hoc enim nihil aliud ostendit quàm ipsos pugnare secum. Nam si est ita, quare negant esse alium remissionis modum in lege noua, quàm qui semper fuit? semper-ne fuit Sacrumentum quo suppleretur attritionis imperfectio ad peccatum remittendum? sed & postquam fatentur attritionem illam esse designatam à Concilio Tridentino, quare non, eodem Concilio præcipiente, cum ea propositum melioris vitæ coniungun, quo peccati voluntas excludatur? Quod si hoc quoque propositum & requiri & adesse putant ne Tridentino repugnent, quomodo non recordantur hunc caritatis affectum sibi visum nequaquam imperfectum, sed vnum *ex difficillimis eius actibus*, & amorem Dei super omnia, qui nullo indiget Sacramento vt peccatum remittat? Nihil igitur eos iuuat, nec stare potest in eorum doctrina id quo declinare nituntur & Tridentini anathematismum & suspicionem coniurationis cum hæreticis.

CAPVT V.

De Deo omnes saluare volente: & de Christo pro omnibus mortuo.

QVINTAM contra Baianos instantiam suppeditat ea quæstio quâ redemptionis amplitudo & diuini amoris erga salutem hominum communis fauor discutitur.

Et primò hæreticos adimere Deo veram aliquam sincerámque voluntatem vt omnes homines salui fiant, aut vt alij salui fiant quàm qui saluantur, notius est quá vt eius superflua probatione detinendus sit Lectoris animus: Palam est quod docuit Caluinus de positiua &

3. Inst. cap. 24. sect. 15.

antecedenti reprobatione cum qua negat ſtare poſſe ſaluandi voluntatem, ideóque nec illud Ezechielis quo dicit Deus ſe nolle mortem peccatoris, ſed magis vt conuertatur & viuat, *extendendum eſſe ad totum humanum genus*. Et quod Niniuitis & Sodomitis qui peccatores erãt, *ad recipiendam gratiam ianua pœnitentiæ aperta non ſit*, argumento eſſe *nolle Deum omnes ſaluos fieri: non impertiri omnibus miſericordiam: vniuerſales eius promiſſiones ita eſſe metiendas ex affectu, vt cùm Deus ſalutem omnibus indiſcriminatim denuntiat, nihil aliud velit quàm omnibus expoſitam eſſe ſuam miſericordiam, qui modò eam expetunt, atque implorant, quod non alij faciunt niſi quos illuminauit, illuminaſſe autem quos prædeſtinauit ad ſalutem.* Ib. f. 16. & 17.

Eadem habet Molinæus in Anatome Arminianiſmi, vbi illud Chriſti Domini apud Matthæum, *Hieruſalem quoties volui, &c.* negat ſignificare voluntatem, ſed externam tantùm inuitationem & iuſſionem: finem Dei vocantis reprobos non eſſe vt conuertantur ſed tantùm *petere quod debent*, nempe *ſibi iubenti morem geri & credi promittenti*: nec alio ſenſu Deum *ſeriò vocare* quàm quia *ſeriò declarat*, quod ſibi gratum ſit: Et *Deum non deſiderare cõuerſionem hominum ſed innuere tantùm eam ſibi gratam eſſe*. Hoc ſolum diſcrimen eſt inter Caluinum & Molinæum, quòd Caluinus reprobationem illam quâ ſaluandi voluntas, excluditur præmittere videtur Originali peccato, quod Molinæus per incogitantiam factum putat, neque hanc eſſe ſententiam Eccleſiarum Caluiniſticarum, poſtponentium videlicet poſitiuã reprobationem Adami præuaricationi, quo excepto diſcrimine de cætero conueniunt in contrahenda ſaluandi voluntate ad electos tantùm: & conſequenter docent Chriſtum Dominum nec oraſſe nec eſſe mortuum pro ſalute omnium, ſed eorum tantùm qui ſaluantur. Caluinus *proprij gregis ſolummodo ſollicitum fuiſſe* dicit, *& pro electis ſuis duntaxat oraſſe*, Molinæus oraſſe negat *pro omnibus crucifigentibus, ſed pro ijs tantùm qui per ignorantiam hoc*

Molin cap. 5. num. 19.

Ib. cap. 39. num. 21.

Ib. cap. 6. num. 7.

Ib. cap. 6. num 25.

In cap 17. Ioan.

Digitized by Google

In Anat. c 28. nu. 21. *faciebant*, dubitatque interrogando, *an hoc fecerit humano affectu, non verò qua redemptor* ? Ideoque addit eos quibus prædicatur Christus, non teneri credere absolutè Christum pro se esse mortuum, sed *sub hac demum conditione si conuertantur.*

Ib. cap 29. num. 14.

Sess 6. cap. 2 & 3. Secundò hæreticos hac in parte fuisse hæreticos patet ex Concilio Tridentino, à quo dum contraria obortis erroribus doctrina sancitur, hæc definiuntur. *Hunc proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris: non solùm autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi. Verùm etsi ille pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis eius beneficium recipiunt, sed ij dumtaxat quibus meritum passionis eius communicatur.* Quibus verbis apertissimè distinguitur eorum multitudo pro quibus mortuus est Christus, ab eorum multitudine quibus communicatur mortis illius fructus, & hac illa minor esse contractiórque significatur. Ergo præter illos quibus communicatur redemptionis fructus, hoc est, præter prædestinatos & ad gratiam & ad gloriam, aliqui sunt pro quibus mortuus est Christus. Et quia non est mortuus nisi pro iis pro quibus illum mori volebat Deus Pater, sequitur Deum Patrem voluisse illum mori pro aliis quàm pro solis prædestinatis ad gratiam & ad gloriam. Voluisse autem Christum mori pro aliquo, idem est ac voluisse fructuosam illi ad gratiam & ad gloriam esse Christi mortem, quod est voluisse illius salutem. Ergo & Deus Pater, & Christus, aliorum salutem voluit quàm Prædestinatorum, ex Tridentino, à quo proinde censeri debent hæretici damnati qui contrarium docent: vide quæ dicta sunt antea.

Confirmatur hoc ex ipso hæreticorum sensu qui putant in eo quod ipsi negant saluandi voluntatem & Christi mortem ad alios pertinere quàm ad Prædestinatos, Romanam Ecclesiam sibi aduersam esse, vt intelligi potest ex illa Caluinistarum & Arminianorũ controuersia in qua Caluinistæ Arminianos accusant quod

Digitized by Google

transierint ad partes Pontificiorum, & *Papismum*, vt loquitur Molinæus, *interpolarint*, dum voluntatem salutis & redemptionem & gratiam ad eos etiam extendunt qui damnantur vt omittam communem sensum Catholicorum qui patescit ex concionibus, ex scriptis libris, ex lectionibus, & recepta in Scholis omnibus doctrina, vt meritò Malderus Antuerpiensis Episcopus contrariam opinionem *blasphemam* vocet & *verè Anti-christianam.* In Anat. c. 17. num. 3.

Restat ergo Tertiò vt ostendamus in illa verè *Anti-christiana* sententia Nou-Augustinianos hæreticis consentire, id quod iam præstitum est. Nimirum id ipsi sponte confitentur qui post Adami peccatum non aliá agnoscunt in Deo circa salutem hominum voluntatem quàm *quæ in sola præcisione mentis, adeóque in nuda quadam velleitate nihil omnino gratiæ causante consistere potest* qualem habet Deus *erga damnatas creaturas siue Angelorum siue hominum, quæ optimè cum negandæ salutis & gratiæ sufficientis voluntate consistit: nisi velimus Angelis & hominibus damnatis antecedente voluntate salutis gratiam sufficientem aliaque redemptionis instrumenta suppeditari.* Quibus verbis vt vides Lector, maximam viatorum partem quotquot scilicet non saluabuntur, etiam Christianos, etiam Catholicos Dæmonibus comparari, quod attinet ad spem salutis & bene moriendi facultatem: nec nisi iguorantiâ ipsorum & errore fieri vt alio Deum oculo spectent, quàm quo illũ spectant Dæmones. Atque huic Dei Patris voluntati, Christi voluntatem & orationem omnino consentientem faciunt, huiusque *Anti-christianæ* cogitationis Augustinum Autorem esse contendunt cùm dicunt, *Nullo modo principiis Augustini consentaneum esse vt Christus Dominus pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro iustorum non perseuerantium æterna salute mortuus esse, sanguinem fudisse, semetipsum redemptionem dedisse, Patrem orasse sentiatur: sciuit enim quò quisque iam ab æterno predestinatus erat, sciuit* Thes. Lou. conf. Ianf. cap. 2. art 6.

Ianf. tom. 3. lib. 3. cap. 20.

Digitized by Google

hoc decretum neque vllius pretii oblatione mutandum esse, nec se ipsum velle mutare. Ex quo factum est vt iuxta sanctissimum Doctorem, NON MAGIS PATREM PRO ÆTERNA IPSORVM LIBERATIONE, QVAM PRO DIABOLI DEPRECATVS FVERIT. Hæc sunt mysteria quæ nouis Illuminatis in Cantabria reuelata sunt, tam certa, vt si quis repugnet notandus sit statim atramento Pelagianismi. Nimirum Christi gratiæ admodum fauent qui eam in omnibus reprobis extinguunt, & Redemptoris gloriam maximè illustrant, qui nihil ei deberi dicunt ab iis omnibus qui reipsâ non saluabuntur. Quos & errare necesse est, ac nisi excusaret ignorantia mentiri atque irrideri à Christo quoties Saluatorem vocant qui de iis saluandis nunquam cogitauit, non magis quàm de saluandis dæmonibus: Audentque cogitationum hæc portenta tribuere Augustino, quem audiuimus tam sæpe, tam disertè contraria prædicantem. Quin & ex Concilio Valētino tertio auctoritatem petunt: nec recordantur illud, si Baronio credimus, coactum fuisse contra Godescalcum eiúsque sectatores, quorũ præcipuus hic error fuit referēte Baronio ex Hincmaro, *Quod Deus non vult omnes homines saluos fieri, sed dumtaxat eos qui saluantur: Quod Iesus Christus Dominus noster & Saluator non fuit crucifixus neque mortuus est pro redemptione totius mundi. i. pro redemptione & salute omnium hominum, sed tantùm pro his qui saluantur.* Nam quòd huius Concilii canonem quartum allegant; quidni eius intelligentiam ex quinto percipiunt, vbi dicitur *in omnibus baptizatis fieri vera* REDEMPTIO, *sicuti fit & vera regeneratio? & ex ipsa multitudine fidelium &* REDEMPTORVM *alios saluari æterna salute, quia per gratiã Dei in redemptione sua fideliter permanent .... alios quia noluerunt permanere in salute fidei quam initio acceperant* REDEMTIONISQVE GRATIAM POTIVS IRRITAM FACERE *praua doctrina vel vitâ, quã seruare elegerunt, ad plenitudinem salutis, & ad perceptionem beatitudinis nullo modo peruenire?* Atque vt planè intelligant quæ fuerit tunc

To. 10. an. 848.

Ecclesiæ Gallicanæ sententia, neue nullam fuisse mentiantur hæresim Prædestinatorum, obuium est Concilij apud Carisiacum habiti capitulum quartum quod sic habet. *Christus Iesus Dominus noster, sicut nullus homo est, fuit vel erit, cuius natura in illo assumpta non fuerit; ita nullus est fuit vel erit homo, pro quo passus non fuerit; licet non omnes passionis eius mysterio redimantur. Quod verò omnes passionis eius mysterio non redimuntur, non respicit ad magnitudinem & pretii copiositatem, sed ad infidelium & ad non credentium ea fide quæ per dilectionem operatur respicit partem. Quia poculum humanæ salutis quod confectum est infirmitate nostra & virtute diuina, habet quidem in se vt omnibus prosit; sed si non bibitur, non medetur.* Vt hinc iam pateat non alia de causa capitula hæc Concilij apud Carisiacum habiti explodi potuisse à Valentino canone illo quarto citato, quàm quia beneficium redemptionis extendebant ad omnes etiam non baptizatos sine vllius exceptione, cùm Valentinum vellet esse contractius, esto concederet extendendum etiam ad fideles non prædestinatos. Quâ in re potior esse debet eorum auctoritas qui apud Carisiacum conuenere, quippe cùm numero plures fuerint, dignitate scientiaque vt minimum pares. Sed quidquid sit, constans est vtrorumque consentiensque definitio, ad alios quàm ad solos prædestinatos seu qui reuera saluabuntur pertinere beneficium redemptionis. Et quia in eo se antiquis Patribus ac nominatim Augustino inhærere profitentur: itemque prioribus Conciliis præsertim Arausicano, restat vt tot ac talium Antistitum auctoritate Nou-Augustinianos damnemus, qui suis somniis potiùs quàm Ecclesiæ sensui & tot sæculorum testimonio credere voluerunt vt Augustinum in Caluino reuixisse obtinerent. Sed de hac re plura fortasse inferius.

Sirm. tom 3. Conc. An. Christi. 848

Digitized by Google

CAPVT VI.

De Mandatorum impossibilitate

IMPOSSIBILEM esse mandatorum obseruationem iis præsertim qui hæreditariam ex Adamo corruptionẽ traxere hodiernorum hæreticorum dogma est adeò peruium, vt testimonia congerere superfluum sit, notum est illud quod excerpsit Sorbona ex libris Lutheri, *qui negat Deum nobis impossibile iussisse pessimè facit, & qui hoc falsum esse dicit, plusquam pessimè facit.* Caluinus in Antidoto, *impossibile esse assero quod scripturæ nunquam futurum pronuntiant: vexabant Augustinum hac calumnia Pelagiani, quod diceret Dei præcepta ad obseruandum esse impossibilia.* Item *Eiusmodi argutia vexabant Augustinum Pelagiani, iniuriam fieri Deo si plus iubeat quàm per eius gratiam præstare queant fideles.*

Tit,9. Censuræ Luth. prop.

Ad cap. 11. Sess.6.

2. Inst. cap. 7. s. 5.

Hanc impotentiam ex peccato primi parentis ortum duxisse iidem docent: atque inde rationem petunt cur peccandi necessitas non excuset peccato, Ita Molinæus in Anatome Arminianismi, vbi negat *Deum fore iniustum, si iubeat homines credere & obsequi, qui insitæ prauitate non possunt credere & obsequi, & quibus Deus non dat vires credendi: homo enim ipse sibi hanc impotentiam accersiuit, & hæc prauitas in homine voluntaria est.*

Cap.13.nu. 9.10.& cap 26.num.20.

Num.22.

Non pugnare ista, vitam sub conditione obsequii homini proponere, & vires obsequendi culpa hominis amissas homini non restituere Non debere reprehendi qui dicunt per hanc prauitatem naturalem hominem irregenitum necessariò peccare peccandi necessitatem excusare a peccato, si qui peccat hanc peccandi necessitatem sua culpa non contraxit, secus minimè.

Cap, 33. nu. 33.

Dei præcepta non esse mensuram nostrarum virium, sed regulam officij. Non agere Deum simulatè, nec insipienter qui exigit ab homine quod non potest, si id debet, & si ipse homo sibi causa est impotentiæ.

Ib. num. 11.

Cap.47. num. 18.

Hanc hæreticorum doctrinam esse contrariam Ecclesiæ

eleſiæ hodiernæ, proindéque ab ea damnatam, &, quod idem eſt, hæreticos eſſe in eo hæreticos, conſtat primò ex ipſorum confeſſione. Nam Caluinus profitetur ſe in eo contradicere Tridentino, Molinæus autem Arminianos in hac controuerſia repugnantes deflexiſſe ad Pontificios, *interpolaſſe Papiſmum, vt Papiſtæ Pelagianiſmum.* Eorum argumenta eſſe à *Pelagianis emendicata,* & à *Pontificiorum incude adhuc calere.* Secundò idem cõſtat ex cenſura Sorbonæ quæ Lutheri propoſitionem allatam ſic proſcribit. *Hæc propoſitio eſt ſcandaloſa, impia, legis Chriſtianæ infamatiua: ac, authore Auguſtino, in Deum blaſphema.* Adde cenſuram decimæquintæ propoſitionis Michaëlis Baii, quæ ſic habebat, *homo neceſſario peccat etiam damnabiliter in aliqua ſpecie peccati; & actus ad quem neceſſariò fertur eſt illi peccatum, quare vt liberè feratur in actum, non eſt conditio neceſſaria ad peccatum.* Quam propoſitionem Sorbona ſic cenſet, *hæc propoſitio pro omnibus partibus eſt hæretica.* Neceſſariò peccari idem eſt ac non poſſe non peccari, quod eſt eſſe impoſſibilem obſeruationem præcepti peccatum prohibentis: hoc igitur eſt quod Sorbona dicit hæreticum. Neque verò intelligenda hîc eſt neceſſitas tantùm coactionis, quia nec ipſe Baius putabat ſtare poſſe cum illa peccatum, vt conſtat ex aliis eius propoſitionibus. Ergo intelligenda eſt quæuis alia neceſſitas inſuperabilis & independens à voluntate. Tertiò patet ex communi ſenſu Catholicorum omnium, qui controuerſias tractarunt, impugnant enim hæreticos hac in parte tanquam contrarium ſentientes.

In Anat. cap. 37. nu. 2.

Ib. cap. 21. num. 24.

Loco cit. ſupra nu. 17

Denique apertiſſima eſt definitio Tridentini, *Nemo temeraria illa & à Patribus ſub anathemate damnata voce vti debet, Dei præcepta homini iuſtificato eſſe ad obſeruandum impoſſibilia. Nam Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & adiuuat vt poſſis.* Cui doctrinæ anathematiſmum ſubnectit, *Si quis dixerit Dei præcepta homini etiam iuſtificato &*

Seſſ. 6. c. 11.

Digitized by Google

Can. 18. *sub gratia constituto, esse ad obseruandum impossibilia, Anathema sit.* Nec quidquam refert illa restrictio hominis *iustificati*, siquidem & illi quoque dicebant hæretici impossibilia esse mandata, & Baiani de illo etiam loquuntur, vt mox liquebit. Atque ita & hæretici sunt in eo hæretici, damnatique à Tridentino, quòd negent possibilia esse mandata homini iustificato, & Baiani hæreticis consentiunt in eadem hæresi, vt iam demonstro.

Iansen. tom. 3. lib. 3. cap. 13. Nam primò, *temeraria illa voce, & à Patribus sub anathemate damnata*, nec quicquam vetante Tridentino palam vtuntur. *Nihil est*, inquiunt, *in D. Augustini doctrina certius ac fundatius, quam esse præcepta quædam hominibus, non infidelibus, excæcatis, obduratis, sed fidelibus quoque & iustis, volentibus & conantibus secundùm præsentes quas habent vires, sunt* IMPOSSIBILIA, *deesse quoque gratiam qua fiunt possibilia.* Deinde dicunt gratiam sine qua Dei mandata sunt impossibilia, interdum *ita subtrahi, vt nec pro tali gratia adipiscenda similis sufficiens gratia habeatur: atque hoc contingere non solùm Iudæis, sed & Christianis, non solùm carnalibus, sed & spiritualibus.* Denique non obstante hac impossibilitate seruandi mandata, censent transgressionem imputari ad culpam & ad pœnam, vt patet ex multis locis. Dicunt enim non amare Deum v. g. imputari ei cui gratia subtrahitur quæ ad amandum necessaria est, etiam si non credere Euangelio non imputetur ei cui Euangelium non est annuntiatum.

Idem ib. cap. 5.

Vt ex cap. 17. lib. 3. cit.

His positis peto quid sit in allata hæreticorum doctrina atque à Tridentino damnata, quod non etiam contineatur in doctrina Baianorum? Dicunt Baiani possibilia esse mandata homini iustificato, si iuuetur *omnipotenti Dei gratia*, ita enim loquuntur. *Ex quibus conficitur non aliter verum esse quod Deus non iubet impossibilia; nisi quia quæcumque iubet hominis voluntate per omnipotentem Dei gratiam adiuta, fieri possunt.* Hoc autem quis vnquam hæreticorum negauit? Dicunt præterea gratiam illam interdum ita subtrahi, vt haberi non,

Iansen. tom. 3. loc. cit.

Digitized by Google

poſsit niſi petatur vt par eſt: & addunt ſubtrahi quoque gratiam ad *petendum* vt par eſt: & tunc quando nec poteſt homo implere præceptum, nec poteſt petere vt poſsit, reum tamen eſſe quod non impleat, eò quod impotentia illa ſit ex peccato. Hæretici quid amplius dicunt, quando dicunt præcepta eſſe ad obſeruandum impoſsibilia?

Dices primò, præcepta Dei multis modis affirmari à Baianis poſsibilia, quantum ſatis eſt vt tranſgreſsio ad culpam imputetur. Sed contra. Non quæro iam an verè dicantur poſsibilia quantum ſatis eſt vt tranſgreſsio imputetur ad culpam: hoc enim antea tractatum eſt, ſed vtrum aliqua ratione verè dicantur poſsibilia à Baianis, quâ non dicantur ab hæreticis: aut an non eadem aliqua ratione poſsibilia negentur à Baianis quâ etiam poſsibilia negantur ab hæreticis & quidem hæreticè. Alterutrum enim ſufficit vt cenſeantur Baiani & hæreticis conſentire in eo in quo illi ſunt hæretici; & conſentientem Auguſtinum repræſentare. In eo verò nihil occurrit quo vtroſque diſtinguamus. Poſsibilia ſunt ex Baianis præcepta in infidelibus qui adhuc viuunt extra ſtatum damnationis *remotè*: quòd habeant liberum arbitrium flexibile ac proinde idoneum, vt accedente Dei gratia conuertatur ad obſeruationem mandatorum. At quis hæreticorum negat hoc modo flexibilem eſſe in hoc vitæ ſtatu hominum voluntatem, ſi Dei gratia, vt Baiani loquuntur, *omnipotens* acceſſerit? Iaſ. tom 3. lib 3 cap. 15

Addunt magis adhuc poſsibilia eſſe fidelibus ratione habitualis, fidei quæ ſemen eſt orationis per quam vires impetrantur ad ea ſeruanda: hæretici vero vbi negant fidem eſſe orationis ſemen quâ petantur auxilia neceſſaria!

Denique addunt creſcere hanc poſsibilitatem in homine iuſtificato, accedente ad fidem caritate, quæ proximum eſt bonæ voluntatis principium. Sed nec hæretici caritatem á fide ſeparant: neque negant eſſe

Digitized by Google

principium bonæ voluntatis. Baiani verò qui concludunt cum hac triplici facultate implendi mandata, gratiam sufficientem ad implendum abesse posse, esseque tunc impossibilia defectu proximæ ac completissimæ potestatis, ostẽdant quid amplius dicant quàm quod dicunt hæretici: & quamdiu hoc præstare non poterunt, fateantur nihil se ab hæreticis differre in neganda præceptorum implendorum possibilitate in quo illi damnati sunt: & erubescant se D. Augustinum in eandem damnationem trahere conatos.

Dices secundò, hæreticos in hoc propriè errare quòd negent possibilia esse mandata etiam cum auxilio diuinæ gratiæ, quæ iam communiter datur. Credunt enim peccare iustificatos in ipsa quoque diuinorum mandatorum obseruatione, quod illa neque adæquet vnquam obligationem benè viuendi, quâ premuntur: & sit ab infelici arbore primigeniam adhuc retinente corruptionem, ideóque fructus suos inficiente communicatione veneni. Ita enim Caluinus alicubi concludit, *habemus nullum à fidelibus exire opus quod non mereatur iustam mercedem opprobrij*, sequutus in eo Lutherum, cuius extat illa positio quam multis probat, *iustum etiam inter benè operandum peccare*: hoc autem Nou-Augustiniani non dicunt, dum negant possibilia esse mandata, de iis enim tantum loquuntur qui diuina gratia destituti necessariò peccant.

3. Inst. cap. 14. s. 8.

Tom. 5 operum Luth.

Respondeo duos esse hæreticorum errores, alterum quo, vt iam dictum est, iustificatum peccare dicunt etiam dum occupatur piorum operum exercitio: alterum quo dicunt iustificatum dum labitur in aliqua peccata grauiora, vt puta adulterium, periurium, furtum, homicidium, (est enim ille quoque apud hæreticos his lapsibus obnoxius) necessariò labi, & cum impossibilitate standi, quam adhuc maiorem esse dicunt in non iustificatis, desideria cordis sui sequentibus nullo respectu diuinorum iudiciorum. In his, inquam, esse

Digitized by Google

dicunt peccandi neceſsitatem & ſeruandorum mandatorum impoſsibilitatem, ex illo perpetuo apud Lutherum atque Caluinum principio de ſeruitute arbitrij diuina gratia deſtituti, de reatu concupiſcentiæ in primis quoque ac indeliberatis motibus, de inexcuſabili ignorantia, etiam illa quæ dicitur inuincibilis, de operatione Dei in eorum cordibus qui malè agunt ſuo illo efficacis prouidentiæ modo, cui nulla hominum voluntas poſsit reſiſtere. Ex quibus clarè ſequitur ab hominibus & iuſtis & iniuſtis neceſſario peccari, nec eſſe illis poſsibilem mandatorum obſeruationem: ſed diuina miſericordia fieri vt iuſtis & prædeſtinatis peccata illa non imputentur, propter quæ tamen damnantur reprobi. Hæc eſt omnino doctrina Lutheri, quam Caluinus expreſsit multis locis atque amplificauit, ſed præſertim 2. Inſt. aliique deinceps ſequuti ſunt, vt conſtat ex allatis antea Molinæi verbis,

Vtrumque hunc errorem damnatum eſſe conſtat à Tridentino ſeſſ. 6. primùm quidem cum dicitur, *Si quis in quolibet bono opere inſtum, ſaltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabilius eſt mortaliter atque ideo pœnas æternas mereri: tantúmque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem; anathema ſit*: ſecundum autem cùm dicit, *Si quis dixerit Dei præcepta homini iuſtificato & ſub gratia conſtituto, eſſe ad obſeruandum impoſſibilia, anathema ſit.* Item cùm dicit, *ſi quis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere .... anathema ſit.* Eſt enim ibi ſermo de iis qui peccant, de quibus non alio ſenſu dici poteſt quòd ſit in eorum poteſtate vias ſuas malas facere, quàm quia poteſtatem habent peccandi vel non peccandi, ſicut nec alio ſenſu quiſquam id aliquando aut negarit aut negare potuerit. Can. 26. Can. 18. Can. 18.

Atque hæc doctrina expoſita prius fuerat cap. 11. eiuſdem ſeſſionis, vbi cũ dicitur, *Nemo temeraria illa & à Patribus ſub anathemate prohibita voce vbi debet, Dei præcepta homini iuſtificato ad obſeruandum eſſe impoſſibilia*: ratio af-

Digitized by Google

fertur, *Deus enim impossibilia non iubet.* Quæ ratio nisi principium inuoluit vniuersale quo significetur Deus neque vnquam, neque vllum obligare ad impossibile; ridicula erit Concilii ratiocinatio, quippe quâ idem per idem probabitur. Erit enim sensus. Dei præcepta non esse impossibilia homini iustificato, quia Deus non præcipit impossibilia, subaudi, homini iustificato. Aut si velis sententiã restringere ad actiones bonas quas iustificatus elicit dum gratiæ cooperatur, sensus erit, Dei præcepta non esse impossibilia iustificato sic operanti, quia Deus non præcipit impossibilia, subaudi, sic operanti, qui discursus vix in puerum cadat. Est autem planissima sententia, si particularis propositio per vniuersale principium probetur, Deum scilicet non præcipere iustificato impossibilia, quòd in vniuersum repugnet Deum cuiquam impossibilia præcipere. id quod Concilium magis explicat & probat cùm subdit, *sed iubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adiuuat vt possis.*

Et ideo sub finem capitis infert tanquam ex vniuersali principio conclusionem particularem illam hæreticis contrariam, iquod *iustus in omni opere bono non peccet*, cùm dicit, *vnde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduersari, qui dicunt iustum in omni bono opere saltem venialiter peccare.* Quæ nugatoria quædam esset illatio, & inanis tantum rei iam dictæ repetitio, nisi esset in vniuersum constitutum hoc principium, Deum non præcipere impossibilia, seu quod idem est, Dei præcepta in illis circumstantiis in quibus non sunt possibilia, nec esse obligatoria. Est igitur hic sensus Tridentini, itaque damnatur quod hæretici dicunt de mandatorum in vniuersum impossibilitate. Quæ cùm à Nou-Augustinianis quoque defendatur; sequitur illos non modò hæreticis consentire in ipsa hæresi, sed fingere insuper consentientem Augustinum, quod erat probandum.

Iansen. tom. 3. li. 3. c. 13. Sed antequam absoluam hoc argumentum, producen-

Digitized by Google

da eſt Nou-Auguſtinianorum mirabilis quædam interpretatio Concilii, qui cum verba illa ſui erroris peremptoria ſubduxiſſent *& adiuuat vt poſſis*, vt eſſet quo plagium excuſarent, furtiuè poſtea reſtituunt cum hac interpretatione, *Et, ſi exaudiat, adiuuat vt poſſis.* Hæc eſt igitur apud hos Auctores ſententia Concilii, *Deus impoſſibilia non iubet, ſed iubendo monet & facere quod poſſis, & petere quod non poſſis, & ſi exaudiat, adiuuat vt poſſis.* O Baiani quid hoc eſt? Rectè-ne ſequitur Deum non iubere impoſſibilia, quia ſi auxilium petentes exaudiat, adiuuat vt poſſimus? Si vero non exaudiat? Etquis hæreticorum vnquam negauit, quin ſi Deus exaudiat auxilium petẽtes, iuuentur illi vt poſſint, quod eſt aliàs impoſſibile? Definieritne Concilium poſſibilitatem tantùm conditionatam, & ex hypotheſi quod Deus exaudiat? Nimirum indigebamus tanto cœtu, tantóque procerum concurſu, vt panderetur hoc myſterium *ita eſſe Dei mandata poſſibilia non implentibus, quo modo cadentibus poſſibilis eſt in ſublime volatus, nempe, ſi Deus alas addiderit.* Hæc vobis lumina ſeruabat Auguſtinus, tanto & tam diuturno ſtudio in omnem paginam verſatus: hi vobis oborti ſunt ſoles inter Cantabricas meditationes, queis pellerentur effuſæ à quingentis annis in Eccleſiam tenebræ, quæ rem miram occultarent & inſtruendis hæreticis oportuniſſimam, videlicet non eſſe impoſſibilia Dei mandata, quandoquidem ſi Deus orantes exaudit, ad implendum adiuuat?

CAPVT VII.

De Gratia Sufficiente.

PRÆTER gratiam efficacem nullam dari ſufficiẽtem, vnum eſt ex myſteriis hodiernorum hæreticorum vt videre eſt apud Molinæum qui ſic loquitur: *Pontificii ſentiunt omnibus hominibus dari auxilium ſufficiens ad conuerſionem, cui auxilio poſſunt ope liberi arbitrii ſic cooperari* In Anat. Armin. cap. 37. num. 6.

Digitized by Google

vt conuertantur, licet aliud auxilium efficax nullum accedat ..... *Nos vocem gratiæ efficacis accipientes pro apta ad efficiendum id ad quod data & instituta est, nullam gratiam sufficientem agnoscimus quæ non si efficax,' ideſt apta ad efficiendum id ad quod est instituta ,' siue sola efficiat, siue cum aliis*, Eam ſcilicet quæ non efficit nec eſſe aptam efficere, & Eam quæ apta eſt ſemper efficere iidem putant; atque ita nomen ſufficientis gratiæ mediis tantùm externis relinquunt, non quod ſufficiant re ipſa, ſed *quia deberent sufficere si homo talis esset qualem esse oportuit*, vt loquitur Molinæus. Cuius etiam epiſtolam quãdam Malderus citat in qua ſic loquitur, *peſſimum quod reperio in opinionibus iſtis nuperis eſt gratia iſta ſufficiẽs quam dicitur Deus dare omnibus hominibus.* Præluxerat antea Caluinus, cùm dixit homines quidem promiſcuè inuitari Dei verbo, *electos autem ſolos intus doceri*, & paulò ante reprobos non vocari *efficaciter*: & mox, *denique regenerationis Spiritum non dari niſi electis, quiſquis ignorat, neſcio quid in Scripturis teneat.* Vbi vides internam oblationem, & vocationem efficacem coincidere, eámque ad ſolos electos pertinere, quippe qui vocanti conſentiunt: quaſi verò cæteri qui non conſentiunt nec interius vocarentur, nec proinde ſufficienter, quod nulla externa vocatio ſine interna ſufficiens ſit. Atque hoc Caluinus diſtinctiùs exprimit in Antidoto capitis ſexti eiuſdem ſeſsionis, cùm dicit, *motum Spiritus ſancti ſic eſſe efficacem, vt fidem ſemper gignat*, ideóque negat cum Euangelio conciliari poſſe quod dicunt Tridentini, *conſtitutum eſſe in hominis optione, vt Dei inſpirationi ſi velit auſcultet.* Quod nimirum ſequatur contingere poſſe vt *non auſcultet* homo qui vocatur, ſi hoc eſt poſitum in eius optione, ac proinde vt non ſit efficax ille motus, quod ille fieri poſſe negat: vnde nec ſtare poſſe illam ſeu infallibilitatem, ſeu neceſsitatem ſequuturi, cõſenſus cum optione liberi arbitrii. Atque in eo Arminianos accuſant Caluiniſtæ quod Papiſmum interpolarint; ſicut

Loc. cit. nu. 12.

Malder. t. 2. pag. 485.

In Antidot. can. 17.

In Anat. Armin. cap. 37. num. 3.

Digitized by Google

cut Papiſtæ Pelagianiſmum vt Molinæus loquitur.

Vnde intelligi poteſt 2. hæreticos hanc doctrinam amplexos vt propriam: quæ minimè illis eſt communis cum Papiſtis, hoc eſt cum Catholicis, poſtquam illos quibus ea non probatur diſceſsiſſe ab ipſis ad Papiſtas dicuntur, quod præterea confirmatur ex Catholicorum conſenſu, apud quos nullæ omnino ſcholæ ſunt, nullæ ſectæ, auctores ante poſtremos hoſce dies nulli, qui gratiam non agnoſcant quæ effectu caret & eliciendo tamen ſufficit. Qua in re Thomiſtarum ſuffragium maximi faciendum, quorum potiſſimum intererat negare gratiam ſufficientem, vt ea ratione liberarentur ab importuno illo argumento, quod vnus ex illis dicit eſſe indiſſolubile. cùm dicitur, ſi gratia ſit eo modo quo ſupponitur efficax, nullam eſſe igitur ſufficientem. Facilè inquam, erit concedere ſequelam illam, quæ tam difficulter negatur. Sed conſultiſſimè hactenus factum eſt, vt non ſolùm eam negarint admiſſa gratia ſufficiente, ſed contrarium inſuper ſignificauerint ad errores pertinere Caluiniſtarum. Et ideò cum Romæ diſputaretur de auxiliis coram ſummo Pontifice, & P. Lemos vrgeretur, vt eam ſententiam quam defendebat, ab hæreticorum ſententia diſtingueret, diſtinctionem hanc dediſſe refert P. Ioan. à ſancto Thoma in 1. part. pag. 693. Caluinum errasſe quod negaret gratiam ſufficientem, & Ledeſma *certiſſimum* eſſe dicit, *ac tenendam ſecundum fidem*, dari auxilium ſufficiens diſtinctum ab efficaci: & Petrus de Cabrera Cordubenſis *oppoſitum affirmari non poſſe ſine errore*, Et Didacus Aluares *nullum Catholicum dubitare poſſe de illa diſtinctione* gratiæ ſufficientis & efficacis & *eſſe neceſſariò ad diſtinguendum duplex illud auxilium*. Et Gonzales eſſe id præſupponendum & certum.

Ioannes Vincentius apud Ledeſmam de auxiliis art. 13. pag. 290.

Ledeſma loco cit. pag. 176. Cabrera in 3. p. qu. 18. art 4 diſp. 6. dub. 1. Didacus diſp 71. de auxiliis nu. 2. in Epit. num 4. Gonz. 1. p. q. 23 diſp. 77. num 17.

Patet demum ex doctrina Concilii Tridentini, ex qua colliguntur hæc duo manifeſtè. Primum eſſe aliquos ex peccatoribus qui non conuertuntur ad Deum, & tamen poſſunt conuerti: ſecundum, eſſe aliquos ex

Digitized by Google

iustis & fidelibus qui relabuntur in peccatum, & tamen possunt non relabi. Cum enim ad Deum conuerti peccator sine gratia non possit, sequitur eum qui potest, gratiam habere qua possit, quæ non alia est quam sufficiens in eo qui cùm ita possit reuera tamen non conuertitur. Item cùm iustus sine gratia perseuerare non possit, sequitur neminem posse qui non habeat gratiam, potest autem etiam ille qui relabitur, habet igitur gratiam, non efficientem, alioqui non relaberetur : ergo sufficientem.

Esse autem illa duo à Tridentino constituta satis col-
Sess 6 cap. 2. & 3. ligitur ex iis quæ allata & explicata sunt superius, & certè quod docet Tridētinum, mortuum esse Christum etiam pro iis qui mortis eius beneficium non recipiant, verum esse non potest quin supponatur in Deo voluntas qua vellet Christi passionem illis prodesse ad iustificationem & consequenter ad salutem. Sed nec talis voluntas concipi potest quin verum sit nouo quodam hominum vitio impediri eius effectum : nec aliter im-
Sess. 6. c. 11. peditur hic effectus quàm quia vel libera negligentia redditur inefficax interna Dei vocatio, vel ne sit talis vocatio aliud quoddam peccatum obstat quo posset homo abstinere si vellet. Et in vtroque casu admittendum est auxilium gratiæ sufficientis vel collatum reipsa, vel præparatum & conferendum si homo non impediret. Quò pertinet etiam quod docet Tridentinum, Deum impossibilia non iubere, sed adiuuare vt implere possimus quod præcipit. Est enim vniuersalis illa doctrina, proindéque complectitur etiam præceptum conuersionis quo tenentur peccatores, & quod violant aliquando. ergo ne dicatur illis aliquid impossibile præcipi, debent posse conuerti quando illis ad culpam non conuersio imputatur. Non possunt autem sine gratia, illam igitur habent vel receptam vel præparatam certóque recipiendam, si liberum impedimentum alicuius alterius peccatià quo possent abstinere non appo-

Digitized by Google

nerent. Datur ergo ex Trident no gratia sufficiens in peccatoribus & ad abstinendum à peccatis, & ad mutandam in melius vitam.

Idem eodemque modo probatur de iustis, nimirum eos qui non perseuerant habere gratiam quâ possint perseuerare ac proinde sufficientem. Illos enim potissimùm respicit Tridentinum cùm dicit, *Deum impossibilia non iubere*. Item, *non deserere sua gratia semel iustificatos*, quod ideò dicit vt ostendat posse illos cum diuina gratia seruare mandata. *Quod vtique*, inquit, *cum diuino auxilio præstare possunt*: Vnde posteà can. 22. *Si quis dixerit iustificatum vel sine speciali auxilio Dei in accepta iustitia perseuerare posse*, VEL CVM EA NON POSSE, ANATHEMA SIT. Hæc autem omnia frustra sint nisi de solis iustificatis intelliguntur, qui ab eo statu excidunt. Nam de ipsis qni reipsa perseuerant, quis vnquam dubitauit quin perseuerare possent cum diuino auxilio, aut quis dubitare potuit? Esset autem ridicula Concilii sollicitudo ac prouidentia pugnantis contra errores nusquam existentes, quin etiam impossibiles, & vibrantis anathemata ad persuadendam veritatem olim, hoc est ex quo homines esse cœperunt, receptam, nempe; *id quod fit, non esse impossibile fieri: homines cum diuino auxilio, hoc posse quod faciunt: Deum non deserere quos non deserit &c.* Constat igitur nostrates hæreticos, qui contrarium dicunt, in hoc esse reuera hæreticos; vtpote doctrinæ ab Ecclesia definitæ contrarios: quod erat secundò probandum.

Tertium restat, nimirum vt ostendamus in eo illis consentientes esse Baianos, hoc autem & facillimum est, & iam ferè præstitum superiùs. Percurrantur tantùm ipsa quæstionum argumenta, quibus eorum conclusiones continentur. En tibi quæ sese vltrò offerunt.

Tangitur natura auxilij sufficientis: & ostenditur nullum dari post lapsum, quin simul efficax sit; hoc enim repugnat multis principijs Augustini & Ecclesiæ. Carent efficaci

Sanct. tom. 3. lib. 3. de gratia saluatoris cap. 1.

Digitized by Google

quotquot præcepta transgrediuntur, ergo & sufficienti. Ergo vel seruare non possunt, vel, quod ridiculum est, hoc possunt ad quod sunt insufficientes. Item, *Adiutorium purè sufficiens ad gratiam naturæ pertinet: lapsorum reparationi inutile ac perniciosum. &c.* Naturalem esse volunt sufficientiam illam ante peccatum, post peccatum, vide quid dicant, eam quæ vocatur gratia sufficiens esse noxiam, ac proinde Deum quando illam hominibus distribuit, pro panibus scorpiones dare.

Ib. cap. 3 Item, *quàm monstrosa sit gratia sufficiens prout à recentioribus explicatur, &c.* Ita vero explicatur à recentioribus vt dicant voluntatem per illam sic compleri, nihil vt aliud requiratur præter ipsius cooperationem. Et

Ib. cap. 4. hoc monstrum est: Eodem sensu iterum, *ex natura*, inquiunt, *gratiæ Christi ostenditur nullis dari gratiam sufficientem iuxta sensum recentiorum.* Iterùm, *Iudæis lex data*

Ib. cap. 5. *& à Christianis plurimis præcepta dantur sine vlla gratia sufficiente aut adiuuante.* Atque huic argumento subiiciuntur ea, quæ retulimus antea. *Ita dicimus non solum Iudæis, sed & Christianis, non solum carnalibus sed & spiritualibus gratiam talem sufficientem ad id faciendum quod iubentur frequenter subtrahi, atque ita subtrahi, vt nec pro tali gratia adipiscenda deprecandi similis sufficiens gratia habeatur.* Adde, *Non affuisse hominibus sub lege viuentibus gratiam sufficientem seruandi legem vel vllum præceptum eius.* Item, statum veteris testamenti attulisse Iudæis gratiam *impedientem potius quàm sufficieniem.* Item, *Paucissimos sub illo testamento gratia sufficienti fuisse munitos.* Item, *Excæcatos & obduratos carere gratia sufficiente qua videant & moueantur ad bonum:* Item, *Infideles carere gratia sufficienti ad salutem tam proxima quàm remota & omnibus principijs eius, hanc gratiam esse à Semipelagianis excogitatam. Esse quamdam voluntatis infirmitatem quæ non potest certas tentationes superare, nec adest gratia qua superentur: nec spiritus orationis quo vires impetrentur.*

Ex his omnibus liquidò constat ex sententia Baiano-

rum nec peccatores qui non conuertuntur, nec iuſtos qui non perſeuerant in obſeruatione mandatorum habere gratiam ad hoc neceſſariam. Concedi etiam ab iiſdem id quod inde ſequitur impoſsibilem eſſe vtriſque mandatorum obſeruationem. Neque id quoquo modo aſſerunt, ſed ita omnino vt contrarium damnent, quando dicunt eſſe *Semipelagianum* contrariumque doctrinæ Auguſtini & *Eccleſiæ*, nimirum Geneuenſi. Quis enim vmquam expertus eſt, cùm contrarium prædicaret, contrariam eſſe Romanam? Atque apud eoſdem Geneuenſes fortaſſe lucem illam hauſerint, in qua dicunt contrarium videri ſibi non poſſe aſſeri *ſine errore*. lib. cap. 5.

Geneuenſium, inquam, eſt iſta doctrina: ideóque qui Auguſtinianam eſſe contendunt, nihil aliud conſequi poſſunt quàm vt ipſis ſatagentibus Auguſtinus conſentire videatur hodiernis hæreticis. Quid enim errant illi vel quid amplius dicunt, quando dicunt Dei præcepta eſſe tranſgreſſoribus impoſſibilia, ſeu iuſti ſint illi, ſeu peccatores. Age, quid eſt in alterutra ſententia diuerſum quod ad hoc præcisè caput pertineat? vel quare hæretici cenſentur in hoc hæretici atque à Tridentino damnati? Negant, inquies, illi arbitrium liberum eſſe. Immò, inquam, ſi de peccato quæſtio eſt, fatentur eſſe liberrimum. Et mox conſtabit eiuſce rei quæ Baianis eſt libertas, nihil omnino ab hæreticis negari.

At, inquies, multis modis nos Dei mandata dicimus eſse poſſibilia. Ita eſt, quatuor ſunt modi quibus ſine gratia ſufficiente Dei præcepta dicuntur à vobis poſſibilia, ideóque imputabilem eſse ad culpam & ad pœnam eorum tranſgreſſionem: ſed videamus vtrum illos modos hæretici negent Inf. tom. 3 lib. 3. cap 15

Primus petitur ex ſolâ liberi arbitrij ad bonum & malum flexibili facultate, qua carent ſoli dæmones & damnati, quorum natura per ſupplicium æternæ damnationis ad male faciendum obduruit. Et hæc poteſtas,

Digitized by Google

inquiunt, non est aliud nisi, fidei, dilectionis, bonæque vitæ flexibilis capacitas, per quam omnes homines dicuntur posse credere, posse diligere Deum: Id, inquam, posse *remotissimè*, quatenus sunt capaces auxiliorum necessariorum ad credendum, etiam quando illis carent: hanc potestatem remotissimam, & omnibus hominibus communem, an negauit vnquam Caluinus aut Lutherus, vel qui eum sequuntur? an non admittunt illi in omnibus, electis & prædestinatis, capacitatem ad recipiendam gratiam vocationis efficacis & iustificationis? an negant potuisse ita vocari qui non vocantur? ac proinde an non concedunt, eamdem illos habuisse capacitatem qua fuissent pariter vocandi, si Deo placuisset? Quid ergo dicunt Baiani præ hæreticis respectu istorum & quo sensu volunt esse illis possibile. v. g. præceprum pœnitentiæ, vel conuersionis suæ, quo non etiam possibile sit in doctrina Caluinistarum aut Lutheranorum?

Secundus modus est contractior & ad eos tantùm pertinet qui habent fidem: supponamus ergo fidelem qui peccat contra charitatem omittendo illius actum quando necessarius est. Interrogo Baianos an sit illi possibile quod omittit? Respondent esse, *tametsi careat actuali Dei adiutorio interniſque viribus voluntatis. Quamuis enim fides ista omnia per se nullo modo possit, quia tamen est semen orationis, per quam charitatem & gratiam adiuuantem & voluntatis vires impetrare solemus: hinc per istam fidem ista posse dicimur.* Bene habet, sed Caluinus negat-ne fidem esse *semen orationum* quibus impetrare possint fideles internas vires quibus carent? Quo igitur sensu possibilior est illa præcepti obseruatio in sententia vestra, quam in sententia Caluini? Et quis est istius error?

Loco cit. cap. 15.

Tertius modus est adhuc contractior, & ad eos pertinet, qui non solum fidem habent, sed etiam charitatem. Sit igitur aliquis non modò fidelis sed & iustus,

Digitized

qui tentatione aliqua ſuperetur: interrogo Baianos, an potuerit reſiſtere? potuit, inquiunt, non modò per communem illam & natiuam liberi arbitrii flexibilitatem: non modò per adiunctam ad orandum fidei facultatem; ſed & *plenius propinquiúsque* per charitatem per quam homo iuſtificatur, nihil enim eſt aliud hæc charitas *quàm voluntas, hoc eſt volitio bona quæ quamdiu deeſt nobis, impoſſibile eſt bene viuere; cum autem adeſt, poſſe dicimur.* Sic illi, cogitationũ cõfuſione ac perturbatione mirabili ſecum ipſi pugnantes. vides enim quomodo nihil obſtante illa liberi arbitrii flexibilitate, quâ contendebant dici poſſe omnibus hominibus poſſibilem eorum præceptorum, quæ tranſgrediuntur, obſeruationem: nihil etiam obſtante ipſâ fide quâ dicebant eſſe adhuc illam magis poſſibilem fidelibus; iam diſertè ac rotundè profitentur, ſine charitate quæ præter fidem eſt, eſſe *impoſſibile* bene viuere, ac proinde mandata ſeruare. Eſt etiam nihilo minor contradictio, quod illam charitatem, qua dicũt poſſibilem fieri mandatorũ obſeruationem, vocant *voluntatem, hoceſt volitionem bonam*, & paucis interpoſitis, *& iſta quidem quæ de poſſe diximus, quod per fidem & charitatem datur, de donis iſtis habitualibus potiſſimum intelligenda ſunt. Nàm per illa dicuntur iuſti poſſe, etiam quando nihil agunt, imo dormiunt*, habent nimirum iuſti quando dormiunt *voluntatem, hoc eſt volitionem bonam*, per quam definitur illa charitas qua dicuntur poſſe bene viuere, eſtque volitio bona donis habitualibus accenſenda, ſed immenſi laboris eſſet id genus peccata recenſere. Iauſ. ib.

Hoc tantùm peto quod facit ad præſens inſtitutum quando dicunt per charitatem poſſe iuſtum *plenius propinquiſúque* implere mandata, quàm vel fidelis per ſolam fidem, vel infidelis per ſolam liberi arbitrii flexibilitatem, quid intendunt? concedunt ne iuſtum *plenè ac proximè* poſſe implere mandata per charitatem qua iuſtus eſt? Non, inquiunt, illi enim plenitudini deeſt

adhuc aliquid & inter hunc gradum potentiæ ipsamque mandatorum obseruationem interponitur alius quem constituit auxilium efficax & quo homo fit proximè ac plenè potens seruare mandatum.

Atque hic est quartus possibilitatis modus quo *actualis* gratia completum posse tribuit, *sine qua voluntas seù charitas habitualis* (paulò ante dicebat voluntas hoc est volitio) *quamtumcumque magna post lapsum primi hominis in actum exire non potest*, Et hoc vocant *adiutorium sufficiens*, nimirum & *gratiam* etiam *sufficientem* quam cum efficaci omnino confundunt ; Vnde dicunt hoc vltimum posse coniunctum semper esse cum ipso agere , & consequenter neminem eorum qui Deo vocanti non obediunt vel alia eius mandata transgrediuntur, habere hoc vltimum posse; quod est omnem peccatorem carere *adiutorio sufficienti* ad abstinendum a peccato : esseque illi hanc abstinentiam impossibilem denominatione petitâ ex defectu potentiæ *sufficientis*: nulla enim sufficiens dici potest quæ caret & *necessario & sufficienti adiutorio.*

Ergo interrogo, quid magis minusue dicat Caluinus? Ille enim non negat quin possibile sit obseruare mãdata quarto illo modo iis omnibus quibus datur sufficiens illud adiutorium quod simul est efficax , quia hoc esset negare posse illos facere quod faciunt. Caluinus, inquã , non negat posse conuerti ad Deũ omnes illos qui gratia efficaci iuuantur ad conuersionem & perseuerare illosquoque ac peccato resistere qui gratia efficaci iuuãtur ad perseuerandũ & resistendum. Quod si qui sunt alii defectus, in illa vel conuersione vel perseuerantia non erũt aliunde quã ex eo quod Deus ad eos vitandos *non det adiutorium sufficiens*. Iam verò de iis omnibus quorum potentia non peruenit ad hũc quartum gradũ, ostendant Baiani alio illis modo impossibile dici quod exigitur , iuxta Caluinum , quàm quo iuxta ipsos, quoque impossibile est iustificatus qui caret adiutorio sufficienti

cienti ad resistendum appetitui vindictæ ideóque labitur; quo alio modo dicitur à Caluino non posse resistere quo non etiam dicatur à Baianis? peccator qui Deo resistit ad resipiscentiam vocanti, quo alio modo negatur à Caluino habere sufficientem potentiam ad resipiscendum, quo non etiam negetur à Baianis? Quod si nullo; dicant ergo vel non errasse Caluinum in neganda præceptorum possibilitate contra communem sensum Ecclesiæ Catholicæ, vel fateantur se illius erroris esse participes: & quando se germanos esse somniant interpretes Augustini, fateantur quoque hac in parte hoc sentire Caluinum quod sensit & Augustinus, itaque manus tendant Geneuensibus.

CAPVT VIII.

De Libero Arbitrio

§. I.

Quid Caluinus quid Tridentinum de Libero Arbitrio.

COMMVNE hoc quoque inter Nouatores, non habere nos liberum arbitrium, quod est nullam esse nostræ voluntatis indifferentiam siue in malis siue in bonis: hoc est, siue dum peccamus, siue dum rectè atque vtiliter ad salutem operamur. Negare enim indifferentiam ad peccandum, non est aliud quàm negare eum qui peccat posse non peccare, & negare ad rectè agendum, non est aliud quàm negare eum qui rectè operatur posse non rectè operari. Si enim hoc non negaretur, iam concederetur vtraque potestas agendi & non agendi: vtraque autem illa potestas, vel potestas ad vtrumque illud, est id quod vocamus indifferentiam ad agendum. Quod autem hoc negent Nouatores notius est quàm vt egeat probatione. Est enim hoc principium quoddam ipsorum, eum qui peccat sine coactione quidem peccare; sed non sine peccandi necessitate: qui au-

Digitized by Google

tem aliquid necessitate facit, non potest aliter facere, ideóq; nec potest oppositũ facere, quod si non potest aliter facere falsò dicetur potens ad oppositũ: & cõsequenter falsò dicetur indifferẽs ad vtrũlibet faciendum, quia potens ad vtrumlibet & indifferens idem sunt. Atque hoc sensu negant illi nos habere liberum arbitrium.

Ad can 5. sess. 6. Quod igitur hæc sit hæreticorum doctrina patet ex Caluino in Antidoto, vbi quod damnatur in Tridentino liberum arbitrium *esse titulum sine re*, contendit esse verum si per liberum arbitrium intelligatur, *eligendi facultas quæ sit in vtramque partem soluta & libera.* Nam si quis liberum arbitrium vocare velit facultatem illam

Lib. 2. cap. 2. sect. 7. *qua quis voluntate agit, non coactione*; iam dixerat in Instit. se illi non pugnaturum. Et ideo contra Pighium sic

Lib. 2. „ loquitur, *Si coactioni opponitur libertas, liberum arbitrium* „ *esse & fateor,* & CONSTANTER ASSEVERO; AC PRO HÆRE- „ TICO *habeo quisquis secus sentiat.* Quam Caluini do-

Cap. 31. ctrinam Caluinistæ quoque sequuntur, vt videre est apud Molinæum in Anatome Arminianismi: vbi indifferentiam liberæ voluntatis agnoscit in actionibus ciuilibus: Item in honestis honestate ciuili, atque etiam in obseruatione Ecclesiasticæ disciplinæ: in malis verò & in iis bonis quæ ad vitam pertinent æternam; libertatem arbitrii per hoc tantùm saluat quòd homines, esto necessariò agant, agunt tamen *cum ratione & iudicio, & sine necessitate coactionis, item, sine necessitate physica, qualis est grauium & leuium* ad proprios motus. Chamierius

Tom. 3 lib. 2. cap 8. num. 11. dummodo retineatur eadem necessitas retinendum censet liberum arbitriũ Latinorum, & τὸ αὐτεξούσιον Græcorum, *hoc saluo*, inquit, *salua pax esto.* Atque hæc est illa libertas quam profitetur etiam Guillelmus Tuissius,

Lib. 1 de scientia media cap. 19. pag. 193. quando sola *vertibilitate* sublata, quam etiam optat in crucem agi cum patibulariis ad scalas stantibus & *capistratis* quibus ea quoque conuenit, contendit non solùm diuinam voluntatem, *sed humanam etiam vt libera est, esse caũsam humanorum actuum*: & hoc pacto docet,

libertatem eorumdem actuum diuino decreto nequaquam lædi, ſed confirmari potiùs, præſertim cùm decreuerit actus humanos non niſi liberè fieri à voluntate humana. Quaſi diceret impediri quidem diuino decreto voluntatis *vertibilitatem*, illam ſeu indifferentiam oppoſitam neceſſitati: ſed non libertatem. Nulla eſt igitur dubitandi ratio, quin Caluiniſtæ, quibus hac in parte Lutherani conſentiunt, ſolam agendi, vel non agendi indifferentiam negent, quando negant liberum arbitrium: & quin eâ ſolâ præcisa, libenter patiantur liberos vocari homines qui cum oppoſita indifferentiæ neceſſitate operantur.

Reſtat ergo ſecundo loco vt oſtendamus, hæreticos eſſe in eo hæreticos, & à ſenſu Eccleſiæ Catholicæ alienos, hoc autem nihilo minus certum aut euidens eſt. Et primò iam olim contra Eraſmum Sorbona *vertibilitatem* illam arbitrii, quæ nihil aliud eſt quàm indifferentia, ex doctrina ſancti Auguſtini conſtituerat, cùm dixit, *Auguſtinum conformiter ad cæteros Catholicos Doctores aſſerere meritum conſtare ex libero arbitrio* VERTIBILI *& diuina gratia: vt ſit meritum opus gratiæ & liberi arbitrij* VERTIBILIS. Adde quod ſanciuit an. 1542 contra Lutherum & Caluinum art. 2. *Eadem fidei conſtantia tenendum homini ineſſe liberum arbitrium*, QVO POTEST BENE VEL MALE AGERE. Quod Caluinus in antidoto ſicuti ſumptum ex Ariſt. & Philoſophis Auguſtino repugnãte, *qui neſciuerit*, vt hic ſcurra garrit tanquam dictum à Sorbona, *quid Magiſtri noſtri ſuper hoc reſolutiuè dicturi eſſent*: quid aliud ſignificat quàm illud *poſſe bene vel male facere* quo importatur indifferentia, ſibi contrarium eſſe, cùm tamen Sorbona cum fidei conſtantia id eſſe tenendum definiuerit, vt iam dictum eſt.

Tit. 16. Cenſuræ Eraſmicarum propoſ.

Adde eiuſdem Sorbonæ cenſuram anni 1560. die 27. Iunij, in qua hæc propoſitio, *Liberum arbitrium non habet potentiam ad oppoſita, nec ei conuenit ea poteſtas ex ipſius intrinſeca & naturali ratione*, ſic notatur, *Prima pars huius propoſitionis eſt hæretica.* Hæc verò, *Libertas & neceſſitas*

„ *eidem conueniunt respectu eiusdem : & sola violentia repu-*
„ *gnat libertati hominis*, sic notatur, *huius propositionis pri-*
„ *ma pars includit contradictionem ; & est hæretica.* Hæc
„ demum, *Liberum arbitrium liberè vult quidquid sponte siue*
„ *voluntarie vult. Ita vt quod necessariò vult idem liberè velit;*
„ sic notatur, *huius propositionis secunda pars implicat con-*
tradictionem, & est hæretica.

Sorbonæ censuram hanc confirmarunt duo Summi Pontifices, quando Michaëlis Baii damnarunt propositiones has, „ *Quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè*
„ *tamen fit.* Item, *Sola violentia repugnat libertati hominis*
„ *naturali*; vt pudere debeat nostros Illuminatos, qui & Augustinum & Sorbonam obtendunt suis erroribus: ac ne ipsis crimini sit nullis authoribus idoneis doctrinam innouasse, ab hodierna Sorbona decisiones pristinas antiquatas mentiuntur. Sed ne fortè non videantur illis satis decisiuum quod Sorbona docuit dum censet errores Nouatorum.

Constat & ex communi consensu Catholicorum omnium qui ab Apostolatu Lutheri ad hos vltimos annos vixere: & ex confessione ipsorummet Lutheranorum & Caluinistarum, in eo istos errasse, quod indifferentiam voluntatis ad agendum vel non agendum sustulerint. Nam & Catholici illos in eo errare crediderunt, quod libertatem arbitrij pessundarent & hæretici quoque se in eo, non quidem errare, sed tamen à Catholicis, hoc est ab Ecclesia Romana dissentire confessi sunt. Ideóque quod Tridentinum definiuit in se ipsi dictum esse interpretati sunt; atque ita ex amborum consensu euidenter colligitur diuersam esse doctrinam illorum ab ea quam ipsi Catholicam & credimus, & credere debemus ; vt mirum sit, si post tam diuturnas altercationes sapientissimorum virorum, audeat aliquis procedere in medium, vt Catholicos arguat, quasi parum intelligentes ea qua hactenus damnauerant, cum sint minimè damnabilia, contendátque Romanam esse

Digitized by Google

hac in parte fidem illam quæ Geneuenſis proprià dicebatur. Atqui ſublata illa agendi vel non agendi indifferentia, nihil reſtat in quo diuerſa videri poſſit vtriuſque partis doctrina: hoc enim ſolum eſt quod Caluinus vocat, *titulum ſine re*, nimirum *quod ſit facultas, quædam in vtramque partem ſoluta & libera*, vt ipſe loquitur, quaſi diceret, dummodo illud præcidatur, quod eſt, dùmodò præcidatur indifferentia, ſe & *titulum* liberi arbitrii, & *rem ipſam* libenter admiſſurum, hoc etiam ſolum Chamierius excipit, de cætero pacem initurus. Et cum omnes, Lutherus etiam & Lutherani, coactionem omnino excludant ab actione voluntatis; item neceſſitatem ſimilem illi, qua grauia leuiaque mouentur, vt dicit Molinæus, conſequens eſt; non aliam eos inducere neceſsitatem quàm quâ indifferentia ſeu facultas agendi & non agendi excluditur: Ergo ſi errant deſtruendo libertatem, vt errare hactenus creditum eſt, in hoc errant.

Idipſum ex Tridentino colligitur, de quo nemo dubitat, quin damnauerit hæreticorum errores circa liberum arbitrium. Quid autem damnat? Nempe hoc quod eſt *liberum arbitrium motum & excitatum à Deo non poſſe diſſentire ſi velit*: & *non poſſe abijcere* gratiam, quod eſt reddere inutilem & inefficacem. Quid autem eſt aliud liberum arbitrium ita conſentire Deo mouenti *vt poſſit diſſentire*, vel abiicere gratiam ſine conſenſu, quàm ita conſentire vt ſit indifferens? ergo eos damnat Concilium qui negant indifferentiam. Damnat autem modernos hæreticos. Ergo hæretici in eo ſunt hæretici, quòd illam liberi arbitrii indifferentiam negent. Itaque id ipſe Caluinus accepit, quando in Antidotum ſeſſ. 6. ſic loquitur pag. 702. edit. Gen. anno 1552. *Porro ne longius hic immoremur, dico apertè pugnare quod hic pronũtiant Tridentini Patres, cum illa Chriſti ſententia, quiſquis audiuit à Patre meo, &c. Conſtituunt autem hoc in hominis optione, vt Dei inſpirationi ſi velit auſcultet, hæc nullo modo conciliari poſ-*

Can. 4. Seſſ. 6. cap. 5.

Digitized by Google

sunt: hæc ille, cum tamen paulò ante dixisset, *non cogi homines inuitos Dei gratia: sed voluntarios regi vt sponte pareant ac sequantur.* Et hoc voluisse Augustinum cum de libertate voluntatis loquitur, vt constet ipsum nec aliud velle, nec in alio se à Tridentino damnatum credere, quàm quod *neget esse in hominis optione vt Dei inspirationi si velit auscultet*, quod non est aliud quàm negare *auscultare* illum cum indifferentia.

§. II.

Suspecta Baianorum præambula in gratiam Caluini contra Tridentinum.

RESTAT Tertiò monstrandum in eadem indifferentia neganda Baiistas hæreticis consentire, quod facile patebit excutiendo quod ipsi afferunt vt suam & hæreticorum in hac parte doctrinam distinguant. Atque vt coniicere valeamus, quid illis animo sedeat, & quò sperent se posse confugere si munitionibus cæteris pellantur hac difficultate proposita respondent primo. *Non omnia quæ hæretici docent esse hæretica*: Solere siquidem illos falsis vera miscere ... *si quæ igitur in re Caluinus cum Augustino & antiquis Patribus senserit, non propter Caluinum Augustino indignandum esse; sed propter Augustinum Caluino potius gratulandum.* Pugnant Catholici pro tuendo libero arbitrio contra Caluinum, accurrunt in auxilium Catholicorum Baiani, sed antequam arma expediant, velut de belli iustitia dubitarent, negant hæretica esse quæcumque docentur ab hæreticis. Optimè id quidem, sed quorsum in hac controuersia vbi & Catholici hæreticos accusant, & hæretici profitentur se dissentire à Catholicis? Quid? non omnia sunt hæretica in quibus Caluinus negat *conciliari* posse quæ dicuntur à Tridentinis patribus cum iis quæ dicuntur ab Augustino? non sunt hæretica quæ Sorbona docet *eadem fidei constantia* credenda quà creditur *Baptismi necessitas & virtus*? & quid est quod dicunt, *non propter*

Iansen. tom. 3 lib. 8. de gratia Christi cap. 21.

Caluinum indignandum esse Augustino? Explicent ipsi sese, aperiántque quod intus latet. Quid est non propter Caluinum Augustino indignandum esse? quis non videt ab aduersariis id vltro tacitè concedi, quod potissimùm intendimus, Augustinum scilicet ab ipsis Caluino consentientem exhiberi? eò enim hæc omnia pertinent, vt cùm periculum sit, ne Catholici qui Caluini sententiam exosam habent, cùm compererint eandem quoque esse Augustini, indignentur: quasi verò excesserit Augustinus necessarium doctrinæ modum, & dum Pelagium insectatur ea dixerit quibus præluderet Caluino; ita occurrendum Baiani putent, vt negent ideo succensendum Augustino, sed potiùs gratulandum Caluino, qui cæcutientibus Catholicis ac Patribus Tridentinis, quod & ille impugnare se profitetur, & à quibus se vicissim impugnari non dubitat, feliciore quadam sorte in id incurrerit, quod Romanam Ecclesiam fugiebat, hoc est in germanam Augustini atque adeò in orthodoxam de libero arbitrio doctrinam, sed quia hoc ipsis perfugium, vt dixi, vltimum est, antequam eò se reduci patiantur, longiùs pugnant, hostémque sistere conantur in aliis munitionibus trahendo tantum bello præparatis.

§. III.

Baiani à Caluino, quoad facultatem Liberi Arbitrii ad eligendum inter bonum & malum, nihil differunt

RESPONDENT igitur secundò *negare Caluinum esse in homini boni & mali electionem, quam tamẽ S. Augustinus libero arbitrio asserit* & Tridentinum quoque: sed Caluinum audiamus, qui canonem 5. sess. 6. Concilii Tridentini quo dicitur anathema neganti *liberum arbitrium à Deo motum & excitatum posse dissentire si velit*, hoc antidoto corrigit: *De verbo ne moueamus rixam, sed quia per liberum arbitriũ intelligunt eligendi facultatem*, QVÆSIT Iansen. loco cit.

IN VTRAMQVE PARTEM LIBERA ET SOLVTA, *titulum sinè re esse qui affirmant Christum habent auctorem.* Vides Caluinum non negare quamcumque *boni & mali electionem*, sed eam tantùm cuius facultas *sit in vtramque partem soluta & libera*, hoc ergo tantùm significat liberum arbitrium *titulum* esse sine re, non negaturus eo sublato quicquid aliud significetur, quin *titulus cum re conueniat.* Quid autem est facultatem electiuam esse in vtramque partem solutam ac liberam quàm esse *indifferentem?* Ergo si peccat Caluinus, in eo tantùm peccat quod electionem boni & mali, cuius facultas ad vtrumque indifferens sit, non agnoscat. Ergo si eandem indifferentiam Baiani negant, & auctore Augustino negandam censent, & Caluino concinunt, & Augustinum trahunt in eumdem concentum.

Negare autem Baianos hanc indifferentiam ex antea dictis patet, quando monstratum est apud ipsos non solùm indifferentiam non pertinere ad rationem libertatis; ex quo sequitur Caluinum, qui eam negat nihil nocere libertati: sed insuper nullam esse reuera talem indifferentiam nisi remotam, quam Caluinus numquam negauit. Est enim apud ipsos hæc perpetua quædam suppositio, eum qui peccat carere proximâ ad non peccádum potentia quæ constituitur per auxilium sufficiens ad non peccandum, quodestituitur omnis peccans: Ergo tota illius ad peccandum vel non peccandum indifferentia, in hoc consistit; quod proximè possit peccare, & remotè, nimirùm quando auxilium sufficiens aduenerit, possit non peccare. Hoc verò neque Caluinus vmquam negauit, nec quisquam alius. Idemque dici debet, de eo qui per gratiam bene operatur quia ita dicunt non posse non bene operari potentiâ proximâ quamdiu manet efficax gratia quomodo non potest bene agere qui peccat. Est igitur etiam ille proximè potens bene agere, & remotè tantùm potens male agere, quod genus indifferentiæ numquam negauit

Caluinus

Caluinus: Eatenus ergo nullum eſt inter eos diſcrimen.

§. IV.

Tertia Baianorum reſponſio conuincitur ob multiplicem cum eorum principiis repugnantiam.

ET ideo Reſpondent tertiò *docere Caluinum gratiam ita mouere hominem &c. non ſit ei liberum reſiſtere, cùm dicit voluntatem moueri non qualiter multis ſæculis traditum eſt: vt noſtræ poſtea ſit electionis motioni aut obtemperare aut refragari.* Auguſtino vero Deum ita mouere voluntatem *vt poſſit refragari aut obtemperare.* Sed quod dicunt de S. Auguſtino libenter amplectimur. Id enim ſignificat apud ipſum Deum ita mouere voluntatem vt ea retineat indifferentiam ad agendum vel non agendum, poſtquam retinet potentiam *qua poßit refragari aut obtemperare.* Sed dicant amabo, itane Deus mouet voluntatem vt ea poſſit proximè refragari? ſi non poteſt, ergo Auguſtinus & Tridentinum ita erunt exponendi vt intelligatur voluntas mota poſſe proximè obtemperare & remotè refragari, nimirum quando illa gratia deſierit, quod neque Caluinus neque vllus mortalium vmquam negauit: ſi poteſt, ergo Baiani ſibi contradicunt. 1. Quia iam concedunt eſſe in voluntate eamdem indifferentiam, quam admittunt Scholaſtici, quibus tamen illi ſe repugnare profitentur. 2. Quia concedunt ſub eadem diſpoſitione ſub qua voluntas poteſt velle bonum, poſſe etiam non velle, aut etiam velle malum, quod tamen aliàs ipſi exſertè negant. Admittunt enim indifferentiam ad contraria & conſequenter ad contradictoria in voluntate, ſiue in infidelitate ante gratiam, ſiue iam ſub gratia: *ſed non eodem modo*, inquiunt, *quo iſti Scholaſtici putant, qui quocumque modo arbitrium ſiue gratia ſiue peccati delectationibus imbuatur, ſemper exiſtimant* CVM VIRAVIS EIVS DISPOSITIONE POSSE FIERI VT VTRVM-

Ianſ. loco cit.

Vide Ianſ. tom. 3 lib. 8. cap. 20.

Digitized by Google

LIBET SIVE BONVM SIVE MALVM VELIT. Scholastici admittunt aliam indifferentiam quàm illam qua voluntas ad consentiendum mota, potest tamen etiam proximâ potentiâ non consentire: & qui dicit hoc posse fieri, non dicit sub eadem dispositione vtrũque posse? 3. Quia dicunt arbitriũ non esse ad aliquid faciendũ liberum, nisi sit *inalligatum* & *impeditum*, impediri autem & ligari per delectationem peccati ne sit liberum ad seruiendum peccato: Ergo quamdiu est arbitrium sub ista gratia non potest dici liberum ad dissentiendum, posset enim consequenter & liberum dici ad peccandum: ergo non est proximè potens dissentire, quemadmodum est proximè potens consentire. Et hoc est quod dicunt mentem delectatione iustitiæ ita illi iungi & tam tenaciter agglutinari vt nullis blanditiis aut minis inde possit auelli. 4. Quia dicunt præter nudam voluntatis facultatem esse aliquid aliud *quo actus ponatur in eius potestate*, seu quod voluntatem ad actus aliquos liberam & potentem facit, *ita vt sine eo velle non possit*: hoc autem esse *delectationem obiecti seu complacentiam*. Essèque hoc verum tam in bonis quàm in malis actibus, arbitrium enim *delectatione iustitiæ præpollente*, fieri liberum ad bonos actus: & proinde liberum esse ad malos *præpollente* similiter delectatione peccati: cùm ergo dum mouetur à Deo & excitatur, efficaciter *præpolleat* delectatio iustitiæ, *non præpolleat* delectatio peccati, consequenter pro illo statu siue *sub illa dispositione* non poterit dici liberum, nec potens dissentire, aut quod idem est, habens dissensum suum in sua potestate. 5. Quia dicunt de illa indifferentia quam tuentur Scholastici, quæ non est alia quàm qua homo Dei gratia efficaci excitatus habet tamen expeditam & proximam dissentiendi facultatem, *fuisse à Pelagianis contentiosissime postulatam, nihilque facilius esse quam totam Pelagianam hæresim defendere, ipsumque peccatum originale de medio tollere* si concedatur: & ideo *constantissimè negatam ab Augustino* indifferentiã

Iansen. tom. 3. lib. 6. cap. 2.

Iansen. cit. l. 7. cap. 7.

Iansen. tom. 3. lib. 7. c. 2. & 3.

Tom. 3. lib. 8. cap. 8.

Digitized by Google

eiuſmodi. Eſt igitur admittenda tantùm illa qua homo cenſeatur habere proximam & expeditam ad conſentiendum facultatem, remotam verò & impeditam ad diſſentiendum, quam, vt dixi, Caluinus numquam negauit. 6. Quia ita philoſophandum eſt de vltimo & cõpleto *poſſe* diſſentire Deo mouenti, quo de vltimo & completo *poſſe* conſentire, vt per ſe patet, atqui vltimum & completum *poſſe conſentire*, ſemper eſt coniunctum cum ipſo actuali conſenſu ex Baianis, ergo vltimum & completum poſſe diſſentire, pariter coniunctum erit cum actuali diſſenſu; ergo vbi non erit actualis diſſenſus, nec erit etiam vltimum *poſſe diſſentire.* Actualis autem diſſenſus non eſt in eo qui conſentit, vt conſtat; ergo nec in eo eſt vltimum & completum *poſſe diſſentire.* Ergo poteſt illi quidem proximè conſentire, quod eſt *obtemperare*, diſſentire autem, quod eſt *refragari*, non poteſt niſi remotè. Quod ſi tantùm voluit Auguſtinus, nihil voluit ſupra Caluinum. 7. Quia vice verſa ita philoſophantur de eo quod eſt hominem excitatum Dei gratia poſſe diſſentire, quo modo de eo quod eſt hominem diſſentientem ſeu reſiſtentem poſſe conſentire; atqui ex illis homo qui reſiſtit non habet proximam & expeditam conſentiendi facultatem, dicunt enim *debere fieri aliquam mutationem in requiſitis ad agendum* vt conſentiat & non adeſſe IMMEDIATAM OPERANDI POTESTATEM quam tribuit gratia: Ergo pariter *niſi fiat aliqua mutatio in requiſitis ad agendum* in eo qui efficaciter à Deo mouetur, vt diſſentiat: nec habere credendus eſt *immediatam* diſſentiendi *poteſtatem*, ſed ſolùm mediatam quam Caluinus non negat. Apertum eſt quod dicunt tom. 3. lib. 7. cap. 5. *Iuſtitiæ vel peccandi delectationem eſſe illud vinculum quo liberum arbitrium in iuſtitia vel peccato ita firmiter ligatur & retinetur, vt quandiu iſto ſtabiliter poßidetur & conſtringitur,* ACTVS OPPOSITIVS SIT EXTRA EIVS POTESTATEM, *ita videlicet vt arbitrium non liberatum illud velle non poſsit.* Hoc eſt, donec

Tom. 3 lib. 3. cap. 15.

Tom. 3, lib. 8. cap. 20.

Digitized by Google

voluntas liberetur à delectatione iustitiæ vt seruiat peccato, & consequenter quamdiu est sub illa delectatione victrici ac præpotente, *nec refragari potest*, nec velle oppositum, quippe quod *non est in eius potestate*; ergo ad hoc tantùm est remotè potens, quod non negat Caluinus. Huc spectat illa necessitas bene agendi quam gratia medicinalis affert præ gratia naturæ integræ, vt Baiani perpetuò supponunt. Sequitur enim inde non posse non bene agere quem illa gratia impellit. Audi quid dicant tom. 3 lib. 8. cap. 3. *Quod amplius nos delectauerit secundùm illud operemur necesse est. Infusa delectatione nos amplius demulcente hoc ipsum necesse est vt velimus & operemur*: cùm ergo delectatio iustitiæ nos amplius demulceat cùm Deus nos efficaciter mouet, consequenter toties *necesse est vt operemur*: & proinde voluntas nostra non potest dici posse proximè refragari. Vide quæ diximus antea, vnde constat longè deteriorem esse hoc loco Baianorum quàm Thomistarum conditionem in hac difficultate, quod isti negent præmotionem siue ad bonum siue ad malum pertinere ad rationem potentiæ aut principii ad agendum requisiti, quod Baiani tamen affirmant, qui propterea sibi contradicunt, dum docent potentiam v. g. ad bene agendum *non repugnare cum actu opposito in eodem subiecto*. Hoc verò falsum est: Si de potentia completa intelligatur, si autem de incompleta, non hoc negat Caluinus.

Iansf. tom. 3. lib. 8. cap. 20.

§. V.

Caluino imponunt, nec suam ab illius doctrina distinguere possunt circa voluntatem gratiæ pedissequam.

Iansf. tom. 3. lib. 8. c. 21.

RESPONDENT igitur 4. Caluinum errare quòd nolit hominem gratiæ *pedissequa voluntate* consentire, hæc enim esse ipsius verba, *hoc perperam homini tribuitur, quod gratiæ præuenienti pedissequa voluntate obsequatur*, Contra illud Augustini, *gratia meretur augeri vt aucta*

Digitized by Google

mereatur perfici, comitante, non ducente, pediſſequa, non prona voluntate. Sed clarum eſt Caluinum non negare quin aliquo ſenſu voluntas dici poſſit gratiæ pediſſequa, quem etiam exiſtimat fuiſſe Auguſtini ſenſum. En ipſius verba, *Sed erunt fortè qui concedent voluntatem ſuopte ingenio auerſam ſola domini virtute conuerti, ſic tamen vt præparata ſuas deinde in agendo partes habeat. Quemadmodum* « *docet Auguſtinus, omne bonum opus gratiam præcedere, &* « *id comitante, non ducente,* PEDISSEQVA, *non præuia voluntate.* QVOD NON MALE A S. VIRO DICTVM, *præpoſterè* « *huc detorquet Petrus Lombardus* .... vides vt ad ſenſum « Auguſtini quem diſtinguit à ſenſu Magiſtri ſentent. *pediſſequam voluntatem* agnoſcit & approbat? ſuum autem ſenſum mox explicat, *quatenus à gratia præuenitur in eo vt* PEDISSEQVAM *appelles, tibi permitto.* Ex quibus patet non negare Caluinum pediſſequam eſſe voluntatem eo ſenſu, quod nihil prorſus agat niſi præuenta: ſed nec eo etiam, quod præuenta, non cooperetur, ſeu non habeat ſe actiuè ſequendo gratiæ impulſum, ita enim ipſe loquitur. *Quod autem alibi dicit* Auguſtinus, *non tolli* « *gratia voluntatem, ſed ex mala mutari in bonam, & cum* « *bona fuerit adiuuari; ſignificat tantùm hominem non ita tra-* « *hi ſine motu cordis quaſi extraneo impulſu feratur,* SED IN- « TVS SIC AFFICI, VT EX CORDE OBSEQVATVR. Et in Antidot. « cap. 6. ſeſſionis 6. Concilij Tridentini, Auguſtino con- « cedit; *Non cogi homines inuitos Dei gratia, ſed voluntarios* « *vegi, vt ſponte ſequantur. Ideo tamen quia eorum voluntas ex* « *mala verſa ſit in bonam.* Senſus verò quem improbat, eſt 2. Inſt. cap. quod hoc *perperam homini tribuatur, quòd gratiæ præue-* 2. §. 7. *nienti pediſſequa voluntate obtemperet*, id quod magis exprimit dum Chryſoſtomum arguit, *quòd videatur ſecundas quaſdam à gratia partes* in opere bono voluntati aſſignare, cùm nihil partiendum ſit inter voluntatem & Deum, quippe quòd voluntas ipſa per ſe nihil conferat, niſi à Deo reformata, vt ideo bonum opus *in ſolidum* Deo aſſignandum ſit.

Digitized by Google

Constat igitur ex Caluino, *si pedissequam* esse voluntatem nihil aliud sit quàm nihil agere nisi præuentam Dei gratia, ita verò præuentam *affici ex corde*, & agere obtẽperando; non negare illum hominem gratiæ cõsentire *pedissequa* volũtate. Interrogo autem quid Baiani superaddant quò censeantur Caluini sententiam excedere? vel quid amplius tribuant Augustino ne illum fingant Caluino consentire? sed & hoc ipsum ad id quod quærimus inutile est & Caluinus sæpius contestatur se nolle disputare de vocibus. Quæstio est, cùm Tridentinum definiat contra hæreticos voluntatem posse *dissentire Deo excitanti*, & Caluinus qui negat non dubitet se illa condemnatione comprehendi; quo modo magis *dissentire posse* dicenda sit voluntas iuxta sententiam Baianorum quàm iuxta sententiam Caluini? Quod si perinde posse ac non posse dicenda sit in vtraque sententia magno scilicet beneficio nos cumulant Baiani, quòd titulum retineant *pedissequæ*: & cum de re ipsa consenserint, de nomine rixentur cum Caluino, qui ne in eo quidem profitetur velle se pertinaciter repugnare.

§ VI.

Virtus & vitium nihilo magis sunt in nostra potestate iuxta Baianos, quàm iuxta Caluinum.

Jans. tom. 5. lib. 3. c. 2.

ADDVNT 5. Caluinum *euellere à fundamentis suis liberum arbitrium, dum ex ferte docet virtutem & vitium, bene agere & male non esse in nostra potestate*, cùm tamen ipsi contrarium fusè doceant S. Augustinum sequuti. Verùm hic quoque meras vmbras loquuntur, & cùm se duce Augustino philosophari contendunt, Augustinum ducem Caluino dant. Vt scianus quo sensu neget Caluinus virtutem & vitium esse in nostra potestate, audiendus ipse est eodem loco quem Baiani citant *hoc tamen extra controuersiam ponunt* (Ethnici Philosophi) *virtutes & vitia in nostra esse potestate. Num si nostræ inquiunt, electionis est hoc aut illud agere, ergo & non*

2. Inst. cap. 2. sect. 5.

agere. Rursum si non agere, ergo & agere. Libera autem electione agere videmur quæ agimus, & ab iis abstinere quæ abstinemus. Ergo si quid boni agimus, vbi libeat possumus illud omittere: si quid mali perpetramus, possumus id quoque fugere. Vides quid sit aliquid in nostra potestate iuxta Caluinum, nempe illud quod *agere aut non agere* electionis est nostræ: seu quod ita agimus, *vt vbi libeat possimus omittere*, & quod ita perpetramus *vt possimus fugere*: hoc sensu Philosophos refert credidisse virtures & vitia esse in nostra potestate, & Philosophis saltem ex parte consensisse Patres tum Græcos tum Latinos, *excepto Augustino*. Quos ideo cum hac exceptione arguit emendatque Caluinus pro ea quæ insita illi fuit insolentia petulantiáque. hoc autem quid est aliud quàm dicere id esse in nostra potestate quod esse aut non esse ita est electionis nostræ vt nos alterutrum determinemus? Et hoc quid aliud est quam id esse in nostra potestate, quod à nobis agitur cum indifferentia, nimirum cum potentia non agendi? & ideo Caluinus Latinorum Patrum improbat vsum, quod ita *liberi arbitrii nomen vsurpent, quasi integer adhuc staret homo*. Quia scilicet indifferentiam agendi, & non agendi, quam & Caluinus & Baiani fuisse dicunt in natura integra, supponebant etiam esse in corrupta. Atque in eo hic Apostata Patres Græcos *arrogantiùs* loquutos dicit, quando eos non *puduit* vsurpare vocabulum *τὸ αὐτεξούσιον ac si potestas suiipsius penes hominem fuisset*. Quasi diceret, illi facultati agendi aut non agendi quam Latini Patres significabant nomine liberi arbitrii addidisse Grecos titulum illum quo videri posset homo in agendo aut non agendo superioris lege ac dominio solutus, & sui iuris. Huc spectat quod deinde refert, Origenem meliùs expressisse *id de quo passim inter Patres conueniebat*, cùm dixit liberum arbitrium *facultatem esse rationis ad bonum malumue discernendum, voluntatis ad vtrumuis eligendum*. Ac deinde cum dat rationem cur putet rectius facturos

Lib. 3. περὶ ἀρχῶν

Caluin. loc. cit. f. 7.

Christianos si liberi arbitrii nomen non vsurpent ad vitandum erroris periculum, hanc affert, *Quorus* inquit, *quæso quisque est qui dum a, signari homini liberum arbitrium audit, non statim concipit illum esse & mentis suæ & voluntatis* DOMINVM, QVI FLECTERE SE IN VTRAMVIS PARTEM *à seipso possit?* Ac tandem Scholasticorum vsum eatenus approbat, quo nullam esse putent liberi arbitrii rationem *nisi cum se ratio* VERTIT AD OPPOSITA, quamuis iam in eo se fassus sit dissentire, quod cum Philosophis ac cæteris Patribus, excepto Augustino, ita se habere putent voluntatem nostram, siue dum peccamus, siue dum ad Deum conuertimur. Quibus omnibus liquidò constat, Caluinum per hoc quod est aliquid esse in nostra potestate, nihil aliud intelligere, quàm illud ita electioni nostræ subesse, vt eius ponendi vel non ponendi copiam habeamus: & potestatem illam ex ipso nihil esse, nisi dominium quo possumus actum aliquem elicere aut non elicere, quæ est etiam aliud nihil quàm indifferentia ad agendum vel non agendum, & illa quam in crucem agi Caluinistæ volunt, *vertibilitas.*

Nam quòd de cætero actiones illas quas Catholici
» dicunt libero arbitrio dirigi & cum indifferentia, Cal-
» uinus agnoscat spontaneas esse ac voluntarias & coa-
» ctionis expertes; patet ex eo quod docet loco citato
» vbi sic loquitur. *Obtinuit autem in scholis distinctio quæ tri-*
» *plicem libertatem numerat, à necessitate primam, secundam à*
» *peccato, tertiam à miseria. Quarum prima sic homini naturali-*
» *ter inhæreat vt nequeat vllo modo eripi: duæ alteræ per pecca-*
» *tum sine amissæ. hanc distinctionem ego libenter recipio, nisi*
» *quod illic* NECESSITAS CVM COACTIONE *perperam confundi-*
» *tur, inter quas quantum sit discrimen & quàm necessariò con-*
» *siderandum, alibi apparebit.* Vbi vides approbari à Caluino
» veluti *naturaliter insitam libertatem* à necessitate coactio-
» nis vnde mox, *liberi ergo arbitrii hoc modo dicetur homo,*
» *non quia liberam habeat boni æquè ac mali electionem, sed quia*
» *male* VOLVNTATE AGIT NON COACTIONE. *Optimè id quidem*

Digitized by Google

dem, ſed quorſum attinebat rem tantulam tam ſuperbo titulo inſignire? Et quia negare non poteſt vſurpatum eſſe à Patribus nomen liberi arbitrii, contendit mox, non fuiſſe alio ſenſu ab Auguſtino vſurpatum, concluditque; *Itaque ſiquis vocis huius vſum non praua intelligentia permittat, per me quidem non vexabitur ob eam rem. Sed quia ſine ingenti periculo retineri non poſſe cenſeo, magno contra Eccleſiæ bono futurum ſi aboleatur; neque ipſe vſurpare velim, & alios ſi me conſulant abſtinere optarem.*

Ex his omnibus conſtat primò Caluinum, dum negat virtutes & vitia *eſſe in noſtra poteſtate*, nihil aliud negare quàm quod etiam ipſi Baiiſtæ negant, nimirum nos elicere bonos actus, aut etiam malos cum poteſtate ſupprimendi quod eſt cum dominio & indifferentia, quam antea monſtrauimus eodem modo vel admitti vel negari à Caluino & Baiiſtis. Negatur enim ab vtriſque, ſi dicat potentiam proximam agendi & non agẽdi: & ab vtriſque conceditur, ſi dicat potentiam ad vnum proximam & expeditam, & ad aliud remotam. Vnde

Conſtat ſecundô Baiiſtas dum docent virtutes & vitia eſſe in noſtra poteſtate, nihil rei dicere niſi quod dixit Caluinus. Quia reipſa nihil aliud ſignificant quàm voluntatem iudicio rationis præuentam *ſponte*, *volũtariè ac ſine coactione* vlla elicere ſuos actus adiuuante gratia, ſi boni ſunt: impellente concupiſcentia, ſi ſint mali. Indifferẽtiam vero ſeu dominiũ hic aliud non reperiri, quàm quod eſſe poteſt in ea facultate quæ cum proxima & expedita virtute agendi remotam & impeditam habet non agendi, vt dictum eſt. Eſt verò hæc eorum cogitatio in eorum libris adeo euidenter expreſſa, vt eam quærentibus ſufficiãt vel ipſa capitum argumenta. Nam vbi poſuerunt *liberum aliquid poſitiuum ſonare, eſſe dominum, eſſe ſui iuris, eſſe in noſtra poteſtate, eſſe gratia ſui.* Ac deinde explicuerunt *quid ſit eſſe in noſtra poteſtate, ſeu actũ habere in poteſtate, iuxta Auguſtinũ*, mõſtrare pergũt *quomodo omnis voluntas ſit in poteſtate, & libera,*

Ianſ. tom. 3. lib. 6. cap 3.

lib. cap. 4.

Digitized by Google

Ib cap. 5. Et quod inde cõsequens est, deinde cõcludunt: *cũ sit dũplex necessitas Augustino, coactionis, & simplex, seu volũtaria,*
Ib. cap. 6. *illam, non hanc, repugnare libertati.* Quod est illam non hanc impedire ne actus censeatur *esse in potestate* nostra. Et quia voluntas seu volitio est essentialiter incoacta, definiunt etiam esse essentialiter liberam & in potestate nostra; *nihil magis*, inquiunt, *in potestate nostra quàm* „ *ipsa voluntas, id est volitio, constitutum est. Est enim ipsa ra-* „ *dix totius libertatis, quæ in omnibus actionibus siue externis* „ *siue internis apparet, propter quam solam illæ in nostra pote-* „ *state sunt. Itaque libera est voluntas, hoc est, volitio ratione* „ *sui,* QVIA EST ESSENTIALITER LIBERA. IMPLICAT ENIM „ CONTRADICTIONEM VT VOLVNTAS NON SIT LIBERA, „ *sicut implicat vt volendo non velimus, hoc est vt voluntas* „ *non sit voluntas.* Ex qua doctrina concludunt volitionem, quæ maxime necessaria est, esse maxime in nostra
Ib. cap. 6. in fine. „ potestate, maximéque liberam, *Nescio*, inquiunt, *quid* „ *manifestius vrgentiúsque proferri posset ad demonstrandam* „ *volitionis cuiuscunque libertatem, etiam illius* quam nos „ habere necesse est. *Non enim negari potest illam esse & quidem præcipuam potentissimámque volitionem, & ideo* maximè esse in potestate, *quia maxime fit cùm volumus, & idcirco maximè libera est, iuxta definitionem Augustini iam sæpius repetitam.* En vt voluntatem necessariam etiam magis esse dicunt in potestate nostra, quàm non necessariam: quod scilicet à principio intrinseco rationalis appetitus citra vim omnem aut coactionem oriatur.

Vnde constat tertiò, inter Baiistas asserentes virtutem esse in nostra potestate, & Caluinum negantem, discrimen tantùm esse de vsu vocum, posséque tum Caluinum dicere sibi valde probari quod ita sentiant Baiistæ, sed improbare quod ita loquuntur, tum Baiistas vice versa, se nihil habere in Caluino quod improbent præter strictiorem acceptionem eius orationis quâ quippiam dicitur *esse in nostra potestate.*

Constat 4. Caluinum ex eo præcisè quòd ita loqua-

Digitized by Google

tur, minus esse reprehendendum quàm Baiistas. Primò quia minus in eo pertinax est, cùm fateatur se nolle repugnare, nec eum *vexare* qui voluerit aliter loqui. quòd oderit λογομαχίας, vt ipse dicit. Secundò quia illius vsus auctores habet & plures & meliores. Ita enim loquuntur Oratores & Philosophi antiqui, quos Caluinus citat, aientes virtutes & vitia esse in nostra potestate: hos enim aliquid aliud significasse quàm nos non cogi dum bene aut malè viuimus, Baiistæ quoque fatentur cùm dicunt, *nihil aliud esse Pelagianam hæresim de libero arbitrio*, vbi docetur id tantùm esse in nostra potestate quod agimus cùm indifferentia, *quàm puram putam Aristotelicam Philosophiam.* Consentiunt omnes Scholastici, vt fatentur Baiistæ, cum dicunt, *Mira videbitur Scholasticis ista doctrina.* Cuius admirationis causam assignãt, cùm iterum dicunt, *Mirantur hæc qui nullam libertatem cogitare consueuerunt, nisi illam fluctuantem indifferentiam:* Hoc autem nihil est aliud quàm nouum esse Scholasticis atque inauditum aliquid dici esse in nostra potestate, cuius ponendi aut tollendi non est facultas: & quia non potest esse nouum Scholasticis nisi sit nouum Ecclesiæ in qua illi viuunt, & quam audiunt, & cuius interpretes sunt; sequitur vsum hunc & loquendi modum Baiiarum minus esse conformem Ecclesiæ, quàm sit vsus & loquendi modus Caluini. Consentire quoque SS. Patres illos saltem qui Origenem inter & Augustinum vixere, non repugnabunt fortè Baiani, quando non negant fuisse illos iis cogitationibus imbutos ex quibus deinde Pelagianorum pertinacia hæreses fecit. Nec difficile esset ostendere nullam illos libertatem agnouisse sine indifferentia, hoc est non dixisse id esse in *potestate* causæ, ad quod producendum tantùm est facultas, nisi sit etiam ad destruendum aut supprimendum: Sed quia solùm Augustinum prætexunt, *apud quem* dicunt *indifferentiam esse sub libertatis nomine prorsus incognitam.* Et quod apud Scholasticos *mirum est*, nimirum quia & no-

2. Inst. cap 2. §. 7. & 8. & in Antid ad Can. 5. sess. 6.

Ianf. in Præf lib. 6. tom. 3.

Ianf tom. 3 lib. 6 cap. 6

Idem lib. 7. cap. 4.

Digitized by Google

uum, esse apud Augustinum *indubitatum*; iam ostensum est etiam Augustinum modum illum loquendi sequutum; cuius rei tametsi alia nulla suppeterent argumenta, satis esset quod perspicuum sit morem illum fuisse communem. Quis enim verosimile putet Augustinum mutare voluisse recepti sermonis vsum, & nouam instituere significationem vt cùm cogitatione differt ab aliis, sermone conueniret? Illa nimirum ratione posset aliquis dicere Deum esse animal, vel non esse substantiam, prolatâ vel restrictâ vocum illarum acceptione, quod vt nemo ferret, ita neque ab Augustino vsurpatum credere debet. Sed luculenta sunt Augustini testimonia, quibus patefacit se quoque id solum dicere esse in nostra potestate cuius destruendi facultas est. Quæ quia producta sunt antea; supersedeo referre. Illius certè refricanda memoria est quo dicit *per Dei adiutorium esse in potestate peccatoris vt Diabolo consentiat* à Dei cultu & obedientia dehortanti. Quare enim est hoc in potestate per Dei adiutorium? non est facultas consentiendi sine Dei adiutorio? est omnino, sed quia facultas consentiendi nec est, nec dicitur potestas, nisi sit etiam facultas resistendi; ideo adiutorium Dei, quo datur facultas resistendi, censetur quoque dare potestatem consentiendi.

Supra lib 2. cap. 6.

Sed quicquid sit de tota ista litigatione, difficultas semper integra est. Quærimus enim cùm & Concilium Tridentinum putet se Caluinum damnare & Caluinus ipse se damnari, dum dicitur anathema neganti *liberum arbitrium à Deo motum & excitatum* posse dissentire, quid amplius dicat Caluinus, dum negat posse dissentire; quàm Baiani? Non quæritur vtrum consensus ex ipso præcisè quod non est coactus, sit in nostra potestate, sed quæritur vtrum homo *dissentire possit* Deo vocanti, & fatemur omnes Caluinum negantem esse damnatum. Quid autem negauit, dum hoc negauit, quod non negent etiam Baiistæ, qui negant hominem posse proximè

Digitized by Google

diſsentire, vt monſtratum eſt? Et quid ſibi vult quod dicunt, *Quamdiu delectatione iuſtitiæ ſtabiliter poſsidetur & conſtringitur liberum arbitrium, actũ oppoſitum eſſe extra eius poteſtatem: ita videlicet vt non liberatum, non poſsit illud velle?* Quis non videt hoc ipſum eſse quod dicit Caluinus & quod damnat Concilium? Et quia hoc ipſum contendunt ab Auguſtino traditum, quis non videt hoc ipſos agere vt & Auguſtiniana videatur eſse Caluini doctrina, & Auguſtini Caluiniana? Ianſ. tom. 3. lib. 7. c. 5.

§. VII.

Oſtenditur liberum arbitrium nihilo magis à Caluino negari, quàm Nou-Auguſtinianis.

SExtò igitur reſpondent, *Caluinum fronte retecta tandem docere non eſſe in homine liberum arbitrium, ipsúmque nomen inane & exterminandum eſſe: ſuccumbere difficultati, quod hæreticorum proprium eſt, dum ex modo agendi quo pollet gratia prædeterminando voluntatem, liberum arbitrium aperte deſtrui dicit, &c.* Inania ſunt quoque verba iſta, & auocandis à puncto difficultatis ſimplicium animis tantùm idonea. Conſtat ex dictis Caluinum non negare aliud liberum arbitrium quàm quod Philoſophi antiqui primùm, deinde Patres plerique omnes excepto Auguſtino, vt ipſi videtur, ac demum Scholaſtici communi conſenſu admiſerunt, quæ eſt *eligendi facultas in vtramque partem ſoluta & libera*, vt ipſe loquitur, hoc eſt facultas agendi cum indifferentia, ſeu cum poteſtate proxima non agendi. Et ideo tametſi admittat volitiones incoactas, negat tamen cenſendas eſse liberas *quod etiam Scholaſtici doceant, nullam eſſe actionem liberam, niſi cùm ratio* SE VERTIT AD OPPOSITA. Hoc igitur tantùm negat, & conſequenter *medium illum motum quem Sophiſtæ*, inquit, *imaginantur, cui obſequi vel quem repellere liberum ſit*, qui motus, vt vides, non eſt aliud quàm motio apud Tridentinum propoſita, cùm dicit liberum Ianſ. tom. 3. lib. 8. cap. 20. 2. Inſt. cap. 2. §. 26. Ib. cap. 3. §. 10.

Digitized by Google

arbitrium *à Deo motum posse dissentire.* Quod si quis non inducat motionem illam *mediam* inter extremas ac necessarias ad benè ac malè agendum propẽsiones, illamve rationis facultatem *quæ se vertat ad opposita*, Caluinus de cætero nusquam dissentit. Atqui Baiani hoc quoque liberum arbitrium negant, vt monstratum est. Ergo Caluinus non negat aliud liberum arbitrium quàm illud quod etiam negant Baiani.

2. Baiani non admittunt aliud liberum arbitrium quàm quod est facultas appetitus rationalis agendi sine coactione. Atqui Caluinus non solùm nõn negat illam facultatem, quin potius adeo disertè eam asserit, vt hæreticos appellet si qui negent, vt antea ostensum est. Chamierius Caluini discipulus, pacem denuntiat ita sentientibus: nec alii vlli contradicunt. Ergo Baiani non admittunt aliud liberum arbitrium quàm quod neque Caluinus neque eius sequaces vmquam negarunt. Qui si ægrè ferunt vt ea facultas vocetur liberum arbitrium, hoc non faciunt sine idoneis Auctoribus, nec cum pertinacia, vt ostensum est.

3. Lutherus & Caluinus & eorum sequaces ideo sunt hæretici, quia non admittunt liberum arbitrium quale postulat Tridentinum, nempe quod excitatum à Deo per gratiam efficacem *possit* nihilominus *dissentire.* Atqui hoc illi non magis negant quàm Baiani, ergo neque sunt magis hæretici. Et quod idem est, Baiani quoad hoc præcisè si non habent aliud quo se tueantur & in sententia obstinati persistunt, non sunt minùs hæretici quàm illi: maior patet, & minor etiam probata est: siquidem Baiani, vt paulò antea referebamus, non aliter dicunt liberum arbitrium *posse dissentire* à gratia efficaci quàm potentiâ remotâ; proximè enim posse negant, dum supponunt gratiam illam esse victricem delectationem, quâ liberum arbitrium ad modum *vinculi constringatur*, ita vt *actus oppositus sit extra eius potestatem* nec nisi priùs *liberetur* eo vinculo, *possit velle aliud.* Ita verò posse

Iansen tom. 3. lib. 7. c. 5.

Digitized by

aut non posse dissentire liberum arbitrium quis vmquã hæreticorum negauit? Negatne Caluinus illi gratiæ qua putat voluntatem peccatoris necessariò rapi ad consensum, posse succedere contrarium motum concupiscentiæ quo necessariò rapiatur ad dissensum? Et consequenter numquid admittit voluntatem, quam gratia mouet, posse dissentire cùm primùm illa recesserit, contraria delectatione succedente quemadmodum & voluntas, quam mouet contraria delectatio, dissentire potest cùm illa cesserit locum redeunti gratiæ? Quod si hoc & ridiculum est, quòd ne dissentire præsentiam aliquam dicat eius à quo aliquis dissentit, & minimè quadret in eum sensum, quem Tridentinum intendebat, quod non intendebat otiosam definitionem atque superfluam eius scilicet rei quam nullus vmquam mortalium negauit aut negare potuit, consequens est vt dicamus proximam dissentiendi potentiam, & à Tridentino sancitam esse, & ab hæreticis hæreticè negatam. Quibus quia manifestum est Baianos consentire, qui se meros fingunt interpretes Augustini, sequitur ab iisdem Augustinum fingi consentientem hæreticis.

Neque verò ab iis dissentire vmquam poterit qui nihil aliud dicet, quàm voluntatem nostram nec moueri coactam nec perpetuam habere in hac vita vel bene vel male agendi necessitatem, sed recurrere vicissitudine quadam, & modò vrgere necessitatem bene viuendi, modò necessitatem male viuendi. Eó reducitur tota Baianorum doctrina de libero arbitrio, quòd cùm nullo modo ab hæreticis negetur, mirum est quòd illis videatur Caluinus liberum arbitrium *à fundamentis* destruxisse, cùm sit manifestum id ipsum ponere Caluinum, quo vno tota Baianorum philosophia nititur, quod est vtrosque iisdem *fundamentis* superædificasse.

Atque hoc est illud *cubile* libertatis quod se indagando tandem aliquando inueniisse Baiani iactant, rectiùs Ianſ. tom. 3. lib. 6. cap. 53

loquuturi si carcerem vocarent. Quippe in quo libertas perpetuis constricta vinculis tenetur, nec alio gaudet priuilegio, quàm quod in hac vita mutatio quædam conceditur, sunt que vincula illa vt plurimum quidem ferrea, at nonnumquam etiam argentea, sed quicquid sit, seu cubile vocemus, seu carcerem, penetrale illud in quo primaria libertatis forma visitur, sub specie appetitus incoacti; constat ex dictis eos qui hanc speluncam intrarunt, vt in ea suam colerent seruarentque libertatem, contubernalem habere Caluinum: aduenisséque illud tempus, quo prædictum erat lupum cum agno habitaturum induente lupo mores agni an secus; iudicium esto Tridentini. Nam quod aliquod sit dissidium circa inscriptionem & insigne appendendum vestibulo istius antri, quod Caluinus rectè inscribi neget *cubile libertatis*, malitque *sepulchrum* dici: iam sæpe monstratum est non adeo pugnaciter illum resistere, quin patiatur Baianos vt lubebit loqui; dummodo non aliud ab ipso sentiant. & Caluinistæ in eandem inscriptionem omnino consentiunt, vt dictum est.

§ VIII.

Baiani primas cogitationes reuocant & de Caluini doctrina bene sentire coguntur.

Iansf tom. 3. lib. 8. cap. 10.

QVARE necesse est vt Baiani tandem ad primam responsionem recurrant, qua dicebant non omnia quæ *hæretici docent esse hæretica*, nimirum hoc etiam aliis verbis repetunt. Vide enim quid dicant post allatas solutiones illas *Quod si inter istos omnes errores de cõcordia gratiæ & liberi arbitrii qui à S. Augustini principiis dictisque prorsus remoti sunt, Caluinus illam quoque philosophicam tetigerit quæstionem, de natura liberi arbitrii in quo sita sit. An S. Augustinus propter Caluinum luere debet? An ideo negandum est quod apertissimum ac certissimum est, Augustinum videlicet & discipulos ac posteros eius sanctos Patres*

ita

Digitized by Google

ita conciliasse gratiam cum libero arbitrio, vt gratia non cogat violenter voluntatem, sed suauiter ei velle tribuat. An hoc inquam negandum est, Augustinum sensisse ac docuisse, quia Caluinus etiam in immunitate coactionis libertatem videtur voluisse collocare?

Sed qui sunt *errores* illi Caluini? An non satis monstratum est nullos esse, si hunc vnum exceperis, quo negat electionem voluntatis *in vtramque partem solutæ ac liberæ*: seu, quod illa possit mouenti se obtemperare aut refragari? hoc verò quid est aliud quàm negare indifferentiam? Et hæc est illa *quæstio Philosophica* quam dicitur *tetigisse* de natura liberi arbitrij? Philosophica verò? immo & Theologica, quando certissimum est Philosophorum illam notionem ab Ecclesia comprobatam esse, & olim, & nuper in Tridentino. Vnde quod interrogant, *an debet Augustinus propter Caluinum luere*? Respondemus in primis eos igitur fateri eamdem esse tum Augustini tum Caluini sententiam; quod spectat ad decisionem *Philosophicæ illius* quæstionis, quâ petitur vtrum sit in nobis expedita in vtramque partem facultas, vel sub auxiliis gratiæ dum bene agimus, vel sub naturali dispositione dum peccamus. Item, an non sit hominum voluntas & coactionis expers, & obediens necessitati, siue dum benè viuimus: siue dum malè. Et consequenter an possit, vel illa quæ adiuuante gratia impellitur ad bonum, dissentire proximè; vel illa quæ retrahente concupiscentia, reluctatur, proximè consentire. Baiani non diffitentur se quæstiones has eodem modo decidere quo Caluinus, & interrogant an debeat *Augustinus propter Caluinum luere*? &. minimè gentium. Neque periculum est ne luat Augustinus propter Caluinum: sed cum sit manifestum ex Tridentino damnatum esse quod Caluinus dicit, voluntatem non posse non dissentire, & hoc fateatur tum ipse Caluinus tum Ecclesia vniuersa; an debet Caluinus absolui & Concilium damnari cùm sua Ecclesia, propter inanem Au-

Digitized by Google

gustini prætextum? An debet tam immaniter tractari Augustinus, vt dicatur in eo consentire Caluino, in quo & Caluinus putat sibi contrariam esse totam Ecclesiam; & tota Ecclesia se contrariam esse Caluino profitetur? An hoc etiam audendum, Caluini sententiam de libero arbitrio retinendam omnino esse, orationem tantùm reformandam?

Sed pergunt, *An hoc ideo negandum est Augustinum sensisse ac docuisse*, libertatem esse positam in immunitate coactionis, *quia Caluinus etiam in immunitate coactionis libertatem videtur collocare*? ℟. Negandum omnino esse Augustinum id sensisse ac docuisse, quòd *certissimum* sit atque *apertissimum* id esse damnatum in Caluino. Quia præiudicium sanctitatis, auctoritatis, doctrinæ S. Augustini prohibet ne videatur id sensisse in hac materia, quod constat damnatum esse. Quod si etiam esset, vt ipsi falsò dicunt *certissimum*, atque *apertissimum*, Augustinum id sensisse ac docuisse, sequendus esset Augustinus dum docet sensum Ecclesiæ præferendum esse priuatis vnius doctoris cogitationibus, nec damnatis hæresibus atque hæreticis adhærendum.

At, inquiunt, Ecclesia non damnauit eos qui secluſa indifferentia libertatem voluntatis tuentur ex eo quod agat sine coactione. Est enim Philosophica illa quæstio de natura libertatis an requirat indifferentiam agendi, *quam Concilium Tridentinum tacitam intactamque præteriit, cum circumspectè selegisset quicquid de gratia & libero arbitrio saperet errorem.* Bene habet, atqui hoc selegit, nimirũ *voluntatem à Deo motam posse dissentire, si velit.* Ergo contrariũ errorem sapit: atqui contrariũ docent, Baiani: ergo errorẽ docẽt. Nã quod dicũt potentiâ remotâ posse voluntatẽ dissẽtire, ridiculũ est, quod nihil aliud significet quã posse dissentire quãdo non erit cui cõsentiat. Et quis adeo vnquam insaniuit vt potentiam illam remotam negaret? damnauerit ne Concilium imaginarios errores, & nusquam existentes? Et Caluinus non triumphet

Digitized by Google

ſi concedamus Concilium Chimæras perſequutum? ſed cùm conſtet Caluinum profiteri ſe à Tridentino diſſentire, atque in hoc diſſentire, quod dicit voluntatem *poſſe diſſentire Deo excitanti*; cui poteſt in mentem venire vt credat non aliam eſſe Caluini ſententiam quoad hoc, & aliam Tridentini? Num hoc etiam Baiani tentabunt, vt obtineant Caluinum inuitum ac renitentem idem ſentire quod Tridentinum? num adeò fatuum eſſe probabunt, vt nec capiat ipſe quod dicit, neque quod Tridentinum intendit, dum alter negat, alter affirmat voluntatem â Deo motam *poſſe diſſentire ſi velit*, cùm in eo eadem ſit amborum ſententia? quod ſi non ignorat Caluinus, quid tam aperta phraſis ſignificet, ſéque aliud credere confitetur, Baiani quò fugient, vt oſtendant in eo ſe à Caluino diſſidere, in quo illum erraſſe conſtat?

Hoc verò quod dicunt, Tridentinum *intactam præterijſſe* quæſtionem de indifferentia, quis non videt quãtâ falſitatis euidentiâ conuincatur? Ecquid enim quæſo eſt voluntatem conſentientem diuinæ gratiæ poſſe diſſentire, quam voluntatem conſentire cum indifferentia?

An igitur *tacitam intactámque* indifferentiam relinquit? Quinimo ſola illa indifferentiæ poſitione Concilium hæreticos conficit, cætera omnia facilè conceſſuros. Nam quod dicit, *Tangente Deo cor hominis non nihil omnino agere, non nihil cooperari, non velut inanime quoddam nihil omnino agere*, non admodum negabunt hæretici dummodo non *conſtituatur in hominis optione vt Dei inſpirationi ſi velit auſcultet*, quod eſt dummodo non admittatur agendi facultas *quæ ſit in vtramque partem ſoluta & libera*: vt Caluinus loquitur, qui cum hac tantùm exceptione de cætero Auguſtino facilè concedit, vt credatur homo non ita trahi vt ſine motu cordis quaſi extraneo impulſu feratur, ſed intus ſic affici vt ex corde obſequatur. Item ex Auguſtino nos & agi & agere, *neque enim tolli hominis actionem Spiritus ſancti motu*: «

In Antid. cap. 6. & can. 5. ſeſſ. 6.

2. Inſt. cap. 3. ſ. 14.

» Ita *conciliandam Dei actionem cum nostra, vt velle sit à na-*
» *tura, benè autem velle sit à gratia* , non verò ita nos seor-
sim aliquid agamus. Atque ità constat totum hoc doce-
Iansen.tom.3 lib.8 cap.21. col. penult. re Caluinum, ad quod Baiani reducunt Augustini sen-
tentiam , & concordiam gratiæ cum libero arbitrio.
Quod gratia *non cogat violentiâ voluntatem , sed suauiter ei velle tribuat: atque ita non nihil instar lapidis agat , sed aliquid etiam proprio motu cooperetur , nec alius de ipso homine , sed ipse homo velit.* Horum inquam Caluinus nihil negat excepta, quæ debuit addi, potestate dissentiendi, qua potissimum particulâ error Caluini destruitur, Expectatur autem vt Baiani alio eam sensu recipiant, quàm quo non respuit Caluinus, quod hactenus non præstiterunt: neque deinceps præstare poterunt, nisi admissa in libero arbitrio proximâ non agendi potestate, dum agit.

§. IX.

Baiani negatam ab hæreticis indifferentiam pariter negant & secum pugnant.

Iansen. tom.3. lib. 6. c. 10. ATQVE hinc liquet & nihil dicere , & secum pugnare Baianos , dum dicunt se non negare indifferentiam aliquam siue in Deo , siue in Beatis, siue in Dæmonibus , siue in homine viatore. *Absit*; inquiunt, *vt*
» *hoc vel Augustinus vel quisquam illorum scriptorum quos*
» *protulimus suspicatus fuerit* , CVIVS CONTRARIVM EX
» AVGVSTINI SCRIPTIS ADVERSVS HÆRETICOS NO-
» STRI TEMPORIS PROBATVRI SVMVS.
» Sed *hoc tantùm asserimus , non in istis indifferentijs, quo-*
» *cumque modo tandem ipsæ illæ intelligi debeant , esse sitam*
» *iuxta scriptores illos essentialem arbitrij libertatem.* Bene habet, ô viri boni. Ergo contra *hærettcos nostri temporis*, indifferentia quædam asserenda est. Est igitur asserenda quam illi negant; alioqui non asseretur *contra*

Digitized by Google

illos, & ex ſcriptis Auguſtini aſſerenda eſt. Ergo aſſerit Auguſtinus quam illi negant: ergo qui non aliam aſſerit quàm quæ ab illis non negatur, & ab Auguſtino diſſentit: & cõſentit hæreticis, in eo quod *contra illos* credendum ac docendum eſt. Atqui iam ſæpius oſtenſum eſt, Baianos non aliam admittere indifferentiam, quàm quæ numquam ab hæreticis negata eſt, quia non aliam admittunt in viatoribus de quibus potiſſimum eſt controuerſia, quàm quâ liberum arbitrium poteſt moueri à Deo, vel non moueri pro eius beneplacito, & quâ dum mouetur, poteſt proximè conſentire, remotè autem poteſt non conſentire. Quis autem Caluinus hoc aliquando negauit? Non fatetur ille conſtantem eſſe in beatis atque in ipſo Deo bene agendi neceſſitatem? Conſtantem etiam in dæmonibus & damnatis neceſſitatem male agendi? Non diſtinguit inter vtroſque ſtatum viatorum vbi alternæ ſunt vices, ac proinde vbi eſt indifferentia quædam vt vel ad bonum pro Dei beneplacito, vel ad malum pro iuſta ipſius permiſſione moueantur? Non fatetur conſequenter, Eſto moueatur aliquis ad malum itáque ſit proximè potens male facere, poſſe tamen remotè bene facere ſi malæ motioni bona ſuccedat? Item, Eſto moueatur ad bonum, itáque poſſit proximè bene operari; poſſe tamen remotè vel non operari, vel operari malè, ſi bona motio ſubtrahatur, eique mala ſuccedat? Et quænam eſt igitur alia indifferẽtia quam fingere poſſimus à Caluino negatam, præter illam qua viatorum voluntas cenſeatur dum mouetur ad bonum poſſe proximè ac *ſine ſucceſſione* vt Scotus alicubi loquitur non conſentire vel conſentire in malum? Item dum mouetur ad malum poſſe proximè ac ſine ſucceſſione motionum non conſentire vel conſentire in bonum? hanc autem indifferentiam nonne Baiani quoque apertiſſimè negant? Quid enim eſt aliud voluntatem non habere indifferentiam *eo modo quo Scholaſtici putant*? Quid eſt li-

1. Sent diſt. 39. §. *quantum ad primum.*

Digitized by Google

berum arbitriũ siue gratiâ, siue peccati delectationibus inbutum *non posse sub vtrauis dispositione vtrumlibet velle, siue bonũ siuemalum?* Quid est delectationem tum iustitiæ tum peccati *esse vinculum*, & arbitrium non esse liberum, nisi sit *inalligatum*, hoc est, eo vinculo solutum? Quid est *completum posse* coniunctum semper esse *cum ipso velle*, ac proinde numquam esse completum posse bene agere: quando quis malè agit? Quid est, illum qui malè agit non habere *immediatam* bene agendi *potestatem & debere fieri aliquam mutationem in requisitis ad agendum?* Quid est *esse necesse* vt *secundum illud operemur quod nos amplius delectauerit?* Quid est quamdiu voluntas *possidetur stabiliter vinculo delectationis seu iustitiæ, seu peccati*, & *donec eo liberetur, non habere in sua potestate actum oppositum*? Quid est *stante in libero arbitrio* gratiâ medicinali, *non posse illud indifferenter velle aut nolle?* An fuit vmquam meridies clarior quàm in hac Baianorum doctrina nullam esse reuera in viatoribus indifferentiam nisi illam impropriam & imperfectam, quà dum vnum proximè possunt, aliud quoque possunt remotè, si nimirũ præsenti dispositioni alia succedat? Ex quibus sic argumentor.

Tanſ. in ſtatera. Nota 79.

Qui non aliam asserit indifferentiam, non asserit quam Caluinus negat: ac proinde nullam asserit contra Caluinum: atqui Baiani non aliam asserunt indifferentiam. Ergo non asserunt quàm Caluinus negat: ac proinde nullam asserunt contra Caluinum, hoc est *contra hæreticos nostri temporis*, qui Caluinum sequũtur. maior & minor ex dictis patent. Iterum, Qui nullam asserit indifferentiam contra Caluinum vel contra hæreticos nostri temporis qui Caluinum sequuntur; vel non legit, vel non intelligit, vel non sequitur Augustinũ *ex cuius scriptis* asserenda est aliqua in libero arbitrio indifferentia *contra hæreticos nostri temporis*, vt Baiani fatentur loco paulò ante citato; sed Baiani nullam asserunt indifferentiam contra Caluinũ, vel cõtra hæreticos nostri temporis qui scilicet Caluinum sequuntur: Ergo Ba-

Digitized by Google

iani vel non legerunt, vel non intellexerunt, vel non sequuntur Augustinum.

§ X.

Baianorum & Caluini conformitas in re ipsa magis inculcatur.

HÆc igitur summa est huius negotii. Caluinus liberum arbitriũ negauit: & ideo negauit, quia non credidit esse liberum, si esset tantùm à coactione liberatum, nisi liberaretur etiam à necessitate, hoc est nisi dum agit, facultatem haberet non agendi. Hanc autem facultatem habere negauit: Neque enim fieri posse, vt dum Deus id mouet, non consentiat. Hæc est tota Caluini sententia, quam si quis admittat, negat disertè Caluinus se cum illo nisi de verbis litigaturum. Concilium Tridentinum & tota Ecclesia Catholica non putauit hanc esse de verbis tantum disputationem: neque verò putare potuit; quòd constet proprium omnino esse Caluini sermonem, atque vsui communi tum Catholicorum, tum hæreticorum, tùm Christianorum, tum Ethnicorum accommodatum. Rem igitur Caluini damnauit, nimirum, non esse illam facultatem quam solam Caluinus putat dignam nomine liberi arbitrii. Et quia nitebatur Caluinus eâ ratione, quòd non esset in vtramque partem soluta & libera, hoc est, quia dum mouetur à Deo & per talem motionem fit cõpletè potens ad sequendum bonum, non est potens ad illud fugiendum, vel ad cohibendum impetum suum; hoc quoque damnauit Concilium, cum definiuit, *posse dissentire si velit*, quod est voluntatem motam esse solutam à necessitate consentiendi & in vtramque partem liberam, post quam ita consensit *vt possit dissentire.*

Baiani nihil obstante hac definitione Concilii, non alio sensu concedunt voluntatem à Deo motam

motam posse dissentire, quàm quo id etiam concedit Caluinus. nimirum id posse tantum potentiâ: & eodem sensu quo id negat Caluinus ipsi etiam negant, hoc scilicet, posse proximè, liberandam enim prius esse à vinculo victricis delectationis, quo ita constringitur, vt actus oppositus, hoc est, dissensus sit *extra illus potestatem*, vt antea retulimus. Vnde illis restat cum Caluino de nomine tantùm contentio, quòd Caluinus potentiam eiusmodi, quam esse ipse non negat, neget tamen esse vocandam liberam: Baiani è contrario putent se proprium libertatis nidum seu *cubile* in illo conceptu reperisse: qua in contentione Caluini moderatio laudanda omnino est, quod profiteatur se nolle in ea quæstione pertinacem esse, in qua gloriari potest & rationem & vsum communem à se stare. Quare si non errat in re ipsa, dum admittit voluntatem à necessitate coactionis tantùm solutam, absoluendus omnino est, & damnandum Tridentinum. Restat ergo vt Baiani despiciant quomodo & sibi consulant & S. Augustino quem hoc loco infamant de consensu cum Caluino quoad rem ipsam. Esto, putent diuersum esse quoad vsum verborum: sed audi quomodo Caluinus in eundem quoque sensum Augustinum & interpretetur & approbet in quem Baiani, ita enim loquitur, *Quid ergo inquies, sibi vult Augustinus, cùm de libertate voluntatis* » *loquitur? Nempe quod toties repetit: non cogi homines inuitos* » *Dei gratia, sed voluntarios regi vt sponte pareant ac sequan-* » *tur: ideo tamen quia eorum voluntas ex mala versa sit in bo-* » *nam. Vnde illud, nos ergo volumus, sed Deus in nobis opera-* » *tur & velle, nos operamur; sed Deus effieit & operari, &c.* » Baiani quid insuper dicunt, aut quid Augustinum præterea dicere contendunt? vel iis quæ præterea dicit quid aliud reipsa significari putant, quàm quod Caluinus hic exprimit? Desinant igitur vel ita sentire: vel Caluinum damnare, nisi damnatum quoque velint Augustinum. Sed iam vidimus quàm sint parati ad Caluinũ absoluendum

In Antid. cap 6 sess. 6. Concil. Trid.

Digitized by Google

abſoluendum, cui etiam velint *gratulatum*, quòd in Auguſtini mentem incurrerit, dum Tridentinum in eum tonat.

§ XI.

Eorumdem conformitas etiam in modo Philoſophandi.

SED neque hoc ad extremum eſt omittendum, Baianos non ſolum rem ipſam Caluini atque opinionis ſubſtantiam tenere, ſed modos etiam atque rationes, quibus illa confirmatur & munitur. Caluinus Pelagianam putat doctrinam illam quâ voluntas ſiue in bonis ſiue in malis, agere dicitur ſine neceſſitate ſeu cũ indifferentia, & ideo *ætatis noſtræ Pelagianos* vocat eius defenſores, & eorum Patrem *Pelagium*. Idem Baiani fusè prædicant, dum vbi diſtinxerunt potentialem gratiam quæ dat poſſe ſi velis, & efficacem quæ dat vt velis; hanc ſolam dicunt eſſe medicinalem, *quâ ſtante arbitrium non poteſt indifferenter velle aut nolle*. Et contrariam doctrinam primùm *Pelagianam*, deinde *Semipelagianam* fuiſſe: nec pertinere eam ad eas quæſtiones quas liberum ſit approbare aut reiicere, ſed ad eas quæ cum eſſent olim *accuratè definitæ*, apud recentiores *obliteratæ ſunt, antiquitatis incuria vel imperitia*.

2. Inſt. cap. 3.

Ianſ. in ſtatera, nota 79. & 80.

Caluinus errorem illum manaſſe dicit à Philoſophis Platone, Cicerone, Ariſtotele, Seneca, & quia negare non poterat, ita etiam ſenſiſſe Chriſtianos pleroſque atque Eccleſiaſticos ſcriptores; ait illos *longè plus æquo Philoſophis acceſsiſſe: & nimium philoſophicè loquutos, qui ſe Chriſti iactabant eſſe diſcipulos*. Baiani huius quoque corruptionis cauſam in Philoſophiam reiiciunt. *Philoſophiam Ethnicam magna verborum pompa prædicaſſe illam indifferentem potentémque arbitrij libertatem. Hinc indefeſſo labore à quibuſdam ſudatum, vt Apoſtolus Ariſtoteli, ſtultitia crucis ſapientiæ verbi, fides philoſophiæ conciliа-*

2. Inſt. cap. 2. §. 3. & ſeq.

Ianſ. Præf. in lib. 1. de gratia Chriſti ſalu.

Digitized by Google

ta consentiret, Pelagianis id infelicicer cessisse. Alios gratiam excogitasse, quæ cum Gentilium Philosophorum sensis ac pro-
Idem Præf. in lib. 6. *nuntiatis bellissimè consentiret.* Inde illæ inuectiuæ in recẽtiores qui liberi arbitrij intelligẽtiam *tutiùs ab Aristotele & gentili Philosophia, quàm ex antiquæ Ecclesiæ prõptuarijs hauriendam esse arbitrantur.* Ideóque vetant, ne hic ampliùs *obstrepat Aristotelica Philosophia, quæ in ista causa cum Pelagio atque Iuliano plenis buccis eam crepante damnata est.* Hæc præfantur in eas disputationes in quibus indifferentiam à libero arbitrio eliminandam contendunt.

2. Inst cap. 3. §. 13. Caluinus Scholasticos Doctores potissimùm accusat, quòd errorem illum propagarint auxerintque. Eò enim spectat quòd *Sorbonicos Sophistas* vocat illos ætatis
Ib. §. 11. & cap. 2 §. 6. nostræ Pelagianos, *qui Pelagium patrem suum imitantur.* Quis autem sit error ille iam dixerat, nempe *in manu nostra esse respuere vel accipere oblatam* Dei *gratiam.* Et ideò nos cooperari Dei gratiæ *quòd nostri iuris sit eam vel respuendo irritam facere, vel obedienter sequendo confirmare.* Quapropter se discedere profitetur *à senioribus Scholasticis*, puta Lombardo, *sed longiore interuallo à recentioribus Sophistis, qui etiam à vetustate longius recesserunt.* Baiani octingentis circiter annis post Augustinũ adeò constantem fuisse putãt opinionem illã quòd indifferentia nihil faciat ad libertatem, & quòd libertas non tollatur ablatã indifferentiâ, *sed sola vi & coactione*, vt negent, *in-*
Iansen. tom. 3. lib. 6. c. 12. & 13. *uentum vllum fuisse in Ecclesia Latina qui dissenserit*: ideóque concludunt id omnes docuisse vsque ad Scholasticos. Quin & Scholasticos *vicinissimos Patribus* idem sensisse, *sed paulatim declinari cœptum ab illa intelligentia primæua libertatis, eóque ventum ætate nostra vt antiqua do-*
Iansen. lib. cap. 20 21. & 23. *ctrina vix possit tradi sine erroris suspicione.* Ex quibus facilè intelligitur cõmunem his auctoribus cogitationem illam fuisse cum Caluino, qui se ab Scholasticis etiam senioribus dissentire dicit: sed maximè à recentioribus, vtpote remotioribus à vetustate.

Digitized by Google

Caluinus opinionem illam ſuam, quod voluntas à Deo moueatur ad agendum neceſſariò, ideſt ſine indifferentia, non diffitetur eſſe nouam, cùm dicit voluntatem à Deo ſic moueri *non qualiter à multis ſæculis creditum eſt, vt noſtræ poſtea electionis ſit aut obtemperare aut refragari.* Eamdem nouitatem Baiani confitentur, cùm dicunt octingentis annis póſt Auguſtinum pullulare cœpiſſe contrariam ſententiam, iamque in eam amplitudinem excreuiſſe vt obliterata ſit hac in parte, quam eſſe Auguſtini putant, doctrina, quemadmodum paulò ante retulimus! & ideò non dubitant quin *mirabitur Scholaſticis* ipſorum doctrina, quippe quibus *inaudita ſit & non mediocriter mira.* Et quamuis deinde monſtrare conentur principes Scholaſticos eadem quæipſi principia ſectatos, quia tamen vident quàm facilè ſit monſtrare viciſſim id eſſe falſum; quámque incredibile, vt quod eſt *inauditum* modò, ac non *mediocriter mirum* apud Scholaſticos, id ipſum tamen ſit apud eorum Magiſtros expreſsum; ideò fateri coguntur *eoſdem omnino Scholaſticos nonnullos veteres*, licet initio ad amuſſim cum Magiſtro ſentientes, deinde *ſub finem vitæ in alterum extremum quamuis nonnihil vacillando vergere*, nempe hoc Baiani non videre, quod vidit Caluinus, in Scholis *neceſsitatem cum coactione confundi*; ac proinde cùm dicunt veteres Scholaſtici liberam eſse voluntatem *quia non cogitur*, dicere voluiſse, atque aliàs etiam expreſſiſse, *quia non neceſsitatur.* Sed quidquid ſit, Baiani Caluino concinunt, dum fatentur doctrinam ſuam eſse apud Scholaſticos *inauditam & miram*, quod nemo eſt qui non videat contingere non poſse, quin etiam in tota Eccleſia eodem quoque modo inaudita & mira ſit.

2 Inſt. cap. 3. §. 10.

Ianſ. tom. 3. lib. 6. cap. 6. & 12.

2. Inſt. cap. 2. §. 1.

Caluinus opinionem ſuæ contrariam vel ex ignoratione peccati Originalis vt in Philoſophis, vel ex tenui atque ſuperficiaria eius apprehenſione vt in Eccleſiaſticis natam ſupponit; & ideo illam agendi malè ſine

2. Inſt cap. 2. §. 1. & ſeq.

Digitized by Google

gratia, & agendi benè cum gratia neceſſitatem refun-
Ianſ. tom. 3. in Præf. lib. 1. dit in naturæ deprauationem, & efficaciam remedii ſi-
ne quo ſanari non potuit. Ita etiam Baiani philoſophan-
tur; *Fruſtra*, inquiunt, *de medendo morbo ſatagimus, niſi*
Idem in Præf. lib. 3. *ante cauſas eius & magnitudinem & pertinaciam, aliáque*
ſymptomata, quæ inde proficiſci ſolent, ipsóque non minus mor-
bo periculoſa ſunt, perſpecta habeamus, quorum quidem pro-
fundiſsima ignoratione factum eſt, vt neque Philoſophi, ne-
que hæretici nihil omnibus ingenij ſui conatibus excogitare
potuerint, quod vel morbum ipſum tangeret, nedum radices
eius ſuccideret. nihil etiam nonnulli Catholici protulerint, quò
vis eius vtcumque frangeretur. Qui verò ſint illi Catholi-
ci exponunt deinde, dum Scholaſticos Doctores deſi-
gnant *à teneris vnguiculis in Gentilis Philoſophiæ palæſtris*
eruditos. Hæc illi, quibus longè ſatius erat in illa Scho-
laſticorum palæſtra verſari, quàm vti eos feciſſe con-
ſtat, eamdem cum Caluino ſcholam frequentare; ſed
pergamus.

Caluinus conſequenter reſtringit indifferentem li-
bertatem ſiue ad peccandum ſiue ad bene agendum,
2. Inſt cap. 3. §. 10. & 12. tum in Angelis tum in hominibus ad ſtatum ante pec-
catum. Id ipſum Baiani faciunt, qui propterea gratiam
medicinalem quæ datur lapſis, diſtinguunt *à potentiali*
quam habuit Adamus, *quâ ſtante in libero arbitrio, poteſt*
arbitrium indifferenter velle aut nolle, quaſi dicerent, ſtan-
Ianſ. in ſtaſtera, nota 79. te gratia medicinali, liberum arbitrium minimè habe-
re indifferentiam illam.

Caluinus vt probet non obſtante illa neceſſitate ni-
Inſt. lib. 2. cap. 3. §. 5. hilominus voluntarium eſſe atque imputabile quod
quis facit, inſtantiam petit à Dei voluntate, quæ ne-
ceſſariò bona eſt. Item à voluntate diaboli qui eſt ma-
lus neceſſariò. *Offendit autem eos*, inquit, *qui inter neceſ-*
ſitatem & coactionem diſtinguere neſciunt. At ſi quis eos in-
terroget, an non Deus neceſſariò bonus ſit? an non diabolus
neceſſariò malus, quid reſpondeant? Et mox, *Ergo ſi liberam*
Dei voluntatem in bene agendo non impedit, quod neceſſe eſt

Digitized by Google

illum bene agere, ſi diabolus, qui non niſi male agere poteſt voluntate tamen peccat, quis hominem ideo minus voluntate peccare dicet, quod ſit peccandi neceſsitati obnoxius? Vbi vides adeò non eſſe pertinacem Caluinum in modo loquendi, vt liberam vocet voluntatem, quam putat neceſſariam. Hoc igitur Baiani exactè imitantur, inſtantiam enim illam valdè vrgent de libertate Dei & de libertate dæmonum ſeu damnatorum, vt ex dictis patet. Iauſ. tom. 3. lib. 6. cap. 7. cap. 11. & 34. & lib. 7. cap 10, & 11.

Denique Caluinus Doctoribus Scholaſticis ætatis noſtræ Pelagianis, atque adeo Tridentinis fulminibus Auguſtinum opponit. Cæteros enim Patres antiquos *illo excepto* vel deceptos eſſe, vel incertos, vt ante retulimus. Peccandi neceſſitatem Auguſtinum conſtanter aſſeruiſſe, gratiæ etiam *perpetuum effectum*, quod eſt bene agendi neceſſitatem. Baiani eandem munitionem obſtruunt opinionis ſuæ impugnatoribus: atque vt eos deterreant tanti Doctoris reuerentiâ concludunt *non in ſe illos, ſed in Auguſtinum anathema prius dicturos*, vt iam religio ſit Baianos vexare: ſed inanis eſt iſta religio, atque illud munimentum fragile futiléque. Baianos iam percuſſit Eccleſia intacto Auguſtino, qui etiam in eoſdem anathema vel mortuus dicit, à quibus diſſenſit viuus, vt monſtratum antea eſt. Atque hinc conſtat eſſe illos vel eo nomine infelices, quòd doctrinæ huius quã tot ſæculis occultam fuiſſe dicunt, iam reuelatæ gloriam perdiderint, vt pote debitam Caluino. Multò verò infeliciores, quòd ſe illi hæreſiarchæ adeò propitios exhibent, vt Eccleſiam velint ad eius lucernam accendere; atque ab eo doceri; quando rem ad fidem pertinentem *Scholaſticis inauditam & non mediocriter miram*, hoc eſt Eccleſiæ quæ nunc eſt incognitam, atque ideo incognitam quia negatam, Caluino patefactam à communi amborum Magiſtro Auguſtino *gratulabundi* ſupponunt. O malè fidum Auguſtini cultum! O proditoriam ſanctiſſimi Doctoris commendationem! 1. Inſt. cap. 3. §. 1. Ib. §, 7. Tom. 3. lib. 6. in fine.

Digitized by Googl

LIBER QVINTVS.

DE STATV PVRÆ naturæ.

EXponimvs hoc libro seu instantiam, seu exemplum aliud, quo constet S. Augustinum à Nou-Augustinianis committi cum Romanis Pontificibus, cum hæreticis verò conciliari circa possibilem puræ naturæ statum, & quidem immeritò & cum graui Augustinianæ Theologiæ calumniâ. Porrò & hoc argumentum, & quod sequenti libro sexto tractatur, pertinebant ad superiorem librum secundum vel quartum, sed quia longiorem disputationem requirebant seponenda visa sunt.

Statum autem puræ naturæ vocamus medium inter statum originalis iustitiæ, in qua primus homo conditus fuit, & statum peccati in quem lapsus est. Medium, inquam, per negationem extremorum, quod concipiatur nec habere iustitiam illam & sanctitatem, quæ dat habenti ius ad vitam æternam; nec vllum impedimentum peccati, quo ab ea excludatur ob reatum contrariæ damnationis.

CAPVT I.

Negant hæretici possibilem esse statum puræ naturæ.

HVNC igitur statum medium esse chimæricum, nec potuisse aut posse vsquam consistere extra fictionem mentis nostræ; sed adigi Deum insuperabili

Digitized by Google

neceſſitate, vt ſi naturam intelligentem creare velit, creet ornatam ea ſanctitate, quæ nobis à peccato reſurgentibus eſt ſupernaturalis, vnum eſt ex placitis noſtratium hæreticorum. 319

Lutherus in cap. 3. Gen. *Quin hoc inſtituamus*, inquit, *iuſtitiam non fuiſſe quoddam donum quod ab extra accederet ſeparatum à natura hominis .... ſed fuiſſe verè naturalem .... ita vt natura Adæ eſſet diligere Deum, credere Deo, agnoſcere Deum. Hæc tam naturalia fuere in Adamo, quàm naturale eſt quod oculi lumen recipiant.* Hinc concludit falſum eſſe quod dicunt Papiſtæ *non ſolum in hominis natura, ſed etiam in Diabolo naturalia manſiſſe integra.* Quod ſcilicet putet periiſſe aliquid naturale quãdo periit ſanctitas illa in dæmonibus & in hominibus ſubiectio ac ſubordinatio perfecta appetitus animalis ad rationalẽ, & immunitas à morbis, doloribus, & morte, &c. Idipsũ ſignificare voluit Caluinus, cùm ſtatum illum Adami ante defectionem vocat *integram humanæ naturæ præſtantiam*, quòd dubium eſſe non poſſit, quin illi ſit idem *naturæ præſtantia*, & *naturalis præſtantia*, vt manifeſte colligitur ex iis, quæ poſtea ſubiungit, dum præſtantiam hanc non in alio ponit quã in præclaris dotibus mẽtis & volũtatis cũ dicit, *Ergo animam hominis Deus mẽte inſtruxit, qua bonum à malo, iuſtum ab iniuſto diſcerneret: ac quid ſequendum vel fugiendum ſit præeunte rationis luce videret. Huic adiunxit voluntatem penes quam eſt electio.* HIS PRÆCLARIS DOTIBVS EXCELLVIT PRIMA HOMINIS CONDITIO. 1. Inſt. cap. 15. §. 4.

En vt lucem quam fuiſſe agnoſcit in primi hominis intellectu ante peccatũ non aliam eſſe putat quàm *rationis*: nec aliam virtutem in voluntate quàm liberam *eligendi* facultatem: Et hanc fuiſſe dicit excellentiam primæ conditionis. Vnde ſubiicit paulò poſt: *In hac integritate libero arbitrio pollebat homo, quo ſi vellet, adipiſci poſſet vitam æternam.* Libero, inquit, arbitrio, non ſuperaddita quadam gratia.

Nec facit ad errorem, quod videatur Caluinus non

Digitized by Google

Deum auctorem peccati; quasi non magis fiat auctor peccati ipsum prædefiniendo, quàm inferendo concupiscentiam, sed vt vt sit, ex ipsis deductionibus ostendunt putare se Adamum non potuisse aliter creari quàm quo modo creatus est, & contrarium putat Chamierus redolere Manichæismum.

CAPVT II.

Hæretici hæreticè negant possibilem esse statum puræ naturæ.

HANC doctrinam esse Catholicæ contrariam, ac proinde hæreticos in eo hæreticos esse, quod erat secundo loco monstrandum, facilè intelligitur ex eo quod ipsimet fatentur. Nam Lutherus *Papistis* oppositum attribuit loco iam citato: & more suo quo solet; id quod est commune Catholicorum, tanquam à Scholasticis inuentum traducere; inter *deliria* Scholasticorum numerat quod dicunt, naturalia mansisse integra, quãdo periit illa primi hominis rectitudo, delirare illos ratus, & consentientem illis Ecclesiam Romanam, quòd negent eiusmodi rectitudinem fuisse naturalem. Idem probari potest ex consensu Sanctorum Patrum quos citat Bellarminus in libro de gratia primi hominis. Cap. 6.

Sed omnem tollit dubitationem definitio duorum Pontificum Pij V. & Gregorii decimi tertii, qui hanc hæreticorum doctrinam à Michaële Baio propositam, alio atque alio modo decies damnant. Quæ causa est vt Bellarminus fateatur nescire se quomodo iam possit ea de re vllus Catholicus dubitare, ampliùs aliquid modò dicturus, quando accessit confirmatio duorum aliorum Pontificum, Vrbani VIII. & Innocentii X. qui bullam illam contra Michaëlem Baium iterum promulgarunt, additisque nouis pœnis seruari præceperunt. Sunt autem in ea bulla propositiones hæ damnatæ. Loc. cit.

Prima. *Nec Angeli nec primi hominis adhuc integri*

Digitized by Google

merita, rectè vocantur gratia, prout scilicet gratia distingui solet contra naturam, & significat beneficium naturæ indebitum. & ideo non negabat Baius, nec negarent hæretici, quin primi hominis lapsi merita rectè vocentur gratia, quia scilicet ex gratuito & naturæ superaddito beneficio procedunt: sed hoc negant de meritis primi hominis adhuc integri.

Tertia. *Vt bonis Angelis, & primo homini, si in statu illo perseuerasset vsque ad vltimum vitæ, felicitas esset merces & non gratia.* Quia scilicet redderetur meritis vi solius naturæ paratis, & à gratuito Dei beneficio independentibus.

Septima. *Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis munera: sed iuxtà modum loquendi Scripturæ sacræ, non rectè vocantur gratia; quo fit vt tantum merita, non etiam gratia debeant nũcupari.* Hoc est quod iam dicebam, principia istorum meritorum supponi à Baio esse naturalia, & vel naturam ipsam vel facultates naturæ debitas, & ideo non posse dici gratiam à naturalibus beneficiis distinctam.

Vigesima secunda. *Humanæ naturæ sublimatio & exaltatio in consortium diuinæ naturæ, debita fuit integritati primæ conditionis: & proinde naturalis dicenda est & non supernaturalis.* Confirmat superiorum expositionem, quæ magis adhuc patebit ex sequentibus. Cõsortium autem diuinæ naturæ non aliud intelligit, quàm quod habetur per gratiam iustificantem, vt colligitur ex prop. 42.

Vigesima quarta. *Absurda est eorum sententia qui dicunt hominem ab initio dono quodam supernaturali & gratuito supra conditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, vt fide, spe, & caritate Deum supernaturaliter coleret.*

Vigesima quinta. *Vanis & otiosis hominibus secundum insipientiam Philosophorum excogitata est sententia, quæ ad Pelagianismum reiicienda est, hominem ab initio sic constitutum, vt per dona naturæ superaddita, fuerit largitate conditoris sublimatus, & in Dei filium adoptatus.*

Digitized by Google

Vigeſima ſeptima. *Integritas primæ conditionis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio, ſed naturalis eius conditio.*

Quinquageſima quinta. *Deus non potuiſſet ab initio talem creare hominem qualis nunc naſcitur.* Non ſolùm quia nunc naſcitur cum peccato originis cum quo clarum eſt non potuiſſe creari ab initio : nec quiſquam adeò fatuus vmquam fuit qui hoc ſomniaret : ſed quia quod plerique omnes ſentiebant, non potuit creari, vt Baius putat, cum illa ignorantia, cùm illa concupiſcentiæ inobedientia, cum illa morborum dolorúmque ſetie, cum illa demum moriendi obligatione cum qua iam naſcitur. Id quod patebit ex ſequentibus.

Septuageſima octaua. *Immortalitas primi hominis non erat gratiæ beneficium, ſed naturalis conditio.*

Septuageſima nona. *Falſa eſt Doctorum ſententia primum hominem potuiſſe à Deo creari & inſtitui ſine iuſtitia naturali.* Dixerat antea naturalem fuiſſe iuſtitiam illam & rectitudinem, in qua creatus eſt primus homo : & iam addit non potuiſſe creari *ſine iuſtitia naturali.* Vult ergo non potuiſſe creari ſine iuſtitia & rectitudine, in qua creatus eſt: ac proinde negat eſſe potuiſſe medium ſtatum in quo homo nec illam haberet iuſtitiam in qua creatus eſt, nec peccatum cum quo iam naſcitur. Quod eſt iuſtitiam in qua conditus eſt homo, & bonorum appendices quæ illam ſequebantur in illo felici ſtatu, ita fuiſſe connaturalem, ita debitam homini, vt fuerit intrinſecè malum, ac proinde impoſſibile hominem alio modo creari : alioqui futurum fuiſſe auctorem Deum, non ſolùm naturalium defectuum, ſed & moralium quæ ſequutura erant ex naturalibus. Hæc omnino videtur eſſe huius auctoris ſententia eadem prorſus cum ea quam retulimus hæreticorum doctrina. Quæ quia dãnata eſt in Baio, ſequitur euidenter nequaquam poſſe recenſeri inter eas ſententias quæ ſunt hæreticis communes cum Catholicis ; ſed inter eas in quibus hæretici

errant & alieni sunt à doctrina Catholica. Ad quod facit iudicium Guillelmi Estii dicentis meritò damnatam fuisse doctrinam illam. Qui enim norunt quàm non fuerit infensus Estius sectæ Baianorum, facilè intelligent necessariò fuisse vt magna quædam veritatis euidentia confessionem hanc exprimeret. Et verò magna quædam euidẽtia est, quod Summi Pontices huiusmodi sententiam toties & tot modis expressam proscripserunt, quasi vellent significare quocumque illa modo induatur, placere tamen nec debere vnquam nec posse.

CAPVT III.

Baiani Nou-Augustiniani hæreticis contra Ecclesiam consentiunt in proposita quæstione.

TERTIVM restat, nimirum vt ostendamus idem omnino sentire Nou-Augustinianos, quos ideo cum Baianis confundimus, vt quia ipsi contendunt quæcumque sentiunt eadem quoque sentire Augustinum antiquum, hoc est verum ac verè colendum audiendúmque: consequens sit id agere illos, vt credamus S. Augustinum præluxisse nostratibus hæreticis, in eo in quo illi ab Ecclesiastico sensu sunt alieni. Est autem ea res probatu facillima. Neque enim id illi vna aut altera sententia decernunt, sed toties ac multiplicatis voluminibus probare nituntur, præfati statum illum puræ naturæ, *non solum Augustino, sed etiam antiquæ Ecclesiæ ignotum fuisse, nec nisi à gentilibus olim & hæreticis obtrusum.* Indubitatum quippe illis est, naturæ rationali vi creationis debitum esse *castum Dei amorem, neque posse condi quin talis amor illi concreetur, ita vt eum vel vi creationis habeat*, vel certè *voluntas ei tam robusta tribuatur, vt* in eum erumpere possit. Dilectionem illam Dei pertinere *ad statum hominis naturalem, ad integritatem naturæ, esse aliquid ipsius naturæ, vt visum, vt anditum, vt sanitatem: eo detracto naturam manere velut natuam, imper-*

Tom. 2. præf. in libros de statu puræ nat.

Ib.lib.1.cap. 11. 17.

Ib. cap. 16.

Digitized by Google

fectam, vitiatam : fore vt natura placeat posito illo bono, vt displiceat eo detracto: ita tollendam naturæ integritatem si desit hic amor, vt natura per hoc ab ipsa per quam facta est arte discedat, eique desit aliquid quod in arte per quam facta est cernimus adesse debuisse: secluso amore illo rationalis naturæ integritatem minui, statum naturalem labefactari, bonitatem naturalem corrumpi. Et quia illum Dei amorem castum putant esse *gratiam sanctificationis & adoptionis*: consequẽs est gratiá sanctificationis & adoptionis debitá esse naturæ rationali vi creationis, sicuti visus, auditus, &c. Quæ causa est vt ipsa quoque Dei fruitio debita esse censenda sit. Et ideo dicunt, *in excellentia imaginis Dei in qua naturaliter constituta est creatura rationalis, fundari capacitatem illam fruendi Dei, quo solo beari potest* AC NATVRALITER DEBET: *nec enim posse separari à regno cœlorum & à supernaturali felicitate diuelli*, ita vt vel clara Dei visio immediatè illi debeatur, vel inferior saltem & imperfectior beatitudo, aut vt illi loquuntur *decoloratior* qua pateat aditus ad perfectiorem. Ib. cap. 19. Lib. 2. de statu puræ nat. cap. 1. 3. 4.

Idem dicunt de subiectione appetitus animalis ad rationalem. Negãt enim vel Adamum potuisse, vel quemlibet alium hominem ita posse diuinitus creari, vt ante omne ipsius peccatum appetitus rationem præueniat, vel ei resistat: *Naturalem enim homini esse illam carnis erga spiritum obedientiam, & ex illa sola radice nasci, quòd naturalis homini sit ille de rebellione carnis pudor*: ac proinde etiam *naturalem esse dominatum* spiritus in carnem, quem exigat *naturalis ordo non tantùm carnis & spiritus, sed & iustitiæ*. Ex vtriusque appetitus cõiunctione nasci ius illud dominandi appetitus rationalis in concupiscibilem; sicuti ex coniugio nascitur imperium mariti in vxorem: & sicut ex aduentu animæ nascitur in corpore graui & ad motum deorsum tantùm determinato, potestas mouendi se quaquaversum motu animali. Ita illi philosophantur. Lib. 2. cap. 20.

Idémque liberaliter extendunt ad damna cætera Ib. cap. 22.

Digitized by Google

quæ sunt ex originali peccato consequuta. Negant videlicet posse vllum ex his contingere innocenti creaturæ rationali, non ignorantiam illam præsertim iuris naturalis cum qua nunc damnata hominis natura nascitur. *Tam enim esse contrariam creaturæ rationali, & ita malam; vt quidquid inde nascitur hominem culpæ reum faciat: non posse igitur fieri vt homo in illis horrendis tenebris à Deo condatur, antequam eas aliqua iniquitate promereatur.* Atque ita modò probant ignorantiã necessariò ex peccato nasci quòd ad peccatũ trahat: modò trahere ad peccatum, nec illud excusare, quòd ipsa ex peccato nascatur. Quod est ambulare in circuitu. Pergunt tamen, & ineuitabili dilemmare concludunt, vel Scholasticos vel Augustinum falli. *Si enim Scholastici rectè docent posse esse puræ naturæ consectaneam ignorantiam, sicuti & concupiscentiam, sicuti hoc ipsum dicebat contigisse Iulianus, & non multum discrepanti modo Manichæus: profectò turpiter errare Augustinum. Quòd si tanti Magistri dignitas, victoriæ de vtrisque reportatæ authoritas, & Ecclesiæ per eius doctrinam triumphantis honor, nihil aliud nos opinari sinunt, nisi verissimum esse quod ipse velut inuictum aduersus eos tota vita pressit: Scholasticos in hac re tantum à veritate discessisse necessarium esse, quantum ab Augustini doctrina discessere.* Perit itaque Augustini dignitas, perit authoritas, pereunt victoriæ de hæreticis reportatæ, perit honor Ecclesiæ triumphantis, nisi fatemur fieri non posse vt quisquam concipiatur homo, si quidem originali peccato careat, qui non sit in vtero materno Philosophus, & in iure naturali Doctor, qualis esse non potest nisi & se, & Deũ, & mundi creationem, & parentes, & naturam humanam, eiusque officia nouerit, quidni & angelicam? vt sint inepti, qui quod B. Virgo ab initio conceptionis vsum rationis habuerit, referunt ad priuilegium diuinæ maternitatis, cum nemo vnus sit ex omnibus humanæ naturæ infantibus possibilibus, cui hoc non debeatur, si sine peccato pariter concipiatur.

De mortis doloribus, & corporis defectibus vide quid dicant, *Nullum qualecumque malum inferri à Deo posse creaturæ rationali sine culpa*, ac ne putes exceptionem aliquam pati regulam adeo generalem; descendunt ipsimet ad singularia quæcumque mala, *fatuitatem, obtusionem mentis, & tarditatem, aggrauationem animæ ex corpore, cæcitatem, surditatem, corporis corruptibilitatem, monstrositatem, dæmonum vexationem, nascentes intrinsecus morbos, calamitates extrinsecus irruentes, omnem omnino pœnam, hoc est, miseriam & quæcumque mala homines doloribus torquent*, quidquid voluntatem ita offendit, *vt quod non vult fiat, vel quod vult non fiat*, & ipsam potissimum mortem. Ib. lib. 3. cap. 11. Ib. cap. 6. 7. sup.

Quando autem audis fieri non posse, noli difficultatem tantùm aliquam aut naturalem repugnantiam diuinitus superabilem cogitare, inuicta nimirum intelligitur impossibilitas, diuinâ bonitate atque iustitia omnipotentiam ligante penitus, atque insuperabiliter impediente, ne aliud faciat. Argumentantur enim ex vi diuinæ prouidentiæ, *cuius omnipotentiam, scientiam, iustitiam necessariò lædi* contendunt. *Impossibile est*, inquiunt, *vt Deus creaturam rationalem miseram creet, nisi istam miseriam culpa præcedente mereatur, nec minus impossibile est vt sine Dei dilectione non sit misera: alioqui violandam æternam legem, id est ipsam diuinam rationem, qua iustum est vt omnia sint ordinatissima.* Ergo *esse impossibile vt creatura rationalis sine casto Dei amore condatur. Tantam iniquitatem* quanta reperitur in appetitu non subdito rationi *sine culpa & pœna esse non posse siue hominis qui eius auctor sibi peccando fuit, siue alterius qui creando vel generando.* Et quia in Deum culpa non cadit, facile est concludere implicare vt Deus eo modo hominem creet: vnde dicunt *Deum auctorem esse concupiscentiæ non nisi erroneæ & blasphema opinione dici posse.* Quod iterũ ac sæpe repetũt & ad ignorantiam iuris naturalis atque alia mala naturæ sensibilis extendunt, cùm dicunt *Dei sanctitatem igno-* Lib. 3. cap. 7. Lib. cap. 2. Lib. 3. cap. 22.

Digitized by Google

rantiæ, concupiscentiæ, malitiæque concreatione necessariò pollui, iustitiam innocentium afflictione violari: Esse fidei Catholicæ, peccata pullulantia ex ignorantia inuincibili iuris naturalis esse vera peccata, Deo transcribenda, si hominem innocentem in ea conderet. Atque ita implicabit ex decreto Nou-Augustinianorum & secluso originali peccato infantem concipi qui non sit & philosophus, & religiosus in ipso conceptionis momento. Quinimo implicabit infantem concipi qui sit infans. Mutum enim esse etiam ad tempus, defectus naturæ & malum quoddam est. Et si mutus ille iam fieret, si doleret, si pruriret, si tussiret, annihilaretur Deus, ipsius videlicet sanctitate iustitiáque destructis.

Lib. 2. cap. 22.

Tantâ vero certitudine ista decernunt, vt asserant hæc esse S. Augustini *immobilia principia, quibus tota doctrina eius aduersus Pelagianos & Manichæos incumbit: sequi filum humanæ rationis, non Ecclesiasticæ traditionis qui resistunt: Inuictè concludere Augustinum commentum illud puræ naturæ esse chimæricum, impossibile, ingratum & irreligiosum aduersus Deum, neque posse nisi blasphema opinione sustineri; fundamentalem esse doctrinã contra Pelagianos: clarissimam Augustini doctrinam ab Ecclesiâ toties probatam à nemine in controuersiam vocatam ante millesimum annum & sæculum Scholasticorum: Ecclesiæ perniciem meditari qui eam impugnant* mirum vîderi non aduertisse Scholasticos puræ naturæ fabros, *quod est pagani & hæretici tum Pelagiani tum Manichæi, Marcionitæ, Materiarii viderunt* non posse sine iniustitia tribui Deo miserias creaturæ innocentis. *Incredibilis profectò me subit admiratio*, inquit istorum hominum coryphæus, *qui fieri potuerit vt quod & Catholici, & hæretici peruersissimi & pagani, & omnium pene hominum genus quod numen aliquod rebus vniuersis administrandis præesse credidit, velut iniustissimum semper abhorruit; hoc recentiores nullâ scientia, nulla traditione, nulla Patrum auctoritate* fulti, *sola ratiocinandi fiducia armati, sine scrupulo amplexi sunt, quasi palmam de recondita subtilitate relaturi.*

Lib. 1. cap. 1.

Lib. 3. cap. 22.

Lib. 3. cap. 14.

Atqui

Atqui, ô viri boni, Ecclesia negantes possibilitatem status purè naturalis creaturæ rationalis damnauit, quando authoritate duorum Pontificum propositiones superius allatas ex Michaële Baio proscripsit, & hanc potissimum qua dicebat, *Deus non potuisset talem ab initio creare hominem qualis nunc nascitur.* Quid igitur? Nullane vos subit admiratio quî fieri hoc potuerit? hic illi multa proloquuntur, vt obtineant & Augustinianam esse illam propositionem & Ecclesiasticam, à nouem Pontificibus approbatam, quando ab illis approbatus & laudatus est Augustinus: ac proinde retinendam. At, inquam, duo Pontifices illam damnarunt. Enimuero illi periculum esse monent, ne magis lædatur Apostolica sedes in nouem Pontificibus, quàm in duobus. Quid ergo duos damnabimus, vt cum nouem sentiamus? hic illi nostrorum temporum calamitatem deplorant, quibus contigit propter *Aristotelicas quasdam tricas* doctrinam tantâ constantiâ defensam deseri, & Augustinum *tot glossis lacerari, tot alienissimis directéque pugnantibus interpretationibus velut ruderibus obrui, ab iis qui tam sollicitè duorum Pontificum authoritatem opponunt, & tantam cœlestis doctrinæ molem, tantam tot antiquorum Pontificum authoritatem non considerant*, quæ illi contestantur, *se flendo dicere, non sugillando.* O viri misericordes, parcite quæso lachrymis, aut super vos ipsos flete. Illæsam omnes cupimus antiquorum Pontificum authoritatem. Interea verò tandem exponite quid duobus istis fieri vultis, qui videntur in schola vestra dissidere ab antiquis? Quid, inquã fiet, Pio V. & Gregorio XIII. immolabimus illos ad aras antiquorum? Minimè verò, inquiunt, *Nam verum vero non est contrarium, nec sibi ipsi S. Romana & Apostolicæ sedes.* O Catholicam vocem! ô dignam Christiano pectore confessionem! Temperare mihi non possum quin gaudio exultem, spe proximæ inter Summos Pontifices concordiæ. Ergo quid volunt vltimi duo, dum damnant propositionem illam; *Deus*

Lib. 3. de statu puræ naturæ cap. 22.

Digitized by Google

non potuisset talem ab initio creare hominem qualis nunc nascitur? Excipiendum est, inquiunt, peccatum cum quo iam homo nascitur. Omnino, inquam, excipiendum est, & ea de re inter Baium & Pontifices conuenit. At, inquiunt, si peccatum excipitur, ergo & concupiscentia debet excipi, propter coniunctissimum cum peccato nexum; atque ita non est verum potuisse hominem nasci cum concupiscentia, cum qua iam nascitur. Pergunt. *Quod si concupiscentia excipitur, nulla est ratio cur non omnes illæ pœnæ mortalitatis, quas paruulos pati cernimus, excipiantur.* O spem meam inanem! quid igitur restat vel in vna duarum illarum propositionum quod decidatur, vel in alia quod damnetur? An falsum est quod duo Pontifices decernunt? Quid dicitis? *hæreo*, inquit Nouus-Augustinus. Hæres? Atqui eundum est. Neque enim cessabimus vnquam torquere hanc rotam donec confessionem exprimamus. Quid, inquam, ad hanc duorum Pontificum definitionem? Sed *quid*, inquiunt, *ad doctrinam Augustini clarissimam, constantissimámque quam toties probauit & sequitur, sequendámque monuit Apostolica sedes? Nam si fundamentales illæ contra Pelagianam hæresim doctrinæ proscribendæ sunt: non inter Magistros optimos semper haberi à Pontificibus, sed inter ignauissimos debuit.* Atque in hunc modum spem nostram iterum atque iterum differunt, & qui se conciliaturos promiserant cum antiquis nouos Pontifices, iterum illos committunt. Sed quia putant nos his laqueis impediendos dum vicissim interrogant, *Quid ad doctrinam Augustini?* Non imitor eorum cunctationem, nec *hæreo*; sed clarissimè respondeo, quando non negantur duo Pontifices propositionem illam damnare. Respõdeo, inquam, primò, si esset Augustini doctrina quæ contraria dicitur, repudiandam vel ipsomet Auctore Augustino. Respondeo 2. esse falsum, eam esse clarissimam & constantissimam Augustini doctrinam. Respondeo 3. esse falsum, eam doctrinam ab vllo Pontifice in Augustino vn-

Digitized by

quam probatam. Reſpondeo 4. eſſe falſum eam eſſe fundamentalem contra Pelagianam hæreſim doctrinam. Atque hæc ſine ambagibus & fuco, quæ partim alibi monſtrata ſunt, partim breui monſtrabuntur. Et pergo interrogare quid tandem reſponſum velint ad definitionem illam duorum Pontificum?

En tibi Lector tamdiu dilatam, tot verborum amfractibus, tot gyris ſuſpectarum cogitationum euitatam ſolutionem. Ne Pontificiam ſedem in pugna ſecum relinquant, edidiſſe dicunt *cenſuram prudentiæ directricis.* Quod enim multæ ſubinde doctrinæ magis inuſitata ſua nouitate quàm falſitate perturbent Eccleſiam, *prudentis matris officium eſſe*, illas prohibere, idque ſibi hoc in negotio vſurpandum voluiſſe: Cum enim cerneret propoſitionem illam, *Deus ab initio potuit talem creare hominem qualis nunc naſcitur*, communi Scholaſticorum conſenſu certo ſenſu in ſcholis receptam eſſe, ne contraria *lites, offenſiones, & ſcandala ſua nouitate generaret, ſicut iam generare cæperat*. EAM TANTISPER VETANDAM CENSVISSE, NON TANQVAM FALSAM, SED VT PACIS INIMICAM: *aliud verò conſilium inituram fuiſſe, ſi potuiſſet oſtendi hanc propoſitionem ab Auguſtino tam intrepidè traditam, atque à tot ſæculis, refragante nemine, ſed Eccleſia Romana per diuerſos præſules applaudente.* Hæc eſt iſtorum Doctorum perſpicua confeſſio, quam ipſos tantopere refugiſſe minimè mirum videbitur hæc attendenti.

In primis gaudeo ipſos pro eodem habere definitionem duorum Pontificum & definitionem Eccleſiæ, dum quod à Pontificibus factum eſt in hoc negotio, *prudentis matris*, hoc eſt Eccleſiæ, officium fuiſſe dicunt, Ita enim omnino decet & loqui nos & ſentire. Deinde hoc etiam admodum probo, quod ſupponunt, communem atque indubitatam Doctorum Scholaſticorum doctrinam eſſe communem & indubitatam doctrinam Eccleſiæ: Nam hoc omnino ſupponunt, quando ad prudentiam directricem Eccleſiæ pertinere putant, eiuſ-

Digitized by Google

modi doctrinæ contradicentibus os obturare, quod lites & offensiones & scandala pariant. Nam si extra scholam alius esset Ecclesiæ sensus, & quidem verus, non esset hoc prudentiæ, sed maximæ potius imprudentiæ atque insipientiæ; cum emendare deberet Scholasticorum mendacia per veram Ecclesiæ reliquæ doctrinam, hanc è contrario sepelire silentio, vt theatrum mendacio liberum relinqueretur. Sed neque offensio vlla, vel lis, vel scandalum timeri posset ab eo, qui Scholasticis contradiceret, si reliqua Ecclesia ita etiam contradiceret, vt error intra Scholarum tantùm pomœria contineretur. Accipiendum est igitur de tota Ecclesia, quod de scholis pronuntiant: atque dicendum, antiquam illam Augustini doctrinam fuisse tunc in Ecclesia, vt ipsi loquuntur, *obliteratam*, ideóque *nouam esse visam* in Ecclesia, *& inusitata sua nouitate* in eadem Ecclesia *offensiones, lites & scandala* parere potuisse, atque etiam parere cœpisse: eáque de causa fuisse prohibitam.

Quibus ita constitutis interrogare lubet, vbinam fuerit Ecclesia infallibilis tunc? Quæro, inquam à vobis, ô Baiani, vlláne vsquam fuerit Ecclesia infallibilis tota illa Scholasticorum ætate, qua inuicta S. Augustini sententia, qua fundamentalis contra Pelagianam hæresim doctrina, qua confirmata nouem antiquorum Pontificum testimonio veritas, qua constans per mille annos fidei traditio ita fuit *obliterata & inusitata* vt sua nouitate offenderet Ecclesiam, & fideli populo scandalum daret? Quid dicitis, ô instauratores antiquæ fidei, sepultæ veritatis scrutatores, Theologiæ renascentis luciferi, quid dicitis? Infallibilis est Ecclesia quæ veritatis olim receptæ ac definitæ confessionem prohibet? Columna veritatis est, quæ obliteratis veræ fidei characteribus manifestam exhibet spectatoribus omnibus erroris professionem? Non præualuerint contra eam inferi portæ, cuius eruerint fundamenta, deletis videlicet *fundamentalibus doctrinis*? Agite, si quis allophylus Ecclesiam ingressus toto illo tempore interrogasset, an talis

Digitized by Google

potuerit ab initio homo creari qualis nũc naſcitur, quid aliud reſponſum eſſet quàm quòd communis tunc & minimè controuerſa Eccleſiæ doctrina confirmaret, & cuius negatione illa ſcandalum pateretur? Non eſſet igitur ille in errorem inductus Eccleſiæ authoritate ac teſtimonio? Quomodo ergo diceretur illi Eccleſia *firmamentum* eſſe veritatis, vt vult Apoſtolus, & non potiùs erroris? ſed quanti à vobis hæc officia tam importuna redemit Caluinus? hoc illi conceditis, apoſtolatus ipſius tempore *fundamentales* Eccleſiæ antiquæ *doctrinas* fuiſſe *obliteratas*? hoc illi conceditis, perditâ veræ fidei memoriâ publicum fuiſſe apud Chriſtianos errorem? hoc illi conceditis, Petri ſucceſſores Romanos Pontifices ex propoſitione notiſſimæ quondam veritatis ſcandalum paſſos? hoc illi conceditis, vindicatam ab impugnatione Pelagianorum ſententiam, in Eccleſia quam ille impetebat iudicatam eſſe *pacis inimicam*? hoc illi cõceditis præter ipſum in tota Eccleſia Romana neminem alium fuiſſe qui poſſet oſtendere quænam eſſet clariſſima conſtantiſſimáque Auguſtini doctrina, quæ indubitata fides antiquorum Pontificum, quæ perpetua mille annorum traditio? huc huc vertite *fletus* illos, aliàs tam inaniter fuſos, huc vanos *gemitus*, huc *dolorem* gratuitum ex fictitio malo conceptum. Nimirum hoc vnum eſt grande ac verè lamentabile malum, *deuotiſſimos*, vt ipſi dicunt, Eccleſiæ *filios* affectato Auguſtinianæ doctrinæ zelo, ſpuere in matrem, eiuſque authoritatem conculcare pedibus, honorem & dignitatem & titulos & iura hæreticis prodere, & immaculatam Chriſti ſponſam deuouere adulteræ Geneuenſi.

Quid autem eſt quod dicitis, ô Nou-Auguſtiniani, propoſitionem illam fuiſſe *tantiſper vetitam* vt pacis inimicam? Quid, inquam, eſt illud *tantiſper*? Dum clepſydra fluat noui Auguſtini, qua lapſa inuerſáque liceat ipſi reducere ſiparium, & abſconditam quingentis annis veritatem reuelare? quid eſt *tantiſper*? Pontifices, ne

Digitized by Google

quis *posthac quoquomodo* de illis propositionibus *loquatur, scribat, disputet*, interdicunt', hoc est, *tantisper*? interdicere, ne quis in posterum vllo modo aliquid audeat, idem est ac *tantisper*? Et dum Cardinali Granuellano commendant *perpetuam dictarum sententiarum abolitionem*, hoc est *tantisper*, videlicet dum vltimam Nou-Augustini paginam edat typographus,& orbis Christianus inueteratum à multis sæculis errorem dedoceatur? Legite Pontificiam sanctionem, ô Nou-Augustiniani, & erubescite.

CAPVT IV.

PRIMVM ARGVMENTVM,

Quo probatur illam Baianorum sententiam destruere conceptum gratiæ supernaturalis à S. Augustino expressum.

§ I.

Baiani malè coniungunt rationes supernaturalis & naturalis; & Pelagianis suffragantur.

SED quia Augustini doctrinam toties ab Ecclesia laudatam obtendunt, comminuenda est inanis larua, vt nudati erroris Authores pudeat. Hoc igitur oppono. Primò in ipsorum schola destrui germanum S. Augustini conceptum de supernaturalitate gratiæ Angelis in prima creatione atque homini datæ. Et quidem quod ex mente S. Doctoris supernaturalis fuerit gratia illa, nihil opus est vt probem, quando ipsi aduersarii vltro id concedunt dicentes: *Nec imperfectam nec perfectam beatitudinem per puram naturam* obtineri posse, sed tantummodo per *supernaturalem* potestatem & gratiam Dei: Esse inauditum an-

Lib. 1. de statu puræ nat. cap. 2.

Digitized by Google

Ratio hic videtur esse, quia Ecclesia, quæ Dei Filium
Romæ hoc crucifixum agnoscit, non potest Christi
Ecclesiæ, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum non
agnoscit, ullo modo communicare. Quod si Ecclesia
Romana, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum agnoscit, non esset Christi Ecclesia, sed Ecclesia Antichristi, tum Ecclesia Christi, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum non agnoscit, ullo modo communicare posset cum Ecclesia Romana, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum agnoscit. Quia vero Ecclesia Romana, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum agnoscit, est Christi Ecclesia, ideo Ecclesia Christi, quæ Dei Filium Romæ hoc crucifixum non agnoscit, ullo modo communicare non potest

veram & propriè dictam gratiam, atque adeo gratiam supernaturalem, & hactenus quidem benè, sed vide quid sequatur.

Lib. 1 de statu puræ nat. cap. 15. Quæstionem statim instituunt, vtrum sit amor ille naturalis & quo sensu, & concludunt esse *naturalem*, non solùm quia naturæ conuenit, eámque perficit & ornat, sed etiam quia lumen naturale *sine alia vlla reuelatione* ostendit bonum quod amatur & obligationem illud amandi super omnia. Item quia voluntas *naturaliter* bonum illud appetit, etiam si naturaliter assequi non possit, appetit inquam, vel innato appetitu vel elicito quodam desiderio. Denique *ita naturalem esse, vt illius* Ib. cap. 16. *defectu naturæ rationalis integritas minuatur, status naturalis labefactetur, bonitas naturalis corrumpatur.* Et vitium quod huic amori opponitur non ideo solum esse contra naturã, *quia detrahit aliquid quod naturæ inhærens placet quoquo modo, sed quia destruit aliquid ad ipsam naturæ integritatem pertinens, ratione cuius natura tanquam integra placebat, quo ablato velut mãca, imperfecta, vitiata, corruptaque displicet, eo videlicet modo quo natura humana displicet cùm ei visus aut sanitas tanquam ad naturæ humanæ integritatem pertinens tollitur: non autem displicet, si ei alæ quæ nihil ad naturam eius pertinent, adimantur: Non esse tamen naturalem isto sensu, quasi viribus naturalibus obtineri posset vel pars esset, vel vt proprietas, vel actio naturalis ex facultatibus flueret.* Quibus adde quæ antea retulimus, implicare contradictionem, vt Deus rationalem creaturam producat sine hoc amore, vel certè sine plena & omni præsidio necessario munita facultate ad illum eliciendum, quod misera sit sine hoc amore, miseram verò fieri repugnet si culpa non præcessit. Atque hanc etiam esse putant ipsissimam Augustini doctrinam.

Sed adeo clarum est apud S. Augustinum gratiam propriè dictam de qua illi controuersia erat cum Pelagianis & Semipelagianis distingui contra naturam, & id quod fit ex tali gratia dicitúrque ideo supernatu-

rale,

Digitized by Google

ſi ego effugiam, cum ſim captus? Ter. Ad. Si ego non fallor, ſenex ſponſum ſe dicturus eſt filiæ.

lib. de corrept. & gr. cap. 11. Eadem est igitur huius auxilij natura: Ergo si erat naturale comparatũ ad naturam integram, erit & comparatũ ad naturam vitiatam: & vice versa, quâ ratione dicetur supernaturale comparatum ad naturam lapsam, dici debebit comparatum ad integram. Aut fatendum idem quod de visu qui superuenit cæcitati, esse quid simpliciter & absolutè naturale, supernaturale autem tantùm secundùm modum, quatenus supponit organa corrupta vitiatáque. Certè verò exponendum erit, quo modo iam post peccatum magis sit supernaturalis gratia quàm sanitas, quæ vitiatam quoque naturam supponit, & cui morbi potius congruunt in pœnam originalis peccati. Denique Pelagiani & Semipelagiani non solum errarunt quòd negarent gratiam supernaturalem post lapsum primi hominis, sed & ante lapsum, vt apertè colligitur ex Baianis, qui dicunt pertinere hoc ad fidem Catholicam *& testimonia pro gratiæ veritate & in statu etiam innocentiæ necessitate, ita in operibus Augustini crebra esse, vt quicumque illam sibi vel labefactandam, vel negandam, vel etiam in dubium reuocandam existimaret, vt à quibusdam factum fuit, eorum pondere & multitudine non minus quàm Ecclesiæ authoritate sit obruendus. hoc enim tanquam fidei dogma credidisse antiquitatem, & expresso canone credendum sanxisse.* Si sanctum hoc est Ecclesiæ antiquæ authoritate, si est fidei dogma, dubitari non potest, quin Pelagiani & Semipelagiani qui nihilo magis necessariam esse gratiam censebant in statu innocẽtiæ, quàm sit modo post Adami peccatum, ex hac etiam parte fuerint hæretici & ab Ecclesia damnati. Atquid illi minus dixerunt de illius gratiæ necessitate, quàm Baiani modò dicant? Negarunt ne Pelagiani necessariam esse gratiam creationis? vel integritatem naturalem, vel gratiam ita naturalem, vt est visus, vt est auditus? vllam ne aliam admittunt Baiani? At, inquis, necessaria etiam est gratia supernaturalis. Contra supernaturalis

Ita cap. 10.

Digitized by Google

illa, eſt ne alia quàm iſta naturalis? Qui ergo illam admiſerunt, numquid admiſerunt omnem gratiam quam tu admittis? Quid autem eſt tua illa ſupernaturalitas, vel quid infert quod negatum ſit à Pelagianis? Non fatẽtur illi eſſe illuſtrationem, illuminationem, donum Spiritus ſancti, caritatem diffuſam in cordibus noſtris, & alia omnia ex quibus colligi poteſt ſupernaturalitas, numquid concedunt conuenire illi gratiæ naturali? Quod ſi hæc inuicem conciliari poſſunt, vtrumque igitur illi admiſerint, & naturalem eſſe gratiam & ſupernaturalem: Ergo vel illi hac in parte orthodoxi fuerint contra quàm Baiani putent; vel iſti contra quàm velle hactenus viſi ſunt, in errorem tandem Pelagianorum ſunt lapſi, propugnatores eorum facti, quorum ſe debellatores eſſe iactabant.

§ II.

Oſtenditur nullam ſupereſſe veram & propriam rationem entis ſupernaturalis in tota Originali iuſtitia, iuxta Baianorum poſitiones.

SED hoc ipſum eſt accuratiùs excutiendum, videndúmque admiſsâ prædictorum actuum naturalitate illâ, quid reſtare poſſit vt dicãtur etiam ſupernaturales. *Quia*, inquiunt, *non poſſunt obtineri naturæ viribus, quia non ſunt pars, vel vt proprietas, vel actio naturalis ex naturæ facultatibus fluens.* Sed primo hæc omnia neque ſingula neque ſimul ſumpta ſufficiunt ad vllam veram propriãque rationem ſupernaturalis. Anima rationalis non poteſt obtineri naturæ viribus, & vnicam ſui cauſam agnoſcit, qui ſupra naturam eſt, Deum Creatorem: & tamen non eſt forma ſupernaturalis: ſanitas non eſt pars naturæ, & tamen non eſt forma ſupernaturalis: habitus acquiſiti non ſunt proprietates, & tamen ſunt ſupernaturales. Eorum productio ſicuti & phantaſmatum & ſenſilium ſpecierum

Digitized by Google

non est actio naturalis ex naturæ facultatibus fluens : & tamen non est supernaturalis. Quæ igitur est ista diuiniamoris & beatificæ visionis supernaturalitas in sententia Baianorum ? Vis fortasse collectim sumere illa omnia, vt cui simul iuncta conuenient supernaturale censeatur? per me licet. En tibi species Angelis congenitas iuxta communem & valdè probabilem sententiã S. Thomæ. Illæ non fiunt naturæ viribus, ideo enim requiritur vt Deus suppleat inefficaciam obiectorum; illæ non sunt pars naturæ quam perficiunt: illæ non sunt eiusdem proprietas, vt patet ex communi omnium consensu, ipsaque terminorum penetratione : illæ nec sunt actio naturalis fluens ex naturæ facultatibus , nec per talem actionem producuntur. Quid igitur restat nisi vt fateare supernaturales esse , ac proinde quia remanserunt in dæmonibus, multiplicem gratiam supernaturalem in eis remansisse concedas? Quod quia abhorret à Christiana Theologia, quid facies vt effugias necessitatem dicendi & amorem Dei super omnia castum, iustificatiuum, adoptiuum, & ipsam Dei visionem beatificam, nihilo magis supernaturalem esse quàm quod nullo modo est?

Secundò idem conficitur ex ipsis Baianorum principijs. Postquam enim contendunt ideò supernaturales esse illos actus, quia non possunt obtineri naturæ viribus, signum est negaturos esse supernaturales si cogantur fateri naturæ viribus obtineri. Atqui hoc fateri coguntur. Age enim, quæ sunt illæ vires quibus obtinetur ille Dei amor? *Adiutorium*, inquiunt, *diuinum*, quo completur naturalis facultas ad amandum. Intelligo, Sed hoc adiutorium quid rei est? Non est tantum cooperatio seu concursus in actu secundo, sed est *aliquid per modum principij præuenientis actum, roborantis potestatem liberi arbitrij, & constituentis simul cum eo vnum plenum principium in actum influens*, ita illi. Et hoc etiam admitto. Sed interrogo, principium hoc, seu quod iuuat per

Lib. sing. de statu 1. hominis cap. 12. 13.

Digitized by Google

mundum quidem ex parte contemnit, & desiderio
cœlestium accenditur, qui ea quæ videntur, & ad
tempus delectant, fugit: sed adhuc ea quæ sub
oculis sunt, non penitus deserit. Ille autem
perfecte mundum calcat, qui ea quæ videntur,
& ad tempus delectant, fugit: ea quæ sub oculis
sunt, non penitus deserit. Ille autem perfecte
mundum calcat, qui ea quæ videntur, & ad tempus
delectant, fugit: ea quæ sub oculis sunt, non
penitus deserit. Ille autem perfecte mundum
calcat, qui ea quæ videntur, & ad tempus delectant,
fugit: ea quæ sub oculis sunt, non penitus
deserit. Ille autem perfecte mundum calcat, qui
ea quæ videntur, & ad tempus delectant, fugit:
ea quæ sub oculis sunt, non penitus deserit. Ille
autem perfecte mundum calcat, qui ea quæ
videntur, & ad tempus delectant, fugit: ea quæ
sub

tur ergo hic amor ex naturæ viribus, quandoquidem & illustratio & voluntatis motio illa vitalis naturales sunt. Ergo ne in ipsorum quidem sententia dici poterit supernaturalis, quando ipsimet requirunt vt quod est supernaturale non fiat ex naturæ viribus. Quod si prçter hos naturales actus alios requirant circa eadem obiecta qui sint supernaturales, suam illi Theologiam destruent, quâ tantopere abhorrent à distinctione duplicis amoris Dei, naturalis & supernaturalis, vt merus illis videatur esse Pelagianismus.

Tertiò iterum demonstrari potest alia ratione huiusmodi actus vitales qui sunt illis adiutorium & vires quibus obtinetur amor Dei, esse actus verè ac propriè naturales, & consequenter amorem qui per illos obtinetur viribus naturalibus seu quod idem est viribus naturæ obtineri. Siquidem postquam fatentur esse actus vitales, negare non possunt à potentia vitali produci, & naturaliter produci, si potẽtia non iuuetur à prima causa nisi per communem & ordinarium concursum qui solet exhiberi omnibus causis secundis in suo cuique genere. Atqui non aliter iuuatur potentia quæ tales actus producit. Deus enim cum intellectu v. g. ita concurrit ad illam illustrationem, vt nec sit, nec esse possit vllus intellectus per peccatum non impeditus cum quo non pariter concurrat (loquor ex sententia Baianorum.) Est igitur concursus ille & communis & ordinarius omni intellectui sic disposito, quemadmodum communis & ordinarius est ille quo concurrit cum omni visu benè disposito ad videndum. Similiter posita illustratione illa, sublatoque pariter impedimento peccati, nulla est nec esse potest voluntas cum qua Deus non concurrat ad simplicem illam affectionem per quam mouetur ad amorem Dei: ac proinde huiusmodi concursus & communis est, & ordinarius respectu omnis voluntatis sic dispositæ, quemadmodum communis & ordinarius est ille qui exhibetur

Digitized by Google

itaſcibili vel concupiſcibili appetitui ad ſuos motus, cum ea tantum differentia, quòd concurſus intellectui & voluntati exhibitus ad prædictos actus eſt magis debitus, quàm concurſus exhibitus oculo ad videndum, vel appetitui ad ſuos motus. Deus enim poteſt hunc ſuſpẽdere, illum non poteſt, ſed inſuperabili neceſſitate cogitur præbere vt Auctores iſti putant. Quare igitur negant naturales eſſe actus illos, & conſequenter amorem quem exprimunt, exprimi viribus naturalibus? vel quare non negant pariter viſionem, auditionem & corporeas appetitiones eſſe naturales, quando vel eadem vel minor eſt ratio cur tales ſint?

Ex his videlicet manifeſtum eſt, Nou. Auguſtinianos, dum inuita licet philoſophia ipsáque rerum natura pugnantia inter ſe prędicata copulare nituntur, alterius quidem ipſam rem, alterius tantùm meram vocem déſtructâ ſignificatione retinuiſſe: atque hoc conſequutos eſſe vt dum diuinam caritatem ipsámque adeo viſionem beatificam Angelorum ſupernaturalem prædicãt, voce tenus Auguſtino conſentiant, res autem quam intelligunt tota ſit Pelagii, tota Lutheri, tota Caluini, tota Baij, quandoquidem nihil addunt ad id quòd illi ſupernaturalitatis impugnatores admiſerunt præter nudam vocem

§ III.

Ad veram rationem ſupernaturalis doni requiritur vt ſit gratuitum & indebitum, ex Auguſtino contra Baianos.

INDE autem manauit hic error, quòd vel non potuerunt vel noluerunt germanum conceptum, & propriam rationem agnoſcere formæ ſupernaturalis, quæ nulla eſſe poteſt, ſi non ſuperet exigentiam naturæ, & indebita ſit, vt vel ex ipſa vocum notione patet. Nou-

Digitized by Google

Augustiniani verò fusè pugnant, ne fateri cogantur rationem indebiti spectare ad rationem supernaturalis, nisi si fortè quippiam debeatur cuidam merito, supponátque ius aliquod in eo cui debetur. *Gratiæ enim proprii ſſimè dictæ repugnare solùm putant opus creaturæ cui illa debeatur.* In quo illi & Pelagio patrocinantur, & Augustino contradicunt,

Lib. 1. de statu puræ nat. cap. 17. 20.

Primùm probo, sequitur enim inde Pelagium veram & propriissimè dictam gratiam admisisse ad primum opus meritorium cuiusquehominis. Gratiam enim admisit omni operi præuio indebitam; quod non fuerit adeò fatuus, vt opere primo meritorio putauerit aliud esse prius. Admissâ verò gratiâ propriè dictâ, ad primum opus, quid peccauerit, deinde si catenam ex annulo illo duxerit, secundam gratiam primo merito debitam professus, & tertiam secundo. Certè illius tantùm, inscitia & tarditate factum fuerit vt ei disputatio esset cum Augustino, cùm facilè posset iuxta principia Baianorum & sentire quod sensit, & mutatis tantùm nominibus gratuitum dicere quod erat etiam naturale, rationibus naturalis & supernaturalis in idem concurrentibus, iuxta principia Theologiæ huius Nou-Augustinianæ.

Secundum etiam patet, nam Augustinus passim probat conclusionem particularem, nimirum gratiam propriè dictam non posse debitam esse merito, ex generali principio quod gratuitum esse nequeat, id quod debitum est. Ita in libro de Gratia Christi cùm dicit. *Isti autem libero arbitrio sic applicant fidem, vt fidei videlicet reddi videatur, non gratuita sed debita gratia, ac per hoc iam nec gratia,* QVIA NISI GRATVITA NON EST GRATIA. Quibus verbis hæc argumentatio apertè inuoluitur. Nullum debitum est gratuitum; sed gratia quæ redditur fidei vel simili cuipiam merito est debita: ergo non est gratuita, ac proinde nec gratia. Idem habet in libro de bono perseu. Vbi cùm obiiceretur *numquid ergo hominum natura duæ sunt*, eorum scilicet quorum alter

Cap. 31.

Cap. 8.

post

poſt longam vitam piè tranſactam finaliter cadit non accepto perſeuerantiæ dono : alter eodem accepto feliciter moritur. Reſpondet Auguſtinus , *Abſit ſi duæ naturæ eſſent gratia vlla non eſſet, nulli enim daretur gratuita liberatio, ſi naturæ debita redderetur.* Vides enim ad quid proponantur duæ naturæ. Nimirum vt in vna ſit ratio propter quam oporteat cõcedere perſeuerãtiæ donum: in alia ſit ratio propter quam oporteat illud negare. Cùm ergo dicit Auguſtinus *ſi eſſent duæ naturæ*, gratiam non fore gratiam, hoc omnino intelligit, ſi eſſet in natura, cui gratia conceditur, aliqua ratio, propter quam concedenda foret, gratiam non fore gratiam, quòd non foret gratuita ſed debita: ac proinde hoc etiam loco manifeſtè opponit generalem rationem debiti, & quæ latiùs patet, quàm quòd debetur merito, gratiæ proprietati, eo quòd opponatur etiam rationi gratuiti.

Confirmatur hoc ipſum ex eo quod habet Auguſtinus lib. 3. con. Maximinum , cùm dicit hominem fieri, *gratiâ filium Dei, quia non eſt naturâ*, & lib. 21. de ciu. Dei, *Quotquot ſpiritu Dei aguntur , hi ſunt filij Dei , ſed gratiâ non naturâ.* Nam in contraria ſententia maior eſt ratio cur & Adamus & Angelus dicantur fuiſſe in prima creatione *naturâ filii Dei*, quàm dicatur ignis naturâ calidus, habuerunt enim inclinationem & appetitum & exigentiam reſpectu filiationis illius tantam quanta in igne non reperitur reſpectu caloris , quippe cùm poſſit Deus non parere exigentiæ caloris , ideóque minùs illum debeat igni quàm debuerit filiationem naturæ hominis & Angeli, quorum exigentiæ niſi paruiſſet, non erat amplius futurus Deus, iuxta ipſorum placita. Cap. 15. Cap. 15.

Denique Auguſtinus adeo requirit ad proprietatem gratiæ in vniuerſum, vt gratis & gratuitò detur, vt conſtanter neget fore gratiam niſi hoc habeat. *Gratia* , inquit , *per vnum Ieſum Chriſtum nulli debita, ſed gratuita , vt verè ſit gratia.* Et paulò ante , *Alioqui gratia iam non eſt gratia ſi non diuinis operibus gratis da-* Ep. 106

Digitized by Google

tur, sed humanis meritis redditur. Quamuis enim hic opponat tantùm *humanis meritis*, hoc quod est gratiam *gratis dari*, non ideo factum quòd eo tantùm modo ea ratio destruatur; sed quia hoc erat quod potissimum occurrebat in doctrina Semipelagianorum, quos Augustinus hoc loco impugnat. Nam de cætero gratiam vt sit gratia debere gratuitam esse, debere gratis dari, generale principiũ est & vniuersalis propositio ita concipienda ex mente Augustini, vt nulla sit gratia propriè dicta quæ non sit gratuita & gratis data. Ac proinde quæcumque alia ratio præter rationem meriti impediet τὸ gratuitum, & τὸ gratis datum, impediet etiam proprietatem gratiæ, Quis autem dubitat quin dandi necessitas præsertim ineluctabilis, impediat ne aliquid verè ac propriè gratuitum & gratis datum dici possit? Nemo est eorum qui aliquid sapiunt, qui non putet liberalitatem interuenire ac liberam ab omni obligatione voluntatem, vbi dicitur esse donatio gratuita. Quæ verò libertas aut liberalitas esse potest, vbi quid insuperabili necessitate producitur? Mirum sit, nisi apud nouos hosce Theologiæ reformatores Pater & Filius gratis & gratuitò dicantur spirare Spiritum sanctum, eique suam naturam donare liberaliter: & quod inde consequens est, Spiritum sanctum Dei gratia Deum esse, suãmque diuinitatem debere liberalitati & gratuitæ spiratorum voluntati.

§. IV.

Reijcitur quod opponunt Baiani, S. Augustinus semper credidit gratiam supernaturalem alia ratione gratuitam esse, quàm quia sequitur ad gratuitam creationem naturæ intelligentis, nec excluſit solùm debitum fundatum in merito bonorum operum.

SED duo sunt, quæ hic Nou-Augustiniani opponunt, primum est, ex communi Scholasticorum sen-

Digitized by Google

tentia, licet non ex ſua, gratiam ſufficientem veram eſſe gratiam, tametſi debitam & neceſſariò dandam. Quibus reſpondemus latiſſimè errare qui hæc obiiciunt. Nullum enim inuenient Scholaſticum qui gratiam ſufficientem & ſupernaturalem veram eſſe ac propriè dictam gratiam affirmet, qui non agnoſcat originem quandam illius & radicem gratuitam diuerſam à gratia creationis, indebitam prorſus & ſuperantem exigentiam naturæ. Debetur gratia ſufficiens ei cuius præceſſit aliquod meritum: quid mirum, cùm meritum illud antiquiori & indebita gratia ſit poſterius? debetur homini iuſtificato ad perſeuerandum; quid mirum, quando ipſius iuſtificationis exordium à gratia præueniente omne meritum atque omne debitum naturæ, ſit ſumendum? debetur ei cui eam Deus promiſit: quid mirum, cùm ipſa promiſſio gratuita ſit & naturæ indebita? debetur ei cui præcipitur exercitium actuum ſupernaturalium: quid mirum, cùm in his præceptis ſingulare ſit magnumque ac indebitum Dei beneficium, vel Authore Auguſtino, qui miratur quòd Deus ſe à nobis amari iubeat? Atque ita gratia ſufficiens vel in ſe vel in prima ſui origine gratuita ſemper ac prorſus indebita eſt.

Sed hinc ſecundò obiiciunt, gratiam quoque Angelis & Adamo datam originem habere gratuitam indebitamque, videlicet naturæ intellectiuæ & innocentis creationem. Quâ enim facilitate impedire Deus poterat ne Adamus vſquam eſſet, poterat conſequenter impedire ne ſanctus eſſet. Ita eſt: Sed primò hæccine gratia, pro qua pugnauit Auguſtinus contra Pelagium? negauitne vnquam Pelagius gratiam quæ pertineret ad donum creationis? Et ſi fas eſt ea ſolùm ratione ſupernaturalem dicere, quia nihil fuit quod naturæ, cuius conſectanea eſſe dicitur, creationem exegerit, quid erit, in quo Pelagius meritò reprehendatur præter diuerſum fortaſſe loquendi modum, qui ne ipſe quidem

Digitized by Google

reprehensibilis erit, vtpote aptior & magis proprius? Atqui S. Augustinus ita duas operationes agnoscit in hoc negotio, vt secundam contra primam ex eo distinguat, quòd sit largitio gratiæ; hoc enim est quod dicit. *Et istam quis fecerat* (bonam nimirum voluntatem sanctorum Angelorum) *nisi ille qui eos cum bona voluntate, id est, cum amore casto quo illi adhærent, creauit, simul eis* ET CONDENS NATVRAM ET LARGIENS GRATIAM? En vt sancti amoris donationem contra naturæ creationem differentiâ illa distinguit, quòd illa sit largitio gratiæ. Qua vero ratione per hoc distingui posset, si tota quam habet ratio gratiæ seu gratuiti doni ex naturæ creatione peteretur, eique conueniret primò & per se? & confirmatur euidenter ex eo quòd subiungit, dum inquirendo causas tam inæqualis exitus Angelorum beatorum & damnatorum, dici posse putat malos Angelos accepisse *minorem diuini amoris gratiam.* Quomodo enim minorem si vtrique naturæ suæ debitam acceperunt? Nam in rebus gratuitis facile est sapientem benefactorem inæqualiter sua beneficia dispensare, atque alios aliis præferre vt placuerit, in debitis verò vbi æqualia sunt debita, nõ possunt esse inæquales solutiones. Iterúmque confirmatur ex eo quod subiungit Augustinus, ad Angelos pertinuisse quod iam de hominibus dicitur, *Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Quomodo enim ad Angelos pertinuerit illa sententia, nisi quemadmodum iam intelligitur gratuitò diffundi caritas, per beneficium naturæ superadditum, ita & tunc factum esse credatur? An sonum tantùm verborum & non etiam intelligentiam ad Angelos pertinere Augustinus putauerit? & quomodo dicitur *caritas diffusa per Spiritum sanctum* ad excludendam naturam? Numquid & per naturam diffusa fuerit, si natura secum traxit inuictam accipiendæ illius gratiæ necessitatem? Quid dico accipiendæ? etiam producendæ in semetipsa, quando illa

De Ciuit. lib. 22. cap. 1.

Digitized by Google

cauſa efficiens eſſe ſupponitur illorum actuum vitalium qui ſunt gratia præueniens Et quomodo per ſpiritum *qui datus eſt*; ſi nihil ibi propriè ac per ſe *datum eſt*, nullá-que interuenit peculiaris ratio beneficij ac doni gratuiti, præter illam quæ includitur in creatione naturæ?

Adde id quod paulò ante retulimus *Angelos eſſe Dei filios, non naturâ ſed gratiâ*, Quidni enim dicantur & natura & gratia, ſi gratia nulla dici poteſt niſi ratione naturæ? Imo quidni potius naturâ quàm gratiâ, ſi tota ratio gratuiti, qua gratia conſtituitur primo & per ſe conditioni naturæ conuenit, indéque ad reliqua deriuatur? Adde etiam & quod dicit 13. Confeſſ. vbi diſtinguit actionem quâ creatura intellectualis condita eſt, quam vocat *inchoationem creaturæ ſpiritualis*, per quam habebat *vt ſaltem tenebroſa fluitaret ſimilis abyſſo, Deo diſſimilis*, hoc eſt; per quam habebat vt exiſteret, ſed ſine ſupernaturalibus ornamentis, hanc inquam, actionem ab ea ita diſtinguit, per quam intellectualis creatura hæc accepit ornamenta, vt dicat iſtam fuiſſe illis verbis ſignificatam, *fiat lux & facta eſt lux*, hoc inquit *intelligo de creatura ſpirituali, quia erat iam qualiſcũque vita quam illuminares. ſed ſicut non te promeruerat vt eſſet talis vita, quæ illuminari poſſet; ita nec cum iam eſſet promeruit te vt illuminaretur ..... vt & quod vtcumque viuit, & quod beatè viuit, non deberet niſi gratiæ tuæ.* Et mox ſubiungit. *Quid ergo tibi deeſſet ad bonum quod tu tibi es, etiam ſi iſta vel omnino nulla eſſent vel informia remanerent, quæ non ex indigentia feciſti, ſed ex plenitudine bonitatis tuæ.* Cap. 2. 3. 4.

Quibus in verbis faſcinatos habeat oculos neceſſe eſt qui non videt ita gratuitam reputari ab Auguſtino ſecundam actionem, & lucis illius ſupernaturalis creationem ſuppoſitâ licet ſpirituum exiſtentiâ, ſicut gratuita fuit & indebita ipſius exiſtentiæ creatio. Fò enim tendit quod dicit *ſicut non te promeruerat*, &c. Neque facienda vis eſt in voce *promerendi*, quæ videtur excludere tantùm meritum præuiæ alicuius actionis, non verò natu-

Digitized by Google

ralem exigentiam quâ quiſpiam debitum fiat. Nam & Auguſtinus interdum aliquo modo extendit vocem illam ad huiuſcemodi exigentiam, imò & ad congruitatem ſubiecti cum aliqua forma, & aptitudinem quam habet ad eam recipiendam, vt cum diſtinguit *meritum naturæ bonæ & meritum voluntatis bonæ* Et cum dicit *quod ſicut rationalis natura tanquam meritum eſt præcepti accipiendi : ſic præcepti obſeruatio meritum eſt accipiendæ ſapientiæ*: Et cùm dicit *Neque enim gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrũ lapidibus aut lignis pecoribúſque præſtatur, ſed quia imago Dei eſt, meretur hanc gratiam* Vbi loquitur, vt per ſe patet de natura lapſa, ad quam ſolam pertinet gratia per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum, & ideo non poteſt per illud meritum fundatum in ratione imaginis Dei intelligere aliud quàm maiorem aliquam capacitatem & conuenientiam, quam habet homo, vt huiuſmodi gratiam recipiat quàm habere poſſint ligna & lapides. Sed quidquid ſit de illa ſeu ſtricta ſeu lata vocis *promeruerat* ſignificatione, clarum eſt Auguſtinum hoc vnum intendere, ſuppoſita etiam priori actione per quam creati ſunt Angeli, ſecundam per quam ſunt ad ſtatum ſupernaturalem euecti fuiſſe adhuc voluntariam Deo, liberamque ac gratuitam, & non veluti conſectariam prioris, ac neceſſariam & inſeparabilem appendicem. Quod duobus his argumentis omnino conuincitur.

Lib 2 con. duas Epiſt. Pel.cap.2.

De lib. arbit. lib. 3. cap 24.

4. con.Iul. cap. 3.

Primò, quia Auguſtinus numquam exiſtimauerit ea quæ ita ſunt connexa, veluti diuerſis remporibus & opere repetito fuiſſe producta. Non crediderit Auguſtinus ita debuiſſe primam rerum molitionemà ſcriptura repręſentari, vt vno tempore produceretur ignis & alio diceretur *fiet calidus* : vno tempore fierent aquæ, alio verò diceretur *fiant frigidæ*. Ergo cum ſupponitur ab Auguſtino Angelorum productio inuoluta in illa prima quam Scriptura exhibet cæli & terræ & abyſſi creatione ; additámque deinde actione diſtincta

Digitized by Google

productionem donorum ſupernaturalium, & ſignificatam illis verbis *fiat lux*, ſine dubio putauerit ſeparabiles eſſe actiones has, & ſpiritualem hãc lucem nequaquam conſequi tantâ, aut, vt volunt, etiam maiori neceſſitate Angelorum exiſtentiam, quantâ ſequitur calor ignem, frigus aquam, viſus & auditus hominem &c.

Quod ſecundò conuincitur ex eo quod addit Auguſtinus: *Quid ergo tibi deeſſet ad bonum quod tu tibi es, etiam ſi iſta vel nulla eſſent vel informia remanerent, quæ non ex indigentia feciſti ſed ex plenitudine bonitatis?* Quibus verbis euidenter ſignificat vtrumque Deo perinde facilè, perindéque arbitrarium fuiſſe, & Angelos in ipſorum nihilo improductos ſinere: & productos denegato lumine gratiæ in naturalibus tenebris informes relinquere: vt ideo illos oporteat duplicatũ agnoſcere beneficiũ omnino gratuitũ, in eo quod & *vtcumque viuunt, & beatè viuũt.*

Atque hoc quod de Angelis hic dixit Auguſtinus, de primo homine dixerat in libris de Geneſi ad litteram, vbi duplicem diſtinguit operationem Dei circa hominem, vnam qua *operatus eſt hominem vt homo eſſet* & aliam qua *operatus eſt hominem qui iam homo erat vt pius ſapiẽſque eſſet*, ſicut, inquit: *operatur homo terram, non vt eam faciat eſſe terram, ſed vt cultam atque fructuoſam; ſic Deus hominem multò magis quàm ipſe creauit vt homo ſit, cùm ipſe operatur vt iuſtus ſit, ſi homo ab illo per ſuperbiam non abſcedat.* Et iterum: *Quapropter qua locutione dicitur homo operari terram, quæ iam terra erat, vt ornata atque fœcunda ſit; ea locutione dicitur Deus operari hominem* qui iam *homo erat, vt pius ſapiẽnſque ſit.* Quâ verò locutione dicitur homo terram, quæ iam terra erat, operari? An non ita vt & diſtincta operatio & per ſe ſeorſim voluntaria ac ſeparabilis exprimatur? ergo eodem modo ex Auguſtino Deus hominem iam exiſtentem operatur, vt ſapiens ſit. Et ideo paulò poſt dicit hoc Deum facere *gemino illo opere prouidentiæ*, de quo ſupra locutus erat. Erat autem genuinum illud opus prouidentiæ, alterum naturale,

Lib. 8. cap. 10. 11.

Digitized by Google

alterum voluntarium, & illud quo hominem operatur
Cap. 9. vt homo sit sub priore membro constituit: illud verò quo hominem operatur vt sapiens sit, sub posteriore. Quis ergo dicere iure possit secundam hanc operationem ex mente Augustini & inseparabilem esse à priore, & nullam habere rationem voluntarij ac liberi, nisi quam ab illa participat? hoc nimirum non erit fugere toto cœlo à cogitationibus Augustini? sed vide quid addat. Nimirum ad hoc extendit quod dicit Apostolus de necessitate diuinæ gratiæ, indebitæ inquam & gratuitæ gratiæ de qua tantũ Apostolus loquitur. *Ipsius* enim inquit Augustinus, *figmentũ sumus, nõ tantũ ad hoc vt homines*
Cap. 12. *simus, sed ad hoc vt boni simus. Nam & Apostolus cũ fidelibus ab impietate cõuersis gratiã qua salui facti sumus cõmendaret, gratia enim, inquit, salui facti estis per fidem & hoc non ex vobis, sed donum Dei est, non ex operibus, ne fortè quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operibus mortuis, &c.* Quæ Augustini transitio à statu naturæ integræ, ad statum naturæ lapsæ, manifestè supponit necessitatem indebitæ huius & gratuitæ gratiæ de qua loquitur Apostolus, extendi ad omnem statum: & vel eo ipso requiri hanc gratiam in lapsis, quod Dei figmenta sint quæ superadditam requirũt operationem, hoc est nouum & superadditum beneficium, vt sanctitatem recipiant, vel si deesset illa alia causa quæ petitur ex originaria corruptione. Certissimum igitur est apud Augustinum primi hominis gratiam atque iustitiam distinctum fuisse ac separabile beneficium ab eo quo natura creata est.

Sed iterum Augustinum audient reuintentem ipsos dum clarissimè distinguit cum Catholicis omnibus, quod illi cum Pelagianis confundunt in Epist. 95. ad Innocentium Papam: *Et si enim*, inquit, *quadam non improbanda ratione dicitur gratia Dei qua creati sumus vt non nihil essemus, nec ita essemus aliquid vt cadauer quod non vivit & arbor quæ non sentit, aut pecus quod non intelligit; sed homines*

Digitized by Google

mines, qui & eſſemus & viueremus, & ſentiremus, & intelli- «
geremus, & de hac tanto beneficio creatori noſtro gratias age- «
re debeamus: vnde meritò & iſta gratia dici poteſt, quia non «
præcedentium aliquorum operum meritis, ſed gratuita Dei bo- «
nitate donata eſt; ALIA EST TAMEN, QVA PRÆDESTI- «
NATI VOCAMVR, IVSTIFICAMVR, GLORIFICAMVR, «
vt dicere poßimus, ſi Deus pro nobis quis contra nos ..... DE «
HAC GRATIA QVÆSTIO VERTEBATVR *quando ab ijs quos Pe-* «
lagius grauiter offendebat atque turbabat, dicebatur ei quod eam «
ſuis diſputationibus oppugnaret ..... HANC APOSTOLICA «
DOCTRINA GRATIAM ISTO NOMINE APPELLAT QVA SAL- «
VAMVR, &c. *Illam verò gratiam qua creati ſumus homines,* «
etiam ſi ita appellandam non immerito intelligimus, MIRVM «
EST TAMEN SI ITA APPELLATAM IN VLLIS LEGITIMIS «
PROPHETICIS, EVANGELICIS, APOSTOLICISQVE LI- «
TERIS LEGIMVS. *Cum itaque de hac gratia Chriſtianis fide-* «
libus Catholiciſque notißima illi obiiceretur quæſtio, vt eam «
oppugnare deſineret, &c. Viden' vt propriè dicta Dei «
gratia, à Scripturis ſacris deſignata, Chriſtianis fidelibus & Catholicis nota, quam Pelagius nolebat agnoſcere, pro qua pugnauerit Auguſtinus, diuerſa omnino eſt à gratia creationis, & à donis omnibus quæ gratiam creationis neceſſariò conſequuntur, cuiuſmodi ſunt viuere, ſentire, intelligere? Ergo ſi vera fuit & propriè dicta Dei gratia qua & Angelus & homo fuere ab initio ad ſtatum ſupernaturalem euecti, vt fuiſſe contendunt Baiani, quis non videt debuiſſe igitur diſtinctam eſſe à beneficio creationis? Quis etiam non videt non poſſe diſtingui ſi tanta neceſſitate cum illo beneficio implicatur, vt nullam ſeorſim habeat rationem gratuiti, ſed inſeparabiliter connexa ſit, quemadmodum eſt ipſum ſentire & intelligere quod Auguſtinus confundit cum illa gratia? Atqui Baiani ita connexam implicatámque putant dum ne diuinitus quidem ſeparabilem dicunt; ergo nullo modo admittunt gratiam à S. Auguſtino aſſertam tanquam Angelis & primo homini neceſſariam.

Digitized by Google

ad ſanctitatem & felicitatem comparandam.

Quod autem dicitur de interiore illa gratia déque iuſtitia & caritate, pari ratione dicendum eſt de immortalitate atque alijs id genus beneficijs. Quo enim ſenſu dixerit Auguſtinus, *poſſe non mori præſtabatur Adamo de ligno vitæ, non de conſtitutione naturæ*? an non etiam de conſtitutione naturæ, ſi naturæ conſtitutionem neceſſariò ſequebatur immortalitas donec illa peccaret? Et ideo ſubdit: *Mortalis ergo erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.* Vbi perſpicuè apparet beneficium immortalitatis diſtingui contra beneficium creationis, ita vt ſuperaddita quædam & ſeparabilis gratia ſit. Sed quæ ſit mens Auguſtini ſatis oſtendit, quod in eam rem dicitur, *Si Deus Iſraelitarum veſtibus præſtitit quòd per tot annos non ſunt attritæ, quid mirùm ſi obedienti homini eiuſdem potentia præſtaretur, vt animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quemdam ſtatum quo ſine defectu eſſet annoſum?* Electione videlicet, & gratuita prouidentia procurãdam fuiſſe putat immortalitatem, quemadmodum & veſtium Iſraëlitarum integritatem, non verò impoſſibilitate aliter faciendi.

Lib. 4 cap. vlt. Eodem pertinet quod dicit cõtra Iulianũ. *Quid eſt guſtato cibo prohibito nuditas indicata, niſi peccato nudatum quod gratia contegebat? Gratia quippe Dei magna ibi erat vbi terrenum & animale corpus beſtialem libidinem non habebat. Qui ergo veſtitus gratia non habebat in corpore quod puderet, ſpoliatus gratia ſenſit quod operire deberet.* Quis non videt ab Auguſtino ideo dici *magnam gratiam* illam, quòd valde excederet capacitatem ſubiecti, ideôque dici *terrenum & animale* ſub iectum cui conferebatur, vt intelligeremus non ſolũ nõ fuiſſe rationem aliquam ſeu principium quod exigeret hãc gratiã; quin potius fuiſſe contrariam ac repugnantem diſpoſitionem: quo factum eſt vt ideo *magna* diceretur *gratia*, quod eſſet valdè indebita, ideóque valde gratuita. Quæ cauſa etiam eſt vt hoc beneficium Auguſtinus vocet *indumentum*

De Ciu. lib. 14. cap. 17.

Digitized by Google

gratiæ, quòd gratuito ac ſine vllo ad hoc exigendum titulo tanquam pauperi veſtimentum ad præueniendam eius nuditatem eſſet iniectum. Glorientur quantum volent qui contradicunt, ſibique vnis datum eſſe prædicent noſſe myſteria Theologiæ Auguſtinianæ, numquam, vt opinor, obtinebunt à cordatis Auguſtini lectoribus, vt quod ita deberi putaret hominis naturæ, ſicut debetur pellis naturæ leonis, *indumentum gratiæ* vocauerit.

Confirmatur ex eo quod de Manichæis pronuntiat Auguſtinus, ipſos ita Dei gratiam deſtruere conatos *meritis naturæ bonæ*, quemadmodum deſtruere illam Pelagiani conabantur *meritis voluntatis bonæ*. Quod mox explicat dum ſubiungit. *Illi*, nimirum Manichæi, *dicunt, debet hoc Deus laboribus membrorum ſuorum: iſti dicunt, debet hoc virtutibus ſeruorum ſuorum, vtriſque ergo merces non imputatur ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum.* En vt hîc etiam Auguſtinus ratione debiti excludi putat rationem gratiæ. Cuius autem debiti? nempe illius quod caderet in labores membrorum Dei, non propter voluntariam aliquam bonitatem aut honeſtatem ipſorum laborum, alioqui quod dicebatur debitum laboribus, fuiſſet debitum virtutibus & meritis bonæ volũtatis: & in eo non eſſet differentia quam exprimit Auguſtinus Pelagianos inter & Manichæos; ſed propter dignitatem illã quæ Dei membris qua talibus eorũ opinione cõueniebat, quæ ſunt merita naturæ bonæ ex Auguſtino, in qua bonitate putabant eſſe ius illud, ratione cuius gratia debita eſſet eius laboribus. In ipſa igitur natura ius fundabant, cui reſponderet gratiæ debitum; eáque ratione gratiam tollebant ex Auguſtino, quòd ea cum tali debito ſtare non poſſit. Atqui Baiani eodem prorſus in errore verſantur. Quid enim eſt exigi aliquid à natura eique deberi, eo quòd creata ſit ſine vllo peccato, quod illi aſſerunt; quàm id deberi eius innocentiæ & bonitati; quod volebant Manichæi? atqui hoc Augu-

Lib. 2. cõn. 2. Ep. Pelag. cap. 2.

Digitized by Google

ſtinus eſſe putatcontra propriam rationem gratiæ. Per ſe autem patet vanum eſſe ac ridiculum quod eorum nonnullus cogitauit, deſtrui rationem gratiæ ſi ſupponatur in bonitate naturæ ius quo quippiam debeatur alicui tolerantiæ ſeu patientiæ laborum nullam habenti rationem voluntarij, vel liberi, vel honeſti, non verò ius quo debeatur ipſi naturæ immediatè. Quare enim vnũ potiùs quàm aliud? Et qua veriſimilitudine dici poteſt, tantam eſſe inter hæc duo diſtãtiam, vt alterum Catholicè dicatur, alterum ſit hæreticum? Non eſt, inquit, contra rationem gratiæ quòd ſuppouatur eſſe in innocentia ſeu bonitate naturæ ius ſeu titulus quo gratia illi debita ſit: & eſt contra rationem gratiæ quòd ſupponatur eſſe in bonitate ſeu innocentia naturæ ius quo gratia debeatur paſſiuitati, vt ita dicam, laborum eius, & indebitatæ tolerantiæ nullam habenti rationem meriti in libertate ac virtute fundati? Age quis hæc ſanciuit? quis hos limites ſtatuit Auguſtinum inter & Manichæos? hoc eſt inter Catholicos & hæreticos? Auguſtinus non in eo vim facit quòd quippiam ſit hoc aut illo modo debitum: ſed abſolutè quòd ſit debitum: dum tanquam rem abſurdam infert, ergo merces non imputatur ſecundùm gratiam ſed ſecundùm debitum.

§ V.

Baianorum anguſtiæ ſub hoc argumento laborantium.

ATQVE hæc abundè ſufficiunt ad ſtabiliendam primam rationem qua contendimus Nou-Auguſtinianos dum negant poſſibilitatem ſtatus purè naturalis, deſtruere germanum gratiæ ſupernaturalis conceptum ab Auguſtino expreſſum & traditum. Quod ne quis putet haud ſatis perſpicuè monſtrari potuiſſe, intelligenda eſt ipſorum confeſſio, qua conſtat in extremas

Digitized by Google

vſque anguſtias hoc loco eſſe coactos. Ita enim ordiuntur iſtius difficultatis explicationem. *Quæſtio iſta fateor mole ſua cogitantem premit, ſub qua tanquam incertæ veritatis, quamuis non incertæ difficultatis ſuccumbere, & ignorantiam meam fateri longè ſatiùs putarem, quàm ea quæ in principiis Auguſtini tanquam certa conſtituta ſunt, cum diſcrimine ſubuertendi ſanctiſſimam doctrinam eius inficiari. Quid enim mirum: imò verò quid non maximè conſentaneum, ſi non vniuerſam profunditatem doctrinæ eius & ſublimitatem illius ingenii quod vniuerſas liberales artes ſine magiſtro ſuo marte perdidicit, cui altiſſima illa Theologia, quam omnis poſteritas admiratur, nemine præeunte, mox à baptiſmo cælitus inſpirata eſt, tarditas noſtra conſequatur? Ne tamen nihil dicendo Lectoris expectatio repercuſſa concidat, conjecturas meas Auguſtino innexas candida ſimplicitate proferam, vt ſi non ſeruiant aſſequendæ peritiæ, ſaltem opitulentur pleniùs indagandæ veritati, &c.* Hæc illi, in quibus primùm ego non ſatis capio quid velint dum dicunt, *ſub qua tanquam incertæ veritatis ſatiùs putarem ſuccumbere, quàm inficiari quæ in principijs Auguſtini tanquam certa conſtituta ſunt, cum periculo ſubuertendi ſanctiſſimam illius doctrinam.* Quid, ſi ſuccumberes tanquam ſub incerta veritate, non inficiareris quæ certò vt tute putas in principijs Auguſtini conſtituta ſunt? Non negat certò conſtituta qui fatetur incerta, ſeu incertæ veritatis? & non periclitatur ſubuertere doctrinæ ſanctitatem, qui periclitatur ſubuertere illius veritatem, dum fatetur ignorantiam ſuam tanquam in quæſtione *incertæ veritatis?* Sed fuerit hic tantùm hiatus quidam non ſatis cohærentium cogitationum, & inconſulta ſententiæ aberratio. Hoc ſecundò quæro, quid ſit quod paulò antea dixerunt, hanc eſſe *clariſſimam doctrinam*? ſi clara eſt, annon erit neceſſariò confitendum cæcos habuiſſe propugnatores, qui vbi ventum eſt ad primæ difficultatis dilutionem ancipiti conſultatione tenentur vt ſtatuant, ſatiúſne ſit ignorantiam ſuam profiteri tanquam in incerta ve-

Lib. 1. cap. 15. de ſtatu puræ nat.

Digitized by Google

ritate, an nonnihil dicere ne concidat expectatio lectoris. Clarissima, inquiunt, est doctrina: sed quibus? Oculis, inquiunt, ad Augustini Solem assuetis. Benè habet. Vllíne autem esse vsquam possunt quibus ea lux sit familiarior, quàm iis qui se tota vita fixam in operibus Augustini aciem habuisse fatentur? Illi verò adeò nihil vident in hac doctrina vt ad confessionem ignorantiæ prope adducantur. Qui erunt igitur alij quibus clarissimam esse doctrinam persuadeant? Et quomodo stabit quod Nou-Augustiniani prædicant, Nouum Augustinum his temporibus singulari Dei prouidentia eductum *vt fax veritatis ab Augustino in Ecclesia accensa, & humanæ Philosophiæ nebulis sensim inuoluta restitueretur, & caligines illæ dissiparentur, & S. Augustinus splendori suo redderetur?* Vbi est illa fax? vbi inquam lucet illa fax, quæ Phosphorum ipsum adeò cæcutire finit, vt circa fundamentalem, vt dicunt, doctrinam cõtra Pelagianos & immobilia principia quibus tota doctrina Augustini aduersus Pelagianos & Manichæos incumbit, de confessione ignorantiæ déque succumbendi necessitate deliberet? Ille nebulas resoluit? ille caligines dissipat? qui vbi certius pedem figere debuit & cespitat ipse, & eos cespitare cogit qui ad eius splendorem ingrediuntur?

In exam. propos. excerptarũ pag. 4.

Tertiò, Sed quis non videt quàm improuidè philosophantur, quámque infeliciter Ecclesiæ causam agant isti Pelagianorum debellatores? poterat ne quisquam hæreticis illis vel ad speciem victoriæ oportunius, vel ad excusationem pertinaciæ probabilius, vel ad Catholicorum ignominiam optatius accidere, quam quod tenere videantur prope confitentem aduersarium, vnde liceat ipsis prædicare doctrinam Catholicam ad inuictas difficultates & inexplicabilem contradictionem esse redactam? Itáne verò Augustini authoritate consulitur dum dicitur oppugnantibus Aduersariis nobis quidem insolubiles esse quæ ipsius sententia implicat contrarietates, sed fidem cæcam & obedientiam mentis indiscre-

Digitized by Google

tam esse præstandam; Obtinebunt scilicet à Pelagianis vt sibi oculos effodiant, séque ducendos permittant hominibus ignorantiam suam confitentibus, vt cæci cæcos sequantur?

Quartò, Expendat amabo eruditus Lector quod iam dicam, Difficultatis huius sub qua Nouus Augustinus succumbere videtur, Augustinus antiquus nullam vsquá mentionem fecit. vbi enim? Testimonia proferant, loca indicent, quibus Augustinus dum agit de gratia Angelorum & primi hominis, aut de statu puræ naturæ de quo tam fusè disseruisse illum prædicant, vel per vmbram significauerit aliquando difficultatem esse, naturalis ne an supernaturalis sit illa gratia, & quæ tunc infusa est innocentibus creaturis, & quæ adhuc infundi posset, si Deus talem aliquam crearet sine vllo peccato. Augustinus non solet dissimulare occurrentes passim difficultates dum contra hæreticos disputat, siue Arrianos, siue Manichæos, siue Donatistas, siue Pelagianos: quid igitur est quod istam, quæ capitalis est in doctrina, vt ipsi dicunt, fundamentali, ne verbo quidem vno vnquam attigit? Non illam vidit, sunt igitur illi oculatiores Augustino. Nempe ipsius mirum quàm fuerit hebes atque obtusa mentis acies, dum rem obuiam eámque palpabilem admodum non vidit. Sed nolént, vt opinor, Baiani eius se impudentiæ reos fateri, cuius Molinam ipsi conueniunt vt sibi quippiam patuisse fateantur, quod Augustinum fugerit. Viderit ergo propositam difficultatem, senseritque quàm grauis esset. Quid ergo, dissimulauerit? An potuit hoc permittere vel bona fides quâ monere atque munire debuit eos quos instruebat: vel Doctoris officium quo cauendum fuit ne mutilam tractationem & imperfectam disputationem exponeret?

Neque dicas ideo non soluisse nodum hunc Augustinum, quia non fuerat propositus à Pelagianis. Tum quia ne sic quidem excusaretur is cui non solùm incum-

Digitized by Google

bebat hæreticis respondere, sed confirmare insuper Catholicos, ac tutos reddere ab occurrentibus fortè contrariis rationibus præsertim grauibus. Tum quia etiam in contentionibus Pelagianorum obuius erat necessariò hic scopulus, si fuisset quam dicunt Augustini doctrina. Quando enim dicunt in locis antea citatis, Augustinum contra Pelagianos contendisse supernaturalem fuisse gratiam Angelis in prima creatione atque homini datum; eo ipso fatentur id negasse Pelagianos è contrario affirmantes fuisse tantùm naturalem; itáque existimantes pugnare duas illas rationes naturalis & supernaturalis in huiusmodi gratia; hic igitur Augustini labor, hoc opus erat Pelagianis monstrare, quamuis naturalia forent illa dona vt ipsi volebant, non impedire quominus etiam essent supernaturalia, vt ipse contendebat: coniungi enim ac simul stare rationem illam vtramque rectè posse. Hoc autem quid erat aliud quã difficultatem tractare quæ iam dicitur inexplicabilis? Quid igitur est, quòd Augustinus nec eius grauitatem vsquam indicet; sed neque illam vnquam mouet? Nimirum hæc vna est ratio planissima certissimáque, quia numquam dubitauit quin si obtinerent Pelagiani naturalem fuisse gratiam illam, nullo modo esset supernaturalis: vel si ipse ex aduerso supernaturalem conuinceret, nullo modo stare posset quod volebant Pelagiani esse illam naturalem. Ideóque Augustinus totus fuit in altero destruendo, alteróque adstruendo, omni cura conciliandi vtriusque omnino sepositâ.

Atque hinc liquido constat non esse antiqui Augustini doctrinam illam quæ obiectionem hanc pepetit, sed noui: neque apud illum inuentum vnde nasceretur hæc perplexitas, sed in istius cerebro cusum inque illius arcam importatum, hæc scilicet familiaris est in solum Hvpponense calumnia, quòd spinas & tribulos germinare passim dicitur, quos Iprense tantum producit. Id quod aliis rationibus mox constabit

CAPVT

Digitized by Google

CAPVT V.

Nou-Auguſtiniani quæ ſunt apud S. Auguſtinum dubia pro certis exploratiſque proponunt.

OPPONO igitur ſecundò, Nou-Auguſtinianos dum errorem hunc ſuum de impoſſibilitate ſtatus purè naturalis exponere ac munire conantur, pro certis atque indubitatis ea proponere quæ apud Auguſtinum incerta prorſus & dubia ſunt. Id in primis patet in miſeriis paruulorum hoc eſt in ignorantia, concupiſcentia, infirmitate virium, doloribus, atque aliis id genus incommodis. Quæ cùm aduerſarii, vt antea retulimus, negent poſſe contingere innocenti creaturæ; atque hoc ſtatuant veluti *fundamentalem* quandam *veritatem* ex Auguſtino; conſequenter ſupponunt rem eſſe apud Auguſtinum minimè dubiam, quin non potuerint vllo modo infantes naſci cum his defectibus, ſi nullum præcederet originale peccatum. Hoc autem dico apud Auguſtinum incertum ſaltem eſſe ac dubium, oſtenſurus poſtea eſſe etiam falſum. Ac ne quis id eſſe meum aliquod inuentum putet, vide quid dicat Ludouicus Viues ad librum 3. de Ciu. Cap. 13.

Et hic quærunt quales hominibus si nihil commiſiſſent, nati fuiſſent liberi. Auguſtinus hoc dubium ingeſſit de baptiſmo paruulorum. Alii putant naſcituros fuiſſe pàruos, ſed ſtatim ad perfectam ſtaturam peruenturos. Alii paruulos editum iri in lucem, verum non hac totius corporis imbecillitate, ſed robuſtos ſtatim futuros, & ſicut agnos & pullos gallinaceos videmus confeſtim ingreſſuros ſequuturóſque matrem. Priores illi ſenſu & mente præditos infantes gignunt: hi acceſſura hæc dicunt cum corpore vt nũc videmus.

AVGVSTINVS DVBIVM VT INVENIT ILLIC RELIQVIT.

Reliquiſſe verò conſtat ex libro illo de baptiſmo paruulorum, hoc eſt de peccatorum meritis primo. Vbi conſtat Auguſtinum locum hunc tractare palpando, & Cap. 37.

Digitized by Google

monstrando non tam quid dici debeat, quàm quid possit. Nam cùm quæsiisset dum probabat has infantium miserias effectus esse peccati: *Cur non talis creatus est Adam*, hoc est cum eadem infirmitate, si hæc est necessaria quædam naturæ conditio, & non potiùs pœna peccati? Quia videbat quid possit in ipsum retorqueri, subdit; *Non enim hic agitur de Adam quod pertinet ad corporis quantitatem, quia non parvulus factus est, sed perfecta mole membrorum. Potest enim dici etiam pecora sic creata: nec tamen eorum peccato factum esse, vt ex eis pulli parvuli nascerentur: quod quale sit nunc non quærimus, sed agitur de illius mentis quadam valentia, vsúque rationis, quo præceptum Dei legémque mandati & docilis Adam caperet, & facilè posset custodire, si vellet. Nunc autem homo sic nascitur, vt omnino non possit, propter horrendam ignorantiam atque infirmitatem, non carnis sed mentis, cùm omnes fateamur in parvulo non alterius, sed eiusdem substantiæ cuius in primo homine fuit, hoc est rationalem animam degere. Quamquam etiam ipsa tanta carnis infirmitas, nescio quid quantum arbitror pœnale demonstrat. Mouet enim, si primi homines non peccassent, vtrum essent tales filios habituri, qui nec lingua, nec manibus, nec pedibus vterentur. Nam propter vteri capacitatem fortasse necesse fuerit parvulos nasci, quamuis cum exigua sit pars corporis costa, non tamen parvulam Deus viro cõiugem fecit, quam ædificauit in mulierem: vnde & eius filios poterat omnipotentia Creatoris mox editos grandes protinus facere. Sed vt hoc omittam: poterat certè quod multis etiam pecoribus præstitit, quorum pulli quamuis sint parvuli, neque accedentibus corporis incrementis etiam mente proficiant, quoniam rationalem animam non habent, tamen etiam minutissimi & currunt, & matres agnoscunt: nec sugendis vberibus cura admouetur aliena, sed ea ipsi in maternis corporibus loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato, nec ad incessum pedes idonei: nec manus saltem ad scalpendum habiles, & nisi ope nutrientis admotis labris papillæ vberis ingerantur, nec*

Digitized by Google

vbi ſint ſentiunt, & iuxta ſe iacentibus mammis, magis poſſunt eſurientes flere quam ſugere. Proinde infirmitati mentis congruit hæc omnino infirmitas corporis. "

Quo in loco vides primò Auguſtinum nolle definire an eadem futura fuerit corporis infirmitas in infantibus, ſi Adam non peccaret, quæ certè magna quædam miſeria eſt, vel collectio potiùs multarum miſeriarum: & ideò ſignificat ſe tantùm contendere futuram fuiſſe mentis quandam valentiam, quendámque rationis vſum, quo pellerentur tantæ quantæ cernuntur modò in mentibus infantium tenebræ, quaſi de cætero libe-ram cuique relinqueret opinandi poteſtatem. Vides ſecundò coniiciendo tantum ratiocinari, vel ſupplendam fuiſſe diuinitus ſtaturam, vt factum eſt in Eua, vel augendam virtutem motricem ciúſque organa roboranda, vt hoc poſſent infantes nati quod recentes ab ouo pulli: quo dato tantùm adhuc reſtaret in infante miſeriæ, quantum deeſſet perfectionis debitæ, & cum tempore acquirendæ. Et hoc ipſum quàm trepidè neceſſarium putet, ſatis oſtendit & ipſa ſpecies orationis & quod dicit *quanquam etiam ipſa tanta corporis infirmitas neſcio quid quantum arbitror pœnale deſignat.* Vides tertiò illam mentis valentiam vſumque rationis quem Auguſtinus ſupponit fuiſſe futurum, minimè ſignificare plenitudinem quandam ſcientiæ ac prouidentiæ, ſed initium tantùm quoddam, quo iuuari potuerint infantes ad quærenda neceſſaria & noxia fugienda: & vt id ipſum intelligenter facerent, quod catuli faciunt ex inſtinctu. Nam hoc omnino velle videtur cùm dicit pullos *accedentibus corporis incrementis non proficere mente*, quoniam non habent animam rationalem. Hoc enim eſt dicere habentes animam rationalem ſecundùm naturæ conuenientem quendam ordinem, accedentibus corporis incrementis proficere mente, vt quemadmodum infirmitati mentis congruit infirmitas corporis, ſicut ipſe poſtea dicit, ita profectui corporis, congrueret

profectus mentis, & ambæ illæ partes æquis passibus ad suam perfectionem progrederentur. Atqui hoc dato tantum erat futurum ignorantiæ, ac proinde tantum miseriæ in illis infantibus, quantum restabat scientiæ per ætatis incrementa adipiscendæ. Esto igitur non adeo futuri fuerint miseri, miseri tamen futuri erant innocentes pueri, si quidem hi defectus, vt volunt aduersarij, miseriæ dicendæ sunt. Vides quartò, Augustinum loqui de natis infantibus, cùm putat fuisse illos accepturos hoc augmentum virtutis & cognitionis, minimè vero de infantibus conceptis atque intra vterum clausis, qui tamen etiam illi rationali anima præditi sunt. Hos ergo supponit, & sine peccato futuros fuisse nouem mensium spatio, & cum miserijs omnibus mentis & corporis, quibus inuoluti fuimus omnes in illo carcere. Quo dato, quid supereſt, quo monstrari possit repugnare statum purè naturalem? Vides quintò, Augustinum loqui de futura, si Adamus non peccaret, eius prole: hoc est de sanctissimi parentis ac Deo carissimi sanctissima prole: cui cùm non putet repugnasse quas enumerant miserias, quis neget minus adhuc repugnare si sanctitas illa non supponatur? Hypothesis enim de qua disputamus ab hypothesi Augustini diuersa est, quod hypothesis Augustini positiuam innocentiam inuoluat, nostra negatiuam tantùm, dum quærimus vtrum possit esse creatura rationalis & sine peccato & cum miseriis quas modò patimur. Quis igitur illos audiat, qui ad immobilia Augustini principia, ad fundamentalem fidei veritatem, ad inuictas conclusiones, ad clarissimam, certissimam, fundatissimámque doctrinam pertinere putant quod dicunt, saluâ Dei iustitia prouidentiáque nullam posse innocenti creaturæ contingere miseriam?

Sed vt constet quàm immeritò id dicant, expendere iuuat alium locum ex Ep. 28. ad Hieronymum, quæ est de animæ origine. In qua Augustinus cùm ex multis

Digitized by Google

opinionibus quæ de animæ origine proponebantur eligere illam cuperet, quæ erat etiam Hieronymi, qua putantur ſingulis hominibus ſingulæ à Deo fieri animæ ex anima parentis minimè propagatæ, difficultates, quæ deſiderium ſuſpenderent ipſi proponit, aſſentiri paratus expectatæ ſolutioni, dũmodo ſtaret illud quod Hieronymo quoque cẽrtũ erat, Catholicum dogma de peccato originali, & damnatione puerorum ſine baptiſmi remedio morientium. Suum igitur dubium Auguſtinus ſic proponit iis reiectis quorum erat facilior ipſique peruia ſolutio. *Sed cùm ad pœnas ventum eſt parvulorum,* “ *magnis mihi crede coarctor angustiis: nec quid respondeam* Q *prorſus invenio. Non ſolùm eas pœnas dico quas habet poſt* “ *hanc vitam illa damnatio quò neceſſe eſt trahantur ſi de cor-* “ *pore exierint ſine Chriſtianæ gratiæ Sacramento, ſed eas ipſas* “ *quæ in hac vita dolentibus nobis verſantur ante oculos, quas* “ *enumerare ſi velim, prius tempus quàm exempla deficient.* “ Nempe cùm ſupponatur anima in hac ſententia fieri à Deo & non propagari ex alia peccatrice, videbatur Auguſtino nullum poſſe meritum habere propter quod hæc mala pateretur in corpore, & alia quæ ſubiungit in mente, cum dicit. *De ingeniorum verò diverſitate imò abſurditate quid dicam, &c.* Vnde iteratò poſtulat, *de parvulis autem quid reſpondeamus edisſere, ſi pœnis tantis nulla ſunt in eis puniendæ peccata*: Et, *Doce igitur quid ſentire quid dicere debeamus ut conſtet nobis ratio novarum animarum ſigillatim factarum ſingulis corporibus.* Et quia hanc ipſam difficultatem de pœnis paruulorum tractauerat cùm Dei creatoris bonitatem atque iuſtitiam defenderet contra Manichæos, in libris de libero arbitrio; repræſentat Hieronymo quod tunc dixerat, confeſſus id minimè ſufficere ad plenam huius quæſtionis ſolutionem, his verbis. *Ego quidem non de ingeniis ſed ſaltem de pœnis* “ *parvulorum quas in hac vita patiuntur, dixi aliquid in libris* “ *illis de libero arbitrio, quod quale ſit & cur mihi in iſta quam* “ *habemus immanibus quæſtione non ſufficiat, intimabo, &* “

Digitized by Google

» *eum ipsum de tertio libro locum excerptum his literis inferam.*
» *Nam ita se habet. De cruciatibus autem corporis quibus afflí-*
» *guntur paruuli, quorum pœnæ nulla peccata sunt, si ani-*
» *mæ quibus animantur non priùs quàm ipsi homines esse cœ-*
» *perunt, maior querela & quasi misericors deponi solet ni-*
» mirum à Manichæis, *cùm dicitur, quid mali fecerunt vt*
» *ista paterentur?* Ad eam verò quærelam duo respondet Augustinus, primum id quod est pueris malum esse bo-
» num parentibus, cùm dicit: *Cùm boni aliquid operatur*
» *Deus in emendatione maiorum, cùm parnulorum suorum qui*
» *eis cari sunt doloribus flagellantur; cur ita non fiant, quando*
» *cùm transierint pro non factis erunt in quibus facta sunt: pro-*
» *pter quos autem facta sunt, aut meliores erunt, si temporalibus*
» *incommodis emendati rectius elegerint viuere: aut excusatio-*
» *nem in futuro supplicio non habebunt, si vitæ huius angoribus*
» *ad æternam vitam desiderium conuertere noluerint?*

Addit Augustinus secundò, esse cur putentur illis ipsis paruulis vtiles esse huiusmodi molestiæ his verbis.
» *Quis autem nouit quid paruulis de quorum cruciatibus duritia*
» *maiorum contunditur, aut exercetur fides, aut misericordia*
» *probatur, quis ergo nouit quid paruulis in secreto iudiciorum*
» *suorum bonæ compensationis reseruet Deus?* Sed has solutiones Augustinus sufficere negat ad diluendam propositam quæstionem; secundam verò peculiariter videri sibi falsam significat, & valere tantùm posse in ijs infantibus, *qui pro Christi nomine ac vera religione* tale aliquid patiũtur quale passi sunt innocẽtes martyres, aut si quis contentiosius agere velit, in ijs ad summum *qui Christi sacramẽto iam imbuti* in Mediatoris societatem cooptati sunt, in iis verò qui non accepto baptismo extorres à regno Christi moriuntur, locum habere nullum posse.

Quare autem sufficere neget vtramque illam rationem hanc causam dat: *sed vt omittamus & contemnamus ea quæ*
» *breui tempore patiuntur, nec transacta reuocantur; numquid*
» *similiter contemnere possumus, quòd per vnum hominem mors*
» *& per vnum hominem resurrectio mortuorum &c., ... per*

Digitized by Google

Rom. Imp. Augustus Pontifex Maximus, Tribunitiæ Potestatis, Consul, Pater Patriæ, Julio Cæsari Divi Filio, Pontifici Maximo, Consuli, Imperatori, Augusto, Tiberio Cæsari Divi Augusti Filio, Augusto, Pontifici Maximo, Tribunitiæ Potestatis, Consuli, Imperatori, Augusto, Nepoti, Drusi Germanici Filio, Augusto, Quæstori, Consuli, Designato, Principi Juventutis, Augustæ, Liviæ Drusi Filiæ, Augustæ, Neptis, Divi Augusti Sororis, Augustæ, Antoniæ Drusi Filiæ, Augustæ, Claudiæ Pulchræ, Agrippinæ, Germanici Filiæ, Augustæ, Agrippinæ, Germanici Uxori, Augustæ, Julio Cæsari, Augusti Pontifici Maximo, Consuli, Designato, Principi Juventutis, Tiberio Cæsari, Augusti Pontifici Maximo, Consuli, Designato, Principi Juventutis, Nero Claudio Cæsari, Germanico, Pontifici, Consuli, Designato, Principi Juventutis, Drusi Cæsari, Germanici Filio, Pontifici, Consuli, Designato, Principi Juventutis, Tiberio Claudio Cæsari, Augusto, Germanico, Pontifici Maximo, Tribunitiæ Potestatis, Consuli, Designato, Imperatori, Patri Patriæ, Britannicæ, Octaviæ, Claudii Cæsaris Augusti Germanici Filiæ, Augustæ, Neroni Claudio Cæsari, Augusto, Germanico, Pontifici Maximo, Tribunitiæ Potestatis, Consuli, Designato, Imperatori, Patri Patriæ, Principi Juventutis, Claudiæ

cruciari de temporariis puerorum miseriis Hieronymus ita soluisset, vt diceret hæc mala posse aliam habere causam, quàm originale ipsorum peccatum; nec esse necessarium absolutè loquendo illius argumentum, Augustinus minimè fuit repugnaturus.

Et patet secundò ex eo quòd Augustinus in secunda tantùm ratione quam proposuerat de compensatione à Deo facienda pueris pro illa malorum tolerantia falsitatem inuenit, non in prima quæ petebatur ex bono quod inde in parentes redundare potest. Et quòd hanc quoque insufficientem putat, constat euidenter ideo esse, non quod non videatur sufficere ad excusandam illam temporalem, ac breuem malorum inflictionem; sed quòd non sufficiat ad excusandam damnationem, & perpetuum à Dei regno exilium.

Et patet tertiò Augustinum relinquere liberum, vt quod quisque voluerit sentiat de causa temporalium illarum afflictionum cùm dicit, *sed vt omittamus & contemnamus ea quæ breui tempore patiuntur, nec transacta reuocantur; numquid pariter contemnere possumus, quod per vnum hominem mors &c. huius igitur damnationis causam requiro* &c. En vt totam dubitandi rationem reducit ad inueniendam æternæ illius puerorum damnationis de qua dubitare nefas est, idoneam rationem: qualis nulla apparebat si animæ puerorum essent immunes à peccato. Esse autem videbantur si non haberent illud ab origine sua: nec inde videbantur habere posse, si earum origo esset solus Deus, singulas singulis procreans sine vllo parentum concursu. Hoc est totum Augustini dubium, quo soluto, per eum licet vt sentiat quisque quod volet de causa propter quam temporaliter affliguntur infantes.

De statu puræ nat. lib 2. cap. 29.

Et placuit hanc Augustini sententiam colligere ex Epistola illa 28. ad Hieronymum ex qua Nou-Augustiniani potissimam ad sua somnia venditanda authoritatẽ deriuant, cùm dicunt *ipsum iam senem aduersus Pelagianos*

pura

Digitized by Google

purę naturę architectos dimicantem id quod incautius de paruulis contra Manichæos fuderat emendasse. Aduertisse enim Augustinum *suam hallucinationem, dum significat arctari se & nescire causam earum pœnarum quas infantes patiuntur, nisi sit peccatum originale.* Atque hoc dicũt præfati se *audacius aliquid* loquuturos Et quidem meritò. Insignis enim audaciæ est, expositam veritatem oppugnare: & Augustini dubitantis atque interrogantis & *suam ignorantiam per Hieronymum* auferri petentis anxietates atque angustias sumere pro eiusdem certa definitaque sententia. Est etiam hoc aliud audaciæ argumentum, pugnare secum, & inconstantiam Augustini ea in re confiteri, in qua laudatur alibi constantia. Qui enim hæc dicunt iidem sunt qui *sine vlla fluctuatione confirmãt tanquam dogma per vniuersa latifundia sanctissimæ Augu-* lb. cap.6; *stini doctrinæ sparsum*, QVOD A PRIMORDIIS SVSCEPTÆ CATHOLICÆ RELIGIONIS VSQVE AD EXTREMVM HALITVM DOCVIT, *sub Deo iusto omnipotente ac bono creaturam rationalem nullo modo posse tot tantisque miseriis ex quibus purę naturę status quasi confectus est cruciari, nisi eius culpa mereatur, hanc doctrinam esse basim capitalem cui præcipua pars illius quam aduersus Manichæos Pelagianósque struxit moles incumbit. Quæ si subtrahatur impossibile sit tueri doctrinam contra illas pectes traditam.* Atque hoc intelligi volunt non solum de grauioribus, sed omnino de *qualibuscumque malis* aut miseriis. Augustinum enim *geñeraliter concludere de omnibus malis*, idque *luculentis testimoniis.* At enim quid est quod dicitis, ô corcula animulæque Augustini? *sine fluctuatione hoc semper docuit*, in quo necesse fuit, vt ipsi quidem opinamini, vt emendaret sese? Non præcesserant primordia susceptæ Catholicæ religionis, cùm iam presbyter in Africa scripsit librum tertiũ de libero arbitrio, vbi est illud quod ab eo dicitis *incautius fusum*? Et quid est quod additis? Contra Manichæos disputabat dum illud incautius fudit de miseriis paruulorum: & contra eosdem Manichæos contrarium

Digitized by Google

ſtatuit? Næ Auguſtinus vobis eſt architectus perquàm ineptus, qui dum Manichæos impugnat capitales doctrinæ baſes, idem ponit, idémque incautus deſtruit.

Sed quando aperiunt nobis vniuerſa Doctoris ſancti latifundia, vt videamus apud illũ ſurgentes vbiq; terrarũ capitaleś illas doctr inæ baſes, queis conſtitutũ eſt, Deũ non fore Deum, ſi vel vnam lacrymulam caſus aliquis eliceret innocenti puero: ſi quis defectus intellectui vel voluntati creaturæ rationalis congenitus eſſet, quid dicunt ad id quod inuenimus in libro 11. de Gen. ad lit.
Cap. 42. vbi dum quærit quomodo decipi potuerit Adam, qui iá ſpiritualis erat, ita reſpondet. *An quia hoc credere ipſe non poſſet, propterea mulier addita eſt, quæ parui intellectus eſſet, & adhuc fortaſſe ſecundùm ſenſum carnis, non ſecundùm ſpiritum mentis viueret? .... Fortaßis illa hoc nondum perceperat quod in agnitione Dei & viro regente ac Deo diſpenſante paulatim fuerat perceptura.* Quis dubitat aut eò potius propendet, vt credat Euam fuiſſe parui intellectus, & ambulaſſe adhuc, hoc eſt antequam eſſet peccatum ſecundùm ſensũ carnis, non ſecundùm ſpiritum mentis: nec percepiſſe quæ percepturą erat, viro regente & Deo paulatim diſpenſante; ille certus eſt & tanquam innixus baſi capitali, nullo modo putat vllam ignorantiam, vllum defectum eſſe poſſe in intellectu & voluntate creaturæ rationalis nondum peccatricis? vtrum verò maius malum eſſe putant, an illum defectum, qui fuit cauſa malorum omnium quæ genus humanum inundauerunt, an dolorem vagientis pueri quem fortè faſciæ alicubi durius ſtringunt? Quod ſi ſuſpicatur Auguſtinus innocentem Euam priori malo ſubiectam, qui poſſibilem dixerit immaculati pueri duriuſculè cubantis gemitum; qui caſuram dum fortè dentit lacrymam vnam, certum eſt Auguſtino diem illi dicere ad tribunal æterni iudicii, tanquam immaniſſimi criminis reo, violatæ videlicet diuinæ iuſtitiæ, ereptæque Deo bonitatis infinitæ? O Baiani, ecquis vobis perſuaſit adeò ſtipites eſſe

homines, nemo vt esset qui perturbatæ huiusce Theologæ intestina detegeret dissidia?

Quid etiam dicent ad id quod est in eodem libro de peccantibus Angelis, vbi sic loquitur Augustinus? *Verùm quia longum est, & alium sermonem exigit, eidem tantùm quæstioni deputatum, nunc sufficiat ista complexio. Aut ab initio suæ creationis diabolum à beatitudine, quam si voluisset percepturus erat, impia superbia cecidisse; aut alios esse Angelos inferioris ministerii in hoc mundo, inter quos secundùm quamdam eorum non præsciam beatitudinem vixerat.... sed hoc nullo modo asseri potest: illud mirum si potest.* Perspicuum enim est hîc etiam hærere Augustinum, nec satis constitutum habere quid sit dicendum, fuerintne dæmones ab initio mali, non quidem congenitâ malitiâ, sed spontaneâ & liberâ, libero ipsorum arbitrio cùm primùm fuit, se se ad malum conuertente. Cui autem hoc dubium est, an illi certum esse potest quod tam pugnaciter Baiani contendunt. Esse impossibile vt non sit misera creatura rationalis sine Dei amore, & esse impossibile vt Deus miseram creet. Non posse creaturam rationalem condi sine aliqua beatitudine, hoc est, vel sine perfecta quæ in clara Dei visione consistit, vel sine imperfecta & decoloratiore quæ est via ad perfectam. Et Augustinum qui hæc docet putare se probatam in Ecclesia, exploratam, & insuperabilem veritatem docere & reuera ita esse? Qui dubitat an potuerit coexistere peccatum primæ conditioni creaturæ rationalis, an illi certum esse potest non posse condi nisi beatam? Esse necessarium, vt beata condatur, numquid idem est, ac esse necessarium vt condatur cum impedimento vel cum exclusione peccati? Et hæc fuit insuperabilis veritas quam Augustinus sine fluctuatione semper docuit à primordiis suæ conuersionis? Etiam dum scriberet libros de Genesi ad literam? Quid dico libros de Genesi ad literam? legantur quos scripsit de Ciuitate iam senex & cõtra Pelagianos diu exercitatus, cõpertum

Cap. 26.

Lib. 3. de statu puræ nat. cap. 12. & lib. 2. cap. 3. 4. 5.

Digitized by Google

statim erit, ne tunc quidem illi certum fuisse an potuerit Angelus ab initio suæ creationis peccare, seu, vt ipse loquitur, ex quo creatus est *iustitiam recusare. Cui sententiæ*, inquit, nempe, quod id fieri potuerit, *quisquis acquiescit, non cum illis hæreticis sapit, id est Manichæis, & si quæ aliæ pestes ita sentiunt, quod suam quandam tamquam ex aduerso quodã principio diabolus habeat naturam mali.* Quomodo non cum Manichæis sentiet qui ita sentiet, si verum est illâ sententiâ lædi iustitiam & bonitatem Dei, indéque sequi non bonum, sed malum quemdam Deum creasse dæmones? Argumentatio enim plana est atque perspicua; Deus bonus & iustus non potest non occupare creaturam suam intelligentem dum eam condit vel perfecta vel imperfecta beatitudine quo peccatum excluditur: sed qui creauit dæmones aliter fecit ex hypothesi: Ergo qui creauit dæmones non fuit Deus bonus & iustus: ergo fuit malum aliquod principium. Augustinus, cui vt volunt, maior est certa, potéstne permittere vt quis dubitet de minori, aut potius illi assentiatur, quin videat eum cadere in conclusionem Manichæorum? hinc vero clarè colligitur hos Doctores obtrudere nobis incerta pro certis, & capitales bases erigere iis ex principijs quæ constat ex ipsius confessione Augustinum non nisi in arena descripsisse, delineandi specie magis quàm ædificandi.

Lib. 1. cap. 11.

CAPVT VI.

Plus probare Nou-Augustinianos quàm velit Augustinus.

OPPONO tertiò, Baianos plus probare quàm intendat Augustinus: ac proinde nihil probare. Patet hoc primò. Quia nituntur passim hoc principio, non posse pati diuinam iustitiam in creatura rationali &

Lib. 1. de statu puræ nat cap. 1. & lib. 2. c. 2.

Digitized by Google

nocenti miseriam vllam: proindéque non posse illam condere nisi vel cum perfecta beatitudine, quæ in clara Dei visione consistit, vel cum imperfecta, & vt loquuntur, *decoratiore*, quæ tamen ad perfectam ducit: *Diuinam legem æterna veritate sancitam nullo pacto sinere, vt Deus creaturam sine vlla culpa miseram faciat, hoc enim non esse Domini, sed Tyranni. Ex quo fit vt hoc tam impossibile sit, quàm Deum non esse Deum:* Atque hoc intelligi volunt de quacumque miseria etiam leuissima, quod sæpe inculcandum venit, *Nullam enim pœnam quantumuis exiguam, inferri posse innocenti: & Augustinum non minus leuissimas quam grauissimas pœnas innocentibus infligendas à diuina potestate & æquitate submouere: Neque loqui Augustinum de pœna vt pœna est, sed vt est malum: & velle malum infligi non posse nisi sub ratione pœnæ, seu non posse non esse pœnam: & contendere huiusmodi miserias non posse nisi peccatoribus infligi.* Lib. 3. cap. 21. Lib. 3. cap. 10.

Hæc autem omnia plus probare dico quàm Augustinus velit. Quia ille non negat quin posse miserum fieri, & periclitari de felicitate perdenda, miseria quædam sit, quæ cognoscentem affligit, nescientem autem vel non cogitantem supponit maiore miseria laborare, ob illud incrementum ignorantiæ vel inaduertentiæ. Certè si cui de cætero felici daretur optio, mallétne aliquo interdum leui dolore affici, an in periculo versari perdendæ felicitatis; nemo sanus vnquam dubitauerit, quin illi faciendum idem sit quod faciunt illi qui optimè valent, qui non dubitant satius esse tormina quædam medicatarum potionum interdum pati, quàm periculum adire perdendæ sanitatis. Absolutè igitur loquendo maius malum est illud periculum, maiórque miseria. Et ideo S. Augustinus capere non potest quomodo beati fuerint dæmones ante peccatum, eo quòd non essent de sua in illo statu perseuerantia securi, vt constat ex iis quæ disputat tum in libris de Gen. ad lit. tum in libris de Ciuitate Dei. Censet igitur Augustinus & Lib. 11. cap. 19. Lib. 11 cap. 11. & seq.

Digitized by Google

Angelos & homines cum illa miseria, & quidem magna conditos: ac proinde censet creaturam intellectualem non modo innocentem, sed quòd maius est, sanctam & Deo caram, condi potuisse cum magna quadam miseria. Dixi quod maius est, quia si creaturam intellectualem non habere peccatum, quod est esse innocentem, miseriam excludit necessariò, magis adhuc excludet hoc quod est creaturam intellectualem non solùm non habere peccatum, sed habere insuper sanctitatem & amicitiæ cum Deo atque adoptionis gratiam, vnde maior in ea nascitur dignitas, longè magis excludet.

Neque in eo sibi satis constare aduersarij videntur, dum concedunt condi posse creaturam rationalem cum imperfecta & decoloratiore beatitudine, cùm negari non possit, quin hic defectus miseria quædam sit, siue non sentiatur, quo tempore stupiditas erit, siue sentiatur, quo casu iustissimum erit eius quod deest desiderium. Et quia, vt ipsi volunt, *misera est natura quæ non habet quod amat qualecumque sit*, misera erit creatura rationalis in illa sua imperfecta & decoloratiore beatitudine. Quod si dicant spem futuræ beatitudinis completæ, vel tollere vel compensare miseriam illam quæ est in imperfecta; iam concedunt posse ad tempus & malum aliquod pati, & bono quodam sibi debito priuari creaturam rationalem, dummodo sit spes priuationem illam non fore perpetuam, quod satis erit vt dicamus esse possibilem statum puræ naturæ saltem temporaneum. Atque ex his constat Aduersarios non solùm amplius probare quàm velit Augustinus, sed etiam amplius quàm ipsis expediat.

1 lib. 1. de statu puræ nat. cap. 1.

Quod confirmatur, & patet secundò. Quia dum vim faciunt in innocentia creaturæ seu in carentia peccati, vt inferant, ne leuissimum quidem malum illi posse infligi: & dum contendunt tanquam ex Augustino, nullum malum infligi posse creaturæ rationali, *nisi sub ratione pœnæ*; supponunt omnem rationem infligẽdi

Digitized by Google

malum tali ſubiecto, eſſe peccatum. Hoc enim dico nimium probare, quia probat Deo nullam eſſe rationem infligendi mala baptizatis, contra quàm velit Auguſtinus, qui decretum illud *in ſudore vultus tui, & cum dolore paries*, ante remiſſionem dicit eſſe *ſupplicia peccatorum*: poſt remiſſionem autem, eſſe *certamina exercitationéſque iuſtorum*: & ipſam quoque mortem relictam nobis eſſe poſt remiſſionem, *vt magnus timor eius à proficientibus ſuperetur*. Cenſet igitur Auguſtinus in eiuſmodi malis, ſeparari poſſe rationem pœnæ à ratione mali, poſſéque illa infligi *& non ſub ratione pœnæ*, contra expreſſiſſima Baianorum decreta. De pec. mer. cap. 33. & 34.

Atque hoc ipſi quoque animaduertunt quando tandem fatentur, *tam magna bona eſſe quæ procedunt ex tolerantia malorum, vt meritò contemni debeat, ſi etiam iuſtus aliquid huiuſmodi pœnalium moleſtiarum ſine culpa patiatur*. itáque in afflictione iuſtorum adultorum defendi poſſe Dei iuſtitiam in paruulis autem non poſſe defendi. Itane verò? Quò igitur abiit quod dicebatis malum infligi non poſſe niſi ſub ratione pœnæ? ſeu non poſſe non eſſe pœnã? Ecce iá adulto innocenti malũ infligitur, & pœna non eſt. Atque eò tandem tota reducitur quæſtio, cùm Deus idoneas habeat rationes propter quas innocentem adultum afficiat malis; an aliquas etiam habere poſſit propter quas ſimiliter malis afficiat innocentem puerum. Et Baiani, qui ſcilicet diuinæ ſapientiæ gazas omnes ſigillatim ſcrutati ſunt, nolunt in eius theſauro rationem prorſus vllam reperiri, propter quam innocenti puero dentes dolere poſſint. Atqui Auguſtinus nihilominus repererat, vt ipſi etiam fatentur, & nos antea locum produximus ex tertio de libero arbitrio. Sed inquiunt *incautè* id effuderat, ideóque emendauit in epiſtola ad Hieronymum. Quod etiam falſum eſſe iam monſtratum eſt, quòd ſit luce clarius, Auguſtinum in illa Epiſtola, ſupplere ſolùm quod omiſerat in tertio de libero arbitrio: nec aliud 2. de ſtatu puræ nat. cap. 19.

Digitized by Google

emendare, quàm quod rationem petere videretur puerilium afflictionum ex aliquo fructu quem ipsimet Deo ita dispensante perciperent; quòd hoc tantùm conuenire diceret innocentibus in odium fidei occisis. Rationem verò aliam quæ petebatur ex fructu adultorum qui vel puniuntur vel ad caritatem excercentur in puerorum cruciatibus, nullo vsquam indicio significat non sufficere vt Deus possit temporaliter affligere innocentes. Sed neque primam rationem aliter reiicit, quàm ex eo quod de facto, non verò de possibili credimus. Credimus enim de facto martyrium tantùm prodesse innocentibus. An verò posset Deus instituere, non pro eorum merito, sed pro sua bonitate, vt alia etiam quæ patiuntur, beneficio quodam vel tunc vel sequentibus annis conferendo compensarentur; nihil est vnde inficiari cogamur. Quin potius Augustinus & recta fides ad hoc cogitandum nos manu ducit, argumento à pari vel à simili petito: nimirum à libera illa institutione, qua pueris salutare martyrium est. Tunc igitur & pateretur innocens: & esset inculpata Dei prouidentia, haberemúsque statum puræ naturæ, quod nihil cogeret ad dicendum vel illa beneficia quibus damna puerorum compensarẽtur excessura naturalium bonorum terminos: vel statim dandá, vt non esset tempus aliquod quo rationalis creatura sine illis ac proinde in statu puræ naturæ relinqueretur.

Est enim hoc quoque notandum, ex quo patet Tertiò Baianos nimium probare dum necessarium putant cum creatura rationali & innocenti *concreari* dona supernaturalia quo trahatur extra naturæ puræ terminos, ita vt nullum intercurrat tempus, si enim intercurreret iam esset status puræ naturæ. Hoc autem volunt quando vel *amorem castum* vel *voluntatem ad amandũ robustam* ab initio requirunt: fieri verò robustam putant *per bonam voluntatem*, per quoddam *Dei desiderium & auiditatem*, quæ est *imperfecta caritas*. At hoc dico nimium probare, quia

Lib. 1. de statu puræ nat. cap, 11.

Ib. cap. 19.

quia probat falſum eſſe quod Auguſtinus tanquam verum proponit. Auguſtinus enim eſt qui dum fluctuat inter differentes opiniones de creatione animæ rationalis, & conatur defendere illam quæ docet ſingulas ſingulis hominibus fieri: quia videbatur inde ſequi æquitatem & iuſtitiam à prouidentia violari, quod innocentem animam nulla ſua culpa carni peccatrici permixtam in illa cogeret ignorantia verſari qua merguntur omnes filij hominum initio vitæ ſuæ; ſignificat Auguſtinus ex hoc quidem capite nullam eſſe difficultatem: & dato quòd innoxia eſſet anima, & quòd homo ſecundùm carnem tantùm eſſet Adam non ſecundùm ſpiritum; nullum eſſe tamen incommodum, ſi diceretur in illis primordiorum tenebris ad tempus animas relinqui. Auguſtini verba ſunt. *Quibus reſpondetur; animas quidem corporibus hominum Deum nouas ſigillatim dare, ad hoc vt in carne peccati de originali peccato veniente rectè viuendo carnaléſque concupiſcentias ſub Dei gratia ſubigendo meritum comparent, quo cùm ipſo in melius transferantur tempore reſurrectionis, & in Chriſto in æternum cum Angelis viuãt; ſed neceſſe eſſe cùm membris terrenis atque mortalibus maximéque de peccati carne propagatis miro modo coaptantur, vt ea primitus viuificare, poſtea etiam ætatis acceſſu regere poſſint, tanquam oblivione prægrauentur.* QVÆ SI ESSET QVODAMMODO INDIGESTIBILIS, *Creatori tribueretur. Cum verò paulatim ab huius oblivionis torpore anima reſipiſcens poſſit conuerti ad Deum ſuum, eiúſque miſericordiam & veritatem primò ipſa pietate conuerſionis, deinde ſeruandi præcepti eius perſeuerantia promereri;* QVID EI OBEST ILLO VELVT SOMNO PAVLVLVM SVBMERGI, VNDE PAVLATIM EVIGILANS IN LVCEM INTELLIGENTIÆ PROPTER QVAM RATIONALIS ANIMA FACTA EST, POTEST PER VOLVNTATEM BONAM ELIGERE VITAM BONAM? *Quod quidem non poterit niſi adiuuerit gratia Dei per mediatorem: hoc ſi neglexerit homo, non tantùm ſecundùm carnem; verùm etiam ſecundùm ſpiritum erit Adam.*

De gen. ad lit. lib. 10. cap. 14.

Digitized by Google

Vides quomodo dato quoque quòd homo nondum sit Adam secundùm spiritum, hoc est, quòd eius spiritus seu anima nullum habeat peccatum, esto cum carne peccati coniuncta sit; nihil tamen Augustinus alienum à prouidentia iudicat, si paululum immergatur sommo illo quo tenentur animæ puerorum, donec ad annos rationis perueniant. Censet ergo differri posse dona illa quibus non est indigna creatura rationalis vllo suo peccato. Et valde notandum est quod dicit, tribuendam fore Creatori hanc ignorantiam, *si esset indigestibilis* hoc enim manifestè ostendit ipsum loqui de ignorantia quæ non oriatur ex peccato. Quia si ortum inde haberet, non foret indigestibilis, nec tribueretur Creatori, sed peccatori.

Cap. 22. Idem censet in tertio de libero arbitrio. Vbi dato quod non esset pœnalis ignorantia puerorum, quemadmodum nec ipsa infantia, contendit posse tamen illa aliquo tempore permitti, nimirum vsque ad ætatem
» idoneam disciplinæ. *Quæ si tunc negligatur, iustè*, inquit,
» *in grauiorem quæ tunc pœnalis est ignorantiam difficultatémque præcipitatur.* Interea verò *non propterea malam creauit Deus, quia nondum tanta est quanta vt proficiendo esse*
» *posset accepit: cùm eius exordio perfectiones omnes corporum*
» *longè inferiores sint, quas tamen in suo genere laudabiles esse*
» *iudicat, quisquis de rebus sanctissimè iudicat. Quod ergo*
» *ignorat quid sibi agendum sit, ex eo est quod nondum accepit,*
» *&c.* Et paulò post, *Si enim arboris nouellum & rude vir-*
» *gultum nullo modo rectè sterile dicimus, quamuis aliquot æsta-*
» *tes sine fructibus traiiciat, donec opportuno tempore expromat*
» *feracitatem suam; cur non auctor animæ debita pietate laude-*
» *tur, si ei tale tribuit exordium, vt studendo ac proficiendo ad*
» *frugem sapientiæ iustitiæque perueniat, tantumque illi præsti-*
» *tit dignitatis, vt in eius etiam potestate poneret, si vellet ad beatitudinem tendere.* Vides vt hic quoque manifestè supponit ignorantiam esse posse in creatura rationali, & non esse pœnalem? Vides vt seclusis donis illis seu naturalibus, seu supernaturalibus, vel in ipsa natura nuda

Digitized by Google

ſufficientem inuenit bonitatem propter quam à bono Deo creari poſſit? vides vt non malam putet, etiamſi aliquo tempore nec cognoſcat Deum nec amet? vides demum vt tempus aliquod interponi poſſe ſignificat quo ſit ſicut rude virgultum & nouellum arboris, feracitate nondum adeptâ? An ne igitur Auguſtinianum eſt quod dicunt, caſtum Dei amorem ita debere *concreari* creaturæ rationali, & vel ipſum habeat *vi creationis* vel *robuſtam ſaltem*, ad eum eliciendum voluntatem, *ſufficientiſſima* nimirum *facultate præditam*? An habet alterutrum puer, qui profundâ illâ & nondum pœnali laborat ignorantia? Quid enim eſt illud robur? quæ facultas ſufficientiſſima? Nimirum illa quæ *caritatem imperfectam, bonam voluntatem, Dei deſiderium auiditatémque* inuoluit inuehitque, vt ipſimet confitentur: hæcinæ verò Auguſtinus inſeparabilia putet ab infantibus, quando veluti virgulta & nouellæ arbores tempus feracitatis aliquot æſtatibus expectant? Cap. 11. & & 17. Lib. 1.

Sed indicare iuuat ac tangere alios doctrinæ huiuſmodi næuos. Dum enim dicunt vel caſtum amorem requiri, vel ſaltem robuſtam ad amandum voluntatem & ſufficientiſſimam facultatem; ſignificant hoc ſecundum ſufficere, Deúmque facere ſatis exigentiæ creaturæ rationalis, ſi hanc tantùm facultatem concedat: itáque poſſe contingere vt alterutrum ſit, nimirum vel creatura rationalis innocens & ab initio robuſta & potens tantùm ad eliciendum amorem illum, nondum tamen eliciens: vel creatura rationalis innocens, & ab initio creationis Deum amans amore illo caſto. De illa igitur priore hypotheſi interrogo; Creatura rationalis habens huiuſmodi facultatem ſufficientiſſimam ad eliciendum caſtum amorem, hoc eſt habens caritatem, eſto imperfectam, habens bonam voluntatem, habens Dei deſiderium & auiditatem (ex his enim facultatem illam conflant) & nondum tamen eliciens amorem caſtum, peccat-ne? ſi peccat, quomodo ſtare poteſt hoc peccatũ

Digitized by Google

cum illa bona voluntate, cum illo Dei desiderio & auiditate, cum illa caritate esto imperfecta? Potest ne esse creatura Deum amans, Deum desiderans, Dei auida, & tamen Deum lethaliter offendens? & illius voluntas potest ne dici bona & simul esse maximè mala, vtpote grauissimæ transgressionis ac præuaricationis rea? Deus verò qui tenetur vt dicunt beatam creare, num satisfecerit debito suo, dum tam fragilem fecit, vt priùs fuerit fracta quàm integra? quare non occupauit peccatum qui debebat beatam condere? & quomodo condidit beatam, quam condidit expositam aleæ propriæ mobilitatis in interitum certæ.

Lib. 2. de sta. nat. puræ cap. 2.

Quod si nondum peccat illa creatura, benè habet. Ergo & est misera & sine peccato. Beatitudo enim etiam imperfecta illa & decoloratior non consistit in facultate, sed in vsu & exercitio: & ideo vocatur etiam ab illis *fruitio imperfecta*, imperfectam autem vocant ad distinctionem tantùm illius quæ sequitur claram Dei visionem. Vnde intelligitur semper consistere in actu, non verò in agendi facultate, ergo cum actus ille desit in hypothesi proposita, consequens est vt desit beatitudo. Et quia nullum medium esse volunt, inter hoc quod est creaturam condi beatam, & condi miseram, sequitur hanc quæ quòd Deo non fruatur beata non est, miseram esse. Quod si inculcare pergant, habere potentiam ad fruendum; respondebo hinc tantùm fieri potentiâ solùm esse beatam, actu verò miserã. Stat igitur per ipsos quoque miseria illa quæ cõsistit in carẽtia fruitionis Dei cũ immunitate peccati in creatura rationali.

Lib. 1. de statu puræ nat. cap. 19.

Iterum, si nondum peccat illa creatura: ergo falsum est quod toties supponunt; *non diligere Deum creaturæ rationali intrinsecè malum esse.* Hæc enim creatura non diligit ex hypothesi amore libero, quamuis sit potens ad diligendum; & tamen non peccat. Falsum etiam illud, *inter sapientiam & stultitiam nullum esse medium*: quando adest sapientiæ capacitas, hic enim adest sa-

Digitized by Google

pientiæ capacitas, poſtquam adeſt ſufficientiſſima ad amandum Deum amore caſto facultas: & tamen nec ſtultitia eſt ſi nondum peccat creatura illa non amando: nec ſapientia, quãdo amoremcaſtum omittit cum poſſit elicere. Eſt igitur inter vtrumque medium aliquid.

Interrogo etiam an creatura rationalis in eadem hypotheſi, haberet gratiam adoptionis in ipſo ſui exordio, nec-ne? ſi non haberet, valde miſera eſſet; adoptionis enim & amicitiæ Dei priuatio in creaturà rationali maxima eſt apud ipſas præſertim miſerias. Et tamen hæc miſeria ſine peccato contingeret: eſſet igitur & miſeria ſimul & innocentia, quod ipſi tantopere refugiunt, ſi haberet eiuſmodi gratiam, falſum eſt igitur, quod dicunt *ſanctificationis & adoptionis gratiam eſſe caritatem ſiue caſtum amorem Dei*: cum enim caritas nondum ſit in illa hypotheſi, niſi *imperfecta*; nec caſtus amor niſi in cauſa; ſequitur nondum eſſe ſanctificationis & adoptionis gratiam.

Quòd ſi dicant datam eſſe creaturæ huic facultatem illam ſufficientiſſimam quâ poſſit adoptari & ſanctificari; refundam quod dicunt *non poſſe negari pueris* non modò facultatem ſeu cauſam adoptionis, ſedverò ipſam etiam *adoptionem* filiorum Dei ſi *ſine peccato naſcerentur*. Cum enim nihilo deterior eſſe debeat cuiuſcumque alterius creaturæ rationalis conditio, quàm conditio pueri, ſi puero debeatur adoptio ipſa & non ſolùm eius cauſa, debebitur paritet & alteri cuicumque. Et certè malè ageretur cum eo quem Deus crearet in adulta ætate, ſi beatitudo quæ illi debetur vi creationis, vt dicunt, reduceretur tantùm ad cauſam quandam eius incertam atque fruſtrabilem, ita vt vi creationis libraretur tantùm inter infelicitatem & inter beatitudinem, imminente ad vtramlibet indifferentia: nec quiſquam negare poſſet quin eſſet periculoſiſſimus ille ſtatus, atque adeo infelix, cum ſtatu pueri comparatus. Quare ergo non potius diceretur tali creaturæ vi creationis

lib. cap.12.

Digitized by Google

debita infelicitas, quàm felicitas?

Passim occurrunt apud hos auctores pleræque id genus fluctuantium cogitationum atque inter se concurrentium collisiones, quæ si cui vacaret in vnum omnes colligere, possent facilè in immensam quamdam atque horridam syluam explicari. Verùm illi ad euitandam istius accusationis molestiam consuluere iam pridem ipsi sibi, & Scholasticâ & Philosophicâ methodo reiectis: ac per speciem non nimium tribuendi authoritati Aristotelis, interdicto humanæ ratiocinationis præsidio, quasi cum inermibus & excæcatis hostibus securiùs pugnaturi.

De gen. ad lit. cap. 15.

Addo quartò, illud Augustini: *Quamquam si aliquid Deus imperfectum fecisse diceretur, quod deinde ipse perficeret, quid reprehensionis haberet ista sententia? iure autem displiceret, si id quod ab illo inchoatum esset, ab alio diceretur esse perfectum.* Ex quo manifestè liquet, non esse necessarium vteam perfectionem quæ conuenit alicui naturæ, Deus statim ab initio tribuat. Vnde fit etiam si daremus quod minimè verùm est, dona supernaturalia creaturæ rationali debita esse, non statim sequi non posse illam aliquo tempore iis carere. At ne putet Augustinum intelligendum de creaturis tantùm rationis expertibus, propterea quod de creatione lunæ tractaret cùm hoc dixit, iungi potest quod docet de creatione hominis. *Quod homines producantur vel paruuli in matris vtero, vel in statu iuuenili, positũ esse in beneplacito creatoris, non in conditione creaturæ, cuius voluntas rerum necessitas est.* Vnde colligas ex ipsius mente homines quoque potuisse pro Dei voluntate cum ijs defectibus creari quos patiuntur in matris vtero paruuli.

Ib. lib. 6. cap. 15.

Quid quòd ipsimet aduersarii eodem auctore Augustino tale aliquid confitentur? Ita enim interpretantur quod dictum ab eo est, *animalem adhuc fuisse hominem quando Deus in eum insufflauit spiraculum vitæ, factum autem spiritualem cum in paradiso, hoc est in beata vita constitu-*

Digitized by Google

tus præceptum perfectionis accepit, vt significari putent, *diuersas Dei operationes se mutuo saltem naturæ ordine consequentes, quibus natura condita & gratia infusa sunt.* Non disputo iam quanti esse debeat hoc Augustini testimonium in quo ille fatetur se non assequutum Apostoli mentem, dum quod dictum erat de corpore animali hominis, ipse interpretatus est de homine ipso animali; sed accipio quod dant aduersarij: & quando hinc constare volunt quæ sit mens Augustini: in primis dum dicunt significasse illum fuisse *saltem natura priorem* operationem qua hominis natura condita est, operatione illa qua est infusa gratia; satis innuunt, amplius aliquid iuxta mentem Augustini exigi posse, nimirum fuisse illam operationem priorem ordine temporis. Id quod ego contendo exigi cum ratione, & quidem manifesta. Siquidem Augustinus supponit: per primam operationem qua condita est natura, animalem fuisse hominem, per secundam quæ est infusa gratia, fuisse spiritualem. Qui verò fieri potuit vt eodem instanti temporis & per instantia naturæ diuersa idem homo fuerit spiritualis simul & animalis, quod est subiacuisse contrarijs affectibus? possunt-ne res duæ cuiusmodi sunt duo illi status animalis hominis, & hominis spiritualis, succedere sibi sine reali successione? potest-ne etiam rerum successio seu successio realis cadere in idem instans? Scimus quidem distingui solere pro eodem instanti temporis duo instantia naturæ, in quorum primo aër v. g. sit non lucidus præcisiuè, vt loquuntur, in secundò sit lucidus: & similiter in vno materia sit non habens formam, etiam præcisiuè in alio sit habens formam: at verò vel aërem esse tenebrosum & lucidum reipsa & in eodem instanti temporis per instantia naturæ diuersa, vel materiam reipsa informem & informatam; mysteria sunt quæ non facilè apud alios philosophos explicentur, quàm apud eos qui Aristotelem simul & bonam mentem eiurarunt, hoc autem quod negari non potest im-

Lib singulari de grat. primi hominis cap. 1.

1. Retr. cap. 10.

zed by Google

petrato, si potuit esse condita natura prius tempore quàm esset infusa gratia, nonne manifestum est fuisse puram naturam, & Baianos volentes eò tandem adduci vt cogantur concedere quod negant?

CAPVT VII.

Repugnare Baianos Augustini sententiæ manifestæ de possibilitate medii status inter sapientiam & stultitiam.

Cap. 23. OPPONO quartò perspicua testimonia quibus affirmat Augustinus posse statum quemdam esse medium inter peccatum & gratiam, inter stultitiam & sapientiam. Nam libro 3. de libero arbitrio, dũ disputat cõtra Manichæos qui non recipiunt scripturas in quibus
Cap. 9. narratur originale peccatum, vt ipsemet dixit 1. retract. significat, nec defuturam rationem qua nascerentur paruuli statim morituri, nimirum dato & non concesso quod non sit peccatum originale; nec defuturum statum quemdam medium in die iudicii, inter statum pœnæ & præmii adquem relegarentur: Augustini verba sunt. *Dicunt*, imperiti quidam, *quid opus erat vt nascere-*
» *tur qui antequam iniret vllum vitæ meritum excessit è vita?*
» *Aut qualis in futuro iudicio deputabitur, cui neque inter iustos*
» *locus est, quoniam nihil rectè fecit; neque inter malos, quo-*
» *niã nihil peccauit? Quibus respondetur, ad vniuersitatis cõple-*
» *xum & totius creaturæ vel per locos vel per tẽpora ordinatis-*
» *simam connexionem, non pósse superfluò creari qualemcũque*
» *hominem, vbi foliũ arboris nullũ superfluò creatur, sed sane su-*
» *perfluò quæri de meritis eius qui nihil meruerit. Non enim me-*
» *tuendũ est, ne vita esse potuerit media quædam inter rectè factũ*
» *atque peccatum, & sententia iudicis media esse non possit, in-*
» *ter præmium atque supplicium.* En vt præciso peccatorum originali, quod Manichæi non confitebãtur, tum actuali, cuius adhuc infantes capaces non sunt, Augustinus tamen

Digitized by Google

Auf Grund § 13 Ziffer 2 der Durchführungsverordnung vom 17. Juni 1938 zum Gesetz über die Änderung von Familiennamen und Vornamen vom 5. Januar 1938 (RGBl. I S. 9) wird bestimmt:

1. Juden können nur solche Vornamen führen, die in Verbindung mit dem Familiennamen einen Hinweis auf die jüdische Rasse ergeben.

2. Die Befugnis, einen Vornamen zu führen, der in Verbindung mit dem Familiennamen einen Hinweis auf die jüdische Rasse ergibt, kann Juden nur durch Verleihung eines Namens durch die Aufsichtsbehörde erteilt werden.

3. Die Verleihung eines Namens durch die Aufsichtsbehörde ist nur zulässig, wenn der Jude einen Vornamen führt, der in Verbindung mit dem Familiennamen einen Hinweis auf die jüdische Rasse ergibt, oder wenn ein solcher Vorname nicht vorhanden ist

rum est, quia non habere sapientiàm nondum erat vitium hominis, si nondum vt habere posset, acceperat. En vt perseuerat in eadem solutione, quòd non sit necessarium vel
» stultum vel sapientem factum esse primum hominem,
» sed potuerit medium quendam statum tenere. *sed tamen*, inquit, *hàbebat aliquid quo si bene vti vellet, ad id quod*
» *non valebat ascenderet. Aliud est enim esse rationalem, aliud*
» *esse sapientem. Ratione fit quisque præcepti capax, cui fidem*
» *debet vt id quod præcipitur faciat: sicut autem natura rationis*
» *præceptum capit, sic præcepti obseruatio sapientiam.* Et mox,
» *Ex quo autem incipit homo præcepti esse capax, ex illo incipit*
» *posse peccare. Duobus autem modis peccat antequam fiat sa-*
» *piens, si aut se non accommodet ad accipiendum præceptum;*
» *aut cùm acceperit non obseruet: sapiens autem peccat, si se auer-*
» *terit à sapientia.* Et paucis interpositis, *Quid ergo est vnde*
» *non laudandus sit hominis creator? Bonum est enim aliquod*
» *homo, & melius quàm pecus, ex eo quod est præcepti capax.*
» *Et hoc melius cùm præceptum iam cepit. Rursus hoc melius*
» *cum præcepto paruit. Et his omnibus melius cùm æterno lumi-*
» *ne sapientiæ beatus est. Peccatũ autem malum est in negligentia*
» *vel ad capiendum præceptum, vel ad obseruandum, vel ad cu-*
» *stodiendam contemplationem sapientiæ. Ex quo intelligitur*
» *etiamsi primus homo sapiens factus esset, potuisse tamen sedu-*
ci: hæc Augustinus.

Manifestum verò est primo ipsum in hac disputatione propositam quæstionem soluere duobus modis. Primò, vt iam dixi, negando esse necessarium vt primus homo etiam in ætate iuuenili aut virili creatus, aut sapiens aut stultus fuerit: potuisse siquidem neutrum esse: & si neutrum fuisset, potuisse nihilominus peccare, tum non accommodando se ad præceptum accipiendum, tum præceptum acceptum non seruando. Altera solutio est, esto creatus fuerit homo sapiens, peccare tamen potuisse auertendo se à cõtemplando sapientiæ lumine.

Manifestum est secundò Augustinum ponere illud medium in eo quod est *hominem esse rationalem & præ-*

Digitized by Google

cepti capacem, ad cuius obſeruationem ſequutura deinde ſapientia ſit, quod eſt admittere facultatem, & vſum rationis, vt medium quippiam inter vtrumque ſtatum, ſtultitiæ & ſapientiæ.

Manifeſtum eſt tertiò, in hoc medio ſtatu inueniri ab Auguſtino bonitatem, & quidem maiorem quàm ſit in pecude. Vnde

Manifeſtum eſt quartò, ex Auguſtino cùm pecus ſufficientem habeat bonitatem propter quam bonum & laudandum habere poſſit creatorem: hominem quoque ſub illo medio ſtatu conceptum, ſine ſtultitia, ſine ſapientia, cum pleno rationis vſu & præcepti capacitate, multò magis ſufficientem habere bonitatem ad terminandum creatoris ſui conſilium & operationem: & conſequenter creatorem hominis in eo ſtatu medio quatenus talis eſt, magis laudandum eſſe, quàm creatorem pecudis.

Quæ cum ita ſint Nou-Auguſtiniani tamen pertinaciter negant medium illius hominis ſtatum dici poſſe poſsibilem ſine iniuria Creatoris, hominis, inquã, adulti & ſapientiæ capacis. Nam inter ſapientes & ſtultos medios eſſe infantes non negant, ſed capacium ſapientiæ, nullum eſſe medium prædicant. Nimirum ſicut linea hoc ipſo quòd non eſt recta, curua eſt: & homo hoc ipſo quod non vigilat, dormit: ita hominem rationis capacem, hoc ipſo quod non eſt bonus, malum eſſe, & hoc ipſo quod non eſt ſapiens, eſſe ſtultum. Impoſſibilem igitur eſſe hypotheſim illam vel ipſo auctore Auguſtino primo Retract.cap. 14. Et ita impoſsibilem eſſe, ſicuti eſt impoſsibilis illa Caluini, quâ dicit Deum prædeterminare ad omnia flagitia, quippe cùm inde ſequatur ſcelera omnia materialiter tantùm eſſe ſcelera creaturæ, Dei verò eſſe vera ſcelera & peccata. Eodémque modo eſſe impoſsibilem hypotheſim quam inſinuat Auguſtinus libro 12. de Ciuit. de medio Angelorum ſtatu; quo nec mali crearentur, nec boni, ſed tantùm non boni. Hæc illi.

De ſtatu puræ nat. lib.1 cap, 19.

Cap. 9.

Digitized by Google

Ego verò in primis contendo Augustinum agnouisse possibilitatem illius medij status dum scriberet libros de libero arbitrio. Primò, quia euidens est medium inter duo extrema impossibile, idem esse ac nullum: vnde S. Augustinus respondisset inter sapientiam & stultitiam dari medium quod esset iuxta ipsius sententiam impossibile; idem fuisset ac respondere dari medium quod esset nullum, quæ nugacissima est respondendi ratio & Augustino indignissima. At, inquis, respondebat ex sententia aduersariorum. Minimè verò, inquam, vnde enim constat aduersarios medium hunc statum esse confessos? Et dum vrgent, vel stultus vel sapiens creatus est homo, numquid eo ipso satis ostendunt se nullum medium admittere? Secundò Augustinus in homine habente rationis vsum & præcepti capacitatem sine sapientia & sine stultitia, bonitatem inuenit maiorem quàm in pecude, hoccine autem verum esse potest, si est impossibilis ille homo? An est in chimæra bonitas maior quàm in pecude? Tertiò eundem hominem censet sufficientem habere bonitatem vt creatorem habere Deum possit, & quidem eo nomine laudandum: hoc vero dum dicit an de chimæris loquitur? Potestne Deus creator esse chimæræ? & si esset, num esset laudandus de opere tam præclaro magis quàm de pecude? Quid ergo sapere potest qui putat Augustinum si seriò & verè atque veraciter loquutus est, vt omnino censeri debet, chimæras loquutum cùm hæc scriberet?

At emendauit, inquis, sapientior factus. Vbi nam verò? Nam in capite 9. libri Retractationum, vbi libros de libero arbitrio fusè recenset, nullum omnino verbum est quo videatur improbare possibilitatem huius medii hominis status. In capite, inquies, decimo quarto eiusdem libri, vbi meminit eius quod dixerat de libero arbitrio, & nihilominus negat esse medium inter sapientem & stultum. Expendendus est iste locus, vt de germana S. Doctoris sententia certò constare possit; ita

Digitized by Google

Economic Science in relation to Practice. By A. C. Pigou, Professor of Political Economy in the University of Cambridge. Pp. 32. (Cambridge: at the University Press, 1908.)

Economic Science in relation to Practice. By D. H. Robertson, Fellow of Trinity College, Cambridge. Pp. 32. (Cambridge: at the University Press, 1908.)

These two pamphlets are reprints of inaugural lectures delivered by the two professors in the autumn of 1908. Mr. Pigou's lecture is a plea for the study of economics as a science, and for the application of the results of that study to practical problems. Mr. Robertson's lecture is a plea for the study of economics as a science, and for the application of the results of that study to practical problems. Both lectures are admirable in their way, and both are worthy of the attention of all students of economics. Mr. Pigou's lecture is perhaps the more original of the two, but Mr. Robertson's lecture is the more practical. Both lectures are well worth reading.

„ *sos homines, sed eos quibus inest, quanta inesse homini potest,*
„ *ipsius hominis Deique firmissimè percepta cognitio, atque huic*
„ *cognitioni vita moresque congruentes. Cæteri autem cuius-*
„ *cumque modi artibus inertiisque affecti sint, quolibet victu*
„ *probandi siue improbandi, stultorum in numero deputauerim.*

Quis non videt sapientem ac stultum hic longè aliter accipi, ac in citato loco de libero arbitrio? Ac proinde quis non censet minimè consequi, vt si hic nullum relinquatur medium inter sapientem & stultum, ita neque illic? Quid enim est *nunc sapientes voco quibus inest, quanta inesse potest, ipsius hominis Deique firmissimè percepta cognitio*, nisi nunc sapientes voco Christianos? Et quid est, *non cordatos & ingeniosos homines*: &, *Cæteri autem cuiuscumque modi artibus inertiisque affecti sint, quolibet victu probandi siue improbandi, stultorum in numero deputauerim*, nisi, stultos voco non Christianos? Nec quoscumque non Christianos, sed eos qui non habent Christi cognitionem *quanta homini inesse potest*, hoc est non perfectissimos Christianos, etiamsi aliàs ingenioso, cordati, bene affecti, victúque probandi sint? An ita sumitur sapiens & stultus in libro tertio de libero arbitrio? An quæritur vtrum Adamus creatus fuerit Christianus, an non Christianus? Quis igitur non videt etiam si medium nihil sit inter sapientem & stultum, vt hic sumitur, hoc est in libro de vtilitate credendi, minimè consequi vt nihil quoque sit medium inter sapientem & stultum, vt illic, hoc est in tertio de libero arbitrio sumebatur; ac proinde locum hunc minimè illi esse contrarium?

Atque hoc Augustinus satis significat loco citato cùm dicit. *Nunc*, sapientes aut stultos esse omnes homines dixi, *eos volens intelligi qui iam ratione vtuntur*. Hoc enim est idem ac si diceret, se respicere ad præsentem hominis statum longè diuersum ab eo in quo primus homo creatus est vel creari potuit. Nec refert quod dicit, *inuebar quippe parvulos, &c.* Neque enim ita in-

Digitized by Google

euebatur vt vellet ſolos paruulos medios eſſe inter ſapientes & ſtultos, ſed inſtantiam proponebat ex qua *appareret naturam hominis recipere aliquid medium, vt* antea dictum eſt, vnde vlterius inferri poſſet nihil mali eſſe ſi etiam adultus innocens tali *affectione animatus ſupponeretur, qualem habent qui per negligentiam ſapientia carent*: vt paulò ante retulimus. Reſtat igitur firma ex hoc loco probatio, quod iuxta mentem Auguſtini dari poſſit ſtatus medius hominis, inter ſapientiam quâ dirigitur ad finem ſupernaturalem, & ſtultitiam quâ abeo fine auertitur.

CAPVT VIII.

Baianorum labor & deſperatio in altero Auguſtini teſtimonio exponendo.

§ I.

Auguſtinus numquam retractauit quæ dixerat in 3. de Libero Arbitrio, Laudandum Deum, quamuis ignorantia & difficultas eſſent primordia hominis naturalia.

OPPONO quintò alium Auguſtini locum manifeſtum, dum agit de ignorantia & concupiſcentia. Placitum ſcilicet aduerſariorum eſt naturam humanam, ſi careat ignorantia & concupiſcentia, pertinere iam ad ſtatum gratiæ, nec eſſe puram naturam: ſi non careat, neceſſariò ſupponendum eſſe aliquod peccatum: quòd diuinæ ſapientiæ & æquitati inſuperabiliter repugnet, condere talem creaturam cum tali defectu niſi præcedat peccatum quod hoc meruerit. Vnde ſequitur ſi habeamus ex Auguſtino creari poſſe naturã humanã cũ cõcupiſcentia & ignorantia, nullo ſuppoſita

Digitized by Google

peccato habere nos consequenter ex Augustino statum puræ naturæ esse possibilem. Augustinum igitur audiamus in libro tertio de libero arbitrio, vbi *naturalem* ignorantiam ac difficultatem distinguit contra *pœnalem*,
Cap. 22. & addit, Etiam si *naturalis* esset ignorantia & difficultas quæ nimirum iam *pœnalis* est homini, nihilominus tamen *creatorem* eius fore laudandum. Atque hoc ipsum confirmat 1. Retr. cap. 9. vbi locum illum libri tertij de libero arbitrio recognoscit his verbis *Ad quam miseriam* » *iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quampa-* » *titur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ: nec ab isto malo* » *nisi Dei gratia quisquam liberatur. Quam miseriam Pelagiani* » *nolunt ex iusta damnatione descendere, negantes Originale* » *peccatum,* QVAMVIS IGNORANTIA ET DIFFICVLTAS ETIAM » SI ESSENT HOMINIS PRIMORDIA NATVRALIA, NEC SIC CVL- » PANDVS DEVS SED LAVDANDVS ESSET, *sicut in eodem tertio* » *libro de libero arbitrio disputauimus.* »

De statu puræ nat. lib. 3. cap. 18

Aduersarii fatentur ingenuè grauem esse hanc difficultatem, Dei tamen auxilium ad eam *difflandam* præsto fore sperant, sapientiùs facturi si eiusmodi auxilium quærerent potius ad intelligendã eius vim, vt auctore Augustino errorem deponerent, & Catholicæ doctrinæ sensus proprios submitterent. Sed quid facias ijs hominibus qui cõstitutæ iam sententiæ adeo pertinaciter adhærent, vt quidquid ex Augustini scriptis aduersus eam proferatur *intrepidè dicant verum esse non posse*? Quid; falsum igitur dicendum erit? O præclaros Augustinianæ authoritatis assertores! Ac ne putes vanam fuisse comminationem, en vt iterum confessi difficultatis huius pressuram qua se *magnopere arctari* queruntur impellente *maiori quadam audacia* tanto nisu conantur
Cap. 23. erumpere, vt dicant falsum esse quod Augustinus docuerat in libris de libero arbitrio. Quod ne aliquis putet iniuria dictum in S. Doctorem, contendunt id etiam sensisse ipsummet in Ep. ad Hier. 28. vbi retractauit eaquæ in tertio de libero arbitrio docuerat. Sunt ista paulò diligentius

Digitized by Google

Bankrupt, Provided, That no Bankrupt shall be discharged by virtue of this Act, unless he shall make it appear to the Commissioners, by Oath, or Affirmation, if he be one of the People called Quakers, or by Certificate under the Hands of the Major Part of the Commissioners, that he hath in all things conformed himself according to the true Intent and Meaning of this Act.

IV. And be it further enacted by the Authority aforesaid, That the Commissioners, or the Major Part of them, shall and may, by Warrant under their Hands and Seals, cause the Bankrupt to be apprehended, and his Body committed to Prison, in case he shall not submit himself to the Commissioners, or shall refuse to deliver up his Estate, Effects, and Books of Account, or to be examined upon Oath, touching the Premisses, or any Part thereof, or shall not make a full Discovery of his Estate and Effects, as aforesaid.

V. And be it further enacted by the Authority aforesaid, That the Commissioners, or the Major Part of them, shall and may, by Warrant under their Hands and Seals, cause the Bankrupt to be apprehended, and his Body committed to Prison, in case he shall not submit himself to the Commissioners, or shall refuse to deliver up his Estate, Effects, and Books of Account, or to be examined upon Oath, touching the Premisses, or any Part thereof, or shall not make a full Discovery of his Estate and Effects, as aforesaid.

enim Semipelagiani Augustinum iuniorem & contra
Cap. 11. Manichæos disputantem Augustino seniori & contra ipsos disputanti opponebant, vt constat ex epistola Hilarii: respondet Augustinus repetendo, & quod in libris illis dixerat, & quod in primo Retractationum confirmarat; ac dicendo se non ideo admisisse hypothesim illam *quod ignorantia & difficultas sint hominis primordia naturalia*, quam & Manichæi & Pelagiani ex diuersis principiis admittebant; sed contendisse, etiam si ea admitteretur; non sequi tamen quod Manichæi volebant, non posse bonum esse creatorem hominum huiusmodi malis laborantium. Augustini verba sunt. *Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esset, quæ non definitè interponebam, certa tamen ratione concludere, in omnibus Deum esse laudandum, sine vlla necessitate credendi duas, sicut illi volunt, coæternas boni & mali substantias. Denique in primo Retractationum libro, quod opus meũ nõdum legistis, cùm ad eos libros retractandos venissem, hoc est de libero arbitrio, ita loquutus sum:* Ac relatis inter cætera superioribus verbis, *Quamuis ignorantia & difficultas*, &c subiũgit, *hæc dixi in primo libro Retractationum, cùm retractarem libros de libero arbitrio.* Et mox. *Quamuis ergo in libro tertio de libero arbitrio ita de paruulis disputauerim, vt etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nascitur, primordia non supplicia esse naturæ, vincerentur tamen Manichæi, qui volunt duas boni scilicet & mali coæternas esse naturas; numquid ideo fides in dubium vocanda seu deserenda est, quam contra ipsos Pelagianos Catholica defendit Ecclesia, quæ asserit originale esse peccatum, cuius reatus generatione contractus regeneratione soluendus est?* En vt Augustinus hoc etiam loco asserit se *certa ratione* concludere potuisse contra Manichæos, non ideo non esse Deum laudandum, si ignorantia, & difficultas primordia essent naturalia. En vt affirmare pergit etiam si hoc daretur, quod reuera dandum non est, vincendos tamen Manichæos. En vt dicit se hoc asse-

Digitized by Google

ruiſſe diſputantem *de paruulis*: hoc verò quid aliud eſt quàm aſſerere conditionalem iſtam de paruulis intellectam, *ſi ignorantia & difficultas primordia eſſent naturæ*, vt volebant tum Manichæi, tum Pelagiani, *nihilominus tamen laudandus eſſet talis naturæ creator*, eſſe veram?

Hic autem Baiani ea ſolum quæ Auguſtinus *incautius fuderat*, contra Manichæos diſputans in libris de libero arbitrio, ſenem aduerſus Pelagianos dimicantem emendaſſe prædicant: eſſe enim prima poſtremis *contraria*, & proinde falſa. Et huic ſolutioni non obeſſe verba illa primi Retract. quæ retulimus, *quamuis ignorantia & difficultas, &c.* Deus immortalis! quæ dicit in primo Retractationum atque etiam in libro de Bono perſeuerantiæ, non ſunt illa ipſa quæ dixerat in tertio de Libero arbitrio? Non hoc fatetur Auguſtinus ipſe? Non manifeſtè conſtat ex vtriuſque ſententiæ collatione? Illa igitur falſa ſunt, iſta non ſunt? Illa emendauit, iſta probauit? *Incautus* erat, cùm illa funderet, ſapiebat cùm iſta inculcaret? Iunior erat proferens ea quæ ſenior cõfirmauit? Dicebat illa tantùm contra Manichæos diſputans, quæ aperijt impugnans Pelagianos? Et hoc eſt ſeriò colere Auguſtinum? hoc venerari ſanctiſſimam eius doctrinam, exhibere illum primò errantem in tertio de Libero arbitrio: ſecundò emendatum in Epiſtola ad Hieronymum, tertiò relapſum in primo Retractationum, atque in errore finaliter perſeuerantem in libro de Bono perſeuerantiæ? Nam vt Epiſtola ad Hieronymum poſterior ſit tertio libro de Libero arbitrio; non eſt vnde probẽt poſteriorem etiam eſſe libro primo Retractationum, vt cogitari poſſit Auguſtinus in ea emendaſſe quod etiam in iſto dixerat. Siquidem Auguſtinus in primo Retractationum citat librum nouiſſimum de Ciuitate Dei hoc eſt 22. Et in Epiſtola 102. ait ſe & Epiſtolam de origine animæ ad Hieronymum dediſſe, & habere præ manibus libros de Ciuitate, quorum quinque tantùm iam ſcripſerat: Scripta igitur erat ad Hie-

De ſtatu purę nat. lib.3.cap.19.

Ib. cap.20.

Cap. 17.

Digitized by Google

ronymum Epistola, nondum absolutis libris de Ciuitate Dei, ac proinde nondum scripto primo libro Retractationum, quo citatur qui est de Ciuitate Dei vigesimus secundus & vltimus. Constat etiam libros quatuor contra duas Epistolas Pelagianorum posteriores esse Epistola ad Hieronymum, vtpote qui sint scripti ad Bonifacium Papam successorem Innocentij, sub quo mortuum esse Hieronymum testatur Baronius anno 414. Et iterum constat libris illis posteriorem esse primum Retractationum cuius cap. 23. citantur. Manifestum igitur est hunc esse posteriorem Epistola ad Hieronymum, Quî ergo fieri potuit vt in primo Retractationum renouaret errorem quem in tertio de libero arbitrio incautè prolatum in Epistola ad Hieronymum emendauerat? Quomodo iterum illum inculcauit in libro de Bono perseuerantiæ, quem etiam scribit post libros Retractationum? Et audent legitimam, ab eius iuuentute excusationem eorum petere quæ constat ætate iam cadente ab eo confirmata?

Sed quid quæso sibi volunt Baiani cùm dicunt illi solutioni quâ respondent Augustinum emẽdasse quod dixerat in libris de Libero arbitrio, *non abesse* quæ dicit in primo Retractationũ? Quomodo enim non obsunt, aut quomodo non ostendunt inanem esse solutionem illam? Dicite, inquam, ô Non-Augustiniani, verba illa primi Retractationum. *Quamuis ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus*, recipiúntne idoneam aliquam interpretationem, quâ non sit necesse concedere Augustinum errasse necne? si non recipiunt; errauit igitur Augustinus iudicio vestro & iuuenis & senex: & contra Manichæos scribens & contra Pelagianos: & ante & post Epistolam ad Hieronymum vsque ad finem vitæ: nec iam à seipso emendari potest, quippe qui sibi superstes esse nequeat; sed est emendandus à vobis, Generalibus si superis placet, non Philosophorum modò,

lb. cap. 20.

Digitized by Google

non Scholaſticorum, non Patrum cæterorum, non Cõciliorum, non denique Eccleſiæ vniuerſæ, ſed quod felix fauſtumque ſiet, ipſius etiam Auguſtini Reformatoribus. Si recipiunt, idoneam aliquam interpretationem, quare non adhibetis illam ipſam ad libros de libero arbitrio? videte enim quid verbis illis attexat Auguſtinus, *ſicut in eodem libro tertio diſputauimus.* Ecce quod hîc dicit teſtatur hoc ipſum eſſe quod ibi dixerat: & iſtud benignam admittit interpretationem: poteſt igitur & illud admittere: ergo & ſuperflua eſt illa Auguſtiniani lapſus confeſſio: & quia ſuperflua eſt, conſequenter eſt iniurioſa Doctori ſancto: &, cùm aliis omnibus, tum potiſſimum affectatis adoratoribus Theologiæ Hipponenſis indigniſſima.

§ II.

Auguſtinus in Epiſtola ad Hieronymum, vel non attentè lectus à Baianis, vel non intellectus.

SECVNDO. Quando ſuæ illius *audaciæ* in Auguſtino damnando innocentiam tuentur ex eiuſdem Epiſtola ad Hieronymum, rogatum velim eruditum Lectorem vt eam legat: & promitto vel vnicâ inſpectione facilè intellecturum, oculos illis trigeſies ſexies, quoties videlicet ſe illam Epiſtolam, vt & cætera quæ ſunt contra Pelagianos legiſſe iactitant, meridie caligaſſe: Hæc enim quatuor ex attenta eius lectione certò conſtant. Primum eſt, nullum eſſe verbum quo Auguſtinus ſignificet illam conditionalem ex libro tertio de libero arbitrio deſumptam, *ſi ignorantia & difficultas eſſet naturalis, Deus tamen laudandus eſſet*, ſibi non probari, aut eſſe falſam. Secundum eſt, Auguſtino duas tantùm rationes quas propoſuerat ad ſaluandam in miſerijs paruulorum diuinam iuſtitiam, non videri ſufficientes. Illarum prima petitur ex fructu vel ex damno in adultos quibus paruuli curæ ſunt redundante. Secunda petitur

Digitized by Google

fructu quem fortè inde ipsimet paruuli occultâ quadam Dei compensatione percipiunt. Tertium est hanc tantùm secundam rationem videri Augustino assumere aliquid dubium, aut etiam falsum, non verò primam. Quartum est non ideo non videri sufficientes duas hasce rationes, quòd non valeant ad excusandas paruulorum miserias temporales; sed quia nihil prosunt ad excusandam æternam illam damnationis ipsorum miseriam, de qua fides Catholica nullam esse patitur dubitationem. Augustini enim manifesta sunc hæc verba. *Sed vt omittamus, & contemnamus ea quæ breui tempore patiuntur, nec transacta reuocantur; numquid similiter contemnere possumus quòd per vnum hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum? sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur ..... Ac per hoc quisquis nobis dixerit quenquam in resurrectione mortuorum viuificari posse nisi in Christo, tanquam pestis communis fidei detestandus est. Item quisquis dixerit quòd in Christo viuificabuntur etiam paruuli qui sine sacramenti eius participatione de vita exeunt, hic profecto & contra Apostolicam prædicationem venit & totam condemnat Ecclesiam ... huius igitur damnationis in paruulos causam require.* En quid potissimùm quærat Augustinus. Non itaque illum cruciarent miseriæ paruulorum si tempore finirentur, sed quod afflictiones breuis illius temporis quo viuere sinuntur excipiat æterna damnatio si sine baptismo discesserint, hoc illud est cuius causam inquirit, quámque inueniri posse negat sine aliquo ipsorum peccato. Nec enim hic locum habet, quod dixerat, prodesse adultis quod paruuli patiuntur. Quid enim illis prodesse potest, quod damnantur? Sed nec alia ratio quæ videbatur esse *quasi firmamentum sententiæ* quam volebat eligere, petita ex occulta compẽsatione per interna beneficia paruulis collata, iam valet. Esto enim valeat in martyribus innocentibus, quid valere potest in iis qui naturali morte præuenti post istius vitæ cruciatus æternam in-

altera damnationem inueniunt? hoc enim vrget Auguſtinus cùm dicit, *Nunc autem cum iſta quæſtio non poſſit* » *abſolui, niſi etiam de his paruulis reſpondeatur qui poſt grauiſ-* « *ſimos cruciatus ſine ſacramẽto Chriſtianæ ſocietatis exſpirant,* « *&c.* hæc eſt igitur Auguſtini anxietas, non verò in inue- « nienda breuium tantum miſeriarum cauſa: propterea- « que ſcitè dixit, *ſed vt omittamus & contemnamus ea quæ* « *breui tempore patiuntur, nec tranſacta reuocantur, &c.* «

Atque hoc manifeſtè confirmatur ex eo quod paulò ante, dum recenſet pleraque alia dubia quæ putat per ſeipſe poſſe ſoluere non expectato Hieronymi adiutorio, ponit hoc etiam de præcoci morte paruulorum. Cùm enim præmiſiſſet. *Ea verò quæ dicuntur alia contra hanc opinionem, facilè puto me poſſe refellere*; pergit deinde « *Nam quod dicitur, quare fecit animas eis quos nouit cito mo-* « *rituros? poſſumus reſpondere parentum hinc peccata vel con-* « *uinci vel flagellari. Poſſumus etiam rectè illius modera-* « *tioni iſta relinquere quem ſcimus omnibus temporaliter tran-* « *ſeuntibus rebus, vbi ſunt etiam animalium ortus & obi-* « *tus, curſum ornatiſſimum atque ordinatiſſimum dare: ſed nos* « *iſta ſentire non poſſe, quæ ſi ſentiremus, delectatione ineffabili* « *mulceremur. Non enim fruſtra per Prophetam qui hæc diuini-* « *tus inſpirata didicerat dictũ eſt qui profert numerosè ſæculum,* « *vnde Muſica, id eſt ſcientia benè modulandi ad admonitionem* « *magnæ rei etiam mortalibus rationales habentibus animas Dei* « *largitate conceſſa eſt. Vnde ſi homo faciendi carminis artifex* « *nouit quas quibus moras vocibus tribuat, vt illud quod cani-* « *tur decedentibus ac ſuccedentibus ſonis pulcherrimè currat ac* « *tranſeat; quantò magis Deus, cuius ſapientia per quam fecit* « *omnia longè omnibus artibus præferenda eſt, nulla in naturis* « *naſcentibus & occidentibus temporum ſpatia, quæ tanquam* « *ſyllabæ ac verba ad particulas huius ſæculi pertinent, in hoc* « *labentium rerum tanquam mirabili cantico, vel breuius vel* « *productius quàm modulatio præcognita & præfinita depoſcit,* « *præterire permittit? .....hæc & alia quæ poſſum ſicut poſſum* « *dico aduerſus eos qui hanc opinionem qua creduntur animæ* « *ſicut illa vna ſingulis fieri, labefactare conantur, ſed cum ad* «

Digitized by Google

» *pœnas ventum est parvulorum, &c.*

» Perspicuum est Augustinum hoc loco, id est in Epi-
» stola 28. ad Hieronymum, putare se aliunde quàm ex proprio paruulorum peccato causam idoneam petere posse, cur tam citò moriantur. Nempe vel ex parentum peccatis, vel etiam ex rationibus Deo nobis, cuius prouidentiâ sic quorundam incommoda cum aliorum bonis temperantur, vt inde resultet talis quædam harmonia qualem Pythagoræi ex inæquali atque contraria cælestium orbium conuersione componi dicebant: nec referre quòd à nobis non percipiatur. id enim tribuendum esse imperitiæ nostræ ac veluti cuidam animorum surditati. Quòd si secluso peccato inuenit Augustinus idoneam properatæ mortis paruulorum causam; falsum igitur quod Baiani tam pertinaciter obtendunt, tanquam præcipuum quoddam Augustinianæ Theologiæ fundamentum, *non mori* vnum ex ijs esse quæ sine illius qui moritur peccato contingere nequit. Falsum quod eidem Augustino tribuunt, *tantas afflictiones quantas parvulos in hac mortalitate pati cernimus, conciliari etiam non posse si natura vel initio pura, vel etiam parentibus licet peccantibus in posteris tamen quoquo modo expers iniquitatis nasci poneretur.* Quod dicunt *perspicuum* esse, cùm contrarium iam in Augustino perspicuè monstratum sit, falsum quod vel minimos dolores ab innocentibus paruulis insuperabili neceſſitate arcendos putant. Dicant enim amabo, vtrum illis videatur difficilius mori paruulum innocentem, an illi dolere ventrem? Quod si causam non deesse putat Augustinus cur primum fiat; negauerit vllam esse posse cur secundum contingeret? Manifestum igitur est id quod dicit Augustinus *cruciari se* dum rationes prouidentiæ scrutatur *quando ventum est ad pœnas parvulorum, non solùm eas quas habet post hanc vitam eorum damnatio, sed eas ipsas quæ in hac vita dolentibus nobis versantur ante oculos,* si pœnas materialiter sumpsit pro malis, non cogitasse pœnas

De statu purænat. cap. 5.7. Ex lib. 3.ca 7. 11.

Ib. cap. 7

Digitized by Google

pœnas huius vitæ ſeorſim. Abſurdiſſimum enim eſſet hoc ſcrupulo cruciari, qui paulò ante longe difficiliorem ſorbuerat de præcipiti eorundem morte; ſed huiuſmodi pœnas ſumpſiſſe prout continuò cum morte ac damnatione coniunguntur. Atque hæc dicit Auguſtinus non in libris de Libero arbitrio, non iuuenis, nondum cum Manichæis congreſſus in diem ſcribit, præſentique ſeruit tempori, nihil admodum proſpiciens quid olim difficultatis parient contra Pelagianos, quæ modo contra Manichæos incautè funduntur, vt volunt qui ſe in eius verba iuraſſe ſimulant; ſed iam ſenex dum poſtrema reddit oracula, ſed aduerſus Pelagianos dimicans, ſed in Epiſtola ad Hieronymum, vbi ſuas, vt dicunt, *hallucinationes aduertit.* Lib.3. cap. 19. de ſtatu puræ nat.

§ III.

Baiani quàm infeliciter explicent Auguſtini locum ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordijs.

TERTIO videndum tandem quid dicant ad locum illum ex primo Retractationum, quem iterum retractatum dicere non poſſunt. Et ſupponimus quod dant, difficultatem vrgere potiſſimùm in paruulis. Nam quod poſſit Deus creare hominem in ætate adulta cum ignorantia & difficultate alijſque huius vitæ miſeriis, quamuis nullum habeat peccatum, dummodo non deſint auxilia queis poſsit ex illis malis colligere aliquod bonum, aduerſarij tandem fatentur, ſiue illud cum aliis eorum cogitationibus conſentiat, ſiue non, quod ego nunc non examino. At verò in paruulis qui huiuſmodi malis merguntur, cùm nec ipſi ſint idonei ad aliquem fructum inde percipiendum in hac vita, nec poſt mortem vlla fiat eorum compenſatio ſi moriantur ſine Sacramento Baptiſmi; hoc eſt quod ipſis ad intelligendum impoſsibile videtur. Et tamen de paruulis iſtis Auguſti- Ib. cap. 18. 19.

Digitized by Google

nus loquutus est in primo Retract. vt ex dictis patet. Quid igitur faciemus? & quomodo interpretabimur conditionalem illam: *Quamuis ignorantia & difficultas primordia essent naturalia, nec sic culpandus sed laudandus esset Deus?*

Ad tria capita reduci possunt quæ hîc respondent. Primò dicunt Augustinum non supponere statum puerorum purè naturalem: quia loquitur iuxta vnam aliquam ex quatuor sententiis quas de animarum incarnatione distinxit: nempe quòd vel propagetur anima filii ex anima parentis: vel fiant singulis singulæ in carne peccati: vel extra huiusmodi carnem productæ ad eam informandam sponte ipsæ veniant: vel certè ad illam à Deo mittantur: supponere igitur Augustinum peccatum aliquod, vel in ipsa puerorum anima si propagetur ex anima parentum: vel in ipsis parentibus, qui propterea carnem peccati subministrent animæ deforis aduenturæ. Atque ita hypothesis Augustini est, quòd ignorantia & difficultas sint primordia naturalia *in aliqua quatuor illarum de animæ incarnatione sententiarum:* quâ hypothesi datâ, censet *inculpabilem manere substantiam Creatoris:* vnde nihil inferri potest pro statu puræ naturæ qui peccatum excludit: hoc primum

Cap. 10. lib.

Dicunt præterea Augustinum non significare *Deum iustum fore si paruuli sine culpa tanta mala paterentur: sed significare Deum etiam illo casu posito in peccatis creaturæ suæ culpari non posse*: Et ideo quotiescumque disputationis illius susceptæ contra Manichæos meminit, *numquam dicere se sufficienter defendisse iustitiam Dei in illarum inflictione pœnarum: sed vicisse Manichæos, qui tam detestabilis de diuinæ substantiæ genti tenebrarum permixtæ violatione ac pollutione delirabant:* semper igitur supponi hypothesim illam & consequenter statum purè naturalem repugnare diuinæ iustitiæ. Et ideo

Addunt tertiò Augustinum ex falsa hypothesi Manichæos confutasse, quàm aliis plurimis locis *non modò*

Digitized by Google

falsam, sed etiam impossibilem professus est, quatenus toties instanter docuit diuinæ iustitiæ esse contrarium, id quod Iulianus totáque hæresis Pelagiana statuebat, grauissimo videlicet miseriarum iugo parvulos sine vllo peccati merito velut in puræ naturæ statu premi. Item Augustinum, *ex hypothesi ad hominem Manichæos refellere. Sed vtrum talis hypothesis ex alijs capitibus siue diuinæ iustitiæ, siue prouidentiæ, siue aliis sit possibilis vel impossibilis, aliam esse quæstionem postea contra Pelagianos liquidissimè definitam.*

Hæ solutiones & inter se, & cum Augustino, & cum veritate manifestissimè pugnant. Et primò quòd dicunt Augustinum intelligere primordia naturalia in aliqua illarum quatuor de animæ incarnatione sententiarum, non modò falsum, sed ridiculum etiam est: Quod idem sit ac Augustinum supponere primordia naturalia quæ non sint primordia naturalia. Quomodo enim dici potest primordium naturale quod peccato ad naturam accedente superuenit? An auderent qui hæc fingunt peccatum ipsum etiam originale quod ex priore parentum peccato procedit, numerare inter primordia naturalia? Non distingunt ipsimet in prole *quod procedit ex opere Dei & quod ex vitio peccatoris*? Non dicunt defectus illos qui supponunt parentum peccata, *siue culpa proles careat, siue polluta sit, non procedere ex opere Dei*? An igitur admittent primordia naturalia quæ non sint opus Dei? Et quia quæ sunt primordia naturalia per primam naturæ institutionem fieri debent, an alium præter Deum agnoscere volent primum naturæ institutorem? Non est manifestum Augustinum contra Manichæos primordia naturalia distinguere contra peccata: atque vt tueatur iustitiam Creatoris negare peccatum esse primordium naturale, ne cogatur illud tribuere Deo tanquam auctori? Non contendit ille perpetuò bonum esse quidquid in creatura Deus primitus instituit? ipsam verò benè institutam libero arbitrio vitium accersere degenerantem à prima institutione? Non est mani- Ib. cap. 18.

festum apud Augustinum peccatum esse corruptionem quandam boni à Deo conditi? Non est etiam manifestum implicare contradictionem vt corruptio sit primordium naturale eius quod corrumpitur? Quis ergo sanus cogitare potest vitium aut peccatum esse primordium naturale naturæ cui inest? Quod si est quid secundarium & posteriùs adueniens, quomodo non erit etiam secundarium & posterius quicquid vitium ipsum
Cap. 18. supponit? Manifesta sunt Augustini verba, in 3. de Libero arbitrio quæ referuntur etiam in primo Retract. Non
Cap. 7. esse malum nisi dum homo *recedit ab eo quod naturaliter factus est*. Et, *Malum non esse naturale* si respiciamus pri-
Ib. cap. 10. mã naturæ institutionem: Ideóque *naturam laudari dum vituperatur eius vitium* quod vitio innuatur naturæ integritas: Corruptionem esse maximè *nomen vitii*: nec *vsitatè* dici corruptionem, nisi cùm quid vitio corrumpitur,
De lib. arb. lib. 3. cap. 14 15. & solam *corruptionem vitiosam* esse vituperandam, vt sit indubitatum, si ignorantia & difficultas quæ maximè in pueris apparent, vel proprium vel alienum peccatum supponant, nullo modo iuxta phrasim Augustini dici posse primordia naturalia: ac proinde cùm ille dicit ex suppositione quod essent primordia naturalia laudandum Deum, suppositionem illam excludete tum proprium tum alienum peccatum: & consequenter non loqui ipsum iuxta vnam aliquam ex illis quatuor de animarum incarnatione sententiis, quæ omnes vel proprium vel alienum peccatum apertè supponunt.

Atque hoc quoque perspicuum facit ipsa oratiõnis Augustinianæ series, & cogitationum commissura. Disputat enim in libris de Libero arbitrio cõtra Manichæos, qui ex defectibus creaturæ rationalis, illis præsertim qui pueris insunt, vt est ignorantia & difficultas, inferebant malum esse Creatorem. Augustinus vt hoc reiiciat negat hos defectus adhæsisse hominibus in eo statu in quo sunt à Deo conditi, vel ex eo quòd Deus in eis fecit: sed ex eo quòd ipsi Dei factura addiderunt. Pec-

Digitized by Google

Jonquay-vives (Antoine-François-Félix-Théodore), né à Paris le 19 mars 1790, mort à Paris le 31 août 1865, fut d'abord employé dans l'administration des finances, puis devint, en 1830, chef de bureau au ministère de l'intérieur, et, en 1832, sous-préfet de Saint-Denis. Il fut révoqué de ce dernier emploi en 1834, pour avoir refusé de signer un arrêté qui interdisait les réunions publiques. Il se consacra alors à la littérature, et fut, pendant quelques années, rédacteur du journal *le Commerce*. Il a publié un grand nombre de romans, de nouvelles et de pièces de théâtre, dont quelques-unes ont été représentées avec succès. Nous citerons parmi ses romans : *Mémoires d'un Bourgeois de Paris* (1833, 6 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de rien* (1834, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de peine* (1835, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bien* (1836, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de cœur* (1837, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de lettres* (1838, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de plaisir* (1839, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de loi* (1840, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne compagnie* (1841, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne maison* (1842, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne foi* (1843, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1844, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne humeur* (1845, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne mine* (1846, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne chère* (1847, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne fortune* (1848, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne grâce* (1849, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne tenue* (1850, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne réputation* (1851, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne renommée* (1852, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne santé* (1853, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne vie* (1854, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1855, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1856, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1857, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1858, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1859, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1860, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1861, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1862, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1863, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1864, 4 vol. in-8°) ; *Mémoires d'un Homme de bonne volonté* (1865, 4 vol. in-8°).

1 Retract. cap. 14. patet id quod est in cap. 20. *conuenientissimum & ordinatissimum apparere, vt malum meritum Adami fiat natura filiorum ex illo genitorum*, ita interpretandum iuxta ipsũmet Augustinum, vt natura ibi metaphoricè sumatur quòd *nullum malum* propriè loquendo apud ipsum *naturale* dici possit. Præterea Baianis concilianda erunt quæ paulò ante dicebant nullo modo conciliari posse, diuinam iustitiam & paruulorum afflictiones, si natura *vel ab initio pura nasceretur, vel parentibus licet peccantibus ipsa tamen quoquo modo* supponeretur *expers iniquitatis.* hoc enim idem est, ac non sufficere peccatum parentum, vt excusari possit inflictio malorum quæ patiuntur paruuli. Quod quo modo cohærebit cum eo quod iam dicunt Augustinum Dei prouidentiã excusare in eorumdem malorum inflictione ex hypothesi alicuius ex illis quatuor opinionibus, iuxta quas constat vel peccatum habere paruulos vel certè ab habentibus peccatum effe natos? hoc enim idem est ac fateri sufficere alterutrum ad excusandam prouidentiam, nempe vel proprium vel alienum peccatum, &, quod vel paruuli peccatores sint vel ex peccatoribus nati.

Cap. 1, Sed quia versamur modò in expositione illius loci qui desumptus est ex primo Retr. lubet integrum apponere vt hoc ipsum quod iam dicebam manifestiùs appareat. Ita verò habet *Ad quam miseriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ: nec ab isto malo nisi Dei gratia quisquam liberatur. Quam miseriam Pelagiani nolunt ex iusta damnatione descendere negantes originale peccatum. Quamuis ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia; nec sic culpandus Deus, sed laudandus esset, vt in eodem tertio libro disputauimus.* Hîc vides primò Augustinum asserere ignorantiam & difficultatem ex damnatione iusta procedere, atque ita esse attributum naturæ damnatæ. Et quia damnatio vel tollit aliquod bonum quod prius erat in natura: vel addit aliquod

Digitized by Google

Copyright, 1875, by Thomas Goode Jones.

AN ACT to provide for the Publication of the Code of Alabama, and to repeal certain Acts therein mentioned.

SECTION 1. Be it enacted by the General Assembly of Alabama, That the Code of Alabama, prepared by the Commissioners appointed under the Act approved February 16th, 1872, entitled "An Act to provide for the appointment of Commissioners to revise the Statutes of Alabama, and to repeal certain Acts therein mentioned," be published by the Secretary of State, in such manner as he may deem best, and that he shall have the power to contract for the publication of the same, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 2. Be it further enacted, That the Code of Alabama, when published, shall be the only authentic publication of the Statutes of Alabama, and that the Courts of this State shall take judicial notice of the same.

SEC. 3. Be it further enacted, That the Code of Alabama, when published, shall be in force from and after the first day of January, 1876, and that all Acts of a general character, passed prior to the first day of January, 1876, and not contained in the Code of Alabama, shall be repealed from and after the first day of January, 1876.

SEC. 4. Be it further enacted, That the Code of Alabama shall be published in two volumes, and that the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the same, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 5. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 6. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 7. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 8. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 9. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 10. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 11. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 12. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 13. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 14. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 15. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 16. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 17. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 18. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 19. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 20. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 21. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 22. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 23. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 24. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 25. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 26. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 27. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 28. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 29. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 30. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 31. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 32. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 33. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 34. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 35. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 36. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 37. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 38. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 39. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 40. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 41. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 42. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 43. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 44. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 45. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 46. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 47. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 48. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 49. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

SEC. 50. Be it further enacted, That the Secretary of State shall have the power to contract for the publication of the Code of Alabama, and to sell the copyright thereof, upon such terms as he may deem best for the interest of the State.

tur ad Hieronymum scribens cupere se vnum aliquem ex quatuor modis eligere, secundùm quem deinde philosophetur: hypothesis verò ex qua hic loquitur, est hypothesis quam permittit tantum, re ipsa verò negat. Hic loquitur ex hypothesi sententiæ Pelagianorum, quos Nou-Augustiniani vocant *puræ naturæ architectos* & quibus attribuunt quòd dicerent *parvulos premi iugo illo miseriarum sine vllo peccati merito, velut in puræ naturæ statu.* Eamdémque necesse est fuisse Manichæorum hypothesim, si verum est quod dicunt Augustinum contra Pelagianos disputantem ostendisse impossibilem esse hypothesim ex qua refutarat Manichæos. Quod si est ita, quomodo potest Augustinus loqui de ignorantia & difficultate iuxta hypothesim alicuius ex quatuor illis modis, cùm nec Manichæi, nec Pelagiani illos admitterent, sed de homine loquerentur velut in statu puræ naturæ? Audi quid dicat in lib. de Bono perseu. *Quamuis ergo in libro tertio de libero arbitrio ita de parvulis disputauerim, vt etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem sine quibus nullus homo nascitur, primordia non supplicia esse naturæ, vincerentur tamen Manichæi, &c.* Hæc dicit Augustinus, qui de Manichæis paulò ante testatus est illos Scripturas negare, quibus constat mala ista ex damnatione prouenire, quod ipsum de Pelagianis testatus est con. Iul. cùm dicit *Non vis enim vllam pœnam pro alienis quenquam subire peccatis, ne hinc fiat credibile etiam contagia peccatorum in nascentes ex gignentibus posse transire.* Quid hic facient Baiani ne se comprehensos fateantur?

Lib. 3. de statu puræ nat. cap. 19.

Ib. cap. 20.

Cap. 11.

Lib. 3. cap. 5.

Denique hypothesis quòd ignorantia & difficultas naturæ conueniant consequenter ad vnum aliquem ex illis quatuor modis incarnationis animæ, non est impossibilis. Quia, vt dixit Augustinus ad Hieronymum scribens, profitetur se velle vnum aliquem ex illis eligere, si possit: nec erat adeo absurdus vt conaretur eligere aliquid impossibile. Atqui Nou-Augustiniani dicunt

Augustinum

Auguſtinum loqui ex hypotheſi impoſſibili, vt iam oſtẽſum eſt: non loquitur ergo ex hypotheſi quòd ignorantia & difficultas naturæ conueniant iuxta vnum aliquem ex illis quatuor modis: & Baiani ſecum apertè pugnant. Reſtat ergo euidenti demonſtratione confectum, Auguſtinum loqui ex hypotheſi quòd ignorantia & difficultas eſſent appendices naturæ puræ nullũ ſupponentis peccatum: ac velle datâ hypotheſi, Deum tamen eſſe laudandum, non culpandum, contra quàm Baiani velint, qui ruere putãt ipſius iuſtitiam & æquitatem ſi miſeria illa contingat innocẽtibus pueris. Et ideo

Quod dicunt ſecundò Auguſtinum non ſignificare loco citato *Deum iuſtum fore* ſi paruuli ſine cauſa tanta mala paterentur, ſed ſignificare Deum etiam illo caſu poſito *culpari non poſſe*. Item non ſignificare ſe *ſufficienter Dei iuſtitiam defendiſſe*, ſed tantùm *ſe viciſſe Manichæos*: nec ego capio, Amice Lector, nec ipſe vt opinor capere vnquam poteris. Quid enim, ſi non defendit ſufficienter iuſtitiam Dei, nonne conſequens eſt, vt ſuſpicionem iniuſtitiæ reliquerit? Et Manichæos vicit qui copiam illis fecit Deũ iniuſtũ cogitandi? Manichæos vicit qui non negauit Deũ eſſe crudelem atque in diſpẽſandis malis quæ hominibus accidunt iniquum? O Baiani quid hoc prodigij eſt, *non ſignificauit Auguſtinus Deum iuſtum fore, ſed tantùm culpari non poſſe*? fieri poteſt, vt inculpabilis ſit Deus, neque tamen ſit iuſtus? Quid? Iuſtitiæ defectus apud vos non numeratur inter culpas? Tyranni ſi confiteantur, falsò dicant *mea culpa*? Sed & Auguſtinus non ſolùm dicit Deum *non eſſe culpandum*, ſed etiam *eſſe laudandum*: An ergo videtur vobis laudandus iniuſtus Deus? Num vobis quoque, quod Cyprianus quondam Ethnicis exprobrabat, fient religioſa flagitia, quando non negatis *iniuſtam* prouidentiam *inculpabilem eſſe atque laudandam*? Quis hic non clamet, *ô veritas*! Quis etiam non addat, ô viginti duos annos apud Auguſtinum fruſtra conſumptos? Hoccine enim

est tam diuturnæ operæ pretium? Ego verò mirari iam desino, quid causæ fuerit cur Nou-Augustiniani tantam in Scholasticos animi nauseam paterentur, tanótque illos fastu despuerent, cùm dicebant eos neque Deum, neque creaturas, neque virtutem, neque vitium: neque gratiam, neque naturam: neque nouum, neque vetus testamentum intelligere; denique nihil scire, quod erit illis commune cum bestiis. Quid aliud expectandum fuit ab ijs qui tam præclarè de Deo, de virtute, de vitio philosophantur, vt laudis materiam inueniant in eo quod Deus iniustè facit: nec culpandum putent qui tyrannus sit. Sed si mihi detur optio vtros sequi malim, nemo mihi iure succenseat, si eligam inter illas bestias numerari potiùs quàm inter istos sapientes, qui hæc mysteria non priùs audita continuo viginti duorũ annorũ labore ex Augustini ruderibus eruerunt.

Restat quod tertio loco respondent, Augustinum loqui ex hypothesi ad hominem: quam ipse non modo falsam, verum etiam impossibilem postea demonstrauit, dum Pelagianos oppugnaret. Bene habet. Loquitur ergo Augustinus ex hypothesi quam postea contra Pelagianos ostẽdit esse impossibilem, & illa quam cõtra Pelagianos ostẽdit esse impossibilem est hypothesis puræ naturæ, vt ipsi fatentur: ergo loquitur ex hypothesi puræ naturæ, non autem naturæ damnatæ vt antea volebant. Atqui dicit ex hypothesi de qua loquitur, Deum non esse culpandum, sed laudandum: ergo iuxta doctrinam Augustini, ex hypothesi puræ naturæ Deus non culpandus sed laudandus est.

Iam videamus vtrum existimet illam hypothesim esse impossibilem. Et primò Baiani fatẽtur non esse impossibilem statum puræ naturæ, hoc est naturæ sine peccato & sine donis naturalibus conditæ cum difficultatibus & incommodis ignorantiæ & concupiscentiæ, & id genus aliis, ex defectu potentiæ diuinæ, quasi verò non sit in Deo sufficiens vis ad hunc effectum producendum: sed ex repugnantia bonitatis & æquitatis, quæ non pa-

Digitized by Google

citur creaturam rationalem à Deo fieri & innocentem & miseram: Dicunt enim, *Quamuis quarumlibet miseriarum inflictio non superet potestatem Dei, nec excedat dominium eius, æquitatem tamen incorruptam iudicis cohibere potestatem Domini. Dei nimirum sanctitatem ignorantiæ, concupiscentiæ malitiæque concreatione necessario pollui, iustitiam innocentium afflictione violari.* Ergo si quis tollat ex illa hypothesi sequelam *iniquitatis* illius, & *pollutionis*, qua diuina sanctitas inquinaretur, ille tollit omnem impossibilitatis causam. Atqui Augustinus huiusmodi sequelam funditus tollit negatione culpabilitatis, & affirmatione laudabilitatis diuinæ prouidentiæ, cum dicit datâ hypothesi *non culpandum sed laudandum fore Deum*: Ergo Augustinus tollit causam impossibilitatis: ergo remanet apud Augustinum hypothesis illa possibilis: ergo vel est falsum quod illi dicunt Augustinum probare hypothesim puræ naturæ impossibilem esse: vel fatendum esse ipsummet sibi contrarium, hodie negantem quod heri affirmauerat etiam dum disputat contra solos Pelagianos. Nam quod allatum est ex primo Retractationum posterius est omnibus ferè libris contra Pelagianos scriptis, exceptis fortè libris de prædestinatione Sanctorum, & de Bono perseuerantiæ.

De statu puræ nat. lib.3 cap. 21. 22.

Sed est quod hoc loco de fide Nou-Augustinianorum atque candore conqueramur, qui perpetuò supponunt Augustinum dixisse tantùm ex hypothesi puræ naturæ Deum non culpandum, sed potiùs laudandum *in peccatis creaturæ*. Est enim euidentissimum Augustinum non dicere Deum esse laudandum in peccatis tantum creaturæ, sed in ipsis etiam miseriis *ignorantiæ & difficultatis*. sine alio ad peccatum respectu. Clarissima sunt Augustini verba. *Quamuis ergo in libro tertio de Libero Arbitrio ita de paruulis disputauerim, vt etiamsi verum esset, quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & dificultatem sine quibus nullus hominum nascitur primordia non supplicia esse naturæ, vincerentur tamen Manichæi.* De paruulis loquitur qui

Digitized by Google

per ætatem nondum peccare possunt, vt concludere queat Deum esse laudandum in eorum peccatis: ergo laudandum precisè vult in eorum inflictione malorum.

Neque hoc ipsum quod hic Baiani obtendunt cùm dicunt ex Augustino in hypothesi iam dicta laudandum Deum in peccatis creaturæ, constare potest. *Quia*, inquiunt, *si peccat creatura laudemus Creatorem, quia non peccat nisi dum ab instituto sui Creatoris abscedit: si verò non peccat, laudemus Creatorem, quia nihil præter creatoris instituta committit.* Et hac bella ratiocinatione victos ab Augustino Manichæos volunt, sed apud imperitos tantum auditores ac stupidos; si enim aliquid sapiunt & ingenij scintillam reliquam habent, statim intelligent, si vera sunt ea quæ Baiani dicunt, Augustinum teneri nec posse nisi reuocatâ sententiâ expedire se Manichæorum ex cassibus. Atque vt hoc fiat manifestum, age vnum aliquem è discipulis Fausti, vel Felicis, vel Fortunati spectaculi causa huc aduocemus cum Augustino pugnaturum. Nolo procedere illum aliis telis instructum quàm quæ sumpserit ex armamentario Baianorum: & omitto quod statim obiicere potest, hiatum quemdam & absurditatem sententiæ, cùm dicunt *siue peccet creatura, siue non peccet, Creatorem semper in peccatis creaturæ laudandum esse.* Quomodo enim laudabitur in peccatis creaturæ, si creatura non peccet? sed hoc omitto. Alia sunt ex doctrina Baianorum desumpta quæ Manichæus intorqueat.

Et primò, hypothesis ab Augustino data, qua non obstante contendit Creatorem esse laudandum, est hypothesis puræ naturæ, quæ insertam habeat ex sua institutione concupiscentiam & ignorantiam: atqui concupiscentia illa, vt Baiani dicunt, talis esset in natura pura qualis est modò in natura lapsa, haberétque similiter coniunctam *carentiam indifferentiæ & peccandi necessitatem perpetuam*: Ergo Creator talem naturam instituens induceret perpetuam peccandi necessitatem, quo non

2. de statu puræ nat. cap. 10.

Digitized by Google

Ἐν τῇ ἀρχαίᾳ Ἀλεξανδρείᾳ ὑπῆρχε τὸ περίφημον Μουσεῖον, ἐν τῷ ὁποίῳ ἐδίδασκον οἱ μεγάλοι φιλόσοφοι καὶ ἐπιστήμονες τῆς ἐποχῆς. Ἐκεῖ ἐσπούδαζον χιλιάδες νέων ἀπὸ ὅλον τὸν κόσμον. Ἡ βιβλιοθήκη τοῦ Μουσείου περιεῖχε πλέον τῶν ἑπτακοσίων χιλιάδων βιβλίων καὶ ἀποτελοῦσε τὸν μεγαλύτερον θησαυρὸν γνώσεως τῆς ἀρχαιότητος. Ὁ Εὐκλείδης, ὁ Ἀρχιμήδης καὶ ὁ Ἐρατοσθένης ἐδίδαξαν ἢ ἐδημιούργησαν ἐκεῖ τὰ ἔργα των.

Ἡ ἱστορία τοῦ Μουσείου καὶ τῆς βιβλιοθήκης εἶναι ἀντικείμενον ἐντατικῆς μελέτης ἀπὸ τὸν δέκατον ὄγδοον αἰῶνα. Ἀρκετοὶ ἱστορικοὶ ἔχουν ἀσχοληθῆ μὲ τὸ ζήτημα τῆς καταστροφῆς τῆς βιβλιοθήκης καὶ τὰ αἴτια αὐτῆς. Ἡ παράδοσις ἀποδίδει τὴν καταστροφὴν εἰς τὸν Ἰούλιον Καίσαρα κατὰ τὸν πόλεμον τοῦ 48 π.Χ., ἀλλὰ σύγχρονοι ἐρευνηταὶ ὑποστηρίζουν ὅτι ἡ βιβλιοθήκη ἐπέζησε μέχρι τὸν τέταρτον αἰῶνα μ.Χ.

Ἡ ἀνασκαφὴ τῆς περιοχῆς ἄρχισε τὸ 1892 ὑπὸ τὴν διεύθυνσιν τοῦ Γάλλου ἀρχαιολόγου Ἀντουάν Ἀδάμ. Ἀπεκαλύφθησαν τμήματα τοῦ ἀρχαίου τείχους, ἐρείπια κτιρίων καὶ πλῆθος κεραμικῶν ἀντικειμένων. Ἀπὸ τὸ 1990 ἡ ἀνασκαφὴ συνεχίζεται ὑπὸ τὴν αἰγίδα τοῦ Ἑλληνικοῦ Ἱδρύματος Ἀρχαιολογικῶν Ἐρευνῶν, τὸ ὁποῖον ἔχει ἀποκαλύψει σημαντικὰ εὑρήματα.

Ἡ σύγχρονος Ἀλεξάνδρεια διατηρεῖ τὸ ὄνομα καὶ τὸ πνεῦμα τῆς ἀρχαίας πόλεως. Τὸ νέον Πανεπιστήμιον ἱδρύθη τὸ 1938 καὶ ἔχει σήμερον πλέον τῶν τριάκοντα χιλιάδων φοιτητῶν. Ἡ νέα βιβλιοθήκη, ἡ ὁποία ἐγκαινιάσθη τὸ 2002, ἔχει χωρητικότητα ἑπτὰ ἑκατομμυρίων βιβλίων καὶ στεγάζεται εἰς κτίριον σχεδιασθὲν ὑπὸ τοῦ Νορβηγοῦ ἀρχιτέκτονος Χάνς Χόλλεϊν.

nisi *irreligiosa* aduersus Deum & *blasphema opinione* defendi potest. Augustinus ergo dicet eâ datâ *Laudemus Creatorem*, quãdo nimirũ sequitur esse potius *blasphemãdum*?

Sextò. Qui creat *tam magnum malum, tam fœdum, tam detestandum, veræque iustitiæ inimicum vt hoc solo quod inest naturæ rationali non possit eam non damnationis ream constituere, & ad mortis æternæ pœnas trahere*, est vt opinor malus creator: sed qui creat naturam puram cum primordiis concupiscentiæ, creat illud malum, vt Baiani putant; Ergo est malus Creator. Et tamen hoc dato dicet Augustinus, *Laudemus Creatorem*?

Ib. cap. 21.

Septimò hypothesis inuoluens *malam libidinem spiritui contrariam, peccandi auidam, hostem honestatis, virtutis inimicam, pudendam etiam impudentibus*, infert necessariò malum auctorem: Sed hæc est hypothesis puræ naturæ insertam habentis concupiscentiam tanquam primordium naturale. Concupiscentia enim *non minus repugnat rationi in pura natura, neque est minus malum minusque pudendum quàm in lapsa: ex illo verò pudore & ex illa confusione tanquam insuperabili ratione arguitur malitia*: vt dicunt: Ergo hypothesis puræ naturæ insertam habentis concupiscentiam tanquam primordium naturale infert necessariò malũ Auctorem. At ille Auctor non est alius quàm talis naturæ Creator. Ergo hic malus est. Et de hoc tamen dicet Augustinus, *Laudemus Creatorem*?

Octauo, ratio quare *non possit infundi à Deo malus habitus*, eadem probat non posse à Deo infundi aliquod extribus, nempe *fœdissimam illam & pudendam concupiscentiam, profundissimam iuris naturalis ignorantiam, & malitiam voluntatis* vt dicunt Baiani. Sed ratio cur non possit infundi à Deo malus habitus ea potissimum est, quia Deus non tantùm non posset laudari in peccatis creaturæ, quin potius posset vituperari ob connexionem quam habet malus habitus cum malo actu: Ergo eadem ratio id ipsum probabit de tribus illis vt pote quæ *affectum habent* sicut habitus malus, & magis quàm habitus

Lib. 3. cap. 22.

Digitized by Google

eius illustratione liberaretur à tenebris Semipelagianismi, diémque antiquæ fidei tandem respiceret, vbi comam posuerat cũ hæc scriberet ? Et quid hoc est, contendere hypothesim aliquam esse impossibilem creatori, quia mala & peccata, vel inuoluit, vel trahit in ipsum refundenda: & simul asserere, si daretur hypothesis, Creatorem tamen in peccatis creaturæ laudandum esse?

Ex his ergo modò liquet quid sit responsurus Manichæus ad præclarum illud dilemma, vel peccat creatura in data hypothesi, vel non peccat &c. Dicet enim, peccat per te ipsum, quare enim diceres inuolui eâ hypothesi *peccandi necessitatem* ? Quare habere arctam cum peccato connexionem ? Quare malam esse? Quare concupiscentiam quæ inesse supponitur, esse peccandi auidam & nihil aliud suscitantem nisi peccandi desideria ? Quare pudendam vel impudentibus ? Quare iustitiæ inimicum, & virtuti contrarium. Quare constituentem necessariò creaturam rationalem damnationis ream? Quare trahere ad pœnas æternæ mortis? Peccat igitur in illa hypothesi creatura, peccat, & ex sententia tua peccat. Iam dicis. *Laudemus Creatorem, quia non peccat nisi dum ab eius instituto recedit.* Quin imò vituperemus Creatorem, quia peccata illa materialiter tantùm sunt peccata creaturæ, vera autem Creatoris peccata & scelera. Quia in ipsum veluti per canalem redeunt. Quia eius sanctitatem polluunt. Quia *blasphemia* est & *sacrilegium* tribuere talem effectum bono Creatori, Et Augustinus si non alia vsus esset palæstra, dicere posset *vincuntur* Manichæi? *O veritas!*

Sed, de hoc argumento iam satis. Ex dictis enim
lib. cap. 18. 19. constare potest quam verus fuerit Nou-Augustinianorum timor ex apprehensione succumbendi, & quàm falsa spes eorumdem ex auxilio Spiritus sancti, si aliud sperauerunt quàm auxilium efficax ad inducẽdam in animum sententiæ mutationem. Theologia verò quam

quam ſequuntur; nemo eſt qui non videat quàm ſit perturbata, quàm inconſtans, quàm confuſa, quàm diſſona, quàm vel ipſi Auguſtino contraria, vt qui cæteros Theologos habitare dicebant Cimmerias tenebras, videantur ipſi ad philoſophandum elegiſſe Babylonem.

CAPVT IX.

Expenditur locus Auguſtini in Pſalmum 70.

§ I.

Prima reſponſio Baianorum ex Auguſtino & Conciliorum definitionibus contraria.

OPPONO ſextò Auguſtini locum ex Commentario in Pſalmum 70. in princpio, vbi ſic loquitur. *Multum mouet Dei amor & timor. Timor Dei, quia iuſtus eſt, amor, quia miſericors eſt: Quis enim ei diceret, quid feciſti ſi damnaret iuſtum? Quanta ergo miſericordia vt iuſtificet iniuſtum?* Nolo hic Auguſtinum intelligi de damnatione propriè ſumpta, iuridica & punitiua. Illa enim implicat ex hypotheſi quòd ſit innocens is qui damnari ſupponitur; ſed eum intelligo de inflictione eorumdem malorum quæ damnatis in pœnam imponuntur, vt velit talia quædam detracto verme conſcientiæ, & ſi quid aliud neceſſariò peccatum ſupponit, Deo ita decernente, infligi poſſe ipſis etiam iuſtis: eſto non in pœnam. Hoc autem repugnat è diametro cum principio Baianorum illo quo potiſſimùm adſtruunt impoſſibilitatem puræ naturæ; nempe quia implicat naturam rationalem innocentem vel carere ſupernaturalibus bonis vel incurrere in mala naturalia. Id autem eſſe impoſſibile, quia repugnat æquitati diuinæ prouidentiæ.

Hîc Baiani duplici via ſe difficultatem hanc facile euaſuros putant. Dicunt primò loqui Auguſtinum de Lib. 3. cap. 16.

Digitized by Google

iustis prout sunt in prçsentis vitæ statu, in quo originalis culpæ merito Deus tamen damnare illos potest: non quidem in iustitia perseuerantes, sed quia non tenetur impedire ne rursum in peccatum & damnationem prolabantur: Deum enim iustificatis hominibus perseuerantiam gratuitò dare: ac proinde posse illos damnare negatâ priùs perseuerantiâ.

Ridicula esset hæc interpretatio nisi lateret error Nou-Augustinianorũ atque etiam Caluinistarum. Nam ad quid quæso supponerent prçsentem statum & merita originalis culpæ vt dicere possint Deum gratuitò dare perseuerantiam: ac proinde posse non dare, itáque iustum damnare interposito eius relapsu in iniustitiam? Numquid enim hoc potuit & ante peccatum originale? Numquid permisit labi Angelos amissa perseuerantiâ, itáque iustos damnauit & sanctos, cùm nullum præcessisset originale peccatum? Coniungenda nimirum sunt Nouorum Dogmatistarum principia, & huc adducendum quod dicunt de gratia sufficienti, nullam scilicet esse nisi eadem efficax sit: posse igitur Deum in pœnam peccati originalis subtrahere iusto auxilium sufficiens ad non peccandum: & iustum necessariò iam peccantem ac cum impossibilitate aliter faciendi, damnare tamen. Hinc verò nihil sequitur pro statu puræ naturæ, qui peccatum non supponit nec meritum priuationis gratiæ ad perseuerandum seu ad non peccandum necessariæ. Hoc est mysterium Theologiæ Nou-Augustinianæ.

Sed obstant primò quçcumque adduci consueuerunt tum ex sacris Paginis, tum ex Concilio Tridentino, tum ex communi sensu Catholicorum, tum ex ipsomet Augustino, ad probandam gratiam sufficientem, & potentiam non cadendi in hominibus iustificatis qui reipsa cadunt, de quo alio in loco.

Obstat secundò, quod specialiter definitum est in Concilio Florentino in Decreto Eugenij, *Omnem pœ-*

Digitized by Google

nam quæ pro culpa debetur, per baptiſmum remitti: & quod eſt confirmatum in Tridentino in baptizatis: *Nihil prorſus eſſe quod eos ab ingreſſu cæli remoretur*: Et, *Pœnam temporalem totam*, ſemper in baptiſmo remitti, &, aliam eſſe rationem eorum qui *ante baptiſmum per ignorantiam deliquerunt*, & eorum qui ſemel à peccati & dæmonis ſeruitute liberati templum Dei violant, quoad neceſſitatem ſatisfactionis. Quaſi diceret prioribus neceſſariam non eſſe ſatisfactionem, nulla remanente pœna pro qua ſatisfaciant; neceſſariam autem eſſe poſterioribus: hæc autem conciliari non poſſunt cum doctrina aduerſariorum.

Sess.5.can 5. Sess.6. c.14. Sess.14. c.8.

Nam cùm grauiſſima ſit pœna illa quæ nexu indiſſolubili coniunctam habet damnationem æternam: cúmque eiuſmodi ſit ſubtractio auxilij ad perſeuerandum neceſſarij, ſi poſt baptiſmum remanet huius ſubtractionis meritum in peccato originali fundatum, quis negare poteſt remanere igitur illius peccati pœnam poſt baptiſmum & quidem grauiſſimam: nec temporalem modò, ſed æternam quoque, vel quod in idem ferè recidit, cum æterna connexam? Quomodo igitur omnis pœna quæ pro culpa debetur, remittitur? quomodo nihil eſt in baptizatis quod eos ab ingreſſu cœli remoretur? quis non mallet remanere centum annos purgatorij? quare ergo non poſſit eſſe locus ſatisfactioni per quam reatus ille tolli poſſit?

Adde tertiò quòd idem Tridentinum ex Apoſtolo refert, nihil eſſe damnationis iis qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem: an non enim multum manet damnationis quando manet malum meritum quo tollitur auxilium ad ſalutem neceſſarium, hoc eſt, meritum quo ſalus fit impoſsibilis ipſis etiam iuſtificatis, damnatio autem fit neceſſaria? Cùm enim impoſsibile ſit ſuppoſito præſentis prouidentiæ decreto iuſtificatum ſaluari niſi perſeueret in iuſtitia; impoſsibile quoque ſit perſeuerare niſi Dei au-

Digitized by Google

xilio sustineatur vt non cadat; si debetur originali peccato quantumuis per baptismum sublato, vt huiusmodi auxilium subtrahatur: quomodo non illi debetur vt baptizati salus fiat impossibilis? & dicetur tamen nihil damnationis in eo manere, qui manet in impossibilitate salutis per peccatum contracta?

Tom. 3. lib. 3. de gra. Salu. cap. 20

Sed hoc planius fiet, si excutiamus catenam illam damnatarum sententiarum. Exserit enim sese statim alius error quo dicunt Deum nullam habuisse intentionem quæ salutem spectaret eorum qui reipsa non saluantur, etiamsi iustificentur ad tempus: nec de ea magis cogitasse quàm de salute diaboli. Ea scilicet causa est cur gratiam deneget ad perseuerandum necessariam. Verùm hinc etiam euidenter confirmatur quod dicebam, istorum baptismo tribui non posse quòd totam pœnam remittat, quòd nullum relinquat salutis impedimentum, nihil prorsus damnationis in iis qui ritè baptizati sunt: atque ita quæcumque dixit Tridentinum in contrarium inania esse verborum ludibria. Cùm enim nolle cogitare de salute lapsorum in peccatum, ac proinde damnatorum vel damnandorum, idem sit ac relinquere illos in massa damnationis, dicere nihil damnationis iis esse qui relinquuntur in massa damnationis, nonne est splendidè nugari?

Confirmatur iterum ex alio Nou-Augustinianorum errore, quo significant primum Adami peccatum fuisse proprie peccatum; hæc verò quæ iam committuntur cum impossibilitate, scilicet ab iis abstinendi, seu cum necessitate committendi, non esse propriè peccata: sufficere tamen ad damnationem quòd hæc siue impossibilitas, siue necessitas trahatur ex illo primo peccato. Quasi dicerent, etiam si non habeant ipsa per sese sufficientem libertatem, habere tamen in sua origine. Et quemadmodum non negant quin non fuerit imputandum Adamo ad damnationem primum peccatum, nisi habuisset indifferentiam voluntatis & potentiam

Digitized

ab eo abſtinendi; ita negaturi non ſunt, quin ſi hæc peccandi neceſsitas qua contingit iuſtificatum relabi in peccatum, non proueniret ex priore peccato; ipſe non ſit excuſandus à culpa, & ab ea quæ inde ſequitur damnatione. Quo poſito, quis non videt vim prioris peccati in poſteriori remanere, ac dare illi quaſi vigorem & valorem ad damnationem promerendam? Quod cùm ita ſit, infelix ille qui finaliter in hunc modum peccat, non dicetur vel æquè vel magis damnari propter primum peccatum; quàm propter ſecundum? Et dicetur tamen illud in baptiſmo eſſe remiſsum propter quod baptizatus & per baptiſmum iuſtificatus, his nequidquam obſtantibus, damnatur?

Verùm quia ſolemne Baianis eſt Conciliorum & Pontificum decretis, & quibuſlibet aliis argumentis opponere authoritatem Auguſtini, oſtendendum eſt. Quartò ex Auguſtino infamem eſſe ac deteſtandam huiuſmodi doctrinam. Auguſtini enim verba ſunt illa quibus apertè ſignificat, ſi de paruulis ſit quæſtio, concupiſcentiam quidem in illis relinqui: ſed hoc operari baptiſmum, *vt non obſit mortuo quæ inerat nato. Nam ſi poſt baptiſmum vixerit, atque ad ætatem capácem præcepti peruenire potuerit: ibi habet cum qua pugnet, eámque adiuuante Deo ſuperet, ſi non in vacuum gratiam eius ſuſceperit: ſi reprobatus eſſe noluerit. Nam nec grandibus hoc præſtatur in baptiſmo (niſi fortè miraculo ineffabili omnipotentiſsimi Creatoris) vt lex peccati quæ ineſt in membris repugnans legi mentis, penitus extinguatur & non ſit. Sed vt quidquid mali ab homine factum, dictum, cogitatum eſt, cum eidem concupiſcentiæ ſubiecta mente ſeruiret, totum aboleatur ac velut non fuerit habeatur, &c.* An putauerit Auguſtinus eo deterioris eſſe conditionis paruulos ſi viuant, quàm ſi moriantur; quòd concupiſcentia in cuius aliquo reatu peccatum originale poſuit, paruulis morientibus poſt baptiſmum nihil noceat, paruulis verò adoleſcentibus ita noceat, vt impoſsibilem illis faciat perſeuerantiam

De pec. mer. cap. 37.

Digitized by Google

in gratia baptismali; vnde sequatur etiam ipsorum damnatio? Et non clarè supponit nullum illius malum meritum remanere quo excludatur gratia ad perseuerandum necessaria, quando dicit relinqui tantùm ad pugnam, hoc est, ad exercitium virtutis ad quam pugnam præsto sit *Deus adiuuans*, per gratiam suam: & quando significat eos qui cadunt ideò cadere, quia gratiam illam *frustra receperunt*, quod scilicet cooperari noluerint? Quid est verò quod addit, vel quem sensum habere potest in sententia Aduersariorum, *si reprobatus esse noluerit?* Nonne hoc est reprobari, non habere facultatem ad perseuerandum? vt illa facultas denegetur. spectatúrne voluntas reprobi iuxta eorum doctrinam? Nonne Deus statuit eam non dare consequenter ad peccatum originale & antecedenter ad omne peccatum actuale: atque adeò ad omnem eiusdem reprobi voluntatem? Cuinam ergo exprobrari potest quod *voluerit esse reprobus non vincendo concupiscentiam adiuuante Deo?* Sed quod addit Augustinus de iis qui baptizantur adulti, aboleri peccata actualia *quasi non fuissent*, an non supponit aboleri pariter originalia? Quid enim eis prodest actuale sic aboleri, si originale hoc adhuc operatur vt relabantur & pereant, dum impedit malo quodam merito suo ne detur auxilium ad perseuerandum, immò ne sit vlla in Deo salutis ipsorum intentio?

Idem iterum confirmat Augustinus his verbis: *In grandibus autem baptizatis, in quibus iam ratione vtentibus quidquid eidem concupiscentiæ mens ad peccandum consentit, propriæ voluntatis est, deletis peccatis omnibus, soluto etiam reatu quo vinctos originaliter retinebat; ad agonem interim manet, non sibi ad illicita consentientibus nihil omnino nocitura, donec absorbeatur mors in victoriam, & pace perfecta nihil quod vincatur existat.* Relinquitúr-ne tantùm ad agonem & non etiam ad pœnam, si eius intuitu denegantur vires necessariæ ad resistendum tentationi? Non est pœna quâ fit vt baptizatus, quamuis temporaliter

Ib. lib. 2. cap. 4.

Digitized by Google

iuſtus, relinquatur tamen in maſſa damnationis Deo nullam habente ſaluandi voluntatem ? Itá-ne ſoluitur reatus qui vinctos originaliter detinebat ante baptiſmum, ſi manent nihilominus addicti damnationi, denegata perſeuerantiæ facultate, hoc eſt iniecta peccati & quæ inde conſequitur, damnationis neceſſitate ? Et quo ſenſu dicitur *non nocet non ſibi conſentientibus*; ſi ante conſenſum tollit reſiſtendi facultatem ? Nullúm ne nocumentum eſt adimere facultatem illi malo reſiſtendi, à quo inſeparabilis eſt æterna damnatio?

Idem & tertiò confirmat Auguſtinus cùm dicit. *Illud namque præcipuè propter quæſtiones quæ de hac re motæ ſunt: vel moueri adhuc poſſunt attendere ac meminiſſe debemus tantummodo peccatorum omnium plenam perfectàmque remiſsionem baptiſmo fieri, hominis verò ipſius qualitatem non totam continuò commutari.* Et mox, *Hæc lex peccati, quod etiam peccatum appellat Apoſtolus .... non ſic manet in mẽbris eorum qui ex aqua & Spiritu renati ſunt, tanquam non ſit eius facta remiſsio,* VBI OMNINO PLENA ET PERFECTA FIT REMISSIO PECCATORVM, OMNIBVS INIMICITIIS INTERFECTIS *quibus ſeparabantur à Deo: ſed manet in vetuſtate carnis tanquam* SVPERATVM ET PEREMPTVM, *ſi non illicitis conſenſionibus quodammodo reuiuiſcat.* Attendite igitur ô Baiani, monente Auguſtino, & mementote. In baptiſmo fit *perfecta plenáque remiſsio peccatorum omnium.* Eſtne perfecta plenáque remiſsio, ſi remanet in Deo voluntas in æternum damnandi? ſi nulla vſquam eſt in æternum ſaluandi ? *Interfectæ ſunt omnes inimicitiæ* inter baptizatum & Deum, ſi manet adhuc baptizatus in maſſa perditionis, tenetúrque ſemper ligatus catena neceſsitatis relabendi & in peccatum & in mortem æternam? *ſuperatum & peremptum eſt malum* quod adhuc operatur, non dico infirmitatem aliquam aut langorem, ſed propriam atque abſolutam ſtandi impotentiam ? An *reuiuiſcit* tantùm illicitis conſenſionibus, quod antecedenter opprimit ſublata diſſentiendi poteſtate?

Ib. cap. 27. 28.

Digitized by Google

Lib. 6. cap. 16. Confirmatur quartò, ex responsione ad obiectionem Iuliani, qui dicebat. *Quòd si malum esset concupiscentia, careret ea qui baptizatur.* Augustinus verò. *Multum erras*, inquit, *omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planiùs ita dicitur* OMNI REATV OMNIVM MALORVM CARET, *non omnibus malis. Numquid enim caret corruptione corporis, &c.* Et paulò post, *Horum itaque malorum præteritus omnis reatus sacro fonte dilnitur.* Id esse, cuius intuitu Deus denegat suam gratiam, manúmque quâ iustificatum erexerat subtrahit, ac cadere sinit in æternam damnationem, sine dubio est aliquis reatus: & ille manet ex doctrina Baianorum: manet igitur aliquis reatus, Augustino frustra reclamante *omni reatu omnium malorum* carere baptizatum.

Adde quintò clarissima verba ex libro primo ad Bonifacium: Cap. 13. *Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, vt quamquam tracta sit à nascentibus*, NIHIL NOCEAT RENASCENTIBVS. *Ex quibus tamen si filios carnaliter gignunt, rursus trahitur, rursúsque & nocitura nascentibus nisi eadem forma renascentibus remittatur, & insit* NIHIL OFFVTVRA VITÆ FVTVRÆ, *quoniam reatus eius generatione tractus regeneratione dimissus est.* Quomodo sic dimittitur concupiscentia vt *non noceat* iustificatis per baptismum, si necessitatem influit iterum peccandi impedito diuinæ gratiæ auxilio? Non nocetur illi qui adigitur ad necessitatem æternæ damnationis? Et quid prodest baptismi gratia, si remanet sententia iudicis pœnas æternas decernentis? Non nocet concupiscentia quæ sententiæ illi motiuum obiicit? Et *nihil obest vitæ futuræ*, quæ necessitatem affert in æternum moriendi?

Serm. 7. cap. 9. Sextò, constantem se in eadem sententia Augustinus ostendit de verbis Domini, cùm dicit: *Quidquid illa concupiscentia carnis egit in nobis præteritorum peccatorum siue in factis, siue in dictis, siue in cogitationibus, totum deletum est sacro baptismate*: OMNIA DELEVIT VNA INDVLGENTIA. *Restat ergo cum carne conflictus: quia deleta est iniquitas, sed manet*

Digitized by Google

manet infirmitas. Omnia debita deleuit vna indulgentia, manet tamen decretum damnationis, Deóque certum eſt nihil facere quo baptizatus ille, qui fortè reprobus eſt, ſaluari poſſit. Et quamuis vocet illum ad gratiam baptiſmi, temporalem tamen gratiam, & quæ nihil proſit ad æternitatem præparat neceſſariò, & cum impoſſibilitate eam retinendi, perdendam. O Baiani, eſtis enim iterum monendi. Audite Auguſtinum, qui *attendere* vos iubet ac *memores* eſſe: huc huc congerenda erãt argumenta illa quibus ſtatum puræ naturæ tam fusè, tam importunè, támque inaniter impugnatis. Deus creaturæ rationali, imagini ſuæ iam accepta baptiſmi gratia innocenti, cur vires denegat ad perſeuerandum? An aliquo ipſius merito, an nullo? ſi aliquo merito ſuo, quomodo verũ eſt quod dicit Auguſtinus omnia debita deleta eſſe? Si nullo, quomodo bonus eſt Deus? quomodo iuſtus, qui tanta miſeria imaginem ſuam, filium ſuũ, regenerationis beneficio adoptatum, creaturam ſuam intelligentem, beatitudinis capacem & hæreditarium ad illam ius habentem, nulla ipſius culpa, nullo merito afficit, manúmque ſubtrahit qua tenebatur ne in interitum rueret, non aliam ob cauſam, quàm quia ſic lubet & placitum eſt? hæ ſunt veſtræ declamationes, quibus obtinere vultis, Deum non fore Deum, ſi puerum ab originali peccato liberum vel ſcabie vlla, vel petigine inuadi ſineret. Nimirum hoc grauius eſt, quàm hominem non tantùm liberum à peccato, ſed præterea iuſtum, Deique amicum & filium cum hæreditario iure ad beatitudinem; nulla ipſius culpa, deſerere vt cadat in interitum, auxilio, ſine quo ſtare non poteſt, denegato. Hæc ſunt inquam, miracula Theologiæ Auguſtinianæ ſuperioribus retro ſæculis incognita, nunc oraculo veſtro ſingulari Dei beneficio toti reipublicæ Chriſtianæ manifeſtata. Si Deus non impediat ne papula ſurgat in fronte pueri qui peccatum non habet; non eſt Deus. Si hominem pariter innocentem, & præterea vocatum

Digitized by Google

receptúmque iam in amicitiam & adoptionem & ius ad æternam gloriam, non adiuuet contra inuictam necessitatem cadendi in æternam damnationem, si non habeat vllam iuuandi saluandique innocentis & nihil malè meriti filij voluntatem, nihil tamen facit quod ipsius bonitatem & æquitatem non deceat? Ego verò non dubito quin æquus Lector Theologiam hanc indignatione sua dignissimam putet. Atque hac ratione reiicitur prima illa solutio ad Augustini locum sexto loco propositum contra Baianos. Sed illi secundam offerunt, atque, vt vocant, *veriorem*, vt possit nobis prior illa vel ipsis aduersarijs auctoribus falsitatis esse suspecta. Secunda igitur examinanda superest.

§ II.

Reijcitur Baianorum solutio, corruptum esse locum Augustini diuinantium.

Cap. 12. VERIOR *solutio*, inquiunt, est, Augustini locum illum esse corruptum, & vbi dicitur, *quis enim diceret ei quid feciſti ſi damnaret iuſtum?* legendum esse, *ſi damnaret iniuſtum*. Sumptum enim esse locum ex libro Sapientiæ vbi dicitur. *Quis enim dicet tibi quid feciſti, aut quis ſtabit contra iudicium tuum: aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum?* Loquutum esse igitur Augustinum de damnatione iniusti, non de damnatione iusti. Adde in eodem commentario, vbi eadem sententia repetitur, de iniustis sermonem esse: & circumstantiam difficultatis hoc postulare. Consilium enim Augustini esse ad contritionem excitare commendatione iustitiæ diuinæ, quæ locum habet in damnatione iniusti, non autem iusti: vt omittam totius doctrinæ Augustinianæ consonantiam, quæ correctionem hanc postulare videtur.

Lib. 3. de ſtatu purænat cap. 16.

Sed oppono primò criticos huiusmodi obseruatores

Digitized by Google

in auctoribus tanti nominis non ſolere tolerari, quando nulla vſquam exemplaria reperiuntur quæ faueant, nulli qui ſe aliter vnquam legiſſe aut legendum cenſuiſſe dicant. Quid enim eſt vt quod ſemper & vbique & ab omnibus lectum eſt, iam aliter debere legi vni homini credamus? præſertim quando ſenſus planus eſt, & ſententia cohæret?

Certè hoc loco in Baianos circa ſcripta S. Auguſtini optimè cadit quod ille Manichæis exprobrabat circa ſacram ipſam Scripturam. Nempe, *vbi ſic manifeſta veritate iſti præfocantur vt obſeſſi dilucidis verbis* S. Auguſtini *exitum in eis fallaciæ ſuæ reperire non poſſint; id teſtimonium, quod prolatum eſt, falſum eſſe reſpondent. O vocem à veritate fugacem, in amentia pertinacem! vſque adeo inuicta ſunt quæ aduerſus vos* de S. Auguſtini *codicibus proferuntur, vt non ſit aliud quod dicatis niſi eos eſſe falſatos? .... Aliud eſt ergo authoritate aliquorum vel librorum vel hominum non teneri, & aliud eſt dicere: Iſte quidem vir ſanctus eſt, & omnia vera ſcripſit, & iſta Epiſtola ipſius eſt, ſed in ea ipſa hoc eius eſt, hoc non eſt eius. Vbi cum ex aduerſo audieris, proba; non confugias ad exemplaria veriora, vel plurium codicum, vel antiquorum; vel linguæ præcedentis, vnde hoc in aliam linguam interpretatum eſt: ſed dicas. Inde probo hoc illius eſſe,* QVIA HOC PRO ME SONAT, ILLVD CONTRA ME. TV ES ERGO REGVLA VERITATIS. Contra Fauſtum lib. 11. cap. 7.

Hic igitur à Baianis Auguſtino monente petimus vt confugiant ad exemplaria veriora, vel plurium codicum, vel antiquorum, vt oſtendant ita eſſe legendum quo modo ipſi legendum putant locum iam citatum. Quod quia facere non poſſunt, ſupereſt vt eis dicatur, *Tu tibi es regula veritatis*, non Auguſtinus.

Oppono ſecundò hanc animaduerſionem pugnare cum ipſa orationis conſtructione formaque ſententiæ. Cùm enim dicit, *Quis enim diceret ei quid feciſti ſi damnaret iuſtum? quanta ergo miſericordia eius, vt iuſtificet iniuſtum?* Manifeſtum eſt illa antitheſi iuſti cum iniuſto exprimi

Digitized by Googl

quandam ratiocinationem & argumentum à minori ad maius, vel à maiori ad minus. Nam sensus est, si Deus hominem iustũ vsus absoluto suo dominio æterna hæreditate priuaret: nemo iure posset conqueri: ergo multò minùs conqueri quis poterit, si Deus iniustum ad eam spem non vocet illum iustificando: vel, potest Deus absoluta sua potestate priuare iustum æterna beatitudine, propterea tantùm quia iustitia non eximit iustum à perfecto Dei dominio: ergo multò magis potest priuare iniustum, propterea̓que multò maior est eius misericordia, quòd non solùm non priuet, sed insuper vocet illum ad spem eiusdem beatitudinis, condonata purgata̓que iniustitia quæ speciale impedimentum exhibebat tantæ misericordiæ. Hæc cogitatio quæ sibi constat & apte̓ concepta est, euanescit tota si priore in parte sententiæ, loco *iustum*, substituat quis, *iniustum*. Ita enim iacebit, *quis enim diceret ei quid feciſti si damnaret iniustum? quanta ergo misericordia eius vt iustificet iniustum?* Attende, amabo te Amice Lector, tuúmque ipse animum ausculta, si non suggeret tibi sublata illa quæ iustum inter atque iniustum est differentia mutari sententiæ totam speciem, & orationis efficaciam, vel minui vel prorsus auferri?

Et confirmatur argumento, vt mihi videtur manifesto. Quia si priore loco scriptum fuisset τὸ *iniustum*, non debuit deinde posteriore loco repeti; abundè enim intelligitur. Quis enim non videt sententiam esse integram cùm dicitur. *Quis enim diceret ei quid feciſti si damnaret iniustum? quanta ergo misericordia eius vt iustificet?* vel si quid præterea fuit addendum, ad summum esse pronomen relatiuum, vt diceretur. *Quanta ergo misericordia eius vt eum iustificet?* Quis inquam non videt frustra & superfluò hic repeti *iniustum*? Deprauatio ergo dicenda est illa, non correctio, quæ priore loco iniustum substituit.

Nam quòd dicunt sumptam esse hanc sententiam ex

Digitized by Google

libro Sapientiæ ; vnde colligunt, cùm Auguſtinus eius libri mentionem nullam faciat ; ſed neque illi qui notare ſoliti ſunt Auguſtini loca ex Scripturis deſumpta? propterea-ne verò quia phraſim Scripturæ modúmque interrogandi Auguſtinus imitatur , ideo dicendus eſt ſententiam quoque inde ſumere vnde verba deſumpta ſunt , quæ imitando vſurpat ? atqui hoc illi tantùm dicere poſſunt qui neſciunt SS. Patres , Bernardum præſertim & Auguſtinum ita Scripturis ſanctis inſueuiſſe, vt eius & verba & tropos & varios dicendi modos imitentur, quamuis diſparem ſententiam proferant. Occurritque exemplum in eo quòd paulò poſt referendum erit, Auguſtinum dum loquitur in Ioſepho Patriarcha, qui fratres ſuos torquebat dilata ſui manifeſtatione, factum excuſare, quod illi viderentur non eſſe condignæ illæ paſſiones , ad futuram gloriam quæ reuelanda erat fratre cognito. Vbi Apoſtoli verba, quæ de ſpiritali & æterna gloria intelliguntur, ad temporalem & ſenſibilem transfert : cuius generis alia multa millies occurrunt apud Patres.

Nihil etiam iuuat quod addunt S. Auguſtinum in alio loco eiuſdem commentarij eamdem ſententiam ita repetere, vt de damnatione *iniuſti* loquatur. Negamus enim eamdem ſenrentiam repetere in eodem videlicet tractatu, in quo ille fortè videri poſſet vti tautologia & eſſe verboſus: ſed dicimus nouam proferre. Nempe vtrumque Auguſtino verum eſſe viſum eſt, inculpabilem fore Deum ſi vſus abſolutâ ſuâ potentiâ iuſtum æterna beatitudine priuaret: & , Nullam etiam eſſe rationem quæ Deum cogat eruere hominem ſuâ culpa immerſum in maſſam damnationis. Vtrumque igitur expreſſit in Commentario Pſalmi 70. Primum in principio concionis primæ de prima parte Pſalmi, cùm dicit id quod iam relatum eſt. *Quis enim ei diceret quid feciſti ſi damnaret iuſtum? Quanta ergo miſericordia vt iuſtificet iniuſtum?* Secundum deinde in enarratione eiuſdem

Digitized by Google

» primæ partis, post medium, cùm dicit, *Magna laus esset,*
» *& dedisti ei liberum arbitrium, in paradiso collocasti, præce-*
» *ptum imposuisti, mortem si præceptum violaret iustissimam*
» *denuntiasti. Nihil non feciſti, nemo est qui à te amplius exi-*
» *gat. Peccauit, factum est genus humanum tamquam massa*
» *peccatorum, profluens de peccatoribus. Quid ergo tu si massam*
» *istam iniquitatis damnes, quisquam tibi dicet iniustè feciſti?*
esses planè etiam sic iustus, &c. Hic quæso quænam apparet ratio quæ cogat in priore illo membro prioris sententiæ legendum esse, *si damnaret iniustum?*

Iam quod dicunt communem lectionem pugnare cum Augustini consilio, qui priore illo loco excitare conatur ad timorem diuinæ iustitiæ; nullius est momenti. Stat enim suum huic timori motiuum, cùm intelligimus Deum qui solo titulo supremi dominij priuare potest iustum æternâ & beatâ vitâ, multo magis hoc posse accedente ad titulum dominij titulo iudicis merito sæuientis, iustitiâque impellente in hominem peccatorem. Denique illa totius Augustinianæ doctrinæ consonantia quam prædicant, somniantium musica est, desitura vbi primùm euigilauerint ad veram S. Doctoris intelligentiam, & ab aurium affectarum tinnitu conualuerint. Ostendant enim vbi dixerit Augustinus absolutè, ac præcisè à decreto præsentis prouidentiæ, non posse Deum sic vti supremo in res omnes dominio, vt iustum in nihilum redigat: & quod minùs est, eâ saltem damnatione damnet, quæ solùm importat visionis beatificæ carentiam latè sumptæ, vt antea monui, damnationis voce?

CAPVT X.

Præludium ad solutionem argumentorum quæ Baiani obijciunt, contra nuperum scriptorem.

RELIQVVM est vt satisfaciamus argumentis quibus Nou-Augustiniani probare conantur impossibilitatem status purè naturalis. Quod certè molestissimè

Ad Tit. 3. P. De Testamentis. 21

Testamentum, quod Latine dicitur, Testatio mentis, id est, Testatio voluntatis. Nam ideo testamentum dicitur, quia testatio mentis est, & non nisi morte confirmatur. Testamentum autem

tudo textuum quantam continet Nouus Augustinus? Obtinere vis vt nisi tribus illi voluminibus respondeatur respõsum non sit? Sed quid dico tribus? Repræsentari vis insuper omnes textus quos ille producit, & singulas singulis adhiberi explicationes solidas & euidentes, quod tres alios tomos vt minimũ requirit. Atque ita nisi sex septémue tomis Nouus Augustinus confutetur frustra sumus? O ridiculum agonothetam, & eo tantùm nomine prouidum, quod nomen suum occultauit! Quis vnquam pensitauit athletarum merita ex numero petitionum? hydram nemo victam putet abeo qui capita omnia vno ictu præciderit, propterea quod non sigillatim trucidauit? Non sic in scholis numero rationum vt in comitijs popularibus numero suffragiorum res definiuntur. Non sunt argumenta numeranda, sed ponderanda: O quam malè nobiscum ageretur si cogeremur hunc audire Legislatorem! Paucis ab hinc annis editus est liber boni cuiusdam viri, qui centum vt ipse putat demonstrationibus concludit omnes Religiosos teneri sub pœna peccati mortalis & æternæ damnationis Europam deserere, & in nouum orbem nauigare ad catechizandos Barbaros. Superiores tantùm excipiendos putauit vir prouidus, ne scilicet vt interpretari fas est dilapsis omnibus subditis, nemo superesset qui gallinas regeret monasteriorũ & feles. Quid faciemus cum homine isto, si locus est legibus anonymi Disputatoris? Centum aliæ demonstrationes erunt proponendæ, quibus probemus nullam esse illam Religiosorum obligationem. Deinde distinguendæ sigillatim centum quoque solutiones ad diluendas centum demonstrationes contrarias. Quis autem meritò possit nisi magni alicuius peccati reus ad hunc laborem damnari? Quis etiam vel solùm ad legendam lucubrationem tam ineptam? Locum mihi proponis purgandum quem occupauit sylua ingens atque horrida. Quid si possem vno terræ motu illam excutere? Quid, si vno,

Digitized by Google

ſi vno venti turbine eradicare ? Quidni liceat & ignem adhibere, vt vnâ omnia flammâ conſumantur? Non, inquis, & virgulta, & arbores, & arbuſta omnia ſigillatim eradicanda ſunt: alioqui purgari locus non poteſt. O te! Nimirum vt plantarum ita & malorum argumentorum & inutilium citationum eſt quædam fœcunditas, quam viros ſapientes nec imitari; decet; neque pativt in hoc belli genere primas ferat, ne ſtatuatur præmium loquacitati. Certè nec cum hæreticis hac conditione contendere quiſquam auſit. Quis enim impedire poteſt ne, quod facere ſolent, ad confirmandum vnum aliquem errorem ex ſacris Scripturis loca multiplicent? Cum illis ergo ſi numero pugnandum eſſet, & tot afferenda pro tuenda veritate, quot illi pro impugnanda proponunt: nec liceret vnum aut alterum efficax teſtimonium opponere inutilibus decem, quid nobis fieret? Nihil igitur moramur tam malum hunc *communis ſenſus & naturalis rationis* interpretem: nec putamus neceſſarium eâ ratione monſtrare *vel vno ſaltem in puncto*, quod ille requirit, Nouum Auguſtinum Antiquo aliquando impoſuiſſe. Id enim aliunde atque alia ratione monſtratum contendimus. Soluendarum obiectionum modum eligimus ipſi eum qui magis placuerit. Si videbitur efficax; Aduerſariorum erit manus dare: ſin autem; argumenta repræſentent quæ ſuam adhuc vim tenere putabuntur. Conferri ea poterunt cum data ſolutione: ac ſi quid meritò deſiderabitur, ſatisfiet.

Sunt igitur argumenta omnino quindecim ex innumeris Auguſtini teſtimoniis collecta, & in tres libros plurimáque ſingulorum librorum capita latè explicata, queis Nou. Auguſtiniani poſſibilitatem ſtatus purè naturalis fuſiſſimè impugnant. Iſtorum omnium argumentorum ſummam ipſimet ita colligunt cùm dicunt, *Ex his potiſſimum capitibus repugnare ſtatum purę naturę. Quod nemo poſſet diligere veritatem, iuſtitiam, ſapientiam, vnóque* Lib. 3. cap. 17.

Digitized by Google

verbo Deum: Nemo ad veram rationalis naturæ beatitudinem vel tendere vel peruenire. Nemo vel vnum opus bonum rectè operari. Nemo esse liber arbitrio. Nemo tentationem quamcumque superare. Nemo ab ignorantia, à difficultate, à concupiscentia, à morte, à miseriis liberari. Hæc probare conantur infinitis S. Augustini testimonijs, quæ more suo passim congerunt.

Ad hæc verò dicimus ipsi primò. In tota illa testimoniorum sylua nullum penitus esse quo disertè, atque, vt loquuntur, formaliter neget Augustinus possibilem esse statum puræ naturæ: vel, Non potuisse Deum absolutâ suâ omnipotentiâ condere hominem aut Angelum in statu quodam medio inter peccatum & dona supernaturalia. Nullus inquam versus est in tota testimoniorum quæ congerunt farragine, quo id vel ijsdem, vel similibus aut æquiualentibus verbis exprimatur. Quod si Nou-Augustiniani temere id à nobis dictum putant, vnum aliquod cedant & herbam statim porrigimus.

Vnde dicimus secundò, in ipsos propriè cadere id ipsum quod nobis exprobrant, quæstionem totam ad consequentias & humanæ ratiocinationis deductiones esse redactam. v. g. Argumenta superiora sic illi disponere coguntur. Implicat naturæ rationalis status ille qui & peccatum excludat & adiunctam habeat impotentiam diligendi veritatem, iustitiam, sapientiam, vno verbo Deum: sed status purè naturalis peccatum excludit, & adiunctam habet impotentiam illam: ergo status purè naturalis implicat. Maiorem probant ex Augustino, quia impotentia Deum amandi est magna miseria & quia ex eodem Augustino miseria nec magna vlla, nec parua cadere potest in innocentem creaturam. Minor similiter probanda est. Et quidem quod status purè naturalis peccatum excludat supponimus omnes. Quòd verò adiunctam habeat illam impotentiam, probant ex Augustino, quia potentia Deum amandi nulla est sine gratia supernaturali;

Digitized by Google

ſtatus autem putè naturalis excludit gratiam ſupernaturalem. Implicat ergo ſtatus purè naturalis. Ita illi procedunt.

Eodem modo conficitur aliud argumentum. Implicat ſtatus naturæ rationalis qui peccatum excludat & adiunctam habeat impotentiam tendendi vel perueniendi ad beatitudinem: ſed talis eſt pure naturalis: ergo, &c. Maiorem ſimiliter probant, quia magna miſeria eſt non poſſe tendere vel peruenire ad beatitudinem, & quia nulla miſeria contingere poteſt ſub iuſti Dei prouidentia innocenti creaturæ ex Auguſtino. Minorem verò, quia ex eodem Auguſtino ſine auxilio ſupernaturali non exiſtit potentia tendendi & perueniendi ad beatitudinem, ſupernaturale autem auxilium à ſtatu puræ naturali excluditur, ergo, &c.

De bono opere morali ſimiliter argumentantur. Implicare ſtatum qui peccatum excludat, & adiunctam habeat impotentiam exercendi aliquod opus moraliter bonum, quòd hæc ſit miſeria, &c. Statum verò purè naturalem excludere peccatum, vt ſupponimus, & adiunctam habere impotentiam exercendi vllum opus moraliter bonum: eò quòd, vti ex Auguſtino fusè probatur, exerceri nullum poſſit abſque auxilio diuinæ ac ſupernaturalis gratiæ, qua caret, ex hypotheſi ſtatus purè naturalis.

Libertatem pariter nullam eſſe dicunt in creatura innocenti, niſi ſit poteſtas abſtinendi à malo & faciendi bonum: neque hanc eſſe ſine gratia, qua cùm ſtatus ille carere ſupponatur, conſequens eſt vt libertate careat, quæ miſeria tanta eſt vt cadere non poſſit in creaturam intelligentem & innocentem. Eſſe igitur impoſſibilem eiuſmodi ſtatum.

Denique concupiſcentiam, ignorantiam, difficultatem, mortem, aliáſque id genus miſerias ineſſe innocenti creaturæ ex Auguſtino, vt ipſis quidem videtur, implicat ſuppoſita Dei æquitate: Atqui neceſ-

Digitized by Google

sariò insunt nisi excludantur per dona supernaturalia: implicat ergo abesse huiusmodi dona ab innocenti creatura: ergo implicat status puræ naturę, quippe qui & innocentiam illam includit, & dona huiusmodi excludit ex suppositione.

Ad has ratiocinationes reducitur omnis omnino vis illorum quindecim argumentorum. In quibus cernere est, negationem possibilitatis status purè naturalis exprimi tantùm in conclusione, quæ ipsa nusquam apud Augustinum expressa est. Sed quia principia ex quibus ea deducitur, videntur illis apud Augustinum expressa; ideò & conclusionem Augustinianam esse putant.

Sed addimus tertiò Nou-Augustinianos admodum falli, tot enim interpretationibus, distinctionibus, exceptionibus, inficiationibus, vel ex Augustino desumptis, vel ex confessione ipsorũmet aduersariorum, obnoxia sunt illa principia, vt ab eis ad conclusionem quæ potissimùm intenditur impossibilis sit progressus. Id quod modò fiet manifestum in exemplis.

CAPVT XI.

Primum argumentum diluitur.

§ I.

Bonum naturæ conueniens posse differri ad tempus salua prouidentiæ æquitate.

EXCVTERE iuuat eam quę primo loco allata est argumentationem, in qua hoc assumitur inprimis. Implicare statum naturę rationalis qui peccatum excludat & adiunctam habeat impotentiam diligendi veritatem, sapientiam, &c. Sed statim adhibenda est distinctio, si habeat status ille adiunctam perpetuò huiusmodi impotentiam, transeat: si ad tempus tantùm, negatur. Erit igitur interea status pure naturalis. Atque hæc distinctio non petitur ex delirijs humanæ philosophiæ: vel ex Scholasticis cauillationibus: Augustiniana

Digitized by Google

Le Commandeur, qui ne pouvoit pas ignorer ce qui se passoit dans la Ville, ne manqua pas de faire ses plaintes à Mr. de Vauvert, qui lui promit de faire punir les coupables. Il fit même publier un Ordre, par lequel il défendoit à tous les Habitans de la Ville de donner aucun logement aux Officiers de la Garnison, sous peine de 500 livres d'amende, & de plus grande punition, s'il y échéoit. Mais cet Ordre ne fut pas plus observé que les précédens. Les Officiers continuerent à loger chez les Bourgeois, & à y faire tout le désordre qu'ils avoient accoutumé de faire. Le Commandeur, qui ne pouvoit pas ignorer ce qui se passoit dans la Ville, ne manqua pas de faire ses plaintes à Mr. de Vauvert, qui lui promit de faire punir les coupables. Il fit même publier un Ordre, par lequel il défendoit à tous les Habitans de la Ville de donner aucun logement aux Officiers de la Garnison, sous peine de 500 livres d'amende, & de plus grande punition, s'il y échéoit. Mais cet Ordre ne fut pas plus observé que les précédens. Les Officiers continuerent à loger chez les Bourgeois, & à y faire tout le désordre qu'ils avoient accoutumé de faire.

ſtatum purè naturalem dum peccatum excludit, adiunctam habere impoſſibilitatem diligendi veritatem, iuſtitiam, ſapientiam, vno verbo Deum; exceptione pariter eget ac diſtinctione. Alius enim veritatis, iuſtitiæ, ſapientiæ, Deique amor ad perfectam eius poſſeſſionem & ex omni parte beatam æternitatem diſponit, dicitúrque ſupernaturalis: alius perfectione illa caret & naturalis eſt. Prioris ergo impoſsibilitas puram naturam comitatur, non poſterioris.

§. II.

Dari naturale virtutis exercitium.

HIc verò inſurgunt ſtatim Nou-Auguſtiniani & vociferantur fictitium eſſe naturalem hunc virtutis & Dei amorem. Nullum enim eſſe ex Auguſtino ad quem non requiratur gratia, qua caret pura natura: ideôque nullum eſſe naturalem. Atque huc congerunt Auguſtini teſtimonia innumera, quibus negat eſſe poſſe vllum veræ virtutis opus ſine Dei gratia: & quęcumque ſine illa fiunt vitia eſſe atque peccata. Quibus reſpondemus Auguſtinum nihil aliud velle quàm quod diximus, & veram virtutem vocare illam tantum quæ ad ſalutem & iuſtificationem, & perfectam demum beatitudinem diſponit, quam omnino contendit ſupernaturalem eſſe & ex gratia per Chriſtum contra Pelagianos. Citra verò perfectionem illam & vim impetrandi & merendi quæ ad ſalutem & vitam ęternam ſpectant, eſſe poſſe quoſdam affectus, bonos & honeſtos, nulla mala circumſtantia inquinatos, non ſolùm non negat Auguſtinus, ſed diſertiſſimè etiam concedit. Sed quia hoc eſt alterius diſputationis argumentum, ſufficiat in præſentiarum quod habetur in libro de Spiritu & littera, vbi agnoſcit facta quædam infidelium & à gratia Chriſti alienorum. *Quæ ſecundùm iuſtitiæ regulam non ſolùm vituperare non poſſumus, ſed etiam meritò rectéque*

Cap. 27. 28.

Digitized by Google

laudamus. Et quamuis dicat opera illa, ſi benè diſcutiantur, vix habitura debitam iuſtitiæ laudem, ſubdit ſecundò, *Non eſſe tamen ita detritam in animo imaginem Dei terrenorum affectuum labe, vt nulla in ea velut extrema lineamenta remanſerint*, vnde *meritò dici poſſit etiam in impietate vitæ ſuæ facere aliqua legis vel ſapere.* Addítque tertiò, ſicut non impediunt à vita æterna iuſtum quædam peccata ſine quibus hæc vita non ducitur, venialia ſcilicet; *ſic ad ſalutem æternam nihil prodeſſe impio aliqua bona opera ſine quibus difficillimè vita cuiuslibet peſſimi hominis inuenitur.* Quibus adde, quod dum contra Iulianum diſputat, permittit illi vt dicat eſſe bona quædam opera naturæ viribus elicita, dummodo fateatur Iulianus eſſe illa ſterilia ad vitam æternam: & ea omnia quæ perducunt ad vitam æternam non niſi à Deo Patre per Ieſum Chriſtum cum S. Spiritu inſpirari. Lib. 3. cap. 4.

Sed dicunt Auguſtinum hoc loco contendere, non poſſe ſteriles eſſe virtutes, ſi veræ ſint: nec niſi bonam arborem ac proinde minime infructuoſam, quæ huiuſmodi fructus producit. Ad quod reſpondemus, non videri Auguſtino ſteriles eſſe poſſe virtutes *ſi vere ſint*; Quia *veritatem illam* ſtrictiùs ſumit, vt iam dictum eſt, & fit manifeſtum ex his verbis: *Quod cùm facimus* (Chriſtiani virtuti operam dantes) *ideo* VERAS *virtutes habemus quia* « VERVM *eſt propter quod facimus, id eſt* NATVRÆ NOSTRÆ « CONSENTANEVM AD SALVTEM ET FELICITATEM. *Non enim* « *abſurdè virtus definita eſt ab iis qui dixerunt, virtus eſt animi* « *habitus naturæ modo atque rationi conſentaneus. Verum di-* « *xerunt* SED QVID SIT CONSENTANEVM LIBERANDÆ AC « BEATIFICANDÆ NATVRÆ MORTALIVM NESCIERVNT. En « in quo ponat Auguſtinus virtutis *veritatem*. Quod *naturæ ſit ad ſalutem & veram felicitatem conſentanea, ſeu, Quod conſentanea ſit liberandæ ac beatificandæ naturæ.* Et quæ ſunt huiuſmodi minimè ſunt, vt patet, ad vitam æternam ſterilia: nec voluntas quæ talia producit, arbor mala vel infructuoſa. Quia ex quo talia producit

Digitized by Google

vel est, vel incipit esse à peccato libera, hoc est, vel est libera vel incipit liberari. Quod autem sit aut esse possit aliquis affectus secundùm rectam rationem elicitus, ac proinde honestus, qui tamen positiuè nihil conferat ad vitam æternam, eáque ratione sit fructus sterilis arboris, atque etiam malæ, quòd peccata quorum rea est voluntas nec tollit nec ad tollenda iuuat, iterum dico nusquam ab Augustino negatum, non semel autem concessum esse.

Nam de affectibus qui directiùs expressiúsque in Deum tendunt, vt sunt actus contritionis, amoris Dei, & similibus, ideo dixerit Augustinus non posse inutiles esse ad salutem, nec sine Dei gratia, quòd crederet communiter & iuxta præsentis prouidentiæ decreta gratiam naturæ comitari, & dùm illa se iuuari sinit, naturales motus ad bonum citra debitum, citra meritum omne ac proinde gratuitò coniunctos habere ac concurrentes motus supernaturales, vnde sequantur etiam affectus & supernaturales & ad iustificationem iuuantes hunc enim esse Augustini sensum de bonitate Dei & propẽsissima ad liberandos à damnatione homines misericordia ostendit, quod in libro de natura & gratia confirmat, cùm id antea tradidisset in tertio de libero arbitrio. *Vbique præsentem esse Deum, qui multis modis per creaturam sibi Domino seruientem auersum vocet, doceat credentem; consoletur sperantem, diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem.* Quibus congruunt quæ addit in eodem tertio de libero arbitrio. *Oportuisse filios Adæ non solum volentes non prohiberi, sed etiam adiuuari, vt vinceret quisque supplicium quod origo eius ex auersione meruerat.* Et, *Quanquam in ignorantia & difficultate nata sit anima, non tamen comprimi aliquâ necessitate ad perseuerandum in eo quod nata est. Quod facultatem habeat vt adiuuante Creatore seipsam excolat & pio studio possit omnes acquirere & capere virtutes: ideóque si noluerit peccati ream iure teneri tanquam quæ benè vsa sit ea facultate quam accepit.* Quæ fru-

Cap. 67.

Cap. 20.

ſtra dicerentur niſi quoties & quamdiu opus eſt, præſto eſſet adiuuans Deus ad complendam facultatem naturalem, atque ad actus ad ſalutem neceſſarios eleuandam. Vnde ſubiungit ignorantiæ ac difficultatis culpas Deo non tribui: *Quod ille dederit & facultatem benè operandi in laborioſis officiis, & viam fidei in obliuionis cæcitate.* Et, *Nulli hominum oblatum eſſe ſcire vtiliter quærere quod inutiliter ignorat: In ipſa ignorantia & difficultate non abſtuliſſe Deum liberam voluntatem petendi & quærendi & conandi daturum petentibus demonſtraturum quærentibus, pulſantibus aperturum.* Item, *Quod ignorat anima quid ſibi agendum ſit, ex eo eſſe quod nondum accepit: ſed hoc quoque accepturam, ſi hoc quod accepit benè vſa fuerit: accepiſſe autem vt pie & diligenter quærat ſi volet.* Item. *Deum in animæ poteſtate poſuiſſe, ſi vellet, ad beatitudinem tendere.* hæc ab Auguſtino dicta ante Pelagianorum exortum & poſt exortum Pelagianorum re cognita diligenter, neque tamen vſquam retractata, ſatis oſtendunt credidiſſe illum ex pura & prorſus indebita Dei miſericordia præſto eſſe diuinam opem, qua fiat vt circa Deum natura hominum non operetur ſola, nec per ſolos affectus naturales: ſed quotus eſt naturaliter diſpoſita ad huiuſmodi actus naturales bonos, adſit quoque ſupernaturalis & indebita prorſus diſpoſitio ad ſupernaturales. Vnde dici poſſit, ſi verè timet, ſi vere amat, ſi verè colit; & vtiliter ad ſalutem, & ex indebito Dei beneficio atque impulſu Spiritus ſancti timere, amare, colere. Quod ſi Deo placuiſſet aliud ſtatuere; contigiſſet in hominibus reperiri timorem Dei aliquem honeſtum & bonum, ſimilemque amorem, & cultum ad vitam æternam ſterilem, & vt tantùm naturalium beneficiorum expreſſum.

Atque hoc eſt quod ſecundo loco reſpondendum duxi, quodque Lectori magnopere inculcatum cupio. Baianos ſcilicet in hac diſputatione incautis illudere, dum impoſſibilitatem puræ naturæ probant ex iis quæ

Digitized by Google

sunt ab Augustino dicta de natura peccatrice suppositâ eâ quâ tunc regitur prouidentiâ, perinde quasi tam infirma foret ad omne bonum natura innocens, támque indigeret indebito Dei auxilio, ac indiget rea, iræ Dei flagelliſque ac castigationibus tum positiuis tum priuatiuis obnoxia. Id quod illi non obscurè significant dum postquam docuerunt, *Concupiscentiam non minus repugnare naturæ in pura natura quàm in lapsa: nec minus malam esse minúsque pudendam*, addunt postea *statum purorum naturalium gratia resistendi & medẽdi penitus carere: Et si potuisset tunc concupiscentia frenariper auxilium naturalis ordinis, posset & nunc: Auxilia naturalia ad seruandam legem & resistendam libidinibus naturæ rationali debita esse: Ergo neque nunc neganda, quemadmodum non negatur cõcursus naturalis.*

Lib. 2. cap. 21.

Lib. 3. cap. 28.

Nos verò in primis contendimus dum Augustinus agit de impossibilitate bene agendi quâ laborat humana natura, loqui semper de natura lapsa, nec vllum esse versum in omnibus eius operibus quo significet, si esset in medio quodam statu sine peccato & sine gratia nullas fore illius vires, nullósque motus ad bonum morale. Quasi verò nullas esset habitura honestatis vllius apprehensiones, nullósue consequentes inde impulsus, nulla de obiectis ipsis iudicia vera, nullum lumen ad practicas conclusiones deducendas, nullam in voluntate facultatem amplectendi quod esset rectè conclusum. Iterum dico hæc Augustinus vt negaret ne somnianti quidem vnquam contigisse: Loquutum semper esse de filiis Adam, quibus graue iugum impositum est: Infirmitatis, difficultatis, cæcitatis quam patimur & à qua non nisi gratiâ diuinâ liberamur causam & originem ex Adami peccato petijsse, cùm dicit, *primi peccati grauitate nos perdidisse liberum arbitrium ad bonum*: Rationem dedisse quàre non possit homo à seipso benefacere. *Quòd sit arbor mala*: gratiã qua indigemus *medicinã* vocasse quia supponebat morbos & vulnera: Proposuisse hominem redemptoris ac redemptionis egẽtem, ac proinde ven-

ditum: Auxiliatorem & Liberatorem quæſiiſſe quod de captiuis loqueretur. Quid autem futurum eſſet ſi omni malo careret natura, ſi ſana eſſet, ſi integra, ſi innoxia, ſi libera, ſi nulli iudicio nullique pœnæ addicta; oſtendant quæſo vbinam definierit Auguſtinus.

Quare addimus ſecundò, ſi crearetur natura in illo medio ſtatu iuxta ordinem quemdam prouidentiæ illi congruentem, elicituram pleroſque virtutis actus etiam circa Deũ, qui propterea eſſent actus veræ virtutis, quia non impedirentur vllo illius naturæ malo, vlláue damnatione, ſicuti modo, quominus eam verè denominarent bonam: eſto non aliter eam diſponerent ad perfectam beatitudinem quàm per modum remouentis prohibens, quatenus ſcilicet huiuſmodi virtutum exercitio excluderentur contraria peccata. Ac proinde quáuis actus illi ſteriles dici poſſent quatenus nec ad merendam nec ad impetrandam perfectam illam Dei poſſeſſionem, hoc eſt viſionem beatificam valerent; non eſſent tamen ſteriles eo ſenſu quo iam ſunt actus virtutum naturalium, quia nec dici poſſent inutiles ad ſaluandam vel liberandam animam, quippe quæ nec perdita nec damnata ſupponeretur: & nullo exiſtente impedimento peccati, eſſent idonei, ad obtinenda imperfectæ alicuius beatitudinis media, quæ in Dei contemplatione ſita eſſet.

At, inquiunt, ea quæ impoſſibile faciunt naturæ lapſæ ac peccatrici virtutis exercitium ſunt ignorantia & concupiſcentia, quarum altera impedit ne cognoſcatur bonum, altera ne efficaciter diligatur: ſed in ſtatu puræ naturæ vtraque perinde reperiretur: ergo reperiretur eadem virtutis exercendæ impoſsibilitas. Reſpondemus negando maiorem: Neque enim ex ignorantia tantùm & concupiſcentia oritur exercendæ virtutis difficultas (impoſsibilitatem enim non admittimus vt ex dictis conſtat) in natura lapſa; ſed etiam ex modo prouidentiæ naturæ peccatrici conſentaneo, quæ

Digitized by Google

postulat vt non eadem illi præsidia conferantur ad vincenda mala quæ sua culpa commerita est, quæ conferrentur si esset innocens.

Et dum dicunt concupiscentiam non fore minus malam minúsque pudendam in natura pura quàm sit in lapsa, errant latissimè doctrinæ Augustinianæ immemores. Siquidem Augustinus tripliciter malam facit concupiscentiam, primò quòd ipsa subiectum sit & tanquam vehiculum peccati originalis, vt ipse quidem putat: & hoc sensu desinit esse mala in baptizatis. At in pura natura nullum esset peccatum originis, nec proinde propter illud mala concupiscentia. Secundò mala dicitur quod ex peccato ortum habeat, vtpote quæ futura non erat si perseueraſſet iustitia originalis: & hoc etiam sensu non esset mala in pura natura, quia non haberet huiusmodi exordia. Tertiò mala est quòd ad peccandum impellat: & quia sub benigniore prouidentia minus impelleret: esset hoc etiam sensu minùs mala.

Nimirum in pura natura esset ignorantia sicut iam est in lapsa, sed cùm videamus etiam in lapsa non eandem in omnibus esse, verum alios quidem, vt notat Au-
4 con. Iul. cap. 3.
„ gustinus, *fatuos esse, alios tardissimi ingenii & ad intelli-*
„ *gendum quodammodo plumbei, alios obliuioſos, alios acutos*
„ *memoréſque, alios vtroque munere præditos & acutè intelligentes & tenacissimè memoriæ thesauro cognita recondens*, quid quæso impediret sapientissimum & potentissimum Creatorem, quo minus & homines quam maximè ad rerum comprehensionem à natura comparatos conderet; & educationis atque institutionis modum, occursumque obiectorum ita disponeret, vt tum ad peccatum vitandum, tum ad exercendam virtutem necessarias in tempore acciperent notiones? Esset etiam concupiscentia in natura pura sicut in lapsa: sed cùm videamus disparem esse etiam in lapsa illius ferociam, &
„ vt ait Augustinus *alios esse natura lenes, alios facillimis*

Digitized by Google

ex cauſis ira facillima ardentes, alios ad vindictæ cupiditatem inter vtroſque mediocres; alios ſpadones, *alios frigidos, alios libidinoſiſſimos, alios inter vtroſque, & moueri faciles & teneri*; *alios timidiſſimos, alios audaciſſimos, alios neutrum, alios hilares, alios triſtes, alios ad nihil horum proclives, quod*, inquit, medici *audent tribuere temperationibus corporum*, quid obeſſet quæſo quo minus innocentium hominum conditor talem concupiſcentiæ modum conſtitueret, talem humorum temperationem, talem diſciplinam, tales occaſiones & occurſus rerum, exempla denique talia, vt quamuis ea cum ratione pugnaret; non tamen vinceret, ſed victa potiùs dicerentur & virtutis triumphantis augeret gloriam?

§ III.

Dari etiam naturalis ordinis adiutorium.

ATQVE hæc ſunt auxilia ordinis naturalis quæ Nou Auguſtiniani vocant *machinamenta humanæ Philoſophiæ in Pelagianis contrita*: ſed nihil nos mouet illa toties, id eſt quoties alia omnis idonea ratio deficit idoneáque reſponſio, decantata calumnia. Quippe iam ſatis prouiſum eſt, ne quiſquam gnarus Pelagianorum dogmatum in eo tantum eos peccaſſe neſciat, quod auxilia naturalis ordinis prodeſſe dicerent ad finem ſupernaturalem, & quidem in hoc ordine rerum, in quo neceſſe illis erat & hereditariam agnoſcere damnationem, & iniquiorem exinde hominum conditionem. Lib. 3. cap. 11.

Nam quod addunt *auxilia naturalia ad ſeruandam naturæ legem & ad libidinibus reſiſtendum ne in peccatum trahant, naturæ rationali debita eſſe: ergo neque nunc neganda quemadmodum non negatur concurſus naturalis*: vnde concludi volunt, quod iam nulla ſint, nulla quoque fore in ſtatu puræ naturæ: ad hoc tantum iuuat, vt intelligamus eos errorem inculcare ſuum, ſecumque pugnare. Quid enim eſt aliud negare auxilia naturalia ad ſer-

Digitized by Google

uandam naturæ legem, cùm gratiam quoque sufficientem & supernaturalem excludant, quàm dicere naturæ legem impossibilem esse transgredientibus : & quotquot peccant necessariò peccare, seu cum impossibilitate aliter faciendi? Iam quid est quod dicunt, auxilia naturalia debita esse naturæ, ac proinde reddenda lapsæ perinde atque integræ, sicut concursus? Non recordantur à se quoque tam fusè probatum, amorem Dei super omnia, fruitionem, ipsam denique Dei visionem beatificam naturalem esse ac debitam innocenti naturæ? Num igitur volunt hęc dona nihilo magis neganda naturæ lapsę quâm integrę, seu quàm negetur concursus naturalis ad agendum necessarius? fateantur ergo esse aliqua naturalia & naturę debita, quæ nec sunt debita nec exhibita sicut concursus. Nempe aliqua sunt naturalia & debita ex hypothesi tantum certarum causarum concurrentium, cuiusmodi est pulchritudo, sanitas, &c. Et quia ille causarum occursus Deo est arbitrarius, posset contingere vt qui pulcher est esset deformis, sicut etiam contingit vt qui sanus est, fiat æger. Quo tempore nec difformis re debita priuaretur, vt nec priuatur æger. Absunt enim eæ causę in quibus fundatur huiusmodi debitum. Auxilia igitur naturalia quę necessaria sunt ad complendam libertatem & constituendam potentiam non peccandi, à nullo Catholicorum negari dicimus, & illa vt sint debita faciunt circumstantiæ quæ concurrunt ad vsum rationis & libertatis. Copiosiora & efficaciora dicimus futura in pura natura, eorum exigentiam fundante quæ tunc esse posset circumstantiarum atque causarum alia complexio : eáque ratione facillimum fore Creatori & Gubernatori Deo sic hominem regere, vt concupiscentia non impediret etiam constans ac diuturnũ exercitium virtutis : neque cõsequens esse vt quę gratia vel auxiliũ iam non detur, futurum illud sit in alio rerũ ordine supernaturale: quẽadmodũ non sequitur supernaturalem esse pulchritudi-

Digitized by Google

nem quæ in alio quodam cauſarum naturalium concurſu ineſſe potuit deformi, vel ſanitatem quę reddi poteſt ægroto. nullúmque apicem eſſe in Auguſtino ex quo intelligi poſſit eum contraria ſenſiſſe.

Ex his igitur tribus principiis, quæ vel Auguſtiniana ſunt, vel Auguſtinianis minimè repugnant; Quòd poſſit prouidentia differre bonum naturæ conueniens aut debitum, quòd poſſit eſſe naturale virtutis exercitium in natura præſertim innocẽte. Et cõſequenter quòd ſit & eſſe poſſit auxilium naturalis ordinis ad huiuſmodi exercitium concludens; confracta manet atque contrita tota illa prima ratiocinatio, quæ pleraque inuoluit Baianorum argumenta contra poſſibilitatem ſtatus purè naturalis. Ad quod etiam ſequentia iuuabunt.

CAPVT XII.

Diluitur ſecundum argumentum.

EST igitur ſecunda ratiocinatio. Implicare ſtatum naturæ rationalis qui nullo exiſtente peccato adiunctam habeat impoſſibilitatem tendendi vel perueniendi ad beatitudinem: Talem autem eſſe ſtatum purę naturæ: igitur implicare. Maiorem probant ſolitâ illâ ſuâ ratione. Quòd non poſſe tendere ac peruenire ad beatitudinem ſit magna miſeria, miſeria verò nulla cadere poſſit in naturam innocentem: minorem verò quod ſecluſo auxilio ſupernaturali, quo caret pura natura, nullum ſit naturale quo iuuari poſſit vt ad beatitudinem peruenìat. Vides hîc quoque in concluſione tantùm negari poſſibilitatem ſtatus purè naturalis, quæ concluſio nuſquam apud Auguſtinum reperitur. Reſtat videre an principia ſaltem Auguſtiniana ſint.

Ad primam propoſitionem ipſi ſtatim Aduerſarij diſtinctionem nobis ſuggerunt, dicunt enim duplicem eſſe beatitudinem, perfectam aliam, aliam imperfectam & *decoloratiorem* vt retulimus antea. Quorum exemplo quid prohibet nos pariter duplicem diſtin-

Digitized by Google

guere, perfectam vnam & supernaturalem, aliam imperfectam,& naturalem, quæ sit prioris imitatio quædam decoloratior, ad quam tendere ac peruenire possit pura natura? Quid inquam, poterit ex Augustino contra illud produci? Dicent imperfectam suam beatitudinem dispositionem esse ad perfectam, naturalem autem esse non posse, concedo id quidem. Sed quid est in Augustino quod impediat quo minus dicamus hominem cum hac naturali aliquandiù relinqui posse, donec ad supernaturalem transferatur sine vllo suo merito, quem admodum ipsi dicunt relinqui aliquandiù cum imperfecta supernaturali, vt deinde merito quodam suo transferatur ad perfectam? Et quo loco dixit Augustinus naturæ rationali peccato carenti coniunctam esse debere necessariò vel perfectam vel supernaturalem beatitudinem? Augustini enim testimonia neutrum exprimunt.

Misera est, inquiunt, natura rationalis si non sit beata, quæ innocens est misera esse non potest. Verum hæc principia ita sunt ab illis quoque remperanda, nihil vt concludant contra nos. vel enim miseram faciunt creaturam quæ caret etiam indebito bono & facultatem suam ac vires superante: vel omnino eam quæ non habet tantum bonum quantum vel ex propria facultate, vel ex aliquo & gratuito beneficio habere potest; Si primum, creatura in statu pure naturali non esset misera, tamersi careret supernaturali beatitudine, quia intelligeret eam sibi non deberi, vnde nec torqueretur quamdiu cogitaret frui se bono sibi debito & suæ facultati consentaneo, & eo modo frui quo debet & potest. Secundum, fuit igitur miser & Adamus in statu innocẽtiæ, & angelus ante lapsum, quia non habuerunt tantum bonum quantum habere poterant: atque ita coniunctæ in illis fuere miseria & innocentia, quod nefas putant, & in vniuersum miseri sunt quot quot illâ tantum decoloratiore beatitudine sunt beati, tametsi etiam

Digitized by Google

Ego sum, qui sum. Ego sum, qui sum. Ego sum, qui sum.

tendunt fore perpetuum. Hoc autem dico ex Augustino colligi; quia loco antea citato negat afflictionem illamanimiq; cruciatum quo torquebantur Iosephi fratres reddidisse illos *calamitosos*, quòd duratura non esset sed datura locum gaudio maiori. Vnde inferri potest, Augustino calamitatem non esse nec miseriam illã quæ temporalis est & cuius occasione lætitia maior succedit.

Aliud quoque temperamentum Baiani suppeditare debent, dum homines sanctos baptismo iam expiatos nihilque amplius habentes originariæ damnationis, clamantes audiunt *infœlix ego homo, quis me liberabit &c.* Quomodo enim saluâ Dei iustitia stare in illis potest *infelicitas* illa cum innocentia? Nimirum hic illi Augu-
L.b.3.cap. 19. stinum ita interpretantur *vt merito contemni debeat, si etiam iustus aliquid huiusmodi pœnaliũ molestiarũ sine sua culpa patiatur ob magna bona quæ proueniunt ex illa malorum tolerantia.* Quasi dicerẽt, pro nihilo reputandã illã infelicitatẽ Apostoli, & miseriã non esse miseriã, dum est occasio virtutis exercendæ. Quid igitur habẽt quod obiiciãt tuentibus possibilitatem status purè naturalis? An non tunc quoque prodesse posset ad exercendam virtutem & aliquam in illa innocentia & quiete confirmationem promerendam, humilis subiectio creatæ voluntatis ad diuinam, quando intelligeret se maiori aut perfectiori Dei possessione non esse dignam, præstaréque vt naturalibus bonis quæ possideret cum gratiarum actione contenta maneret?

Hæ sunt igitur variæ certæque rationes, tum ex Augustino, tum ex ipsismet Nou-Augustinianis acceptæ, queis irrita fiat vis tota prioris argumenti huius propositionis. Nam posterior inutilis etiam fit ex iis quæ paulò ante dicta sunt de auxilio naturalis ordinis, quòd esse aliquod possit. Nec aliud restat quàm vt inculcemus quod superiùs monstratum est, Aduersarios fateri naturalem esse innocenti creaturæ beatitudinem, aliquam saltem & decoloratam: Vnde sequitur auxilium quoque

Digitized by Google

ſine quo illa obtineri non poteſt eſſe naturale: ac quod idem eſt, naturalis ordinis. Sed eſt, inquiunt; etiam ex gratia, ideóque ſupernaturale. Eſt inquam per vos ex gratia, ſed naturæ debita, & cuius collatio non ſit diſtinctum à creatione ac conſeruatione beneficium, ac proinde habet ex vobis illam tantùm rationem gratiæ illámque ſupernaturalitatem quam nemo vnquam Pelagianus aut Semipelagianus negauit. Quid igitur eſt quo merito ſuccenſeant aſſertoribus ſtatus purè naturalis, dum dicunt eo ſuppoſito non defuturum auxilium naturalis ordinis quo poſſet quis ad aliquam beatitudinem aſpirare ac tendere? Dicant inquiunt, illud auxilium eſſe gratiam. Nos verò etiam dicimus eſſe gratiam cum beneficio creationis & conſeruationis, neceſſariò coniunctam. Quid ipſi præterea dicunt? Volumus, inquiunt, dici ſupernaturalem. Equidem ſi ſupernaturale dici poſſet quod naturæ debitum eſt, & ab eius creatione ac conſeruatione indiuulſum, gratiam huiuſmodi libenter diceremus eſſe ſupernaturalem; ſed poſtquam tota quæſtio ad vſum tantùm vocum redacta eſt, dum conſtat de re ipſa, ne cogite nos ô viri boni male loqui. Patimini vt vtamur impune Doctorum omniũ, id eſt vniuerſalis Eccleſiæ lingua, quæ ſupernaturale nunquam vocauit, quod eſſet ita naturale ita debitũ; ita cum naturæ creatione coniunctũ, ſicut eſt viſus, ſicut auditus, vt fatemini etiam ipſi. Nos, inquiunt, dicimus auxilium illud & qui ex illo ſequuntur bonos affectus diſponere ad perfectam felicitatem & claram Dei viſionem. Vos verò nobis ignoſcite, ſi non ſequimur vſque ad errores: hoc non eſt attollere auxilium naturalis ordinis ad ordinem ſupernaturalem; ſed deprimere Dei viſionem ad conditionem mentis naturalis: nec Pelagium adducere ad fidem Eccleſiæ: ſed fidem Eccleſiæ ad ſenſus aptare Pelagianos: Duo dicitis, quorum vnum accipiunt Defenſores ſtatus purè naturalis, quia congruè dicit

Digitized by Google

videtur. Esse nimirum possibile auxilium naturalis ordinis ad amandum & colendum Deum quo iuuari posse putant puram naturam ad aliquam beatitudinem. Aliud reijciunt, quia vobis quoque inexplicabile videtur vt antea patuit ; nimirum idem prorsus auxilium esse supernaturale & disponere ad perfectam beatitudinem. Ex primo quod à vobis datur & rectè intelligitur argumenta vestra soluimus, secundum, quod ne ipsi quidem intelligitis, remittimus vobis. Duo, inquam dicitis, & alterum Pelagianum est quodnec à vobis, nec à nobis capi vel explicari potest, gratiam naturalis ordinis & à beneficio creationis indistinctam, secluso peccato originali disponere ad claram Dei visionem & hoc repudiamus : Alterum ipsi quoque putatis esse Augustinianum, & à vobis atque à nobis non incommodè intelligitur & explicatur, dari auxilium innocenti naturæ debitum, eóque sensu naturale, quo possit amari Deus & coli in imperfecta quadam & decolorata beatitudine, hoc acceptamus, atque inde argumenta vestra contra possibilitatem status purè naturalis irrita reddimus. Baiani quid ad hoc?

CAPVT XIII.

Diluitur Tertium argumentum.

ATQVE ex his solutum manet quidquid ad tertiam argumentationem pertinet, de libertate seu de facultate puræ naturæ ad faciendum bonum & abstinendum à malo. Dicimus enim fore huiusmodi libertatem in pura natura, non statim, si homines naturali modo gignerentur. Neque enim vel in matris vtero, vel in cunis idonei essent ad sapientiam : Neque hoc Augustinus ipse requirit in natura innocenti, vt antea monstratum est. Sed suis temporibus sensim perduceretur ad illam maturitatem quæ honestis officijs & exercendæ virtuti apta est ; & tunc plenam haberet

Digitized by Google

boni faciendi & mali cauendi facultatem. Quod ſi hoc etiam loco recantent, facultatem illam non haberi niſi per gratiam, gratiam verò non eſſe vbi pura natura eſt; iam ſatis ſuperque reſponſum, eſt, nuſquam ab Auguſtino negatum auxilium naturalis ordinis ad exercendam virtutem in ſtatu puræ naturæ: neque nos vnquam negaturos quin eſſet in eo ſtatu neceſſaria gratia incluſa in ordine prouidentiæ quæ puræ naturæ congrueret eſſétque beneficium cum creatione ac conſeruatione connexum: Negare nos tantùm id quod ipſis quoque Baianis inexplicabile eſt, gratiam huiuſmodi fore ſimul etiam ſupernaturalem: ac quod inde conſequens eſt, ex eius ſuppoſitione deſtructum iri ſtatum puræ naturæ, quæ media eſſe debet inter peccatum & gratiam. Neque enim media eſſe aut ſupponi debet inter peccatum & eam gratiam quæ ipſius conditioni debita eſt: nec illa, vt iam dictum eſt, initium eſt aliquod aut diſpoſitio ad perfectam beatitatem, vt proinde cùm ea ſupponitur ſupponi debeat iam inchoatus ſtatus ſupernaturalis,

CAPVT XIV.

Quartum argumentum ſoluitur.

§ I.

Oſtenditur mala naturalia non repugnare innocenti naturæ in adultis ex mente Auguſtini.

QVARTA ratiocinatio argumentum petit contra ſtatum puræ naturæ à naturalibus malis, vt ſunt morbi, dolores, alijque defectus corporum, Item à concupiſcentia quæ contra rationem pugnat, & ab ignorantia quæ ſubtractâ boni malique cognitione voluntatis facultatem ligat, ne in huiuſmodi obiectis exerceatur, hæc quia nec abeſſe poſſe putant à natura rationa-

Digitized by Google

li sine gratia, nec adesse sine peccato; ideo impossibilem esse putant statum illum quo tum gratia, tum peccatum ab ea natura excludatur, qui est status purè naturalis. Atque hic fortissimus est Baianorum impetus propterea quod moueri sibi videantur innumeris Augustini testimonijs, quibus infert contra Pelagianos peccatum originale in pueris aliàs innocentibus ex huiusmodi malis: quasi non dubitaret quin illa nullo modo cadere possent in naturam innoxiam.

Sed respondemus hoc etiam loco & S. Doctorem & Baianos ipsos Pseudo-Augustinianos suppeditare quidquid requiri potest ad dissipandam hãc nebulam & intuendã veritatem. Et primò quod spectat ad dolores, morbos, infirmitatem & similia si de adultis quæstio sit, nulla est difficultas, fatentur enim Baiani vt iam monstratum est, saluari posse Dei iustitiam etiam si adulti sine peccato *pœnales* huiusmodi *molestias* patiantur, quando fructuosus esse potest cum illis conflictus, vnde nascatur seges virtutis & gloriæ maioris, quod contingere posset in statu puræ naturæ intra seriem naturalis prouidẽtiæ, & per auxilia naturalis ordinis. In eo verò Baiani rectè philosophantur, & ad mentem Augustini, qui difficultatem solùm patitur in miserijs paruulorum, vt patet ex Epistola ad Hieronymum, quique dum putat posse illarum inflictionem excusari ex occasione virtutis exercendæ quæ datur parentibus & nutritoribus, vt ibidem repetit ex tertio de libero arbitrio; multò magis crediderit excusari posse ipsorummet parentum & nutritorum, hoc est adultorum omnium miserias ac labores, si fortitudinis & patientiæ merito maius aliquod bonum consequatur.

lib. 3. cap. 29.

Adde quod iam sæpe dictum est, & ne fortè memoria excidat, inculcandum est semper, Augustino videri difficilem in natura intelligente perpetuitatis malorũ cum innocentia coniunctionem iuxta congruas prouidentiæ leges. Nam quod non desint Deo rationes pro-

Digitized by Google

Este documento es una copia electrónica auténtica de un documento papel que ha sido digitalizado y cotejado por funcionario habilitado para ello.
Puede verificar la autenticidad de la copia mediante el código seguro de verificación 4MVMJ2YKJ2ZJ2ZJ2Z

cumque sunt dicta procedere ex hypothesi quod nullum ibi sit
» *gratiæ auxilium aduersus illas pœnales malignitates, vel ma-*
» *lignas pœnalitates.* Si enim illud adsit, *exerceri in iustitia,*
» *profectum suum agnoscere in dilectione iustitiæ, malorum*
» *tolerantia maioris gloriæ præmium consequi, tam magna bo-*
» *na esse, vt meritò contemni debeat, si etiam iustus aliquid hu-*
» *iusmodi pœnalium molestiarum sine sua culpa patiatur.* Vnde sequitur & Adamum potuisse, & quemlibet alium posse in ætate adulta creari à Deo cum ignorantia & concupiscentia: dummodo non desit auxilium quo & concupiscentiam vincendo, & scientiam acquirendo, homo proficere possit & melior fieri quàm factus est. Atque ad eum modum est intelligendum quòd iterum dicunt, Augustinum *nihil maiori autheritate frequentius*
lib. 3. cap. 22. *repetere, nihil acrius inculcare, quam Deum auctorem pu-*
» *dendæ concupiscentiæ quemadmodum & pudoris nonnisi*
» *erroneæ & blasphemia opinione dici posse: Item hæc tria pu-*
» *dendam concupiscentiam, profundissimam iuris naturalis*
» *ignorantiam, voluntatis malitiam, tam arctam habere cum*
» *peccato connexionem vt eorum Deus fons omnis honestatis*
» *creandæ auctor esse non possit.* Quæ omnia, iuxta ea quæ paulò ante relata sunt, sic erunt accipienda, vt subaudiatur conditio, nisi auxilium adiungat Deus quo impediatur ne in peccatum efficaciter trahant, vel quo efficiat, vt exercendæ virtutis occasio sint. Atque hoc temperamentum adhibere Baiani coacti sunt impellente Augustino, dum dixit concupiscentiam & ignorantiam illæsa Dei sanctitate esse potuisse *primordia hominis naturalia*: vt dubitari non possit, quin sit ad mentem
3. con. Iul. c. cap. 26. Augustini. Quod aliis etiam ex locis monstrari potest, vt cùm dicit, *si non consentiatur concupiscentiis carnis, quamuis agantur motibus, non tamen perfici operibus.* Et, *Conflictum cum concupiscentia esse hominum fidelium*, & qui *benè viuunt in hoc certamine laborantes*: vnde sequitur, si possit homo in statu puræ naturæ non consentire concupiscentijs, & bene viuere confligendo cum hoc hoste

hoſte domeſtico; nihil fore cauſæ cur non dicatur poſſibilis illa ſuppoſitio. Hæc ſunt & Auguſtini & Baianorum eatenus benè ſentientium principia.

Nec ego iam quæro quomodo conciliari poſſint cum ijs quæ paulò ante retulimus eorum dictis: vt cum ex erubeſcedi neceſſitate, ex repugnantia cum ſpiritu, cum ratione, cum virtute colligunt, Deum eſſe non poſſe auctorem concupiſcentiæ, idque, vt ipſi putant, inſuperabili ratione. Data enim hypotheſi quod conderetur homo ſine peccato cum concupiſcentia ſimul & cum gratia qua poſſet reſiſtere concupiſcentiæ, numquid caro ſpiritui repugnaret? Non dico numquid vinceret, nec numquid ſaltem repugnaret? numquid ille ſtatus ſimilis ei eſſet in quo reperiebatur qui dicebat *ſentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*? Numquid ex illa pugna oriretur etiam aliquis pudor? An eſſet tunc publica ſexuum commixtio? an erigerentur theatra vt homines darent operam liberis? quomodo ergo intelligendum quod dicitis, ô Baiani, ex erubeſcendi neceſſitate & ex repugnantia concupiſcentiæ cum ratione, conſequi argumento inſuperabili, vt ea non poſſit inferri innocenti creaturæ: vt Deus auctor illius eſſe non poſſit? ecce innocens eſſet natura quam ſupponitis: & haberet inſertam ex veſtra confeſſione concupiſcentiam cum ratione pugnantem: & ob pugnam eiuſmodi pudore confundentem eos etiam quos non ſuperaret. Quis ergo eſſet tunc illius auctor quando nullum peccatum præceſsiſſet? nonne Deus? quis inquam eſſet auctor illius ordinis in quo caro contra ſpiritum pugnaret, & ſpiritus contra carnem: pars inferior contra ſuperiorem, & ſuperior contra inferiorem: hoc eſt homo contra ſemetipſum? nonne Deus? & ille ordo eſſetne ſupernaturalis? eſto ſupernaturales eſſent vires ad reſiſtendum; at quod caro ſpiritum oppugnaret, eſſet ne ordo ſupernaturalis? quid igitur eſt quod dicitis, eſſe impoſsibile vt ſit ordo na-

turalis? quis verò cogeret Deum ita hominem regere tunc vt pro sua libertate numquam sineretur concupiscentiæ consentire? quod si consentiret aliquando, quid dicitis, esset ne hinc victoria concupiscentiæ naturalis an supernaturalis?

Quid est etiam quod additis, tam magnum malum esse concupiscentiam, vt *hoc ipso quod inest naturæ rationali*, non possit eam non reddere obnoxiam damnationi? Quid inquam est, *hoc ipso quod inest*? Non est idem ac nullâ re aliâ suppositâ vel requisitâ? ecce in hypothesi quam modò datis, inest concupiscentia naturæ rationali, & *hoc ipso* quod inest, illa tamen non est rea damnationis. Et hæc est præcipua basis Augustinianæ atque etiam Catholicæ doctrinæ? ô Architectos improuidos atque inconsultos, qui quas statuêre bases tam facilè ipsimet disturbant! inquirere etiam lubet vbinam foret, eadem hypothesi data, illa *tam arcta* concupiscentiæ & ignorantiæ connexio cum peccato, quæ impedit ne Deus fons omnis bonitatis, illius auctor esse possit? Adeóne arcta est illa connexio quæ auxilio naturæ debito soluitur?

Quàm malè autem consulunt Augustini laboribus, quibus timent ne in fumos euanescant si potuit concupiscentia inseri primis hominibus in pura natura constitutis. Quam malè, inquam, consulunt Augustini laboribus & Ecclesiæ plausui per illum triumphantis, qui fatentur reuera inseri potuisse concupiscentiam primis hominibus in ætate adulta creatis, dummodo adderetur auxilium naturæ debitum ad impediendum voluntatis consensum? Eò enim spectabat Augustini labor, vt ipsi quidem interpretantur, vt propagatâ concupiscentiâ ex peccato natâ, ideóque tam fœdâ, & tam pudendâ, intelligeretur etiam peccatum propagari; itâque staret Catholica veritas peccati originalis: causam enim esse concupiscentiam peccati originalis, & esse necesse damnari quidquid

Digitized by Google

ex illa naſcitur: & illa præſente traiici peccatum parentum in filios. Et ecce hypotheſim modò admittunt, in qua concupiſcentia & naſcatur ſine peccato: & ſine peccato perſeueret ac vigeat: & ſine peccato communicetur, dummodo impediat diuina gratia ne illa dominetur. Vbi igitur Auguſtini labor? & quis illum euaneſcere facit in fumos niſi ſufflatores iſti, qui baſim Catholicæ doctrinæ, quam ſe firmam ſtabilémque in Auguſtini monumentis inueniſſe putabant, in nihilum reſoluerunt?

Sed hæc curſim notata ſint. Neque enim mihi modò animus eſt luxatæ huius & malè cohærentis Baianorum Theologiæ argumenta fuſiùs perſequi. Sufficit quòd ex ipſorum & ex Auguſtini ſententia ineſſe poſſit concupiſcentia naturæ rationali nullum habenti peccatum, dummodo non deſit auxilium quod impediat ne quam oppugnat ſuperet. Sufficit quod concedant auxilium ad hoc neceſſarium eſſe tali naturæ debitum, eſto non ratione prioris alicuius meriti, ſed ob exigentiam naturæ, ſicut viſus, ſicut auditus. Sufficit quod ſit & dici poſſit naturale, eo quòd ſit ea ratione debitum: nec propriam conſtituat ſeorſim à creatione beneficij rationem. His enim poſitis conſtat euidenter naturam ſic affectam mediam eſſe inter ſtatum peccati & ſtatum ſupernaturalem: ac proinde puram eſſe naturam ſaltem in adultis. Nam de paruulis mox dicemus. Quòd ſi vrgeant, auxilium illud eſſe auxilium gratiæ & quidem ſupernaturalis, ideóque naturam illo prædítam participare ſtatum ſupernaturalem; repeto quòd iam dictum eſt. Illud auxilium eſſe auxilium gratiæ debitæ naturæ, ſeu gratię non diſtinctæ à dono creationis & conſeruationis, ſed habéntis neceſſariam cum illis connexionem: eſſe inſeparabile ab ordinaria circa talem naturam prouidentia: eóque ſenſu quòd à Baianis quoque concedítur, vt antea monſtratum eſt, rectè & intelligi, & dici, & eſſe auxilium natu-

Digitized by Google

tale. Vt autem & sit & dicatur similiter à nobis supernaturale, quando Baiani fatentur summam esse in eo explicando difficultatem: nec velle nos nec debere concedere, donec illam difficultatem superauerint, quòd adhuc præstare non potuerunt.

Vno verbo Baiani videntur, dum immenso labore eóque inutili consumuntur in coaceruanda testimoniorum & sententiarum S. Augustini insana strue, id quod vnum erat monstrandum supponere maluisse quàm probare. Erat videlicet in hoc vnum incumbendum, vt monstrarent, vel auctore Augustino, vel alia quapiam vrgenti authoritate seu ratione, dari non posse auxilium naturæ debitum & inter beneficia connaturalis prouidentiæ numerandum, quod etsi sufficeret ad honestas operationes, non tamen ad meritorias aut impetratorias perfectæ beatitudinis & visionis Dei: hoc opus, hic labor erat. Et tamen Baiani excursionibus interminatis & minimè necessarijs distracti, hoc quod potioris erat momenti vociferando magis quàm argumentando munierunt, ingeminasse contenti Pelagianum, Pelagianum esse quod numquam ab illis monstratum est.

Accepto igitur quòd ipsi dant, non repugnare diuinæ vel iustitiæ, vel bonitati, vel potentiæ, creari hominem innocentem cum insita concupiscentia & ignorantia, dummodo non desit auxilium quo mala impediantur quæ ab vtraque manare possunt: accepto pariter quod etiam dant, aut certè quod negare nesciunt, nec possunt, tale aliquod auxilium intra sphæram naturalis, hoc est naturæ debitæ prouidentiæ reperiri; confectum dicimus quod propositum erat, dari posse statum naturæ medium inter peccatum & gratiam supernaturalem; cum concupiscentia & ignorantia, saltem in adultis, qui auxilio illo benè vti possunt.

§. II.

Idem oſtenditur in paruulis.

ERGO ad paruulos tantùm redacta eſt controuerſia. In qua tametſi ſuperiores eſſe non poſſemus, nihil nobis perijſſet qui pro poſſibilitate ſtatus purè naturalis præcisè pugnamus. Sed de paruulis quoque nulla eſt difficultas. Nam quòd dicunt primò dolores & cruciatus cæteráque incommoda quæ patiuntur non poſſe innocentibus conuenire ſalua Dei æquitate; in primis nihil neceſſe eſt ad adſtruendum ſtatum purè naturalem præcisè, vt concedamus paruulos cruciatus ac dolores eſſe paſſuros. Sed quia definitum eſt in bulla contra Baium, non ſolum condi potuiſſe puram naturam, ſed condi potuiſſe qualis nunc naſcitur; addendum: Eſto futuri eſſent paruuli ſicut nunc, quibuſdam doloribus obnoxij, non tamen maximis aut intolerabilibus. Cùm enim modò varia ſit paruulorum conditio ſicut & adultorum: & quamuis alij ſint afflictiſſimi, alij tamen quietiſſimè ac commodiſsimè creſcant, & raras fundant lacrymas; quid mali eſſet, ſi tali quadam prouidentia nutrirentur in illa puræ naturæ innocentia? Eſto, colligat Auguſtinus originale peccatum ex multitudine ac varietate dolorum queis paruuli cruciantur; at vbi nam oſtendit periclitari Dei iuſtitiam, ſi paruulo innocenti leuis quædam offenſa lacrymam excuteret vnam? Exploſa nimirum eſt iam ſuperiùs ſcrupuloſa illorum Doctorum ſententia, qui putant Deum æquitatem perditurum ſi permitteret innocentem vel minimâ vſquam tangi moleſtia, hoc etiam nomine magis ridendi, quòd ex tam ſuperſtitioſa Theologia videntur velle articulum condere fidei & Catholicæ doctrinæ præcipuam baſim.

Sed neque hoc temperamento opus eſt: nec quid-

Digitized by Google

quam vetat quin absolutè concedatur posse paruulos nullo peccato inquinatos eadem pati quæ nunc patiuntur qui cum peccato concepti sunt, idque annuẽte Augustino, vt constat ex ijs quæ retulimus antea, vel ex ipsa ad Hieronymum epistola, ex qua tamen præcipuè Baiani suam sententiam confirmare nituntur. Ibi enim Augustinus apertè permittit, vt nihil colligi putemus ad probanda puerorum peccata ex iis, quæ temporaliter patiuntur, nisi quatenus cum æterna quæ sequitur hanc vitam eorum damnatione connectuntur.

Quin & hic quoque valet regula illa tum Augustini, tum Baianorum, quæ tradit breues innocentibus molestias citra iniustitiam decerni posse, dummodo vberior inde fructus colligatur. Breues enim essent illæ puerorum molestiæ, ad ætatem longissimam aut etiam ad æternitatem compatatæ: & fructum afferent non pœnitendum, non solum parentibus & nutritoribus quibus materiam præberent multiplicis virtutis exercendæ; sed ipsismet etiam pueris, quando ex cognitione istorum primordiorũ intelligerent aliquãdo quantum Deo, quantum parentibus deberent, ex quam humilibus atque infirmis initiis creuissent, quàm meritò impendere aliis deberent eam curam quâ ipsi prius eguissent, & similia; vnde per totam dein vitam qualiscumque & quantacumque foret, succurrerent frequentia multiplicis virtutis incitamenta.

Nihilo maior est difficultas in concilianda concupiscentia & ignorantia cum innocentia paruulorum, iuxta doctrinam Augustini & principia Baianorum. Age enim, supponamus ab illis adultis quos concedunt & sine peccato & cum concupiscentia & ignorantia creari posse, dummodo non desit auxilium quo illæ superentur, nasci pueros. & sine huiusmodi auxilio cuius adhuc non sunt capaces; & cum ignorantia & concupiscentia, quales modò experimur in paruulis, atque

Digitized by Google

etiam ſine gratia iuſtificante, qua in Dei filios & hæredes æternæ felicitatis adoptentur. Quid mali ſupponitur? *irreligioſa* eſt, inquiunt, *ſacrilega, blaſphema* in Deum cogitatio. Quam ob rem? In primis gratiam illam adoptionis iam monſtratum eſt eſſe indebitam, & reuera ſupernaturalem: & vt eſſet debita monſtratum etiam eſt nihil eſſe cauſæ cur differri non poſſit eius infuſio: ac proinde nihil eſt ex hoc capite in illa hypotheſi difficultatis. Iam concupiſcentia quare ineſſe non poterit? Eſt mala, inquiunt, & Deus eſſet Auctor mali. At, inquam, eſt mala ſicuti ſcriptura eſt manus ſcribentis: & voces ſunt linguæ loquentium, vt dicit Auguſtinus: mala ſcilicet, non proprie, ſed tropice, eo quòd malam habeat originem in filiis Adam. Tolle igitur malam originem non erit amplius ea ratione mala. In ſubiecta verò hypotheſi concupiſcentia non oritur ex malo. Adulti enim illi parentes ſine peccato & viuere & generare ſupponuntur. Deus qui prima eſt operis cauſa, ſanctè ac diuinè concurrit. Vnde igitur malitiam trahit?

Nam quod alia ratione mala dicitur, quia impellit ad malum, in his paruulis locum non habet, in quibus nullo adhuc exiſtente rationis vſu quidquid vel concupiſcentia vel ignorantia geritur innoxium eſt, Cum *tacitis licet infantibus clamet* apud Auguſtinum *natura ipſa ſuæ vitæ proprium nullum contrahere peccatum*: Et ideo *vocari ab omnibus innocentes*. Et eſt notandum quod dicit Auguſtinus alio loco: *ſomnum, cùm occupat membra, non ea facere inobedientia voluntati, quia & ipſam voluntatem ab huiuſmodi alienat imperio.* Vnde ſequitur à pari, nec concupiſcentiam paruulorum vlla ratione pro illo ſtatu accuſandam, tanquam voluntatis imperio renitentem: quippe quæ ab huiuſmodi imperio alienata eſt. Quid igitur hic inuoluitur contradictionis?

lb. de pec. mer. lib. 1. cap. 34. 35.

Conf Iul. lib. 5. c. 10.

Dicent fortaſſe hoc quod eſt rationem in puero ita eſſe ligatã, & tam profundâ metſam ignorantiâ huiuſmodi eſſe, vt ſalua Dei æquitate cadere nequeat in

Digitized by Google

creaturam innocentem. Verùm dicant nobis de suis illis adultis quos viuere posse concedunt sine peccato, & cum concupiscentia & ignorantia, an velint totâ vitâ insomnes esse? an quietem capere aliquam corporis? Dormire, vt opinor, illos sinent: nec Augustino repugnabunt, qui loco paulò ante citato contra Iulianum, futurum fuisse dicit somnum in statu innocentiæ: quin & reipsa fuisse scriptura docet. Discreta verò illa somni tempora quotam vitæ partem occuparent? Tertiam nimirùm aut quartam. Esset igitur tertia vel quarta vitæ parte in hominibus nullius peccati reis ligata sepultáque ratio, atque omnis scientiæ vsus interdictus: hoccine verò non esset contra iustitiam prouidentiæ? Augustinum igitur audiant, atque illo auctore discant nihil vetare, quo minùs quod in adultis interpolatè fieri posse putant, continuè fiat in paruulis. *Quid ei obest*, inquit, animæ scilicet rationali, *illo velut somno paululum immergi, vnde paulatim euigilans in lucem intelligentiæ propter quam anima rationalis facta est, potest per voluntatem bonam eligere vitam bonam?* Et loquitur ex hypothesi data & non concessa, quòd anima quamuis sit vnita carni peccati, per se tamen ipsa peccatum non habeat; eò quòd à Deo solo trahat originem, seu potius respondet illi rationi quâ videtur iniuria fieri animæ rationali, nullum à seipsa vel à sua origine peccati trahenti, quando per coniunctionem cum carne peccati tamdiu esse cogitur in illis primorum annorum tenebris & infirmitate. Atque huc pertinet id quòd dixerat antea: *Nihil reprehensionis habere, si dicatur Deus imperfectum aliquid facere, dummodo id ipse deinde perficiat*, nec alteri perficiendum tradere cogatur: possèque *vt arbores hyeme*, sic homines aliquamdiu relinqui, videlicet sine vsu rationis & fructu operum. Quibus adde quod antea retulimus ex 3. de libero arbitrio. *Si arboris nouellum & rude virgultum, nullo modo sterile rectè dicimus, quamuis aliquot æstates sine fructibus traiiciat: donec opportuno*

De gen. ad lit. lib 10. cap. 14.

Lib. 2. cap. 11.

opportuno tempore expromat felicitatem ſuam; cur non & auctor animæ debita pietate laudetur, ſi ei tale tribuit exordium, vt ſtudendo ac proficiendo ad frugem ſapientiæ iuſtitiæque perueniat? Non eſt igitur irreligioſa doctrina quæ apud Auguſtinum habetur expreſſa, ſed quæ illàm calumniam vibrat ſuperſtitioſa potius dicenda eſt, & Pſeudo-Auguſtiniana.

Neque licet hic eos fingere Auguſtinum fortè loqui de anima rationali, quæ cùm non habeat peccatum, ſupponatur habere gratiam adoptionis, quâ compenſetur malum illud ignorantiæ ac concupiſcentiæ, vel potiùs qua impediatur ne animum inquinare poſſit, quemadmodum poſt baptiſmum ob præſentiam eiuſdem gratiæ non amplius inquinat. Quia manifeſtum eſt Auguſtinum rationem petere cur ita poſſit Deus facere, non ex aliqua compenſatione malorum illorum quæ fuerit ab initio, ſed ex illa quæ futura eſt quando per ætatis incrementa iuuabitur anima, vt iuſtitiam acquirat. Perſpicua ſunt Auguſtini verba in loco illo de libero arbitrio cùm dicit: *Cur non & Auctor animæ debita pietate laudetur, ſi ei tale tribuit exordium, vt ſtudendo ac proficiendo ad frugem ſapientiæ iuſtitiæque perueniat?* Non ergo ſupponit habuiſſe iuſtitiam ab initio. Idem patet ex iam citatis de Gen. ad lit. *Cùm verò paulatim ab huius obliuionis torpore anima reſipiſcens* POSSIT CONVERTI *ad Deum ſuum, eiuſque miſericordiam & veritatem primò ipſa pietate conuerſionis, deinde ſeruandi præcepti eius perſeuerantia promereri; quid ei obeſt illo velut ſomno paululùm immergi, vnde paulatim euigilans, &c.* Loquitur ergo de anima non conuerſa ad Deum, & cui non ſit debita felicitas, ſed futurum ſit vt eam poſſit promereri. Conſtat etiam ex antea dictis in 5. argumento Auguſtinum cùm dicit laudandum eſſe Deum tametſi concupiſcentia & ignorantia eſſent hominis primordia naturalia, loqui ex hypotheſi à Pelagianis & Manichæis admiſſa, & vtriſque communi. Illi verò non ſupponebant ado-

ptionis gratiam, alioqui Pelagiani non excluſiſſent à regno cœlorum pueros non baptizatos ſeu non regenitos, quod tamen feciſſe Auguſtinus ſæpe memorat; Supponit igitur Auguſtinus poſſibilem eſſe concupiſcentiæ atque ignorantiæ coniunctionem cum ſtatu puræ naturæ, hoc eſt, mediæ inter peccatum & gratiam ſupernaturalem.

§ III.

Qua ratione Auguſtinus ex naturalibus malis puerorum inferre potuerit peccatum originale.

AT enim ea ſemper manet difficultas, quòd Auguſtinus innumeris locis, ſed maximè in libro contra Iulianum, peccatum originale probat ex concupiſcentia & ignorantia paruulorum: nec enim ineſſe poſſe huiuſmodi mala ſine aliquo peccato: nec in pueris eſſe peccatum vitæ propriè, hoc eſt actuale; eſſe igitur originale. Quæ ratiocinatio funditus ruit, ſi tollatur principium illud quo ſupponuntur hæc mala non poſſe ineſſe innocenti creaturæ, nec proinde naturæ puræ.

Reſpondemus primò difficultatem hanc nihilo magis vrgere nos quàm aduerſarios ipſos. Idem enim eſt Auguſtinus qui ea dicit quæ huc vſque à nobis allata ſunt: & de paruulis loquitur tum aliàs, tum maximè dum dicit laudandum Deum etiamſi ignorantia & concupiſcentia eſſent primordia hominis naturalia, quæ dicta volunt aduerſarij in hypotheſi Pelagianorum quæ eſt hypotheſis puræ naturæ. Ipſis ergo etiam incumbit neceſſitas hæc conciliandi. Quod numquam præſtare poterunt, niſi nobiſcum in talem quandam rationem iſta componendi conueniant ex ipſo quoque Auguſtino deſumptam.

Reſpondemus igitur ſecundò Auguſtinum non loqui de concupiſcentia & ignorantia ad breue tẽpus du-

Digitized by Google

quibus eadem nihilominus inhærent mala, *hinc intelligi ad alterum sæculum prodesse quod renascantur.* Quasi diceret, parum interesse quod has adhuc pœnæ reliquias innocentes & Dei filij patiantur, quod hæc temporalia sint, superstitque sæculum alterum in quo æterna fruantur felicitate. Quis negare potest idem dicturum si hæc mala contingerent ad tempus, vel in pura natura conditis vel ab originali peccato, qualis fuit B. Virgo, semper exemptis? hæc est igitur prima solutio quæ vel sola sufficeret.

Respondemus insuper, Augustinum supponere tanquam ex sacris literis, quas admittebant Pelagiani, compertum alium statum longè meliorem ac feliciorem fuisse futurum, si Adamus non peccasset. Quo posito argumentum est optimum, quo ex miserijs paruulorum atque in primis ex illa tam profunda ignorantia & rationis per tot annos veluti sepultura infert, quando propria in illis esse non possunt, necessariò fa-
Cap. 3. tendum *aliqua ex parentibus trahi mala merita*, vt loquitur in tertio contra Iulianum. Quando enim constat tot malorum quæ patiuntur experientia, non tales esse quales erant futuri, quæ causa magis idonea excogitari potuit quâ facta esset eorum conditio deterior, quàm aliquod peccatum? has igitur miserias Augustinus ponit ob oculos Pelagianorum, vt cùm viderint non hoc esse paruulos istos, quod futuri erant, peccatum interuenisse fateantur, & hæreditarium meritum earum pœnarum quibus erant carituri si parentes feliciorem ipsis hæreditatem conseruassent. Quòd autem Augustinus hoc supponat tanquam ex scriptura certum, & à Pelagianis quoque necessariò concedendum, patet ex loco illo quem toties regerit. *Impositum graue*
Eccli. c. 40. *iugum super filios Adam à die exitus eorum de ventre matris vsque in diem sepulturæ in matrem omnium.* Adamum enim peccatorem scriptura intelligit, & ideò super filios Adam creatum dicit hoc iugum, vt intelligeremus

A. 1 Cap. XIV. De Exemplis Artificis. 141

Exemplum Artificis, quod Deus in Mente sua habuit, quando Mundum creavit, quodque nos in Mente nostra habemus, quando Mundum cognoscimus, est Idea, quam Plato sæpissime commendat. Et Idea quidem Platonica, quæ Mundi Exemplum est, Ideis Aristotelicis, quæ Formæ sunt, non adeo differt. Nam Aristoteles Formas non ita intelligit, ut Platonici Ideas, quasi Res ipsæ essent, sed ut Rerum Naturas, quæ in Rebus ipsis sunt, quæque Res ipsas constituunt. Quæ Aristotelis sententia, quamvis a Platonica videatur abhorrere, tamen ab ea non abhorret. Nam Platonici Ideas, quæ Res ipsæ sunt, non ita intelligunt, ut Res ipsæ sint, sed ut Rerum Naturas, quæ in Rebus ipsis sunt, quæque Res ipsas constituunt. Quæ Platonis sententia, quamvis a Aristotelica videatur abhorrere, tamen ab ea non abhorret. Nam Aristoteles Formas non ita intelligit, ut Platonici Ideas, quasi Res ipsæ essent, sed ut Rerum Naturas, quæ in Rebus ipsis sunt, quæque Res ipsas constituunt. Quæ Aristotelis sententia, quamvis a Platonica videatur abhorrere, tamen ab ea non abhorret. Nam Platonici Ideas, quæ Res ipsæ sunt, non ita intelligunt, ut Res ipsæ sint, sed ut Rerum Naturas, quæ in Rebus ipsis sunt, quæque Res ipsas constituunt. Quæ Platonis sententia, quamvis a Aristotelica videatur abhorrere, tamen ab ea non abhorret.

defectus in hominibus ad tẽpus esse permitteret, quales inesse cernimus, dicant Baiani vbinam Augustinus vnquam docuerit? neque enim à nobis vsquam inuenitur.

Respondemus quartò Augustinum argumentari supposito Pelagianorum principio, quòd Deus in concedendis aut negandis beneficiis, in malis infligendis, aut pellendis iudicem ageret & iustum meritorum æstimatorem. Nam si secus faceret, consequens esse dicebant vt omnia fato regerentur quod ipsis videbatur impium. Hoc autem posito principio, quis non videt necessariam esse consequentiam à concupiscentia & ignorantia cæterísque paruulorum malis, ad aliquod peccatum, cuius intuitu illa paterentur? mutato verò illo principio, hæc quoque sequela rumpatur necesse est. Quod autem ita procederet Augustinus euidenter constat ex eo quod dicit lib. 4. con. Iul. cap. 8. *Hæc vt Christianis cordibus conuenit cogitare nescitis: & vos potiùs secundùm vestram sententiam* FATO ISTA DICITIS FIERI QVOD MERITO NON FIT: *&* » *ne secundum istam definitionem fato fiant hominibus, si* » *meritis non fiant, quæcumque fiunt,* IDEO MERITA VEL BONA » VEL MALA QVANTVM POTESTIS ASSERITIS, NE FATVM SIT » CONSEQVENS SI MERITA NEGARETIS. *Ac per hoc dicitur vobis, si ea quæ nullis meritis præstantur hominibus fato fieri iã* » *necesse est: & ideo merita adstruenda sunt ne fatũ sit consequẽs* » *si merita non sunt, fato baptizantur, fato intrant in regnum* » *Dei paruuli, quorum bona merita nulla sunt: & rursum fato* » *non baptizantur, fato non intrant in regnum Dei paruuli,* » *quorum mala merita nulla sunt. Ecce pusilli qui fari nesciunt* » *vos potius assertores fati esse conuincunt.* En vt Augustinus » Pelagianos premit ad agnoscenda merita paruulorum » ne fatum admittant, Et verò nihil poterat contra illas efficacius obiici, quàm dum exigitur vt postquam fatum esse nolunt, & esse tamen putant vbi non sunt merita bonorum & malorum quæ hominibus accidunt; merita igitur exhiberent quibus paruuli iis miseriis

Digitized by Google

quas patiuntur digni esse monstrarentur, quòd nisi admisso originali peccato facere non poterant. Et ideo subiungit. *Nos autem cùm vitiatæ originis mala merita esse dicamus, gratia dicimus intrare parvulum in regnum Dei, quoniam bonus est Deus: & alium merito non intrare, quoniam iustus est Deus, & in neutro esse fatum, quoniam quod vultfacit Deus.* Vbi significat iuxta Catholicam doctrinam Pelagianæ contrariam, Iudicem quidem esse Deum, & merita pensitantem in paruulorum miseriis; sed in eorũ fauoribus Dominũ potiùs agere nullis obligatum debitis, & liberalitatem exercere non alio merito prouocatam quàm solius Redemptoris. Eodem sensu dixerat antea *sub iusto & omnipotente Deo* non irrogandæ eius imagini mala quibus infantilis ætas exercetur: Et non posse non esse magnam pœnam & quæ non nisi cum iustitia infligenda sit, quod imago Dei excludatur à regno Dei, quod repetit deinde cap. 12. Est enim efficax argumentum suppositio principio à Pelagianis admisso: quod Deus velit omnes homines saluos fieri. Et cap. 18. *Bonus est Deus, iustus est Deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est non potest quemquam sine meritis damnare, quia iustus est.* Et deinde libro 5. *Verùm vos quoque qui eos velut liberos ab omni damnatione esse contenditis, cogitare non vultis qua illos damnatione puniatis, alienando à vita Dei à & regno Dei tot imagines Dei, postremò separando à parentibus piis, quos ad eos procreandos tam disertus hortaris. Hæc autem iniustè patiuntur, si nullum habent omnino peccatum: aut si iustè, ergo habent originale peccatum.* Et lib. 6. *Tu assere si potes quomodo sibi non obscurè sed apertè vendicet parvulos* diabolus, *quos immundi spiritus vexant. Si ei traditos dicis, videmus ambo supplicium, tu dic meritum. Ambo cernimus pœnam, tu qui nulla mala merita dicis ex parentibus trahi cùm Deum iustum ambo fateamur, demonstra in ista pœna dignã si potes in infantibus culpam.*

" Cap 11.

" Cap. 10.

Ex his patet Augustinum supponere Deum circa

Paruulos Iudicem agere, atque in eo Pelagianos consentire, si quidem quæstio sit de malis quæ prouidentia decernit: esse igitur pœnalia huiusmodi mala & quia pœna sine culpa nulla esse potest, rectâ ratione, compellere, vt culpam agnoscant tanquam causam malorum quæ paruuli patiantur. Iam verò quia iudicis est debilis & infirmi, non posse impedire ne innocenti mala contingant; iustitiam Dei cum omnipotentiâ Augustinus coniungit, dum dicit, vel non fore iustum, vel non fore omnipotentẽ si mala sineret innocentibus accidere, supposito semper quòd iudicio & pro meritorum æstimatione mala distribuantur. Iam verò vtrum mutatá hypothesi præsenti, in alia rerum serie, posset Deus non Iudicem agere in decernendis puerorum innocentium malis, sed supremum Dominum, & sapientem prouisorem, vti nunc facit in decernendis bonis: itáque relinquere pueros quamuis nullius peccati reos, saltem ad aliquod tempus iis miseriis obnoxios quas modo patiuntur, ob rationes ipsi notas & à nobis etiam coniecturabiles; iterum dico, ac sæpe dicendum est, nunquam Augustinum negasse, sed contrarium potiùs credidisse, vt intelligi potest ex multis quæ antea disseruimus.

§ IIII.

Iterum ostenditur ex principiis Augustinus salua Dei æquitate aliqua mala posse innocentibus pueris infligi.

CERTVM enim est primò, cùm de peccatis agitur, Augustinum nullam haberi velle quæstionem de B. Virgine: & tamen non dubitauit illam, esto non omnes, at multas saltem passam esse infantiles miserias & incommoda. Qui non vult interrogari de peccato, & de malo inflicto non potest non habere certum iudicium

Digitized by Google

iudicium, ille-ne certus esse potest malum infligi non posse sine peccato?

Certum est secundò Augustinum ita dubium circa statum puerorum qui futurus erat si Adamus non peccasset, vt quamuis forte maiorem illi cognitionem tribuat maioréſque vires ad quærendum victum, & mammas in sinu matrum inueniendas; ignorantiæ tamen & infirmitatis defectus non auferat, vt constat ex antea dictis: vt omittam nouimestrem carcerem iacentium in sordibus vteri materni, à qua miseria nullum Augustinus eximit etiam in illo statu. Ergo hic etiam cùm non dubitaret de innocentia, de malis verò infligendis dubitaret, certus esse non potuit quòd nullum malum infligi possit innocenti. cap. 5. supra.

Certum est tertiò ex Epistola ad Hieronymum, permittere Augustinum vt alia quædam causa præter peccatum esse putetur eorum malorum quæ pueri temporaliter patiuntur, & quæ transacta non reuocantur. Quin & certum est quartò ex eadem Epistola, ipsius quoque mortis quæ puero cõtingit, Augustinum fateri diuinæ prouidentiæ causam aliam occurrere posse, cũ dicit: *Nam quod dicitur, quare facit animas eis quos nouit* » *citò morituros? possumus respondere, parentum hinc peccata* « *vel conuinci vel flagellari. Possumus etiam rectè illius mode-* « *rationi ista relinquere, quem scimus omnibus temporaliter* « *transeuntibus rebus, vbi sunt etiam animalium ortus & in-* « *teritus, cursum ornatissimum atque ordinatissimum dare: sed* « *nos ista sentire non posse, quæ si sentiremus delectatione ines-* « *fabili mulceremur.* «

Certum est quintò, Augustinum credere se sufficienter defendere diuinam prouidentiam in tertio de libero arbitrio contra Manichæos qui peccatum originale non agnoscebant, ex eo quòd quamuis ignorantia & concupiscẽtia in puero rationem obruat, aliorúmque malorum causa sit, vinci tamen possit constitutis ad hoc per ætatis incrementa Dei auxilijs;

Digitized by Google

interea verò nihil alienum esse à diuina æquitate, si maneat homo per aliquot tempus *sicut nouellum arboris & rude virgultum* : vel sicut manent *arbores hyeme sine fructu, sine floribus, sine fructibus.* Et iam ostendimus ad aliud spectare quod in Epistola ad Hieronymum significat, sibi iam minus satisfieri per ea quæ dixit in illo tertio de libero arbitrio. Et quia de concupiscentia potissimùm déque ignorantia controuersia est;

Certum est sextò Augustinum concedere laudandum Deum etiamsi concupiscentia & ignorantia primordia essent naturalia, hoc est etiamsi nullo peccato præsuppositio insererentur innocentibus pueris vt dictum est.

Ex quibus omnibus iuxta S. Augustini doctrinam concludere licet, possibilem esse diuinæ prouidentiæ aliam seriem à præsenti diuersam, quà Deus, non vt iudex & meritorum æstimator, sed vt supremus ac sapientissimus rerum omnium arbiter, huius vitæ mala quæ in pueros ex originali peccato deriuantur, innocentibus decerneret. Vnde inferas Philosophos ethnicos, qui quandoque putasse dicuntur pœnalem esse hunc hominum statum, præsertim infantium, si nihil subodorati sunt ex ijs quæ in sacris literis & Hebræorum traditionibus ac doctrina continebantur de peccato primi parentis & hæreditaria hominum labe; topico vsos argumento, non autem demonstratiuo.

Hæc sunt quæ argumentis Nou-Augustinianorum respondere posse visum est. Quæ tametsi contractiùs sunt exposita, spero tamen eruditum lectorem inuenturum vnde omnia & singula facilè soluat, idque omnino ad mentem Augustini. Quod si aliter illi censuerint; expectabimus vt exhibeant difficultatum reliquias vt si opus fuerit diluantur.

Digitized by Google

§ V.

Hallucinari Baianos dum hanc controuersiam ad scopum Augustini tanti referre putant.

SED hoc vnum vltimò inculcandum est, totam hanc disputationem de possibilitate status purè naturalis admodum videri Augustino indifferentem, fuisseque illi perinde quid quisque altercantium sequi mallet, dummodo staret veritas de peccato originali déque necessitate gratiæ ac redemptoris ad damnationem vitandam & æternæ felicitatis comparanda merita: Hoc vnum spectauit S. Doctor: nec aliò pertinuit si quid dixit aliquando quo videretur oppugnari puræ naturæ possibilitas. Quod si stet in vtraque sententia doctrina Catholica de generis humani hæreditaria corruptione, déque indispensabili necessitate gratiæ & redemptoris; quodcumque quilibet dixerit, Augustino fecerit satis. Quæstio nimirum illa nihilò maioris erat momenti quàm sit ea quæ modò apud Catholicos definita censetur, de creatione animarum quæ fiunt à Deo singulæ singulis, quam tamen Augustinus cum magnopere stabilire cuperet, affirmandi negandiue optionem dedit, dummodo nemo, *contra Apostolicam manifestissimam fidem quæ ex vnius delicto omnes in condemnationem duci prædicat;* & contra Ecclesiæ *fundatissimum morem de baptismo puerorum sollicitæ* renitendo disputet. *Damnari quippe animas si sic de corpore exierint*, hoc est, *si præter Christi Sacramentum* paruuli moriantur, *& sancta scriptura & sancta est testis Ecclesia. Vnde illa de animarum creatione sententia si hanc fidem fundatissimam non oppugnet sit & mea: si oppugnet non sit & tua*, Hieronymum alloquitur. Et quis dubitat quin idem fuerit potiori iure dicturus in ea quæ iam disputatur controuersia; Nempe, si puræ naturæ possibilitas originale peccatum & re-

Digitized by Google

demptionis necessitatem insuperabilem non oppugnat, sit & mea: si oppugnat, non sit & tua? Quid enim cogitari possit absurdius, quàm pluris interesse Augustini, scire num possit innocens puer dolere ventrem salua diuinitate, quàm num singulæ singulis hominibus à Deo solo creatore animæ infundantur? Quis etiam adeo videri velit inconsultus, atque improuidus, vt prædicare non vereatur prius illud plus conferre ad statuendam Catholicam de peccato originali doctrinam, quàm hoc posteriùs? & vbi S. Augustinus tam clarè, tam distinctè, tam sæpè, tam sollicitè disputauit possibilitatem status purè naturalis, ac disputauit quæstionem de propagatione animarum? vbi ad maiorem definiendæ sententiæ securitatem suo diffisus iudicio alienum quæsiuit in illa disputatione, sicut in ista? & dubitare aliquis poterit quin illam discussionem si referre putaret ad fidei dogmata, eadem qua istam sententiâ fuerit clausurus, *sed antequàm sciam quænam illarum opinionum potius eligenda sit, hoc me non temere sentire profiteor, eam quæ vera est non aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei, qua Christi Ecclesia nec paruulos homines recentissimè natos à damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi quam in suis Sacramentis commendauit, posse liberari.* Ita Augustinus ad Hieronymum vt ostenderet quid in hisce disputationibus potissimùm intẽdat: quod etiam exponit contra Iulianum, *quid autem horum*, inquit, *sit verum*, nimirum animam & carnem simul vitiatas ex homine trahi: vel animam in carne tanquam in vitiato vase corrumpi; *libentiùs disco quàm dico, ne audeam docere quod nescio: hoc tamen scio, id horum esse verum quod fides vera, antiqua, Catholica qui creditur originale peccatum non esse, conuicerit falsum. Ista fides non negetur & hoc quod de anima latet, aut ex otio discitur: aut sicut alia multa in hac vita sine salutis labe nescitur.* Non aliter diceret Augustinus, dum de statu puræ naturæ quæritur, id esse verum quod fides vera antiqua Catholica de ori-

Ep. 28.

Lib. 5. cap. 4.

LIBER SEXTVS.

De Ignorantia inuincibili.

CAPVT I.

Lutheri sententia de ignorantia inuincibili Ecclesiæ contraria.

DARI posse ignorantiam inuincibilem quarumdam veritatum practicarum, quæ spectant ad legem naturalem, adeo est manifestum, vt eos qui ea de re disceptare dicuntur, si se ipsi mutuò intelligant, non dubitem facilè consensuros: Lumen vultus Dei quod signatum est super nos, quamuis diluuio illo peccati originalis non fuerit prorsus extinctum; negari tamen non potest adeo fuisse debilitatum vt pleraſque agendorum & fugiendorum rationes, aut nimiùm subtiles aut longiùs positas cùm attingere non possit, vel nos innocenter nescire sinat: vel bona fide reprobare. Nec quisquam ire inficias potest, si modo aduerterit illius ingenitæ lucis primordia progressusque. Cùm enim constet & inæquales eius esse partitiones in diuersis hominibus & in vno eodémque primum puero deinde adulto differentes illustrationes quis negare potest vel ingenioſum tardo, vel senem puero circa res agendas esse doctiorem? Negare etiam quis poterit indoctiorem & aliqua nescire quæ doctiori pateant, & necessariò ac sine vlla propriæ voluntatis negligentiâ illa nescire? Hoc verò idipsum est quod vocant *insuincibiliter ignorare.* Nam quod aliqui putant, in-

Digitized by Google

doctos illos & rudes in iis quæ nesciunt habere saltem quo dubitent, & inquirant; minimè admittendum est: cùm sit certum non esse cuiuslibet ingenii in re falsa dubitare scire, aut quærere vtipsa nos experientia docet.

Quod si accesserit insuper institutio peruersa & prauæ consuetudinis auctoritas, domestica maiorum exempla, & testimonia eorum qui vulgò sapientes habentur, nulla existente contrarii moris diuersæque doctrinæ ac disciplinæ cognitione, tum verò nemo iure negauerit posse quempiam vel inter Turcas polygamiam, vel inter Iudæos fænerationem, vel inter Christianos ipsos, si Cassianus aliquis vir cæteroquin religiosus & pius, eruditus insuper & eloquens, ita docuerit, mendacium officiosum nulla sua culpa existimare licitum esse. Hæc igitur est inuincibilis ignorantia iuris naturalis, de qua Lutherus ita pronunciat in tertia disputat. *Qui opera quædam dicunt nec bona, nec mala: & ignorantiam quandam inuincibilem, quæ excuset, testantur nec peccatum, nec Christum, nec decalogum præsertim in prima tabula fuisse eis intellectum.* Vbi dum decalogi meminit satis ostendit se illam ignorantiam intelligere, qua nesciuntur obligationes decalogo contentæ, sùntque iuris naturalis, præsertim illæ quæ continentur prima tabula, quarum ignoratio violatores Luthero iudice non excusat.

Dissentire verò in hac parte Lutherum ab Ecclesia Catholica, vel ex eo patet quod ipsemet dicit in cap. 12. Genes. *In politicis negotiis potest esse locus inuincibili ignorantiæ. Sed hæc ad res sacras & conscientiæ transferenda non sunt: sicut Scholastici inuincibilem ignorantiam dixerunt excusabilem, quæ simpliciter à toto excuset, id est peccatum prorsus tollat.* TANTA CÆCITAS EST IN PAPÆ SCHOLIS ET ECCLESIIS, Papæ scholis & Ecclesiis resistere, hæreticorũ tantùm est; vnde Lutherus suo ipse iudicicio iis est annumerandus dum negat ignorantiam inuincibilem

excusare peccatum. Ac ne quis causetur Lutherum decipi, dum scholis & Ecclesijs Papæ id attribuit quod minimè illis conuenit; mox patebit verùm id esse quod dicit: & illud principium de ignorantia inuincibili peccatum excusante inter Scholasticos & in Scholasticorum Ecclesia, hoc est *in scholis & Ecclesijs Papæ* certum esse ac minimè controuersum; vnde sequitur Lutherum dum illud negat, Lutherum esse, hoc est doctrinæ Catholicæ aduersarium.

Confirmatur hoc ipsum ex eo quod iam monstratum est, hæreticam esse doctrinam de impossibilitate mandatorum. Connexum enim est necessariò quod iam tractamus principium, ignorantiam inuincibilem non excusare peccatum. Nam si non excusat, nec impedit quominus verum propriúmque peccatum sit, imputabile ad culpam, & ad pœnam: sequitur peccari cum impossibilitate abstinendi. Quomodo enim potest voluntas fugere malum quod non nouit? Quomodo bonum prosequi similiter incognitum? si peccat, igitur peccato propriè dicto, hoc est formalem habente malitiam, dum alterutri obligationi non satisfacit, vitandi mali vel appetendi boni; necessariò peccat & cum impossibilitate abstinendi. Et ideo rectè Augustinus ignorantiam boni appetendi malique vocat peccandi necessitatem: *Qui nesciunt*, inquit, *ipsam boni appetendi malique vitandi ignorantiam, patiũtur peccandi necessitatem. Necesse est enim vt peccet, qui nesciendo quid facere debeat, quod non debet facere facit.* Vbi peccatum ab Augustino materialiter accipi, pro actione malitiam tantùm obiectiuam habente: nisi si quando discendi negligentia & oblatæ ad sciendum gratiæ contemptus culpabilem facit ignorantiam, & consequentem inde peccandi necessitatem, postea constabit. Nunc vnum hoc contendo, quæcumque dicta vel definita sunt contra impossibilitatem seruandi mandata, perinde dicta esse ac definita contra sententiam illam quæ docet inuincibilem

Lib. 1. Operis imperfect. con. Iul.

Digitized by Google

cibilem ignorantiam non excuſare peccãtem, quòd ſit hîc etiam Auctore Auguſtino peccandi neceſſitas: & quod idem eſt, impoſſibilitas abſtinendi. Eſt igitur in hoc quoque Lutherus Catholicæ fidei contrarius.

CAPVT II.

Baiani Nou-Auguſtiniani Luthero ſuffragantur contra Catholicam doctrinam.

§

Baiani Generalia Catholicarum ſcholarum pronuntiata erroris in fide accuſant.

ATQVI Baiani Luthero in hac parte conſentiunt, placitum enim eſt apud illos peruagatum ac celebre, *ignorantiam facti, & iuris humani, atque etiam diuini excuſare à peccato; iuris verò naturalis, minimé.* Rixatur, v. g. quiſpiam cum homine à quo ſe genitum neſcit, Debet igitur, inquiunt, impune illi eſſe, quòd erga parentem inofficioſus ſit. Quare hoc? quia factum inuincibiliter ignorat, ſe nimirum eſſe ab illo genitum, Vir apprimè Catholicus & procliuis ad obedientiam Eccleſiæ debitam, cùm neſciret promulgatum eſſe ieiunium feria 4. celebrandum, carnes comedit; innoxius eſt. Quia legem humanam Eccleſiaſticam inuincibiliter ignorauit. Baptiſmum repudiabat idololatra, quòd eius recipiendi neceſſitatem nondum eſſet edoctus; nihil peccauit, inquiunt, pertinaciam excuſante diuinæ legis de baptiſmo recipiendo ignorantia inuincibili. Vir bonus & ineruditus deceptus apparenti ratione, quòd mendacium officioſum nemini noceat, & alicui profit, impulſus inſuper hominis probi, & eruditi conſilio, puta Caſſiani, per inuincibilem ignorantiam animũ induxit ſibi aliquãdo mẽtiri licere, quod & fecit. Reus eſt, inquiunt, nec purgari poteſt illa ſui erroris

Digitized by Google

inuincibilitate. Deus immortalis, vnde ista, in causa tam simili, tam dissimilia placita! huic admirationi sic occurrunt nuperi reformatores antiquæ Theologiæ.

Lib. 2. de statu nat. lap. cap. 2.

Fatentur in primis esse generale Scholasticorum pronuntiatum, *quòd quicquid ex inuincibili fit ignorantia, hoc ipso culpa vacat*: hoc primum. Addunt secundò, contrariam doctrinam, *quòd* scilicet *peccata pullulantia ex ignorantia inuincibili iuris naturalis sint vera peccata, & pœnis homines obnoxios constituant, esse doctrinam fidei Catholicæ. Id enim traditum esse ab antiquis vt dogma fidei, S. Augustinum, S. Hieronymum, Concilium Palæstinum sine vlla fluctuatione vt rem in Ecclesia Catholica extra omnem controuersiam traditam, & ex diuinis scripturis sumptum.* Et cùm Pelagiani fuerint illi contra quos hanc doctrinam Ecclesia constituit, fit, *vt humanæ rationis plerumque vanæ terriculamentis* in Pelagianismum incauti atque imprudentes compellamur. Nos, inquam, omnes qui *generale* illud pronunciatum tuemur: hoc est Thomistæ, Scotistæ, Nominales, Sorbonici, Louanienses, Salmanticenses, Complutenses, Itali, Galli, Ger-

Tom. 2 lib. 2. de statu pur. nat. cap. 22.

Lib. 2 de statu nat. lap. cap. 4.

» *Quæ nos mouent esse rationis humanæ plerumque vanæ terriculamenta; hæc esse diuina munimenta: Catholicam doctrinam nec niti nec terreri Aristotelicis argumentis & argutiis. Hanc esse ipsissimam doctrinam quam aduersus Pelagianos Augustinus constantissimè asseruit. Esse rem certam in antiqua Ecclesia, &c.*

Ex quibus facilè intelligi potest quo loco res nostræ sint, qui numerum facimus inter Scholasticos. Nempè dum amplectimur eorum pronuntiatum, quod Baiani *generale*, vocant, & reuera est, *rem certam in antiqua Ecclesia*, reprobamus: philosophamur contra *fidei dogmata*: impugnamus *Catholicam doctrinam*, *diuina munimenta* quatimus *Aristotelicis* machinis: reijcimus quod Augustinus, quod Hieronymus, quod Concilium Palæstinum exhibent, sicuti *ab Ecclesia Catholica extra omnem controuersiam traditum, & ex diuinis scripturis sumptum.* Et cùm Pelagiani fuerint illi contra quos hanc doctrinam Ecclesia constituit, fit, *vt humanæ rationis plerumque vanæ terriculamentis* in Pelagianismum incauti atque imprudentes compellamur. Nos, inquam, omnes qui *generale* illud pronunciatum tuemur: hoc est Thomistæ, Scotistæ, Nominales, Sorbonici, Louanienses, Salmanticenses, Complutenses, Itali, Galli, Ger-

Digitized by Google

mani, Hiſpani, Angli, omnium enim eſt commune pronunciatum *quòd quidquid ex inuincibili fit ignorantia, hoc ipſo culpa vacat.*

Atque in hanc foueam noſtri nos Magiſtri traxerunt, hoc eſt Magiſter ſententiarum, S. Bonauentura, S. Thomas, Alenſis, Scotus, Maior, Ariminenſis, & alia Scholarum omnium capita, quæ dum conuenerunt in *generale* illud principium, obtinuerunt à Nou-Auguſtinianis vt de illis dici poſſet Euangelicum illud, *cæci ſunt, & duces cæcorum*: vnde quiſque facilè intelligat quàm benigna fuerit in iſtos Doctores prouidentia, quando ex tanta cæcorum multitudine ſeorſim eductis amica manu pupillam aperuit, cæterorum errorem vt viderent. Singulare, Deus bone! miraculum, niſi iam antea eſſet in Luthero patratum.

§. II.

Eadem accuſatio Eccleſiam ipſam petit.

MIHI verò propoſitum eſt & meam & Scholarum omnium agere cauſam: atque oſtendere pronunciatum illud, quod fatentur eſſe *generale* apud Scholaſticos, nimirum *inuincibilem ignorantiam legis naturalis excuſare peccatum*, ideo eſſe generale, quia verum eſt, & quidem veritate minimè recondita, ſed manifeſta & incurrente vltrò in eorum oculos qui lucem non fugiunt.

Et primò quidem ſcire velim ab his Doctoribus, cum quibus diſputamus, vbinam gentium degant illi, quorum eſt illud *generale pronunciatum*? Quibus in inſulis, & quàm procul ab Eccleſia viuant? ſint-ne intra vel extra Catholicam & vniuerſalem Eccleſiam? intra omnino eſſe non negabunt, niſi qui foris ſunt; quòd palam ſit in ipſius ſinu atque vlnis foueri. Nimirum in illa docent, & docentur: audiunt, & loquuntur: doctrinæ illuſtrationes recipiunt & communicant:

Digitized by Google

Fieri-ne igitur potest vt generalia ipsorum pronunciata Ecclesiæ sint incognita? Ecquid aliud est Ecclesia quàm vel Scholastici, vel qui cum Scholasticis communicant in fide atque doctrina? Illi-ne igitur ignorare possunt quod est ipsorum *generale* pronunciatum? Minimè, sciuerit igitur Ecclesia quingentis hisce annis quibus contendunt obscuratam esse atque corruptam antiquam fidem à Scholasticis, esse ipsorum generale pronunciatum: *ignorantiam inuincibilem legis naturalis excusare transgressionis peccatum.* Quomodo enim quod per omnes ipsius partes resonabat, ignorare potuisset? At num etiam improbauit? Non, inquis, neque enim cõstat vllum omnino Scholasticis in hac quęstione restitisse, multo minùs Ecclesiam vniuersalem. Ergo *generale* illud *pronunciatum* non fuerit contrarium constitutæ olim in Ecclesia doctrinæ; proderet enim Ecclesia suam fidem & suos filios, si pateretur per omnes scholas resonare generalia pronunciata, quibus antiqua fides euerteretur, idque per homines quos ipsa excitaret, iuuaret, mitteret, laudaret, beneficijs demum atque honoribus cumularet. Quid? si hoc faceret, digna esset quæ diceretur *columna veritatis*, & non potiùs ministra erroris?

At, inquis, Ecclesia sciuit hæc esse *generalia* Theologorum pronunciata, sed non reiecit, quia nesciebat doctrinæ, olim à se traditæ, esse contraria. O Theologos, si superis placet, modestos, ac tum de seipsis, tum de Ecclesia dignè sentientes! Antiquæ scilicet fidei doctrinam celauit Ecclesiam Deus, & ipsis reuelauit, & quidem per Lutherum. Tanta sponsam Christi, cui concreditum erat depositum veritatis, occupauit obliuio & ignorantia, vt quod heri docuerat, hodie non recordaretur, nisi Lutherus aurem velleret. Hæc si negare non possunt esse absurda, refigant necesse est id quod posuerant; contrariam aliquando fuisse Ecclesiæ definitionem generali Scholasticorum pronunciato, de ignorantia inuincibili.

Digitized by Google

Magis autem vrgebit argumentum, ſi monſtrauero ex aduerſariorum ſententia omnino ſequi Eccleſiam ipſam erraſſe cum ſuis Scholaſticis quingentis illis annis quibus tenuit opinio illa de ignorantia inuincibili legis naturalis. Libet enim hoc loco eodem modo argumentari quo ſolemus contra Noſtrates hæreticos, hoc videlicet aſſumpto principio, quod Eminentiſſimus Cardinalis Perronius explicuit in ſuis cum Rege Angliæ controuerſijs. Credendum antiquam Eccleſiam id ſenſiſſe in materia fidei, quod traditum eſſe conſtet ab aliquo doctorum qui in ea viuebant numero, ſicuti rem certam miniméque controuerſam nulla exiſtente aliorum diſſenſione. Quod principium ne ipſe quidem Angliæ Rex, licet alienus à fide catholica, repudiauit. Quòd ſi nihilominus circa illud hæſitent aduerſarij, habent à quo confirmentur, illum ipſum ex cuius nutu pendere volunt noſtrarum omnium controuerſiarum deciſionem, Auguſtinum. Siquidem ille dum Pelagianos oppugnat, exiſtimat illos ſatis ſupérque premi authoritate antiquioris Eccleſiæ, producto vndecim Doctorum communi conſenſu circa peccatum originale, vt conſtat ex primo & ſecundo libro contra Iulianum, vbi poſtquam adduxit Irenæum, Cyprianum, Rœticium, Olympiũ, Hilarium, Ambroſium, Innocentium, Hieronymum, Gregorium Nazianzenum, Baſilium, Chryſoſtomum, & *cæteros* inquit, *ſocios ac participes eorum*; concludit, *Ita defendendam eſſe fidem illorum contra impios & Chriſti profeſſos inimicos ſicut etiam ipſum defenditur Euangelium: ſuxiſſe enim illos Catholicam fidem in lacte, in cibo deinde ſumpſiſſe; ac demum & lac & cibum parvis magniſque miniſtraſſe: hisplantatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, nutritoribus Eccleſiam creuiſſe: diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter exhibuiſſe &c.* Lib.2. cap. 10.

Age verò, applicemus hæc ad Scholaſticorum tempora; vtrum ignorantia inuincibilis legis naturalis pec-

Digitized by Google

catum excuſet, materia fidei eſt, poſtquam aduerſarij cenſent huius quæſtionis alteram partem ab antiquæ Eccleſia aſſertam eſſe, veluti *dogma fidei.* In ea igitur controuerſia ſpectante ad fidem, ſcire volunt poſteri quid Eccleſia crediderit his quinque ſeculis Scholaſticorum. Vnde hoc ſcient? Quos adibunt auctores? Quæ monumenta ſcrutabuntur? Concilia? Non fuerit agitata quæſtio in Conciliis, nulla eiuſce rei occurrente neceſſitate. Canones? Sed neque ob eandem cauſam fuerit definita. Hiſtoriam? Non tangit hiſtoria id genus controuerſias niſi ſi narrandum fortè ſit aliquam ea de re fuiſſe altercationem, Quid igitur? Adibimus Grammaticos, Mathematicos, Medicos, Iuris conſultos qui temporibus hiſce floruerunt, vt ex illis intelligamus Eccleſiæ ſenſum? Atqui perſpicuum eſt Eccleſiaſticos auctores eſſe debere qui Eccleſiæ ſenſum explicant. Quinam igitur ſuperſunt, ex quorum ſcriptis intelligere poſſimus quid eorum ætate ſenſerit Eccleſia præter Scholaſticos, & vt loquitur Auguſtinus in pari cauſa, *participes eorum*? Quinam inquam, alii fuerunt his quinque ſæculis, numerant enim annos quingentos ætatis Scholaſticorum, qui *& lac & cibum paruis magniſque miniſtrauerint*? hoc eſt, qui *diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ſuppeditarint*? Quinam alii *plantatores, rigatores, ædificatores, nutritores* in agro Eccleſiaſtico præter Scholaſticos, & *participes eorum*, hoc eſt à Scholaſticis eruditos ex Scholaſticis & ſcholis aſſumptos ad regendam Eccleſiam, ac proinde Scholaſticis cõſentientes? Ab illis igitur accipiendum eſt quid Eccleſia ſenſerit eorum temporibus. At qui *generale* ipſorum pronunciatum eſt quancumque ignorantiam inuincibilem, ac proinde etiam iuris naturalis excuſare peccatum. Hoc igitur ſenſit Eccleſia eorum temporibus.

At enim, inquiunt, viſne Eccleſiaſticum eſſe quidquid Scholaſticum eſt? Minimé verò, inquam, Nolo aſſertionem immaculatæ Cõceptionis quamuis magna

Digitized by Google

sit Scholasticorum multitudo qui eam tueatur, certam videri velut dogma fidei, quamdiu constat eos qui dissentiunt & haberi & esse Catholicos. Non dico esse necessarium admittere gratiam efficacem ex præscientia futuri consensus aliquo modo dependentem, etiam si multæ scholæ id approbent, quando perspicuum est Ecclesiæ filios esse qui negant. Sed quod est *generale pronunciatum* Scholasticorum, id ab illis certò asseri dico. Neque enim solent generaliter conuenire nisi in res certas. Idipsum dico sine dissensione asseri, tum ab illis, tum ab ijs qui eorum participes sunt, alioqui non esset generale pronunciatum. Quòd autem Scholastici & eorum participes generaliter & certò pronuntiarint quingentis annis, id Ecclesiam pronuntiasse dico. Quid enim quæso, Ecclesia fuit præter cumulum illum Scholasticorum, & eorum qui cum eis sentiebant? Tolle Magistrum sententiarum & Sorbonicos, D. Thomam, & Thomistas omnes, D. Bonauenturam, & Scotum cum vniuersa, quam ducunt familia, Maiorem, Okamum, Gregorium, & nobilissimum manipulum Nominalium. Tolle quotquot succreuere deinceps aliarum familiarum florentissimæ Scholæ, adde quotquot eorum pronunciatis adhæserunt, vel ex inferiori genere laïcorum, vel ex collaterali clericorum, vel ex Superiori Prælatorum, Episcoporum, Pontificum; præter illam turbam Ecclesia quid fuit? ergo quod generaliter, quod certò, quod sine dissensione sensit illa turba, Ecclesia sensisse dicenda est. Atqui hoc erroneum est, postquam opponitur *dogmati fidei*, quod fuerat in antiqua Ecclesia constitutum, ergo Ecclesia quingentis annis errauerit cùm Scholasticis: neque huius argumenti vim vnquam effugient, donec monstrauerint fluctuationem inter illos fuisse aliquam, aut dissensionem.

Addo tandem ad huius argumenti complementum, ab illius doctrinæ defensoribus iniuriosè admodum ha-

Digitized by Google

beri Scholasticorum principes sanctissimos, eruditissimósque viros, dum eorum ingenio & diligentia & fides ita traducitur, vt persuadeatur hominibus illos vel non potuisse, vel noluisse disquirere Sanctorum Patrum, & antiquæ Ecclesiæ pronunciata. Quasi verò quod erat expositum apud Augustinum, quod extabat in Concilio Diospolitano, quod Hieronymus apertè tradiderat, quod Ecclesia Catholica præ se ferebat, vt seipsa distingueret à Pelagiana, ignotum fuerit Scholasticis omnibus, vel si fuit cognitum, non tamen approbatum. Quid dicitis ô nuperi Traditionis discipuli ex millibus electi? ô tot sæculis expectati adolescentis Ecclesiæ ad decrepitam recentes nuntij, ex itinere adhuc calidi fumantésque, ac lutulenti, quid dicitis? Non vidit Augustinum S. Bonauentura, non intellexit S. Thomas, Magister sententiarum non legit, Gregorius Ariminensis non aperuit, cæterorum nemo fuit quingentis annis qui cognoscere posset num *generale* illud *pronunciatum* ignorantiæ inuincibilis peccatum excusantis aduersaretur receptæ Augustini tempore in Ecclesia Catholica doctrinæ? An vt olim aliquos Marcionitas, ita ætate nostra quosdam Baianos expectauerit veritas liberanda? hæc quibus quæso prædicatis, hominibus, an fungis?

CAPVT III.

Baiani secum pugnant, quando generale pronunciatum Scholasticorum deserunt.

ARGVMENTVM est contra Baianos perinde validum, ac tritum *Nullum esse posse peccatum si voluntarium non sit, nec voluntarium esse posse, nisi sit cognitum*, Ergo cùm inuincibilis ignorantia, vt per se patet, impediat ne peccatũ sit cognitum, impedire consequẽter ne sit voluntariũ ac proinde peccatũ. Quæ clarissima est & liquidissima demonstratio. Sed audio susurrũ aduersariorum,

Digitized by Google

aduersariorũ, rem deduci dicũt ad *argutias Aristotelicas*, & ad Philosophorum *tricas*, quæ *diuina* ipsorũ *munimenta labefactare* non possunt. Pareo ipsorum votis: atque vt omnem illis adimam iustarum querimoniarũ materiam, recipio me, nullo hic vsurum principio, quod vel ipsorum non sit, qui sua omnia esse putant Augustiniana, vel ex Augustino ipso desumptum.

Et primò quod iam dixi, ipsorum est. Approbant enim illud Aristotelis & Damasceni tanquam omnibus admissum, *ignorantiam non minùs quàm coactionem & violentiam facere inuoluntarium*, peccatum verò inuoluntarium nullum agnoscunt. Secundò ipsorum quoque est quod retulimus, ignorantiam facti peccatum excusare. Supponamus ergo, quod sæpe contingit, aliquem esse qui falsum dicat, quod falsum esse nescit; ille mendacium dicit, sed non mentietur. Contingit enim ob ignorantiam facti, vt quod nescitur esse mendacium, non sit illi sub ratione mendacij voluntarium. Age igitur, si alius quispiam esto, sciat esse mendacium quod dicit, sed perinde tamen nesciat esse malum: quæ ratio est vt dicas non esse voluntarium mendacium, dum nescitur esse mendacium: & contendas voluntarium esse malum quod in eo est, quamuis perinde nesciatur esse malum? Duo sunt fœneratores, primus errore inuincibili nescit esse fœnus in contractu quem init: secundus scit esse fœnus, sed errore perinde inuincibili nescit esse malum, quod ab idoneis auctoribus, vt ipse bona fide putat, didicerit esse licitum: prior laborat ignorantia facti, posterior ignorantia iuris naturalis. Ille non peccat, inquis, quia fœneratio non est illi voluntaria, quòd sit incognita. Iste verò quomodo peccare potest, cùm malitia fœnerationis non sit etiam illi voluntaria, postquam est pariter incognita?

Tom. 3. lib. 3. de gratia Salu. cap. 3.

At, inquiunt, ignorantia, quâ quis nescit, vel mendacium, vel fœnus esse malum, est pœna peccati originalis, quæ non impedit quominùs quicquid ex ea sequitur

Digitized by Google

in ipso suo principio; hoc est in peccato primi hominis censeri debeat voluntarium, & hæc est Augustini doctrina. Mox veniam ad Augustinum, nimirum antiquum. Interea cum nouo disputandum est.

Tom.3.lib. 6. de gratia Sal cap.36.

Siquidem ille apertè negat, *Improuisos concupiscentiæ motus esse liberos, libertatem enim in faciente basim esse præcepti inobedientiæ, & damnabilis peccati* (verba illius sunt) pergit deinde, *illis motibus ad libertatem deesse, quòd sine* plena rationis aduertentia profluunt, inuitâ repugnantéque voluntate. *Quæ singula*, inquit, *essentialiter repugnant libertati.* O voces aureas! libertas *in faciente* necessaria est vt sit *damnabile peccatum*: & libertas esse non potest, nisi sit *plena rationis aduertentia*, nimirum in eodem faciente. Vnde fit vt improuisi motus concupiscentiæ non sint peccata in posteris Adami, quamuis eorum deordinationem plena rationis aduertentia in parente præcesserit, quòd necesse sit vt præcedat *in ipso faciente*: Quid igitur vobis, ô Baiani, cum Adamo ad damnandum eius mendacium, qui nescit inuincibiliter esse malum? libertas *in faciente*, necessaria est; debet igitur esse in mentiente: atque etiam in fœnerante, & non tantùm in Adamo. Libertas essentialiter requirit plenam rationis aduertentiam *in faciente*: debet igitur hæc quoque aduertentia in eodem mentiente ac fœnerante reperiri. Est ne autem plena rationis aduertentia, vbi dicitur esse insuperabilis ignorantia malitiæ? Vestram hîc ego conscientiam conuenio, Theologiæ collapsæ reparatores, plenæ illi aduertentiæ quam dicitis requiri, quid debet obuersari præter illa ipsa circa quæ libertas exercetur? si ergo exercetur circa malum, dicitur ne adesse plena & sufficiens ad peccatum rationis aduertentia, quando non aduertitur malum?

Idem fieri potest argumentum de ignorantia iuris diuini quam Baiani concedunt excusare à peccato, vt postea constabit. Et tamen illa peccati pœna est, si credimus Augustino. Vnde enim est vt quibusdam an-

Digitized by Google

nuncietur Euangelium, & quibuſdam non? Quare Capharnaïtis, & Coroſaïnitis, non autem Tyrijs & Sidonijs certum ex eo fructum percepturis? Auguſtinus quoties hæ quæſtiones mouentur, non clamat, *o homo tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Non obturat obmurmurantium ora iecta illa tamdiu macerata, toties verſata peccati originalis maſſa? pœna igitur peccati eſt, quòd quis Euangelium neſciat eſſe diuinitus propoſitum. Et tamen illa ignorantia facit ne ſit voluntarium peccatum quod committitur contra præceptum Euangelij admittendi. Quidni ſimiliter inuoluntarium ſit peccatum quod ex ignorantia iuris naturalis ſequitur? vel quare vnum ex Adami volũtate deducit rationem voluntarij: & aliud non? ſolemne eſt nouis hiſce Theologis eiuſmodi pugnis contrariarum ſententiarum implicari, vt iam ſæpè notatum eſt: ſed conſulamus Auguſtinum quando id exigunt.

CAPVT IV.

Auguſtinus generale pronunciatum Scholaſticorum amplectitur contra Baianos.

§ I.

Auguſtinus omne peccatum cenſet eſſe debere voluntarium.

DVM contra Manichæos diſputaret Auguſtinus de origine mali in libro *de vera religione*, ſententiam poſuit, quam ei deinde Pelagiani obiecerunt, *vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo ſit peccatum, ſi non ſit voluntarium.* Nullum ergo eſt, aiebant Pelagiani, originale peccatum, quia non eſt voluntarium paruulis. Reſpondet Auguſtinus peccatum ibi definitum eſſe, quod eſt tantummodo peccatum, 1. Retract. cap. 13.

Digitized by Google

quale fuit peccatum Adami : & non etiam pœna peccati, qualia sunt peccata posterorum. Ergo supponit, inquiunt Baiani, peccàta nostra quæ sunt etiam pœna peccati, vt sunt ea quæ procedunt ex infirmitate, & ex ignorantia, non debere necessariò esse voluntaria nisi in origine, & illo principio, vnde prodeunt, hoc est in Adami peccato. Sed quare nobis Augustini sententiam subtrahunt? pergant legendo, & audiamus » quod sequitur. *Quamuis & illa*, inquit, *quæ immeritò* » *peccata non voluntaria dicuntur, quia vel à nescientibus, vel* » *à coactis perpetrantur, non omnino possunt sine voluntate* » *committi. Quoniam & ille qui peccat ignorans*, VOLVNTARIE VTIQVE PECCAT, QVOD CVM FACIENDVM NON SIT, « PVTAT ESSE FACIENDVM: *& ille qui concupiscente ad-* » *uersus spiritum carne, non ea quæ vult facit: concupiscit qui-* » *dem nolens; & in eo non facit quod vult*: SED SI VINCITVR, » CONCVPISCENTIÆ CONSENTIT VOLENS: *& in eo non* » *facit nisi quod vult.* Vnde paulò post concludit; *Non* » *itaque falsum est quod dixi, vsque adeo peccatum voluntà-* » *rium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit vo-* « *luntarium.* Ex quibus constat Augustinum postulare τὸ *voluntarium* in omni peccato, sed cum proportione, in eo videlicet quòd est peccatum originis; voluntarium in origine; in eo verò quòd est peccatum personæ, siue sit ex ignorantia, siue ex concupiscentia, si modò verum sit peccatum, voluntarium in persona cui imputatur. Atque ita voluntarium, esse peccatum ex infirmitate, quòd qui vincitur, *volens consentiat.* Quasi diceret, ante consensum, de quo dubitari non potest quin sit voluntarius, non esse verum & proprium illud peccatum. Similiter voluntarium esse peccatum ex ignorantia, quòd illud non sit verum & propriè dictum peccatum, nisi quando vel error, vel ignorantia volúntaria est. Quid enim ista significant, *Qui peccat ignorans, voluntariè peccat, quod cùm faciendum non sit, putat esse faciendum.* Quare voluntariè peccat eo

Digitized by Google

quòd putet faciendum, quod faciendum non eſt, niſi quia voluntariè hoc putat, hoc eſt voluntariè fallitur? Loquitur ergo de ignorantia voluntaria, quemadmodum & loquitur de concupiſcentia ſeu infirmitate voluntaria. Et quemadmodum ante voluntatem in concupiſcentia non agnoſcit peccatum verum & perſonale: ita neque ante voluntatem in ignorantia vel errore cenſet eſſe peccatum verum & perſonale. Quid ergo ſi non voluntariè erretur? oſtendo manifeſtè ex Auguſtino non eſſe verum illud peccatum eo quòd voluntarium non ſit, ex ijs quæ docet cap. ſeq. 15. Vbi dum loquitur de eo qui propterea dici poteſt nolens peccaſſe, quia neſciens peccauit, ita loquitur. *Quia* lib. 1. Ret.

> *voluit ergo fecit, non quia voluit peccauit, neſciens peccatum eſſe quod fecit. Ita nec tale peccatum ſine voluntate eſſe potuit, ſed voluntate facti, non voluntate peccati. Quod tamen factum peccatum fuit, quia factum eſt quod fieri non debuit.*

Vbi conſtat ſupponi omnino ab Auguſtino diſtinctionem illam quæ vulgò vſurpatur à Theologis peccati materialis & formalis, cùm dicit, *quia voluit ergo fecit, & ſi non quia voluit peccauit.* Item peccatum illud non fuiſſe ſine voluntate, *ſed voluntate facti*, non *voluntate peccati.* Quid enim eſt aliud ibi diſtinguere factum, & peccatum: & factum illud quod contra peccatum diſtinguitur, vocare etiam peccatum, quàm diſtinguere duplicem peccati rationem, incompletam aliam & informem defectu libertatis, aliam verò completam & formalem. Supponit igitur Auguſtinus illud peccatum quod fit à neſciente, tametſi peccatum dicatur, quod ſit factum *quod non debuit fieri*, hoc eſt contra legem, & contra rationem; non habere tamen veram & propriam & completam rationem peccati, quod ſub eadem ratione non ſit voluntarium, quia nec cognitum.

Digitized by Google

§ II.

Augustinus impropriè tantum peccata vocat, quæ non sunt voluntaria committenti.

ATQVE in eo notanda est aduersariorum perpetua quædam & manifesta hallucinatio, quòd putent quidquid ab Augustino dicitur peccatum & pœna peccati, ab eodem intelligi verum, & proprium peccatum, imputabile ad damnationem, vnde inferunt, ex eo quòd neget requiri voluntarium in tali peccato, censendum docuisse verum & damnabile peccatum esse posse in posteris Adami quod voluntarium non sit in eodem Adamo. Atqui constat euidentissimis testimonijs Augustinum vocare peccatum & pœnam peccati etiam illud quod non habet veram & integram rationem peccati; seu, vt vtar proprio S. Doctoris vocabulo, quod non habet *reatum*. Clarius dico, illud quod dum habet *reatum* vocatur ab Augustino peccatum propriè ac completè, atque insuper pœna peccati, illud ipsum etiam quando caret *reatu*, & consequenter propria & formali ratione peccati, vt ideò non sit ad damnationem imputabile, vocatur nihilominus ab Augustino peccatum, & pœna peccati.

Patet illud in concupiscentia, quæ passim apud Augustinum vocatur peccatum atque etiam pœna peccati, quamuis eodem Augustino auctore, in baptizatis præsertim, non sit verum & proprium peccatum antequam fiat voluntarium voluntate illius qui concupiscit. Audiamus Augustinum lib. 2. con. Iul. cap. 9. vbi approbat illud Ambrosij quo vocat concupiscentiam
„ in baptizatis *peccatum mortuum*: *Quomodo ergo mortuum*,
„ inquit Augustinus, *& quomodo tamen habitare fatemur in*
„ *membris nostris, & multa operari desideria reluctantibus*
„ *nobis?* Respondet ipsemet mortuum dici, *quia mortuum*
„ *est in eo reatu, quo nos tenebat.* Et addit, *Non eodem modo*

iam appellari peccatum quo facit reum, ſed quod ſit reatu primi hominis factum: & quòd rebellando nos trahere nititur ad reatum. Ecce, Concupiſcentia quæ peccatum dicitur & pœna peccati, non eſt peccatum quòd *faciat reum*, antequam fiat voluntarium propria voluntate concupiſcentis: & quare peccatum ex ignorantia, propterea quòd etiam vocetur ab Auguſtino peccatum, & pœna peccati, cenſebitur eſſe peccatum quòd faciat reum, antequam fiat per propriam ignorantis negligentiam voluntarium, cum cõſtet Auguſtinum perpetuò æquiparare iſta peccata quæ fiunt ex ignorantia, & quæ ex concupiſcentia, quæ vocantur etiam peccata ex infirmitate? ſed pergit Auguſtinus.

In hoc bello laborantes quamdiu vita humana tentatio eſt ſuper terram, non ideo ſine peccato non ſumus, quia hoc quod eo modo peccatum dicitur, operatur in membris repugnans legi mentis, etiam non ſibi ad illicita conſentientibus nobis. Quantum enim ad nos attinet, ſine peccato ſemper eſſemus donec ſanaretur hoc malum, ſi ei numquam cõſentiremus ad malum. Quid quæſo eſt, habentes hoc quod eo modo *peccatum dicitur, eſſemus ſine peccato, ſi ei non conſentiremus ad malum*, quàm quòd dicebam, peccatum proprio quodam ſenſu negari de concupiſcentia ſimul & improprio quodam ſenſu affirmari, prout illa fit vel non fit voluntaria accedente conſenſu, hoc eſt quod dicit lib. 1. con. 2. Ep. Pelag. concupiſcentiam vocari peccatum, non quia peccatum ſit, ſed quo modo ſcriptura dicitur manus ſcribentis, quod eſt vocari peccatum figurata & tropica locutione non propria. Nempe quia vt idem dicit primo de Ciuit. *Concupiſcentialis inobedientia quæ operatur in membris noſtris præter legem voluntatis noſtræ, & in dormiente & in vigilante ſine culpa eſt.* Et tamen peccatum vocatur: eſt igitur peccatum ſinè culpa. Quis verò vnquam intellexit peccatum ſine culpa, ſi verum & proprè dictum & damnabile peccatum, intellexit? Impropriùm igitur eſt hoc peccatum, atque

Ib. cap. 10.

Cap. 13.

Cap. 15.

Digitized by Google

etiam innoxium, ex eodem Augustino, dum dixit concupiscentiam *non sibi ad illicita consentientibus non nocituram*. Et quia eodem modo quo peccatum vocat, vocat etiam malum, citatis locis, sequitur esse malũ innocens, atque adeò malum improprié, antequam accedat malitia consensus. Quæ cùm ita sint, quærere lubet à Baianis, vt pro eximio illo, quo vilem turbam Scholasticorum antecellunt ingenio, bonam aliquam rationem nobis aperiant quamobrem concupiscentia, & mala quæ sequuntur ex ipsa, quantumuis fuerint in Adamo, in quo eramus omnes, voluntaria: non imputentur nobis ad peccatum, nisi impropriè dictum donec in nobis quoque voluntaria fiant per propriam voluntatem: & tamen iguorantia, seu quæ sequuntur ex ipsa mala, in eodem Adamo voluntaria nobis imputentur tanquam propria, damnabilia, & actualia peccata nostra, tametsi non fiant voluntaria per nostram voluntatem? Cur, inquam, peccatum illud est sine reatu, & istud cum reatu? illud sine culpa, & istud cum culpa? illud mortuum & istud viuum? illud innocens, istud pestiferum? Vestrum, ô Nou-Augustiniani, consulimus oraculum, vt mysterij huius interpretationem addiscamus. Nam quòd attinet ad Augustinum antiquum, nullam ille disparitatem interponit. Loquentem audiamus.

Cap. 19. Locus est in lib. 3. de liber. arbitrio recognitus ab Augustino sub finem vitæ, neque tamen emendatus, ac proinde approbatus, *Nam illud quod ignorans quisque non rectè facit,* (ecce peccatum ex ignorantia) *& quod rectè volens facere non potest,* (ecce peccatum ex concupiscentia seu ex infirmitate.) *ideò dicuntur peccata, quia de peccato illo liberæ voluntatis originem ducunt. Illud enim præcedens meruit ista sequentia. Nam sicut linguam dicimus non solum membrum quod mouemus in ore, dum loquimur, sed etiam illud quod huius membri motum consequitur, id est formam, tenoremque verborum, secundùm quem modum dicitur*

Digitized by Google

dicitur alia lingua græca, alia lingua latina: ſic non ſolùm peccatum illud dicimus: QVOD PROPRIE VOCATVR PECCATVM, LIBERA ENIM VOLVNTATE ET AB SCIENTE COMMITTITVR *ſed etiam illud quod iam de huius ſupplicio conſequatur neceſſe eſt.* Vide quodnam ſit illud quod Auguſtinus vocat *proprium peccatum*, Nempe quod *libera voluntate & ab ſciente committitur*. Non eſt igitur propriè peccatum, ſed *improprie*; quemadmodum ſermo vocatur lingua, & ſcriptura manus, peccatum quod committitur à voluntate per concupiſcentiam captiuata, hoc eſt deſtituta virtute ad reſiſtendum ſufficienti. Non eſt pariter *propriè* peccatum, ſed *improprie* modo iam dicto, quod non committitur *ab ſciente*, ſed ab ignorante malum aut vetitum eſſe id quod fit. Et quis dubitet quin eodem modo quo vtrumque dicitur ab Auguſtino *improprium peccatum*, vtrumque ſimiliter ſit illi peccatum *mortuum*, peccatum *ſine reatu*, *ſine culpa* & malum *nihil nociturum* quandiu non erit peccanti voluntarium? Stat igitur fixum Auguſtino atque immobile fundamentum, voluntarium eſſe debere peccatum omne, vt ſit verum, proprium, & actuale peccatum ad damnationem imputabile. Voluntarium, inquam, propria illius voluntate quem reum facit.

Quod etiam apertè confirmatur ex illa quam aſſignat peccati originalis differentia, quando adhanc interrogationem Pelagianorum, *cur igitur peccatum dicitis parvulorum, quorum voluntatem non tenetis ream?* hæc ſubiicit: *Reſpondetur non eos proprietate voluntatis, ſed origine reos teneri.* Quibus verbis apertè ſignificat, eos qui rei tenentur alterius peccati, quàm peccati originalis, *proprietate voluntatis reos teneri.* Supponit igitur eſſe in illis propriam voluntatem eius culpæ cuius rei ſunt: & quia propria voluntas eſſe non poteſt ſine propria cognitione eius rei cuius eſt voluntas, conſequenter ſupponit etiam cognitionem eiuſdem culpæ, atque ita excludit ignorantiam illi oppoſitam. Non ſufficit er-

1. Retract. cap. 15.

Digitized by Google

go ex Augustino sola participatio voluntatis Adami, nisi propria etiam concurrat ad constituendum reum cuiuscumque alterius peccati, quàm peccati originalis. Atqui peccatum quod consequitur ex ignorantia invincibili, non est peccatum originale, deletur enim originale per Baptismum, neque amplius reuiuiscit, ex Tridentino sess. 6. & ex Augustino multis locis; nec repugnant aduersarij. Cur igitur ad Adami voluntatem recurrunt, vt inueniant in illo ignorantiam nostram voluntariam, & voluntaria consequenter mala quæ oriuntur ex illa? Et quare causantur argutias Aristotelicas, & Philosophorum tricas, cùm constet Augustinianos potiùs esse laqueos illos queis suffocãtur? Nonne veriùs illi dici possunt tricari, dum dicunt voluntarium esse mendacium propria voluntate, quia scitur esse mendacium, quamuis nesciatur esse malum? Atqui, ô viri boni, id potissimum est quod debet esse voluntarium. num vultis damnari me propter malitiam inuoluntariam? Quòd si non est cognita mendacii, vel fœnoris malitia, quomodo voluntaria dici potest? Et quo iure vultis vt arguatur, vt damnetur mea voluntas propter malitiam quæ in illa non est, cùm in ea esse non possit, nisi fuerit priùs in cognitione? Quærite ex Augustino ad quid requiratur ille propriæ voluntatis consensus? Concupiscentia, inquit, non est peccatum, *non sibi ad illicita* consentientibus, non est malum, *non consentientibus ad malum*, malum respicere debet ille consensus, & *illicita*, vt constituat reum damnabilis peccati. Et quis meritò ad malum & ad illicita dicatur consentire, qui neque malum, neque illicita cogitauit? Dicite, quæso, si nesciret aliquis esse mendacem assertionem, quam profert, vel fœneratitium cõtractum quem init, diceretúrne consentire ad mendacium, vel ad fœnus? ergo quamuis perinde nesciat vtrumque malum aut illicitum, dicetur nihilominus consentire ad illicita, & ad malum? Rationis lumen, & sensus communis vbi est?

Supra ex 2. con. Iul. cap. 10.

Digitized by Google

§. III.

Chimærica Baianorum Philoſophia, Auguſtino ne quicquam repugnante.

HÆc verò chimæra eſt quædam mirabilis quam Nou-Auguſtiniani componere videntur, dum ex propria & noua voluntate mendacij, vt mendacium eſt, & ex antiqua & aliena voluntate mendacij, vt malum eſt, peccatum conflant actuale ac perſonale quod hodie committitur, & eſſe incipit, & expectandum eſt vt eodem modo plaſtæ iſti hominem componant ex antiquo animali & rationali recenti ac nouo. Quid? dum fieri atque incipere dicitur hic homo, non debent fieri atque incipere attributa omnia, & rationes poſitiuæ: quas includit ab infima differentia ad ſupremam vſque atque vniuerſaliſſimam rationem entis? Et fiet tamen atque incipiet hoc peccatum non per hæreditariam ſucceſſionem, ſed per propriam peccantis commiſſionem, abſque eo quòd fiat aut incipiat hoc voluntarium quod hæc malitia eſſentialiter includit? Eritque mutuò accipiendum ab Adamo voluntarium vetus ad peccatum nouum componendum? ſed hæc ſunt, inquiunt, argutiæ Ariſtotelicæ ac Philoſophorum tricæ, explodendæ videlicet, vt pateat locus chimæricis deliramentis. Et audent huiuſmodi ſomnijs Auguſtinum obtendere, quaſi aliquod vſquam eſſet eorum veſtigium apud Auguſtinum. Illum audiant in lib. 1. de pecc. mer. *Ab Adam*, inquit, *non omnia noſtra peccata, ſed tantùm originale traduximus.* Originale tantùm? etiam actuale, ſi Nou-Auguſtiniani non falluntur. Illa enim malitia quæ conſtituit peccatum eius qui ignorat inuincibiliter malum eſſe mendacium, vnde traducitur? nonne ex aliqua voluntate? ex qua verò voluntate, an ex illa, cui voluntaria non eſt? atqui non eſt voluntaria

mentienti, quia nec cognita. Ergo non traducitur ex illa, nec alia restat nisi voluntas Adami in quo nostræ pœnæ atque adeò hæc ignorãtia, ex qua oritur hoc peccatum, voluntaria fuisse dicitur. Ergo inde traducitur hæc malitia, quæ tamen non est originalis malitia, cõtra Augustinum. Adde quod dicit eodem libro, *Cer-*

Cap. 10.

" *tum manifestúmque est alia esse propria peccata, in quibus hi*
" *tantùm peccant quorum peccata sunt. Aliud hoc vnum, in*
" *quo omnes peccauerunt quando omnes ille vnus homo fuerunt.*

Mendacium de quo disputamus, ad quæ peccata pertinet? ad propria cuique, an ad illud vnum, in quo omnes peccauerunt? ad propria, inquiunt, ergo illo peccato peccat ille tantùm qui mentitur, si credimus Augustino. Iam cùm in eo peccato duo sint, factum, & malitia, & factum tantùm sit voluntarium mentienti, quippe cui malitia incognita est: malitia verò tantùm sit Adamo voluntaria, quatenus ei tantùm voluntaria est ignorantia nostra, ex qua nascitur; interrogo vos ô nouarum gentium Philosophi, quis in eo peccato magis peccat qui materiam suppeditat, an qui formam inducit? quis potior est statuæ Auctor, qui lignum subministrat, an qui figuram imprimit? quomodo ergo dicit Augustinus in illo mendacio peccare mentientem, & non Adamum, quando mentientis voluntas factum solum, hoc est peccati materiam, Adami verò malitiam, hoc est formam confert, iuxta vestram Theologiam.

Confirmatur ex eo quòd dicit in libro de S. Virginit. cuius sententia eo pluris est facienda quòd Ecclesia suam fecit; dum eam inseruit iuri canon. 32. q. 5. dicit autem, *Neminem impudicè vti corpore, nisi Spiritu prius conceptâ nequitiâ*, quæ verba clarissimè significant non satis esse ad peccatum quòd mente concipiatur factum, quod malum est, nisi etiam facti malitia concipiatur ab eo qui peccat.

Digitized by Google

CAPVT V.

Idem confirmatur ex libro 1. *operis imperfecti contra Iulianum, num.* 48.

HVIVS operis apud Baianos frequens est mentio, quod non dubitent quin veram Augustini doctrinam, & velut vltimum contra Pelagianos ac decretorium iudicium contineat. Operæpretium ergo fuerit expendere quæ tradit de peccatis ex ignorantia. Ergo cùm Iulianus opposuisset Augustino definitionem peccati aliàs ab ipso traditam, qua peccatum dicebatur, *voluntas retinendi vel amittendi quod iustitia vetat, & vnde liberum est abstinere*: vt probaret nullum esse peccatum originale, quandoquidem illi conuenire nequit hæc definitio, respondet Augustinus.

Ipse est Adam, quem nostra illa definitio, quæ tibi placuit, intuebatur, Adam quippe omnino quando peccauit nihil in se habebat mali, quo nolens vrgeretur ad operandum malum, & propter quod diceret, non quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago: ac per hoc id egit peccando quod iustitia vetabat, & vnde liberum fuerat abstinere. Nam ei qui dicit, quod nolo malum, hoc ago, abstinere inde liberum non est. Ac per hoc sic tria ista discernas, & scias aliud esse peccatum, aliud pœnam peccati, aliud vtrumque, id est, ita peccatum, vt ipsum etiam sit pœna peccati.

Vides Augustinum Adami peccato, à quo liberum erat abstinere, opponere tantùm illa peccata nostra, quibus sanctissimi quoque viri, qualis erat Apostolus, obnoxii sunt, nec aliud sunt quàm indeliberati atque inuoluntarii concupiscentiæ motus, de quibus dicitur, *Non quod volo malum, hoc ago.* Quod peccatum certum est, vt antea demonstraui ex Augustino, esse peccatum verum quidem ac viuum ante baptismum ob reatum hæreditarium inhærentem, quod est esse peccatum originale, sed mortuum post Baptismum, quia *sine reatu, sine culpa* ideóque *nihil nociturum* si non accedat consen-

Digitized by Google

sus. Atque hoc adeò certum est, vt Caluinus ipse qui hoc semper agit, vt suis erroribus ex Augustini doctrina malè intellecta pallium consuat, non sit hoc loco, vt sæpe solet, ausus mentiri. *Ab vno*, inquit, *Augustino sumant lectores, si quid de sensu antiquitatis habere volunt.* 3. Inst cap. 3. §. 10.

» *Porro inter illum & nos hoc discriminis videri potest, quod ip-*
» *se morbum concupiscentiæ tunc demum peccatum fieri docet,*
» *cùm appetitioni cedit voluntas: Nos autem illud ipsum pro*
» *peccato habemus, quo aliqua omnino cupiditate contra legem*
» *Dei homo titillatur.* Non ergo vult Augustinus verum, proprium, ac damnabile peccatum esse à quo non est liberum abstinere, si quæstio sit de peccatis actualibus. Sed negat hoc impedire quominus concupiscentia & verum peccatum originale sit ante baptismum: & inde post baptismum peccatum denominetur, sed *mortuum & sine reatu*, etiam si non sit liberum abstinere. Et ideò pergit.

» *Horum sane trium generum si requirantur exempla, pri-*
» *mi generis in Adam sine vllo modo quæstionis occurrit.*
» MVLTA QVOQVE SVNT QVÆ AGVNT HOMINES MALA, A-
» QVIBVS EIS LIBERVM EST ABSTINERE. *Sed nulli tam libe-*
» *rum est, quàm illi fuit, qui Deo suo, à quo erat conditus rectus,*
» *nullo prorsus vitio depravatus adstabat.* En vt definitionem illam suam extendit etiam ad multa peccata nostra, nempè ad illa quæ propria, vera & damnabilia peccata sunt, contra manifesta Baianorum principia, quibus conficitur negata gratia sufficienti, assertáque sine tali gratia peccandi necessitate & impossibilitate seruandi mandata, nullum à nobis committi peccatum de quo dici possit liberum nobis esse ab eo abstinere. Pergit,

Secundi autem generis vbi tantummodo est pœna peccati, exemplum in eo malo est quod quisque ex nulla parte agit, sed tantummodo patitur: velut cum pro scelere suo qui peccauit occiditur; sine alia corporis pœna quacumque cruciatur. Tertium verò genus vbi peccatum ipsum est, & pœna peccati, potest intelligi in eo qui dicit, quod nolo malum, hoc ago. AD HOC

Digitized by Google

PERTINENT ETIAM CVM OMNIA QVÆ PER IGNORANTIAM AGVNTVR MALA, NON PVTANTVR MALA, VEL ETIAM PVTANTVR BONA. Hic Auguſtinus peccata ex ignorantia reducit ad idem genus ad quod pertinet malum, de quo loquitur Apoſtolus cùm dicit, *quod nolo malum, hoc ago*, quod cùm ex ipſius ſanctitate, tum ex Auguſtini ſententia ſuperius demonſtrata, conſtat eſſe malum non malum, & peccatum ſine culpa, quandiu deeſt conſenſus voluntatis. Ergo talia quoque ſunt ex Auguſtino peccata ex ignorantia inuincibili.

Iam quod addit. *Cæcitas enim cordis ſi peccatum non eſſet iniuſtè argueretur, arguitur autem iuſtè vbi dicitur, Phariſæe cæce*: non adeò ſpectat, quàm vt confirmet eandem eſſe ignorantiæ & concupiſcentiæ rationem. Nam vt rectè concluditur, concupiſcentiam eſſe quoddam malum & peccatum, quòd bonum atque laudabile ſit illam vincere ac frænare: è contrario verò malum ſit & peccatum damnabile ab ea vinci, eíque conſentire. Quo perpetuo vtitur argumento contra Pelagianos concupiſcentiæ patronos, vt patet ex libro 3. 4. & ſeq. contra Iulianum; ita colligi vult ignorantiam eſſe malum quoddam & peccatum, ex eo quòd malum ſit & damnabile peccatū fouere illam, eſſeque rebellem veritatis lumini quo pellitur, qualis erat Phariſæus ille cui dicitur, *Phariſæe cæce*. Sed ſicut peccatum concupiſcentiæ non eſt *perfectum*, vt loquitur Auguſtinus, quia nimirum eſt *ſine culpa*, & *ſine reatu*, & quamuis malum ſit, non *accuſat* tamen concupiſcentem, niſi quando *non refrænatur*, ſed per conſenſum perficitur; ita ignorantia quamuis ſemper mala ſit, & cauſa innumerabilium peccatorū quæ à *neſcientibus perpetrantur*, vt idem dicit, non eſt tamen damnabile malum, nec peccata ignorantem *accuſant*, donec per diſcendi negligentiam, vel contradicendi libidinem, qualis erat in Phariſæis, fiat voluntaria. Et ideò reperitur in baptizatis qui ſunt iã *tẽplum Dei*, & in quibus *habitat ſpiritus Dei*, liberati ab

3. Con Iul. cap. 26.

Ib, lib. 4. cap. 3.

Ib. lib. cap. 16.

Digitized by Google

omnibus peccatis in baptismo, non tamen ab ignorãtiæ malo. Et hactenus quidem ostendit Augustinus ignorantiam esse peccatum : sed quia dixerat esse insuper pœnam peccati, pergit. *Eademque rursus cæcitas, si peccati pœna non esset, non diceretur, excæcauit enim illos malitia eorum. Quòd si de Dei iudicio non veniret, non legeremus, obscurentur oculi eorum, &c. Quis porrò volens cæcus est corde, cùm velit nemo cæcus esse, vel corpore.* Pœnæ videlicet proprium est vt retribuatur merito alicuius peccati. Hoc autem conuenire ignorantiæ ostendit, quòd dicitur *excæcauit illos malitia eorum*. Pœnæ similiter proprium est vt ex Legislatoris iudicio procedat, contra eius qui punitur inclinationem : & hoc etiam ignorantiæ conuenire patet primùm quidem ex eo quòd dicitur, *obscurentur oculi eorum* quo Dei decretum continetur, secundum verò ex eo quòd nemo voluntariè cæcus fiat, quo patet originẽ ipsam atq; principiũ ignorãtię inuoluntariũ esse, nisi ad eum modũ quo pœna omnis in peccato, cuius merito respondet, voluntaria est. Nam qùòd in progressu per discendi negligentiam, & in repugnando pertinaciam voluntaria fiat ignorantia : túmque & illa, quæ procedunt ex illa, peccata perficiantur in ratione peccati ; & Augustini & cæterorum omnium etiam aduersariorum doctrina fert, sicut pariter concupiscentiæ dominatus, quæ pœna etiam est primitus atque in sui exordio inuoluntaria, procedendo fit voluntaria, dum ei cedendo ac consentiendo suam amare captiuitatem ratio incipit.

Notandum verò quod iam subiungit Augustinus, peccatum originale non pertinere ad primum genus, vbi tantùm peccatum est : nec ad secundum, vbi tantùm est peccati pœna. *sed ad tertium, vbi sic peccatum est,*
» *vt sit etiam pœna peccati, quod inest quidem nascentibus, sed*
» *incipit apparere quando est insipientibus necessaria sapientia,*
» *& mala concupiscentibus continentia.* Quibus verbis
» innuit peccatum originale perinde esse in ignorantia atque

Digitized by Google

atque concupiſcentia, quòd apertiùs etiam ſignificat lib. 6. contra Iulianum, vbi de concupiſcentia & ignorantia proloquutus pergit : *Horum itaque malorum præteritus omnis reatus ſacro fonte diluitur. Remittuntur ergo renaſcentibus, minuuntur in proficientibus. Ignorantia minuitur veritate magis magiſque lucente. Concupiſcentia minuitur caritate magis magiſque feruente.* Erat itaque reatus peccati originalis in ignorantia, ſicut & in concupiſcentia iuxta doctrinam Auguſtini. Vnde ſicut à reatu præterito mala dicitur concupiſcentia, ita & mala dici debet ignorantia, ſed neutrum malum nocet donec appareat, *quando ſapientia neceſſaria eſt inſipientibus, & continentia mala concupiſcentibus.* Quid verò illud eſt, & quomodo incipit tunc apparere malum iſtud, niſi quia quando per ætatem neceſſaria eſt ſapientia inſipientibus, perficitur ignorantiæ peccatum eorum negligentia & libero ſapientiæ repudio: ſicuti perficitur peccatum concupiſcentiæ quando per ætatem neceſſaria eſt continentia concupiſcentibus mala, & tamen illi habenæ laxantur voluntaria ſimiliter & libera rationis obedientia? Cenſet igitur Auguſtinus ante liberum illum conſenſum imperfecta eſſe peccata illa & innoxia, & pari paſſu procedere: niſi quod, vt ipſe dicit, *concupiſcentia peior eſt quàm ignorantia*: ac proinde maior eſt ratio cur ſine conſenſu voluntatis non reputetur peccatum ignorantia, & quod ex illa procedit malum, quàm concupiſcentia, & quæ ex illa mala pariter pullulant. Quæ tamen ex Auguſtino nihil nocent, donec accedat conſenſus voluntatis *ad malum, & ad illicita.* Habent igitur Nou-Auguſtiniani vel in opere ipſo imperfecto contra Iulianum, vnde intelligant ſe in ijs quæ docent de ignorantia inuincibili cenſendos meritò Anti-Auguſtinianos.

6. con. Iul. cap. 16.

Digitized by Google

preſſa Tridentiui doctrina in decreto de peccato originali contra noſtrates Hæreticos.

Quibus poſitis interrogare lubet cur iſta non ſint peccata? cur inquam, paruulus ille turpiculus & inuerecundus nihil peccat? Quia, inquiunt, non vtitur ratione. Benè omnino, ſed hoc ipſum peto quid ſit, non vti ratione: & quid requirat, vt aliquis de non vtenti ratione, fiat vtens ratione? an eſt initiandus aliquibus myſterijs? an prætexta deponenda induendúmque ſagum, aut toga? an attingendus ætatis certus terminus, citra quem quidquid facias, vtatur nemo ratione? quid igitur, an expectanda pubertas, & menſura virium idonea bellicis laboribus, & agriculturæ? Ratione vſus eſt S. Ioannes in vtero matris: vſa eſt beatiſſima Virgo in momento Conceptionis: fortè etiam S. Nicolaus in cunis, dum abſtineret à lacte certis diebus ieiunia imitatus adultorum. Quid igitur eſt hoc quo rationis vſus præcisè conſtat? nimirum intelligentia maior. Cognitionem adde, in quocumque ſtatu, ſitúque Mathematicum, Philoſophum, Politicum, Theologum, ex infante momento feceris: ergo non vti ratione, non eſt aliud quàm carere cognitione: ſola ergo carentia cognitionis, hoc eſt, ſola ignorantia pueros excuſat. Quare non & adultos, ſi perinde inuincibilis eſt? Quia, inquit, hic puer eſt, ille verò adultus. At inquam, corporum, & ætatis differentia nihil facit: ex cognitionis copia vel inopia tota res pendet. Sed, inquis, maior eſt ignorantia & vniuerſalior in puero. Primùm quo iure licet tibi ita partiri, vt dicas ignorantiam inuincibilem magnam & vniuerſalem excuſare peccatum, paruam & particularem non excuſare circa particularem materiam in qua verſatur, cùm vtraque ſupponatur inuincibilis: & cùm ſit ignorantia malum quoddam, vt dicis, ex peccato natum, & ad peccatum tendens, ac proinde etiam aliquo ſenſu peccatum: quid erit aliud, magnam ignorantiam excuſare pecca-

Digitized by Google

tum non autem paruam, quàm magnam peccati pœnam, magnam causam, magnum malum, magnum peccatum excusare peccatum, paruum autem non excusare: deinde non quærimus quæ sit pueri, & adulti differentia circa cætera; sed circa hoc vnum, in quo par est vtriusque ignorantia. Nescit adultus vllo modo malumne sit officiosum mendacium, & tam hoc nescit, quàm nesciat puer: etiamsi cætera sit illo doctior. Quare igitur vultis adultum circa illam mendacii malitiam vti ratione, cum puer non vtatur? quare non vtitur puer, nisi quia illam ignorat? atqui adultus nihilo magis scit. Et si puer malitiam illam sciret quantumuis cætera puer esset, numquid in hoc esset vir & vtens ratione & peccandi capax? Quare igitur adultus qui circa hoc vnum, hoc est circa malitiam & prohibitionem mendacij nihilo doctior est puero, vt supponimus, etiá si posset in cęteris peccare, non dicitur circa hoc vnum puer nec vtens ratione, nec peccandi capax? An vtitur ratione circa malum quod non cognoscit? status infantiæ, inquis, non est præcepti capax, nec proinde peccati. Contra, incapacitas illa non aliunde nascitur, quàm ex ignorantia. Scientiam adde, capacitatem addideris. Atqui circa malitiam mendacij, vt supponimus, nihilo maior est adulti scientia quàm pueri. Ergo nec maior præcepti capacitas, dum hæc ignorantia perseuerat.

Quòd si requirerentur incrementa corporis, vt omittam amentes & phreneticos, qui nihilo minus excusantur, quàm infantes, improuisi motus concupiscentiæ, vt iam dictum est, eos etiam excusant qui de cætero ratione vtuntur. Quare autem dicuntur improuisi? quia, inquiunt Baiani, *sine præuia rationis aduertentia profluunt:* hoc verò quid quæso significat? quid est, inquam, *ista rationis aduertentia*, præter actualem cognitionem boni & mali, obligationis, & præcepti, aliarúmque circumstantiarum, in quibus actio versatur?

Tom. 3. lib. 6. de gratia Salu. c. 36.

Digitized by Google

ergo quid aliud eſt non eſſe rationis aduertentiam, quàm non eſſe cognitionem? hæc igitur etiam genus quoddã eſt ignorãtiæ inuicibilis: quare igitur non ſimiliter excuſatur qui inuincibiliter errat, dum putat licitum eſſe mendacium officioſum? an non eatenus habet excuſabilem inaduertentiam, quatenus inculpabiliter putat non eſſe malum? quæ alia inaduertentia excuſare poteſt à malo, quàm inaduertentia mali? ſi deeſſet illa, motus qui dicuntur improuiſi, numquid fierent criminoſi & culpabiles? ſuntne igitur alia ratione excuſabiles quàm quia non præceſſit plena cognitio malitiæ? Atqui eadem eſſe ſupponitur aliquando in mentiente: quidni ergo pariter excuſat?

Et quod toties inculcant Aduerſarii, hanc ignorantiam eſſe pœnam peccati, nonne hinc etiam patet, quàm friuolum quámque inane ſit? Vnde enim obnoxij ſumus omnes motibus improuiſis niſi ex pœna peccati? Nonne illa ipſa infantium infirmitas, ignorantia, cæcitas in pœnam peccati deputatur & ab Auguſtino, & à Baianis ipſis? Quæ igitur ratio illa eſt qua dicitur qui inuincibiliter ignorat malum eſſe mendacium non excuſari, quòd ea ſit pœna peccati, cùm dicatur excuſari & puer & adultus in motibus improuiſis, quamuis ea quoque peccati pœna ſit? Et cùm hæc ita ſint, imputare audent Auguſtino & Eccleſiæ atque inter dogmata fidei recenſere doctrinam adeò laceram, adeò luxatam ac male cohærentem. Quibus ego non abs re inculcauerim tritum illud, mendacem oportet eſſe memorem.

Atque vt totum hoc argumentum breuiter colligam nullum peccatum committitur niſi ex concupiſcentia, vt docet Auguſtinus 3. & 4. cap. libri 2. de peccatorum mentis. Concupiſcentia *nihil nocitura eſt* non ſibi conſentientibus, vt doceturibidem cap. 2. Conſenſus ille fit *per illicitam voluntatis inclinationem* ibidem, ſeu vt alibi dicitur, *per additamentum proprie voluntatis*. Idem

Digitized by Google

consensus, est consensus *ad malum & ad illicita* ibidem: voluntas non consentit obiectis incognitis, quod Baiani rogantur vt dare velint publico generis humani testimonio. Incognita sunt quorum datur inuincibilis ignorantia, vt patet ex penetratione terminorum. an hinc sequatur non ergo peccati ex ignorantia inuincibili; iudicent ipsi: ac simul videant hanc catenam quo in annulo rumpere velint.

CAPVT VII.

Soluuntur Aduersariroum argumenta.

SED tempus est vt videamus quæ sint illa *diuina munimenta* Scholasticis omnibus insuperabilia, quibus Aduersarii se satis tutos esse confidunt. Hinc enim & superiora confirmari poterunt, & simul intelligi eos intulisse in Augustinum, non apud eum inuenisse quos defendunt errores: neque vnquam cæcutiuisse magis, quam dum cæcitatem ignorantiæ accusabant.

§. I.

Nou-Augustiniani ad accusandam iuris naturalis ignorantiam testimoniis vtuntur, quæ designant ignorantiam facti, vel iuris positiui.

De statu nat. lapsæ lib. 2. cap. 5.

ET Primò cùm constet ipsorum confessione ignorantiam iuris naturalis illam esse quæ peccatum non excusat: ignorantiam verò facti, vel etiam iuris diuini positiui excusare; adeò parum attentè philosophantur vt ad accusandam ignorantiam priorem, & damnanda peccata quæ ex ea procedunt, testimonia proferant quæ de posteriore loquuntur: nec animaduertunt ab ipsis quoque ita soluenda esse, vt quidquid respondetur irritam faciat ipsorum obiectionem. Constat hoc

Digitized by Google

ex his septem exemplis. Producunt enim locum ex libro de gratiâ & libero arbitrio, vbi dicit Augustinus, *Sed & illa ignorantia, quæ non est eorum qui scire volunt; sed eorum qui tanquam simpliciter nesciunt, nemi-* « *nem sic excusat vt sempiterno igne non ardeat, si propterea* « *non credidit, quia non audiuit omnino quid crederet, sed for-* « *tassis vt minus ardeat, &c.* Non audiuisse quod est cre- « dendum, est ignorare ius diuinum positiuum: ergo pro- « pterea damnari, est damnari propter ignorantiam iuris « diuini positiui. Respondeant Baiani & abeant. Simile exẽplum est in eo quod adducitur ex Epist. 105. ad Sixtum, de quo postea. Tertiũ exẽplum est ex epist. 154. ad Fabiolam cùm dicitur: *Si quis bonum putauerit esse quod malum est, & fecerit, hoc putãdo vtique peccat*: vbi constat sermonem esse de eo qui comedit carnes immolatitias non putando esse immolatitias, quæ est ignorantia meri facti, & non iuris naturalis. Respondeant igitur Baiani qui negant imputari ad culpam quod quis præceptum transgrediatur ex ignorantia facti. Quartum exemplum petitur ex tertio de libero arbitrio vbi dicit Augustinus, *facta quædam per ignorantiam improbari & corrigenda iudicari.* Quale fuit factum Apostoli Ecclesiã Dei persequentis, de quo dicit ipse *ignorans feci.* Atqui hæc ignoratio erat ignoratio iuris diuini positiui, atque etiã facti, similis illi qua infideles non credunt Euãgelio quod non est illis annunciatum, ad quam excusandam Baiani afferunt illud, *si non venissem & loquutus eis fuissem peccatum non haberent*, peccatum ergo Paulus non habebat in illa Christianorum persecutione, quam ortam putant ex ignorantia inuincibili. Neque enim ille nesciebat non esse persequendos Dei seruos, aut non esse acceptandam Dei legem, quod erat iuris diuini naturalis; sed nesciebat hos seruos Dei esse, & hanc esse Dei legem quod est nescire factum & ius diuinum positiuum: Et tamen peccauit, & peccauit eo peccato, quo damnandus erat, nisi misericordiam consequutus

Cap. 18.

De statu nat. lapsæ lib. 2. cap. 5.

esset, minuente, non tollente ignorantia illa grauitatem delicti. Hic Baiani quid dicunt quod non etiam prosit ad alia testimonia diluenda? Quintum exemplum est id quod sumunt ex libro de nat. & gratia cùm dicit Augustinus. *Aliud est enim non curasse scire quæ negligentia peccata etiam per sacrificia quædam legis videbantur expiari: aliud intelligere velle, nec posse: & facere contra legem non intelligendo quid fieri velit.* vbi vides clarissimè *legem*, de cuius ignorantia disputat, vel indistinctè sumi tam pro lege positiua, quàm pro naturali: vel certè pro positiua potius, quàm pro naturali. Cùm sit manifestum sacrificia illa quæ præscribuntur in Leuitico pro peccatis ignorantiæ, spectare ad ignorantiam præceptorum cæremonialium. Hic igitur etiam Baiani respondeant, qui negant peccari ex ignorantia inuincibili huiusmodi obligationum, & nihil supererit quod à nobis quærant. Sextum exemplum esse potest illud quod sumunt ex lib. 6. con. Iul. cap. 16. vbi S. Augustinus dicit, *innumerabilia peccata committi à nescientibus*, inter quæ numerat æmulationem & contentionem Neophytorum, qui non intelligunt se non esse baptizatos in nomine Pauli, sed in nomine Christi, non aduertunt se esse templum Dei, & Spiritum sanctum in ipsis habitare, non percipiunt quæ sunt Spiritus Dei, sed secundùm hominem ambulant, &c. Quòd quis non videt pertinere potiùs ad ius diuinum, quàm ad ius naturale? An volunt esse iuris naturalis, quòd baptizatus intelligat se esse templum Dei? Septimum exemplum petitur ex S. Hieronymo, quem etiam volunt cum S. Augustino conspirasse ad probandum contra Pelagianos ignorantiam non excusare peccatum. Est autem apertissimum ignorantiam ab Hieronymo indistinctè sumi pro ignorantia tum facti, tum iuris positiui, eóque referri peccata legalia & irregularitates illas quæ sacrificijs expiabantur in veteri lege. Vt necesse sit aduersarios aliam quandam interpretationem inquirere,

in

Digitized by Google

in qua nobiſcum conſentiant ſeque fruſtra hæc contra doctrinam quam defendimus obieciſſe fateantur.

§ II.

Auguſtinus & peccatum ex ignorantia ſequutum, & peccandi neceßitatem impropriè nonnumquam accipit.

SECVNDO poſtulandum eſt ab Aduerſarijs quando Auguſtinum adducunt dicentem peccata eſſe illa quoque, quæ fiunt ex ignorantia, vt clarè oſtendant peccatum accipi propriè pro eo quòd reumfacit, & non ſicut ſcriptura dicitur manus, & ſermo dicitur lingua. Conſtat enim ex dictis, concupiſcentiæ motus eo modo peccata dici, & eandem eſſe rationem eorum quæ ex ignorantia & concupiſcentia fiunt: vt mirum ſit quod dicunt, *Doctorem profundiſſimum*, vt ſe tueretur lib. cap. 4, contra Pelagianos, *numquam ad aliquam impropriam ſiue peccati, ſiue neceſſitatis acceptionem fugiſſe.* Quid? non pugnabat cum Pelagianis, dum ſimilitudinem illam vſurpauit *manus & linguæ*, quæ impropriam acceptionem euidentiſſimè manifeſtant? & cuius ſunt illa verba ſuperiùs adducta primùm peccatum fuiſſe *propriè* peccatum, *quòd* libera voluntate, & *ab ſciente* commiſſum? nonne Auguſtini? quòd ſi propterea *propriè* peccatum erat, quod à *ſciente* committeretur, quid reſtat niſi vt ſecundùm Auguſtinum *proprie* peccatum non ſit, quod committitur à neſciente? An hoc emendauit Auguſtinus dum contra Pelagianos pugnat? ſequimur igitur Auguſtinum quotieſcumque negamus peccatum eſſe propriè dictum, hoc eſt completum, atque vt vocant, formale, ſi & tanta ſit ignoratio malitiæ: vt nulla eius ſuſpicio remaneat, & adeò ſit eadem ignoratio inuincibilis, vt negligentia peccatoris accuſari nullo modo poſſit.

Digitized by Google

De statu nat. lap. cap. 7. Et quod dicunt de peccandi necessitate, eodem auctore Augustino refutatur, eodémque loco quem pro se citant, citant enim libri primi ad Bonifacium cap. 3. sed citant mala fide, quia locum truncant, *Non itaque, sicut dicunt, nos quidam dicere, & iste audet insuper scribere, omnes in peccatum veluti inuiti carnis suæ necessitate coguntur: sed si iam in ea ætate sunt, vt propriæ mentis vtantur arbitrio, & in peccato sua voluntate retinentur, & à peccato in peccatum sua voluntate præcipitantur.* Hæc Baiani omittunt, quibus manifestè constat Augustinum excludere ab adultis peccandi necessitatem: non vtique impropriam. Nemo enim illam excludit. Propriam ergo. Ac proinde si quam aliam admittit, impropria est, & aliquo modo superabilis à peccatore. Et tamen, inquiunt Baiani, *numquam fugit ad aliquam impropriam necessitatis acceptionem dum premeretur à Pelagianis.* Non

Ib cap. 4. respondet Pelagianis dum scribit contra duas Epistolas Pelagianorum? Idipsum conuincitur ex alio loco quem citant ex opere imperfecto contra Iulianum; vbi

Lib. 1. num. 107. Augustinus ex concessis à Iuliano probat admittendam esse aliquam peccandi necessitatem illæsa libertate; quandoquidem ille non negabat quæ contrahitur ex peccandi consuetudine. Atqui hæc non est insuperabilis illa necessitas quæ reddat impossiblem malæ voluntatis suspensionem: sed est mitior, & minùs propria: hæc igitur Augustino sufficit. Dicimus ergo, sicubi Augustinus admittat peccandi necessitatem ex ignorantia sequutam, vel impropriam, intelligere necessitatem & aliqua ratione superabilem à peccatore: vel peccatum ipsum sumere impropriè pro eo quod est quidem contra legem, sed sine culpa, eo quòd lex ignoretur; quomodo peccata sunt improuisi motus concupiscentiæ, qui culpa carent ex sententia Nou-Augustinianorum: & quæ fiunt contra legem ex ignorantia facti, vel ex ignorantia ipsiusmet legis; si est lex positiua ex iisdem: & furtiui assensus dormientium in res turpes, qui

Digitized by Google

culpa etiam carent, nec imputantur à Deo ex Auguſtino, vt paulò poſt dicetur. Hac ratione ſi quando reperiretur apud Auguſtinum, vel apud Hieronymum, aut quemlibet alium, peccatum eſſe quod fit ex ignorantia iuris naturalis: & ea ſupponeretur integra & inuincibilis, & Auguſtini, & Nou-Auguſtinianorũ exemplo, dicendum eſſet improprium eſſe peccatum illud & ſine culpa.

§ III.

Auguſtinus ſæpè etiam intelligendus de ignorantia quæ ſuperari poteſt adhibita diligentia.

TERTIO poſtulandum eſt ab Aduerſarijs vt oſtendant Auguſtinum in ijs locis quæ adducunt, ſupponere adeo inuicibilem eſſe ignorantiam, vt nulla ſubſit in diſcendo, vel inquirendo voluntatis negligentia, quòd clariſſima ſint illius verba & olim prolata cùm ſcriberet libros De libero arbitrio, & deinde approbata, dum Pelagianos oppugnaret in libro de Natura & Gratia. NON TIBI AD CVLPAM IMPVTATVR QVOD INVITVS IGNORAS SED QVOD NEGLIGIS, QVÆRERE QVOD IGNORAS. Quæ ſola verba cúm contineant perſpicuam cæterorum omnium locorum, quæ nobis opponuntur, interpretationem, altiſſimo tamen ſilentio preſſa ſunt à Nou-Auguſtinianis, vt videantur vel clauſis oculis legiſſe Auguſtinum, vel ad propriostantùm errores apertis, non ad germanam ipſius ſententiam. ſed de hoc teſtimonio fuſiùs poſtea.

Atque hoc confirmati poteſt ex eo loco quem citant ex Epiſtola ad Sixtum, qui ſi penitus inſpiciatur plus officit eorum cauſæ, quàm proſit. Dicit enim Auguſtinus, *Inexcuſabilis eſt omnis peccator vel reatu originis, vel additamento propriæ voluntatis. Quia & ipſa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, ſine dubio peccatum eſt: in eis*

Digitized by Google

autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in vtrisque non est iusta excusatio, sed iusta damnatio. Vbi vides peccatumquod distinguitur contra peccatum originis, constitui per *additamentum propriæ voluntatis.* Quæ propria voluntas, quia nulla esse potest in eo à quo ignorantia inuicibilis propriam cognitionem subtrahit; ideò significat Augustinus fieri hoc additamentum per eorum ignorantiam, qui *intelligere noluerunt*.. Ignorantiam verò eorum qui *intelligere non potuerunt*, significat Augustinus esse tantùm pœnam alienæ ac malæ voluntatis, Adami scilicet: non verò peccatum propriæ. Ad quam pœnam iustè damnati sunt Adami posteri propter reatum originis, quem excusare non possunt: esto excusare possint reatum propriæ voluntatis: hanc esse Augustini mentem qui non videt, volens nolens cæcus est.

§. IV.

Ignorantiam sæpe sumit pro illa quæ non tollit omnem mali notitiam, sed tantum: minuit. omnem peccatorem ex Augustino esse etiam prævaricatorem.

QVARTO postulandum est vt ostendant Augustinum adeo profundam supponere ignorantiam mali; nulla vt oberret eius species peccantis cogitationi. Contingit enim passim, vt dum peccamus, inuincibiliter ignoremus aut non cogitemus pleraque, quæ si menti occurrerent non peccaremus, vnde illud, *omnis peccans est ignorans*: sed quia non est integra illa ignorantia, nec tollit totam peccati cognitionem; ideo nec illud penitus excusat, etiamsi minuat eius grauitatem. peccatur ergo & ex ignorantia quodammodo peccatur, quòd interdum vocetur incognitum atque ignoratum, quod non ita probè notum est. In quem sensum Chrysostomus interpretatur illud Pauli Rom, 7.

Digitized by Google

ſine lege peccatum mortuum erat, ideſt, *non ſic notum*. In hunc modum accipienda eſſe pleraque Auguſtini loca à Baianis oppoſita ex ipſomet Auguſtino perſpicuè liquet. Et primò nobis opponunt id quod dicit Auguſtinus accepta lege Moſaïca quæ dicit, *non concupiſces*, eos qui putabant *magnum bonum eſſe*, obedire concupiſcentiæ, cognouiſſe id eſſe malum, & cùm eſſent antea *peccatores*, factos eſſe inſuper *præuaricatores*. Quod ipſum aliis etiam locis repetit, vt cùm illud Apoſtoli, *peccatum ſine lege mortuum eſt*, ſic paſſim exponit, *non quia non eſt; ſed quia latet*. Sed audiant Auguſtinum alio loco interpretantem ipſum ſeſe, ac dicentem, omnes omnino peccatores etiam eſſe præuaricatores. *Eſſe enim aliam legem non per Moyſem datam, ſecundùm quam ſunt præuaricantes cæterarum gentium peccatores, vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Quæ iſta lex eſt niſi fortè illa de qua idem dicit Apoſtolus, gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis ſunt faciunt, hi legem nonhabentes ipſi ſibi ſunt lex? ſecundùm hoc ergo quòd dicit legem non habentes; ſine lege peccauerunt, ſine lege peribunt, ſecundùm hoc verò quod ait, ipſi ſunt lex; non immeritò præuaricatores æſtimantur omnes peccatores terræ. Nullus enim eſt qui faciat alteri iniuriam, niſi qui fieri ſibi nolit. Et in hoc tranſgreditur naturæ legem,* QVAM NON SINITVR IGNORARE, DVM ID QVOD FACIT NON VVLT PATI. Vnde concludit, *omnes igitur præuaricantes gratia Saluatoris inuenit, alios magis, alios minus.* QVANTO ENIM LEGIS MAIOR IN QVOCVMQVE COGNITIO, TANTO MINOR PECCATI EXCVSATIO. En vt Auguſtinus peccatores illos qui habita ratione Moſaicæ legis non ſunt præuaricatores, eſſe tamen dicit habita ratione legis naturalis: *quam non ſinuntur ignorare*, dum proximum offendunt. En vt non dicit nullam eſſe in illis legis cognitionem, ſed eſſe *minorem*. En tandem vt pronuntiat, poſtquam ſtatuit nullum eſſe peccatum quod non ſit prçuaricatio, *nullam eſſe præuaricationem ſi non ſit lex*. Quænam autem eſt lex

Lib 2. de ſtatu nat. lap cap. 5. ſerm. 1. de Verbis Ap. cap. 7.

In Pſ. 118. conc. 15.

Digitized by Google

illa contra quàm præuaricari possunt qui peccant ex ignorantia inuincibili. Naturalis, inquiunt Baiani, quia contra positiuam ignoratam nemo præuaricatur. Lex verò naturalis vbi nam est? scripta est, inquit Apostolus in cordibus. Quid autem est quippiam esse scriptum in corde? ô Baiani quod ignorat cor dicíne potest in corde scriptum? Non dici debet ex corde potiùs deletum? Oculos aperite, quos error claudit, nullum est peccatum si non est præuaricatio. Nulla est præuaricatio si non est lex. Lex naturalis nusquam est, si non est scripta in cordibus. Scriptum in cordibus dici non potest quod penitùs incognitum est. Concludite Baiani, ac dicite illum qui non habet scriptam legem naturalem in corde suo, quippè quam ignorat omninò, ideò præuaricari quia facit contra eandem legem scriptam in corde alterius: quod erit ideo peccare Titium, quia facit contra conscientiam Caij: Digna videlicet Apolline vestro sũt isthæc oracula, dignúmque tam diuturnæin Augustino meditando pretium operæ.

Certè Augustinus causam hanc perimit, etiam vbi propitium Baiani putant. Cùm enim cap. illo 81 Enchiridij quod citant, præuaricationem esse non posse significat dum est ignorantia, in vniuersum loquitur, & vel comprehendit etiam præuaricationem & ignorantiam Legis naturalis: vel illam potissimùm intelligit adeo vt velit non esse præuaricatorem legis naturalis qui legis naturalis ignarus est, vt constat ex ipsa orationis specie qua duas in vniuersum causas assignat peccatorum omnium, cùm dicit *nos peccare duabus ex causis*, & assignat causas naturæ corruptæ adhærentes, ad quorum alterum pertinet ignorantia potissi-
» mum iuris naturalis, altera est infirmitas ex con-
» cupiscentia', his verbis, *aut non videndo quid facere de-*
» *beamus*, *aut non faciendo quod debere fieri iam videmus:* Egere igitur Dei adiutorio non solùm ad vincendam ignorantiam, sed etiam ad vincendam infirmita-

Digitized by Google

tem: Eam verò vinci, dum vincuntur delectationes earum rerum, *quas vel habere cupiendo, vel amittere metuendo scientes volentesque peccamus, iam non solùm peccatores, quod eramus etiam cùm per ignorantiam peccabamus, verùmetiã prævaricatores, cùm id non facimus quod faciendũ iam esse nouimus: vel facimus quod non faciendum esse iam scimus.* Si quis hîc Augustini sententiam restringat, velitque intelligi de lege tantùm scripta, non de naturali, quod significat; quandiu nescitur non esse illius prævaricationem, quo iure hoc facit? & quid est in Augustini verbis quod faueat? similiter cùm dicit *accedente cognitione prævaricationem existere*, si velit intelligi de cognitione parta per promulgationem scriptæ legis tantùm, & non de quacumque alia, vnde hoc colligit & cur negabit auctore Augustino prævaricatores esse illos quoque, qui non faciunt quod naturæ lumine faciendum esse norunt: vel faciunt quod non faciendum esse iam sciunt? Quod si & potest esse prævaricatio contra legem naturæ: & vt sit, requiritur & sufficit, vt naturæ lumine sine auxilio scriptæ legis peccator intelligat quid illa præcipiat; ex consequenti concluditur, qui præceptum aliquod legis naturalis nullo modo nouit, nullo etiam modo contra illud prævaricari. Vnde iam constabit argumentum ex principiis Augustini. Omnis peccator contra legem aut præceptum naturale, est etiam eius prævaricator, vt antea ostensum est ex Aũgustino: Qui omnino nescit legem aut præceptum naturale, non est eius prævaricator: Ergo qui omnino nescit legem aut præceptum naturale, non est contra illud peccator. Necesse est igitur vt vel impropriè accipiatur peccatum quod esse dicitur ante cognitam legem naturalem; vel vt incognitam esse illam non sit aliud, quàm esse minus notam: vnde sequitur etiam peccatorem illum qui contra prævaricatorem distinguitur, ideò distingui, quia est minus prævaricator, iuxta illud quod antea dixit Augustinus, omnes esse prævaricatores, *sed alios magis, minus alios.*

Digitized by Google

habuit dæmon cogitationes, quod vt exponat ſubdit.

Nam quando illi (qui ſcilicet hoc capere nequeunt) *valent intelligere, nullam eſſe animam, quamuis peruerſam, quæ tamen vllo modo ratiocinari poteſt* IN CVIVS CONSCIENTIA NON LOQVATVR DEVS? *Quis enim ſcribit in cordibus hominum naturalem legem, niſi Deus? De qua lege Apoſtolus ait, Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt, hi legem non habentes ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis conteſtante conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium, aut etiam excuſantium, in die qua iudicabit Dominus occulta hominum. Quapropter ſi omnis anima rationalis* ETIAM CVPIDITATE CÆCATA, *tamen cùm cogitat, & ratiocinatur, quicquid in ea ratiocinatione verum eſt, non ei tribuendum eſt, ſed ipſi lumini veritatis, à quo vel tenuiter pro ſui capacitate illuſtratur, vt verum aliquid in ratiocinando ſentiat; quid mirum ſi diaboli anima, &c.*

Si ante legem ſcriptam nemo eſt adeo peruerſus *in cuius conſcientia non loquatur Deus*, ex mente Auguſtini; an rectè ſentiunt qui putant ex eiuſdem etiã mente ante legem ſcriptã peccaſſe homines ex ignorantia inuincibili iuris naturalis? An eandem mentẽ ſunt aſſequuti qui peccari probant ex ignorantia inuincibili, propterea quòd Auguſtinus cenſeat peccare illos quos propria ipſorum malitia excæcauit, cùm doctrinam ſuam de conſcientia illa iuris naturalis Auguſtinus extendat *ad omnem animam etiam cupiditate excæcatam*? Et dicere audent hauſiſſe Auguſtinum illa dogmata de ignorantia nimirum inuincibili, præuaricationem quidem, non tamen peccatum excuſante, ex Apoſtolo, cùm oſtendat ſe ex eodem Apoſtolo hauſiſſe contrarium, hoc eſt ſcriptam legem neſcientes accuſari *propriis cogitationibus* inuicem aduerſantibus, & *conteſtante conſcientia*?

De ſtatu nat. lapſæ lib. 2. cap. 5.

Dicent fortè tum Auguſtinum ſecum, tum Apoſtolum ita conciliari, vt in grauioribus delictis non detur ignorantia legis naturalis niſi vincibilis, in leuioribus

Digitized by Google

verò, & quorum cognitio longiùs distat à primis principijs, detur ignorantia inuincibilis. Sed hæc frustra sunt. Constat enim Augustinum atque etiam Apostolum illa ipsa crimina supponere incognita fuisse ante legem quæ sunt per legem manifestata. Quæ sunt autem illa quæ per legem manifestata sunt? *Non adulterabis, non furtum facies, non occides, non falsum testimoniũ dices*: hæccine non sunt grauiora crimina? Cætera verò quæ vel sunt leuiora, vel ab his principiis longiùs trahuntur, lex scripta vbinam explicat? Ergò illa relinquit perinde incognita, donec discursu naturali, vel disciplina, vel alia quadam ratione innotescant. Nota igitur erant ex Augustino per conscientiam iuris naturalis illa ipsa quæ scripta lex explicuit, & quæ per conscientiam iuris naturalis nota non erant, lex non explicuit. Ergò ruit tota hæc machina, & quidquid Nou-Augustiniani hoc loco moliuntur supra stuppam ædificatur, coguntúrque velint nolint in eandem nobiscum interpretationem venire, vt dicatur Augustinus non omnem iuris naturalis cognitionem acceptam referre scriptæ legi, sed aliquam, illam scilicet qua iam expressiùs intelligitur supremi legislatoris voluntas & authoritas & intentatæ pœnæ transgressoribus, & præmia obseruatoribus proposita, & futura vulgò eorum infamia, istorum verò laus & gloria, & mortalium atque immortalium approbatio. Accessisse hanc cognitionem est peccatum fuisse per legem cognitum, & hæc fuisse ignorata prius, & peccatum fuisse incognitum, hoc est minus notum; aut etiam incognitum prorsus per exclusionem diuinæ huius & supernaturalis cognitionis diuino innixæ testimonio qua dari potest initium iustificationi, & salutis æternæ merito.

Atque hæc interpretatio confirmari potest vel exillo ipso loco quem Baiani citant ex serm. 4. de verbis Apostoli. Nam ibi Augustinus Manichæos dicentes legem esse malam, vrget publico mortalium omnium te-

Cap. 4.

Digitized by Google

ſtimonio, qui anticipato quodam conſcientiæ iudicio negare non poſſunt quin ſit bonum quod lex præcipit, & malum quod vetat; hoc enim ſignificat cùm dicit, *Ecce lex, ecce deſuper tuba diuina, clamat homini, Non concupiſces, non concupiſces. Reprehende, ſi potes, fac, ſi reprehendere non audes quia bonum eſt quod dicit non concupiſces: malum eſt concupiſcere. Malum culpat lex, à tuo malo te prohibet lex. Ergo fac quod iubet lex &c.* Et ideò quòd dicit, ante legem concupiſcentiam videri bonam, minimè intelligendum eſt de bonitate quadam morali quæ turpitudini repugnet, ſatis enim explicat ipſe in quo ſita ſit illa bonitas cùm ſubdit, *Inueniu hominem concupiſcentias ſuas carnales ſectantem, totúmque ſe illis in ſeruum donantem, aucupari vndique voluptates, fornicari, inebriari (non dico amplius) fornicari inquam, inebriari, hæc dixi quæ licitè committuntur, ſed non Dei legibus. Quis enim aliquando ad iudicem ductus eſt, quia meretricis lupanar intrauit? Quis aliquando in publicis tribunalibus accuſatus eſt quia per ſuas lyristrias laſciuus immundúsque defluxit? Quis aliquando habens vxorem, quia ancillam ſuam vitiauit, crimen inuenit? Sed in foro, non in cælo; in lege mundi, non in lege creatoris mundi. Luxurioſus autem immundus atque laſciuus fœlix dicitur, abundare voluptatibus, frui deliciis. Iam verò ſi ſe vino ingurgitet &c. Cùm laudantur iſta, & dicitur fœlix eſt, magnus eſt, bene eſt illi, & non ſolùm hoc non putatur eſſe peccatum, ſed etiam putatur vel Dei donum, vel certè ſuaue, blandum, licitum, bonum, procedit lex & dicit, non concupiſces &c.* Vides quò pertineat illud *putare bonam eſſe concupiſcentiam*? Nempe non eſſe contra ſæculi leges, nec ab illis reputari peccatum & earum reſpectu eſſe licitum bonum, de cætero bonum, dulce & blandum, & naturæ corruptæ deſiderabile, cuius copia etiam in bonis fortunæ cõputetur, & inter Dei dona quandoque ponatur. Ait autẽ Auguſtinus (*non dico amplius*) id eſt non recenſeo furta, homicidia, alieni tori violationes, quia leges humanæ iſta vetant, & puniunt, ſúntque vulgò exo-

lib. cap. 5.

si atque infames qui perpetrant, ideóque non est idem horum iudicium. Sed alia, nempè fornicari, inebriari, hominibus suam ipsorum conscientiam parum curantibus, in aliorum verò iudicia, exemplàque ac vota intentis, nec quidquam inde mali timentibus bonum videbatur, donec superuenit lex *non concupisces*, qua intellectum est hoc quoque crimen esse quod ad superius tribunal pertineret, essetque puniendum grauioribus pœnis quàm quæ solent humanis legibus constitui. hæc est omninò mens Augustini, nec alia fingi potest, nisi ab amatoribus figmentorum.

" Huc refer quod obiicitur ex ep. 105 ad Sixtum, dum di-
" cit Augustinus, *sed neque ab illo quod originaliter cõtrahitur,*
" *neque ab his quæ vnusquisque in vita propria vel non intel-*
" *ligendo, vel nolendo intelligere mala congregat, vel etiam in-*
" *structus in lege additamento prænaricationis exaggerat, quis-*
" *quàm liberatur, & iustificatur nisi gratia Dei per Iesum Chri-*
" *stum Dominum nostrum.* Quibus verbis significat tribus modis peccari *non intelligendo, nolendo intelligere, & contra veritatem intellectam prænaricando.* peccatur ergò, inquiunt, *non intelligendo*, quod hoc loco ignorantiam denotat inuoluntariam. sed distinguendum est, peccatur non intelligendo malum esse illud in quo quis peccat; negatur: Nec Augustinus hoc intendit, peccatur *non intelligendo* ea quæ per Euangelium innotescunt, & quæ iuuant tum ad expianda peccata præterita, tum ad euitanda futura: conceditur: hoc enim quod iam dicit Augustinus peccari *non intelligendo*, explicandum est per ea quæ paulò ante præmisit, dum distinxit tres omnino peccantium gradus. Primus est eorum qui nolunt intelligere, vt benè agant. Secundus est eorum qui intelligunt, & tamen malè viuunt, in quo ponit philosophos illos, qui, vt dicit Apostolus, *cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt.* Tertius est eorum qui legem Dei audierunt præsertim Euangelicam, hoc est eorum qui præter naturalem illam & philoso-

Digitized by Google

phicam cognitionem, habuere vel habere potuere ſupernaturalem ex prædicatione, ad quos pertinet illud, *ſi non veniſſem, & loquutus eis fuiſſem* &c hos ergo poſtremos qui Deum ſenſibiliter loquentem audierunt, Auguſtinus ſcripturam ſequutus dicit eſſe omni ratione inexcuſabiles, & addit, *Dei tamen iuſtum iudicium nec illis parcit, qui non audierunt.* Quare hoc? rationem paulò ante præmiſit. Quia etiam ſi iuſtam habere poſſint excuſationem illius peccati, quòd non crediderint ignorata credendi obligatione atque etiam ipſa re quæ credenda eſt, *pleni tamen ſunt alijs magnis multiſque peccatis*, quæ videlicet ſine Euangelio vel Moſaica lege ſatis ipſis nota ſunt. Hi ergo quibus non parcit diuinum iudicium, quamuis non audierint Euangelium, intelligũntur ab Auguſtino poſtea quando dicit, peccari *non intelligendo*, iudicari enim ſine lege, qui ſine lege peccauerunt. Et ſi querantur ſubſtractam ipſis fuiſſe rationem hanc vel delendorum vel vitandorum peccatorum; negat Auguſtinus iuſtam eſſe querelam, quòd ea potius iuſta ſit peccati originalis pœna. Vniuerſim verò de peccatoribus omnibus qui ſuam ignorantiam & peccandi neceſſitatem prætexunt, antea pronuntiauit, *In maioribus ſtatibus meritò dici, hi noluerunt intelligere vt bene agerent.* Patet igitur ex hoc etiam loco alieniſſimam eſſe ab Auguſtini mente cogitationem illam, quòd peccari damnabiliter poſſit ignorato inſuincibiliter iure naturali & malo quod committitur prorſus incognito. Et quod antea dixi confirmatur, aduerſarios de ignorantia iuris naturalis id intelligere, quod Auguſtinus de ignorantia iuris diuini dictum voluit,

Atque hoc pacto ſoluitur quod obijciunt ex libro 6. contra Iulianum, Cùm dicit Auguſtinus baptizatos non carere ignorantiæ malo, *per quod à neſcientibus innumerabilia peccata committuntur.* Inter quæ peccata recenſet, *æmulationem & contentionem*, quam Apo- Cap. 16.

Digitized by Google

ſtolus damnat in recèns baptizatis. Eſt enim manifeſtum hanc ignorantiam non fuiſſe ignorantiam, quæ tolleret omnem malitiæ cognitionem, etiam illam quæ paſſim reperitur in non baptizatis & infidelibus: ſed ignorantiam, quâ recèns baptizati non percipiebant *quæ ſunt ſpiritus Dei*, quâ *ſecundùm hominem ambulabant*, quâ non intelligebant, *ſe eſſe templum Dei & Spiritum ſanctum in ipſis habitare*, nec aduertebant ſe *non eſſe baptizatos in nomine Pauli*, ſed in nomine Chriſti. Quæ eſt ignorantia remouens non naturalem iuris naturalis cognitionem, ſed ſuperiorem lucem & ſuper-naturalium motiuorum atque obligationum apprehenſionem: habebant igitur aliquem ſenſum ſuorum peccatorum etiam ſupernaturalem, ſed tenuiorem & imperfectum, & qualis eſt in lactentibus, vnde dicit Apoſtolus de illis, *lac vobis potum dedi, non eſcam.* Vt omittam hîc quoque locum habere quod ante dixi, & eſſe hoc aliud exemplum ad probandum Nou-Auguſtinianos accuſare ignorantiam iuris diuini, quam abſoluerant.

Hæc ſcilicet perpetua quædam eſt Nou-Auguſtinianorum aberratio, quod cùm ſibi propoſuerint ad probandum ignorantiam inuincibilem iuris naturalis non excuſare peccatum, relicto iure naturali, argumentantur ab ignorantia doctrinæ fidei & mediorum diuinitus reuelatorum ad conſequendam ſalutem. Quid enim aliud ſignificat quod obijciunt ex libro de ſpiritu & littera cap. 3. liberum arbitrium non valere niſi ad peccandum, *ſi lateat veritatis via*? Quæ, inquam, eſt hæc via veritatis niſi Chriſtus, qui eſt *via & veritas*? Latere autem hanc viam, eſt ne latere quòd furtum ſit malum? quòd periurium vitandum ſit? quòd parricidium ſit execrandum? & alia quæ ſunt iuris naturalis, vt quia ignorantia illius viæ non excuſat peccatum, inferre poſſint ignorantiam iuris naturalis non excuſare? Quid cogitabant qui hæc obiecere?

Digitized by Google

Eodem pertinet quod addunt ex libro de nat. & gr. cap. 40. *fatendum miſerabiles eſſe tenebras in animo humano qui ſcit quemadmodum debeat domare leonem, & neſcit quemadmodum viuere.* Loquitur enim Auguſtinus de illa ſcientia & de illa vita quæ per *Chriſti nomen & per eius Euangelium diſcitur*, & ad æternam ſalutem ordinatur. Qua ignorata, non ideò ſequitur ignorari ius naturale, quippe quod probe cognitum fuit multis vitam illam ignorantibus.

Et illud quoque quod ſumunt ex 2. de pecc. mer. cap. 17. nolle homines eſſe ſine peccato in hac vita *quia latet quod iuſtum eſt*, & ideò *ignorantiam impedire ne abſtineat ab opere malo*; perſpicuum eſt intelligi ab Auguſtino de ignorantia quæ excludit ſupernaturalem cognitionem & quæ per gratiam pellenda eſt, cùm dicit, *vt autem innoteſcat quod latebat gratiæ Dei eſt.* Quod ſi præter hanc nullam aliam agnoſcerent Baiani cognitionem mali naturalem, fateantur neceſſe eſt omnes qui non illuminantur ſupernaturali gratia, laborare inuincibili ignorantia iuris naturalis & vice verſa illuminari ſupernaturali gratia omnes homines qui ſenſum aliquem habent iuris naturalis: ac proinde nullum eſſe naturalem iuris naturalis ſenſum: quod ridiculum eſt, & Auguſtino manifeſtè repugnat. Ex quo vlterius ſequetur, cùm ex principiis Baianorum omnis gratia ſit efficax, & nulla ſufficiens; nullum eſſe qui cum hac illuminatione non recipiat voluntatis motum illuſtrationi reſpondentem: & qui præuentus tali gratia non abſtineat efficaciter ab opere malo: atque ita tandem fiet neminem peccare qui non peccet ex ignorantia inuincibili iuris naturalis. Quia nemo peccabit qui non careat illuſtratione illa ſine qua ius naturale inuincibiliter ignoratur. fateantur ergò Baiani neceſſe eſt, id quod dicit Auguſtinus, *latere quod iuſtum eſt*, ita interpretandum, vt idem ſit ac non perfectè cognoſci, & in lumine gratiæ, nec aliam ab eo ignorantiam ſupponi.

Quod etiam fateri debent in eo loco de spiritu & litera cap. 34. cùm dicit Augustinus fore perfectam Sanctorum iustitiam, *si nihil eorum lateret, quæ pertinent ad iustitiam.* Quid enim, an putant ignorantiam esse iuris naturalis, si quid latet eorum quæ pertinent ad iustitiã? Nón pertinent ad iustitiam motiua omnia exercendæ iustitiæ? non pœnarum & præmiorũ propositiones? non præcepta supernaturalia? non Christi monita? non exẽpla? Et horũ quippiam ignorari vel non satis apprehendi â Sanctis hoc est dari ignorantiã iuris naturalis?

Manifestum est eandem esse rationem eorum quæ afferunt ex interpret. Psal. 99. *Deum aliquando nobis ostẽdere peccata nostra, & tunc nos ire in fletus*, vbi dicunt Baiani, si aliquando, ergo plerumque ignorantur. Ridiculè admodum Quasi verò Magdalena laboraret ignorantia inuincibili iuris naturalis antequam ei peccata ostenderẽtur in illa luce gratiæ quæ totam in fletus solvit? Et quis non videt Baianos non philosophari consequenter? ex lib. 2. de peccat. mer. *debere nos orare, ne tentatione vincamur, vel cùm fallit & præoccupat nescientes, vel cùm premit atque vrget infirmos.* Vel enim supponunt ita præoccupari nescientes tentatione, vt nulla omninò sit mali cogitatio, vel non; si primum, in quo differt hæc tentario à motibus improuisis quos Baiani tamen excusant? si secundum, quid hoc ad communem sententiam de ignorantia inuincibili peccatum excusante, cùm supponatur hîc esse peccati cognitio? Nec pluris faciendum quod addunt ex lib. 1. peccare homines *per ignorantiam & infirmitatem non exsertis aduersus concupiscentiam totis viribus voluntatis.* Voluntas enim nullas omnino vires habet ad pugnandum contra malum incognitum, vt per se patet; ergo si habet tamen aliquas vires quas non penitus exserit contra concupiscentiam, supponenda necessariò est aliqua eius tanquam malæ atque inimicæ cognitio; esto non tanta quanta esse posset, quantáque ad victoriam expediret.

De pecca. mer. cap. vltimo.

Cap. 3.

Quod

Quod pariter valet ad ſoluendũ quod aſſumũt ex lib. 1. ad Bonifacium. *Neque enim agit in eis etiam qui ſuadet & decipit niſi vt peccatum voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, &c.* Si ſubtraheret tentator omnem mali cognitionem, ita vt nullus eſſet eius ſenſus, an hoc ageret vt *peccatum voluntate committeretur*? Nonne vel apud ipſos quoque Baianos receptum eſt nullam eſſe voluntatem incogniti? Quomodo ergo voluntate committi poteſt illud cuius nulla eſt cognitio? Eſt hoc igitur tentatoris artificium, quòd cùm probè ſciat non fore peccatum ſi eſſet vel nimia eius ignorantia, vel nimia ſcientia: aliud quidem manifeſtum eſſe ſinat tentando, & aliud celet. Manifeſtari ſinit prohibitionem quantum ad peccandum ſufficit, celat autẽ rationes alias à peccando deterrentes. Et ideò ſubdit Auguſtinus quòd Baiani tentatorẽ imitati celarũt. *Sed hæc voluntas quæ libera eſt in malis, quia delectatur malis; ideó libera in bonis non eſt, quia liberata non eſt.* Volũtas an delectatur incognitis? an habet libertatẽ circa obiecta circa quæ nulla prælucet cognitio? Ex his igitur ſatis conſtat mentem Auguſtini nequaquam eſſe negare omnẽ omnino mali cognitionem iis qui reuera & culpabiliter peccant ex ignorantia: ſed tantùm aliquam: & Auguſtinianos eſſe Scholaſticos omnes qui ſequuntur in hac parte S. Thomam 1.2. q. 76. artic. 3. Cap. 3.

Vnde ſoluitur etiã illud quod obiiciunt ex enarratione in Pſ 35. *hæc feciſti antequam ſcires iniquitatem; feciſti cũ eſſes in ignorantia. Dat Deus veniam, modò cognouiſti eam, dimitte illã, vt poßit facile ignorantiæ tuæ venia dari.* Hæc enim, vt patet ex contextu, iis dicuntur qui quærunt iniquitatẽ ſuam. Inquiſitio verò cognitionem aliquam ſupponit rei quæ quæritur, non eſt igitur plena hæc iniquitatis ignorantia. Et ſi plena ſupponatur, ita vt cùm primum ſuſpicio aliqua mali ſubierit, deſiſtat quis facere ipſum peccatum, quod ideò faciebat quia penitus ignorabat, non erit hoc proprium & completum peccatum: nec

Digitized by Google

alia indigebit pœnitentia quàm sola cessatione: nec alia venia quàm sola non imputatione, quam diuina iustitia negare non potest: nec si cui certũ esset tali se ex ignorantia deliquisse, deberet dicere, *dimitte nobis debita nostra*, vel, *delicta iuuentutis, &c.* eo fine vt absolueretur à culpa; neque Augustinus vsquam contrarium dixit.

Sed quando in hunc locum incidimus, notare lubet aduersariorum fidem in Augustino citando, verba il-
» lius sunt initio huius commentarij. *Non vnum hominem,*
» *sed genus hominum iniquorum dicit, qui sibi aduersantur non*
» *intelligendo vt bene viuant*: NON QVIA NON POSSVNT,
» SED QVIA NOLVNT. *Aliud est enim quando quisque cona-*
» *tur aliquid intelligere, & per infirmitatem carnis non potest,*
» *&c. Aliud autem quando pernicioſiùs agit aduersus seipsum*
» *cor humanum: vt quôd possit intelligere si bona voluntas ac-*
» *cederet, non intelligat; non quia difficile est, sed quia volun-*
» *tas aduersa est, hoc autem fit dum amant peccata sua, & ode-*
» *runt præcepta Dei.* Quæ postrema verba, inquiunt Baiani, de statu naturæ lapsæ lib. 2. cap. 3. *manifestant de rebus agilibus intelligendis esse sermonem.* Nempè dum dicitur homo aliud intelligere velle, nec posse, aliud posse, sed non velle. Videamus ergo num de rebus agilibus vtrumque intelligar Augustinus. Postquam enim exemplum attulit eorum qui possunt intelligere, sed nolunt, subdit. *Fac hominem quærere quomodo sit æqualis Filius Patri, credidit, quærit intelligere, nondum potest. Magna enim res est, &c.* O Baiani, de rebus agilibus agit Augustinus? Et quisquam sit qui post eiusmodi vel proditionem vel supinitatem committere velit suam fidem diuturnis istis Augustini lectoribus, putétque cæteris Theologis præiudicatum de studio viginti annorum in eo versando commentandóque? Sed vt clariùs pateat Augustinum ad agibilia referre quod quis nolit intelligere cùm possit: & ad speculabilia quòd non possit cùm velit; pergit, *antequam hoc possit*, intelligere scilicet, In principio erat verbum, &c. *nutritur in*

Digitized by Google

fide, & conatur intelligere, vt intelligat quantum Deus dederit. hæc de ſpeculabilibus. Addit. *Numquid hoc cum conatu intelligit, quod tibi fieri non vis alteri ne feceris?* En vt ad agibilia tantùm refert illud quod ſine conatu intelligitur, & proinde quod nemo neſcit, niſi qui neſcire vult: vt agibilium potiſſimum voluntariam ſignificet ignorantiam, ſpeculabilium autem inuoluntariam & inuincibilem.

Et verò quid ſibi vult illud, *non de vno homine, ſed de genere iniquorum dici* non intelligere illos, *non quia non poſſunt, ſed quia nolunt?* Qui dicit non vnus tantùm homo, ſed genus iniquorum, numquid totam deſignat *generalitatem* iniquorum? Iam quæro an vllus ſit qui damnabiliter peccet, qui non ſit iniquus & conſequenter illa *generalitate* contineatur? Nullus opinor. Nullus ergo damnabiliter peccat, in quem illud non cadat non intelligere ipſum, *non quia non poteſt, ſed quia non vult.* Ergo nullus damnabiliter peccat qui dici poſſit non intelligere quia non vult, ſed quia non poteſt. Ergo iuxta hoc Auguſtini principium, nullus peccat ex ignorantia inuincibili.

Iam quòd obijciunt, ex eo quòd Auguſtinus dicat *perniciosiùs*, agere illos qui nolunt intelligere, ſequi eos agere perniciosè qui non poſſunt; ex dictis ſolutum manet. Si enim volunt illud perniciosiùs comparatiuum eſſe ad eos qui omnino non poſſunt intelligere, dicendum erit ex Auguſtino perniciosè agere eos qui omnino non poſſunt intelligere myſterium Trinitatis iuxta iam dicta. Igitur vel *perniciosiùs*, non eſt comparatiuè poſitum: vel fit comparatio non cum iis qui omnino non poſſunt, ſed cum iis qui difficilè poſſunt. Ita enim habet textus. *Aliud autem quando perniciosiùs agit aduerſus ſeipſum cor humanum, vt quòd poſsit intelligere ſi bona voluntas accederet, non intelligat,* NON QVIA DIFFICILE EST, *ſed quia voluntas aduerſa eſt.* Quòd ſi pertinaciæ indulgendum erit, vt *perniciosiùs* illud compara-

Digitized by Google

tiuum sit ad eos qui omninò nesciunt malum esse quod faciunt ; facilè concedetur pernicioſiùs peccare qui formaliter & propriè peccant, quàm qui materialiter & impropriè. Quare totus hic locus aduersarijs nihil omnino prodest; nocet verò plurimum.

§. V

Baiani nimis probant, ex religioſa consuetudine petendi veniam eorum quæ quis per inaduertentiam vel ignorantiam commiſit, non ſequi peccatum fuiſſe culpabiliter..

QVINTO monendi sunt Baiani vt videant ne nimiùm probent, quando ex consuetudine fidelium Deum timentium qua solent petere veniam eorum quæ ab ignorantibus commissa sunt, inferre volunt inuincibilem iuris naturalis ignorantiam non excusare à peccato. Nam primò hæc consuetudo frequentiùs locum habet in iis quæ per ignorantiam facti vel iuris positiui ab hominibus peccantur, vt per se patet: & constat ex veteri lege, vbi tam multa præcipiuntur ad obtinendam veniam eorum quæ quis per ignorantiam peccauit cap. 4. Leuit. Atqui hæc ignorantia, vt ipsi etiam volunt, excusat à peccato, ex mente Augustini. 2. quia Augustinus clarè docet ea quæ dormientibus accidunt illudente concupiscentia, carere culpa, Lib. 4. cap. 2. 1. de Ciuit. cap. 25. Et tamen idem Augustinus significat hæc etiam præbere quandam pœnitẽtiæ materiam, contra Iulianum, vbi sic loquitur. *Quid agit in eis*, concupiscentia, *quos contra se compellit vigilare atque pugnare: & si quando ab eis vllum vel in somnis furatur assensum cùm euigilauerit* GEMERE, ET INTER GEMITVS DICERE, QVOMODO IMPLETA EST ANIMA MEA ILLVSIONIBVS? Atque vt constet Augustinum minimè supponere assensum criminosum, pergit. *Quid cùm sopitos deludunt*

Digitized by Google

ſomnia ſenſus, neſcio quomodo etiam caſtæ animæ in turpes labuntur aſſenſus, QVÆ SI IMPVTARET ALTISSIMVS, QVIS VIVERET CASTVS? Huc refer timorem illum horrorémque quo Hieronymus fatetur ſe corripi ſolitum, ſi quando tale aliquid paſſus Martyrum baſilicas ingredi cogeretur. Quæ vt poſſint cohærere, dicendum eſt, vt honeſti officij genus eſt, quod quis per inculpabilem ignorantiam offendit apud alium excuſare; ita & religioſam eſſe apud Deum ſignificationem doloris de eo quòd contra quamcúmque ipſius legem neſcientibus nobis excidit. Quam cogitationem promouet S. Leo Papa in Epiſtola ad Epiſcopos Affricæ cap. 5. vbi de virginibus per vim oppreſſis ita loquitur. *Illæ autem famulæ Dei quæ integritatem pudoris oppreſſione barbarica perdidere, laudabiliores erunt in humilitate ac verecundia ſua, ſi ſe incontaminatis non audeant comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate naſcatur, & potuerit corruptione carnis mens inuita non pollui, minus tamen eis oberit, ſi quod potuerunt animo non omittere, doleant ſe vel corpore perdidiſſe.* Nec alium haberet ſenſum quod quotidiana oratione ſancti dicunt, *dimitte nobis debita noſtra*, ſi certi eſſent ſe nihil niſi per inuincibilem ignorantiam deliquiſſe. Verùm accidit paſſim vt vel ſibi conſcij ſint alicuius in inquirenda veritate negligentiæ, quæ cauſa præſumebatur in illis antiquæ legis ſacrificiis, ex Auguſtino; vel certè huiuſce culpæ dubium aliquod timorémque patiantur, qualem experiuntur religioſiſſimæ ac ſanctiſſimæ animæ. Quòd expreſſit Hieronymus quando dixit recentes à baptiſmo ſtatim in prima communione corporis Chriſti iuſſos dicere, *dimitte nobis debita noſtra, non humilitatis mendacio*, vt Pelagiani nugabantur, SED PAVORE FRAGILITATIS HVMANÆ SVAM CONSCIENTIAM FORMIDANTIS. Atque hinc ſolutũ manet quod obiicitur ex libro de Spiritu & liter. cap. 36. de iis qui putant Deo placere vel non diſplicere quæ faciunt, & poſtea per ſcripturam vel alia

Cont Vigilant.

De nat. & grat. cap. 71.

3. cont. Pelag.

Digitized by Google

ratione edocti intelligunt esse malum, & veniam petunt. Quò etiam pertinet quod est in Epistol. 65. sub finem.

CAPVT VIII.

Exponitur locus Palestinæ Synodi, de ignorantia secundùm necessitatem, & non solùm secundùm voluntatem.

SED præcipua restat Aduersariorum machina ex Concilio Palæstino desumpta, vbi contra Pelagium definierunt Episcopi Orientis numero quatuordecim, *ignorantiam & oblitionem subiacere peccato, etiamsi eueniant* SECVNDVM NECESSITATEM, ET NON SOLVM SECVNDVM VOLVNTATEM. Quod cùm Augustinus arripuisset tum alibi, tum in eo libro quem scripsit de gestis Pelagij, distinxit quidem duplicem ignorantiam, *voluntatis* alteram, hoc est voluntariam, alteram *necessitatis*, hoc est, inuoluntariam, &, quod dicere solemus, inuincibilem; sed constanter asseruit neutra peccatum excusari. Quo testimonio nihil afferri potest efficacius, nihil fortius ad cogendos Scholasticos omnes vt suum illud *generale pronunciatum* abiurent, sed adeò perspicuam habet solutionem hoc argumentum, vt mirum sit eos qui se in Augustino voluendo consenuisse iactant, id non aduertisse.

Tota nimirum hæc cum Pelagianis controuersia tractatur, quos oportet semper supponere negasse gratiæ necessitatem. Ex quo præiudicio videndum est, quid illi per ignorantiam voluntatis intellexerint: & quid per ignorantiam necessitatis. Ergo per ignorantiam voluntatis eam intellexisse certum est, quam voluntas propria virtute ac sine speciali Dei auxilio pellere potest. Siquidem gratiam negabant. Quænam igitur erat ignorantia necessitatis. Illa videlicet, quam

Digitized by Google

voluntas per ſeipſam perque proprias vires non poteſt pellere. Quod ſi quæ talis eſſet, negabant imputanda quæ ex illa ſequerentur peccata. Auguſtinus cum ſanctiſſimis Epiſcopis Orientis, contrario aſſumpto principio de neceſſitate gratiæ ſupponit ignorantiam, quam homo excutere non poteſt propriis viribus, excuti poſſet alienis, auxilio nimirum diuinæ gratiæ: ac proinde quæ eſt ignorantia neceſsitatis habita ratione eorum quæ natura per ſe ipſa præſtare poteſt, illam eandem fieri ignorantiam voluntatis habita ratione præſentis auxilij; quod Deus offert; ideóque nec excuſari, nec excuſare à peccato, quòd per hominem ſtet quominus vtatur hoc auxilio. Quòd ſi quando cõtingeret vt nec proprio nec alieno auxilio vinci poſſet, imputanda tamen peccata quæ ſequerentur ex ipſa; numquam & nuſquam ab Auguſtino dictum eſt, nec aduerſarij vllum eiuſce rei teſtimonium proferre poſſunt.

Dixi non imputanda *peccata quæ ſequerentur* ex ipſa. nam etſi nec proprio nec alieno auxilio ignorantia vinci poſsit, ſubiacere nihilominus credidit Auguſtinus reatui peccati originalis ante baptiſmum, ſicuti & concupiſcentiam, vt antea monſtratum eſt, & in eum ſenſum interpretari potuit ſententiam Orientalium Epiſcoporum contra Pelagium hoc peccatum negantem. Item non excuſat ignorantia actualia peccata non ex ipſa ſequuta, ſed quorum tamen ſequeretur pœnitentia & expiatio ſi ea non præceſsiſſet. Et hoc ſenſu dicit Auguſtinus quòd antea retulimus, *ignorantiam eorum qui ſimpliciter neſciunt, neminem ſic excuſare vt æterno igne non ardeat, ſi propterea non credidit quia non audiuit omnino quod crederet.* Nempè quia tametſi non ſit arſurus propter peccatum infidelitatis, ardebit tamen propter alia peccata contra lumen rationis ſcienter commiſſa, delenda de cætero ſi fidei radius illuxiſſet. Quo pertinet illa quoque Auguſtini doctrina quam

De gratia & libero arbit cap 3.

Digitized by Google

tradit tract. 89. in Ioannem, vbi dicit infideles ad quos Christus non est loquutus habere excusationem, *non de omni peccato suo, sed de hoc peccato quo in Christum non crediderunt: & ideò quamuis hanc excusationem habere possint, non posse tamen effugere damnationem*, originali scilicet atque aliis peccatis actualibus debitam ex ipsa non sequutis: sed propter ipsam non deletis. Quibus
Epist. 101. similia leguntur in Epist. ad Sixtum. At vero si quando ita est inuincibilis, vt nec propria nec extrinsecus oblata virtute superari possit, causa tamen sit vt committatur aliquid quod legi, quæ ignoratur, repugnat; iterùm dico numquam negasse Augustinum quin peccatum excusset; sed quotiescumque excusare negat, intelligere ignorantiam quæ oblato extrinsecus auxilio vinci potest, & quæ licet sit ignorantia secundùm necessitatem, habita ratione propriarum virium, nihilominus tamen habita ratione oblati extrinsecus auxilij fit ignorantia secundùm voluntatem. Quæ solutio quàm est perspicua ad diluendum quod obiicitur ex Concilio Palæstino, tam etiã est Augustiniana, vt mox constabit.

Cap. 17. Et constat primò ex libro de nat. & gr. vbi sic loquitur Augustinus. *Tractat etiam iste Pelagius de peccatis ignorantiæ, dum tamen omnino potius disputet, quàm vt oret & dicat, da mihi intellectum vt discam mandata tua* De ignorantia voluntatis sentiebat Pelagius quod sentiendum erat, vt Augustinus fatetur. Ergo de ignorantia necessitatis intelligi debet quod dicit, malle illum disputare, vt scilicet probet peccatum excusare, quàm dicere, *da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Quasi diceret, quòd tibi per naturam scire impossibile est, per gratiam fit possibile: atque ita quæ per naturam inuicibilis est ignorantia, per gratiam vinci potest: sed tu disputare mauis quàm petere illam gratiam, ac dicere, *da mihi intellectum vt discam mandata tua.* Hæc apertissima est S. Doctoris intelligentia. Vnde subdit. *Aliud est enim non curasse scire quæ negligentiæ peccata etiam per sacrificia quædam*

Digitized by Google

quædam legis videbantur expiari, aliud intelligere velle nec posse, & facere contra legem non intelligendo quid fieri velit. Quid est illud *nec posse*? nimirum eo modo quo dicebat Pelagius, qui toto libro quem refutat Augustinus hoc altero de natura & gratia, pro naturæ possibilitate seu sufficientia ad bene viuendum pugnauit. Vnde paulò ante de eo dixit Augustinus. *Illud est quod expecto ab isto audire si possim, eos qui secundùm spiritum viuunt, & ob hoc etiam hic adhuc viuẽtes iam quodammodo in carne non sunt, vtrum gratia Dei viuant secundùm spiritum*, AN SIBI SVFFICIANT IAM DATA CVM CREANTVR POSSIBILITATE NATVRÆ ET PROPRIA VOLVNTATE? Ecce propriæ voluntatis *sufficientiam* & naturæ vi creationis omnibus necessariis instructæ *possibilitatem* ad benè viuendum iuxta Pelagium. Vnde & antea dixerat Augustinus, *hoc si secundùm scripturam sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare & ea dicere quibus demonstrare conemur naturam humanam neque in paruulis medico indigere quia sana est, & in maioribus sibi ipsam ad iustitiam si velit posse sufficere.* Ex quo patet illud quod retulimus, *aliud est intelligere velle nec posse*, significare defectum naturalis sufficientiæ ad intelligendum; ac proinde hanc ignorantiam non aliter vocari ignorantiam secundùm necessitatem, quàm quia natura non sufficit ipsa sibi ad sciendum quod ignoratur. Et ideo subdit statim Augustinus. *Vnde admonemur à Deo petere sapientiam*, vt significet eandem ignorantiam quæ per solam naturam vinci non potest, vinci posse per gratiam: itaque fieri ignorantiam voluntatis, quæ erat necessitatis, in iis qui nolunt obedire Deo monenti vt petant sapientiam quàm à se ipsi habere nequeunt. Obedire autem Pelagiani recusabant, quos ideo Augustinus de natura & gratia cap. 16. significat contradicere orationi qua sapientia petitur, *ne iniuria fiat libero arbitrio* QVOD SIBI SVFFICIT POSSIBILITATE *naturæ ad implenda omnia præcepta iustitiæ.* Putabant enim perire libertatem, si ne- Cap. 6.

Digitized by Google

cessaria esset gratia: quasi hoc quod est liberam esse voluntatem idem esset, ac per seipsam & sine gratia naturalibus donis superaddita sufficere ad benè viuendum. Adde quod est cap. 58. Pelagianos *tantam tribuere voluntati potestatem, vt pietati auferant orationem.* Nec aliud vnquam postulabat Augustinus, quàm vt Pelagius hanc gratiæ necessitatem ad vincendam ignorantiam fateretur, facilè concessurus excusandos defectus qui sequerentur ex ipsa, si esset omni ratione inuincibilis, & per naturam, quia non sufficeret, & per gratiam, quia obtineri non posset; hinc est quod cùm retulisset loco iam citato Pelagium quidem eatenus rectè sentire quòd diceret petendam à Deo esse veniam de peccatis præteritis, subiungit, *vt autem adiuuetur ne peccet, nusquam dixit,*
Cap. 18. *non hic legi. mirum de hac re omnino silentium.* Et antea cùm Pelagius ostendisset se non excludere gratiam, qua constitueretur possibilitas non peccandi, quam adstruebat in vita præsenti, subdit Augustinus, *fateor dilectioni*
Cap. 9. *vestræ, cùm ista legerem, lætitia repentè perfusus sum, quòd Dei gratiam non negaret, per quam solam homo iustificari potest: hoc enim in disputationibus talium maximè detestor & horreo. Sed pergens legere cætera, &c.* inuenit scilicet ludere Pelagium, & gratiam quam admittebat non aliam intelligere, quàm gratiam naturalem spectantem ad donum creationis. Inde est etiam quòd Augustinus in illa quæstione, an sit possibile aliquem esse sine peccato in hac vita, affirmanti Pelagio dicit. *Sed hoc vnde sit*
De nat. & grat. cap. 42. *possibile confiteatur, & pax est.* Ex quibus perspicuum fit & Pelagium per illam ignorantiam secundùm necessitatem, quam distinguebat contra ignorantiam secundùm voluntatem non aliam intellexisse, quàm illam cui pellendæ natura per se ipsa non sufficeret: & Augustinum cum Episcopis Orientis nihil aliud postulasse quàm vt ad gratiam recurreret, auxiliúmque postularet quo natura iuuaretur, ex cuiusrei negligentia quæ secundùm necessitatem erat ignorantia; fieret ignorantia secundùm voluntatem: neque posset amplius

Digitized by Google

excuſari aut excuſare peccata inde ſequuta. Atque hoc, eſt quod toto illo libro de natura & gratiâ omnibus ferè paginis inculcatur.

Idem conſtat 2.ex ep.105. ad Sixtum cùm dicit Auguſtinus *humana ſuperbia tanquam præſumens de viribus liberi arbitrii excuſatam ſe putat, quando ignorantiæ non voluntatis videtur eſſe quòd peccat.* Quomodo enim excuſatio hæc pertinere poteſt ad humanam ſuperbiam, & quo ſenſu dicitur illa præſumere de iuribus liberi arbitrii, dũ negat ſe peccare in iis quæ per ignorantiã facit? Quàm connexionem habet iſta præſumptio cũ illa negatione? non certè aliam, quàm quia homines Pelagianis imbuti cogitationibus exiſtimant id quod per vires liberi arbitrij perque humanam diligentiam ſcire non poſſunt, nec poſſe ipſis nec debere ad damnationem imputari: nec humiliari volunt inopiam ſuam atque indigentiam confitendo: nec mendicare vt gratiam, per quam id quod ipſorum natura ſe ſola præſtare non poteſt, Dei beneficio conſequantur. Quaſi dicerent, vel poſſum à meipſo ſcire quicquid ad bene viuendum mihi neceſſarium eſt, vel non poſſum; ſi poſſum, non egeo gratia: ſi non poſſum, non pecco neſciendo quod ſcire nequeo. Cui humanæ ſuperbiæ reſpondet Chriſtiana humilitas. Non potes ſcire & tamen neſciendo peccas. Quia & voluntas Dei, & neceſſaria tuæ ſalutis cura cogunt te paratum diuinitus auxilium quærere, atque eo vti vt adiutus intelligas quod ſolus ſcire nequis. Quod ſi præſtare negligas, iam quæ erat ignorantia neceſſitatis, fit ignorantia voluntatis, quæ tibi ad damnationem imputatur. Confirmatur hoc ex iis quæ paulò poſt Auguſtinus ſubiungit: *Ideò autem diuina eloquia eos inexcuſabiles dicunt, qui non ignorantes, ſed ſcientes peccant, vt ſecundùm iudicium ſuperbiæ ſuæ quo multum confidunt de viribus propriæ voluntatis ſe inexcuſabiles videant: quia de ignorantia iam non habent excuſationem, & nondum eſt iuſtitia cui putabant ſufficere*

volum ſuperbia nimirum erat eaque duplex: prima quòd ſibi putarent ſuam ſibi ſufficere voluntatem ad implenda ea quæ ſcirent: ſecunda quod aliqua neſciri nihil nocere ipſis crederent. Eo enim ipſo excuſabiles eſſe quod neſcirent. Auguſtinus autem vult vt duplicem inopiam ſentiant contra duplicem illam præſumptionem, alteram gratiæ ad ſcienda quæ ad ſalutem ſpectant neceſſariæ; alteram gratiæ neceſſariæ pariter ad ea implenda quorum ſcientiam conſequuti iam ſunt: atque ideò permittere Deum vt labantur in ijs quæ ſciunt, vt intelligant ſe ſuæ voluntatis viribus nimium confiſos. De cætero autem quando non ſtaret per ipſos quominus gratiam inſtructionis ad ſciẽda neceſſaria obtinerent, non imputari ad peccatum vel hanc ignorantiam vel malum quod ex ipſa ſequeretur, Auguſtinus ſatis ſignificauit paulò ante, quando hanc ignorantiam diſtinxit contra illam quæ peccatum eſt, dicendo tantùm hanc eſſe *pœnam peccati* cùm alia ſimul peccatum ſit.

Conſtat 3. ex lib. 2. de pecc. mor. cap. 2. vbi Auguſtinus ex propoſita illa Pelagianorum præſumptione de viribus liberii arbitrii ita ratiocinatur: *Vnde fit conſequens, vt nec orare debeamus ne intremus in tentationem, hoc eſt, ne tentatione vincamur, vel cùm fallit & præoccupat neſcientes: vel cùm premit atque vrget infirmos*, hoc ſcilicet concludebant Pelagiani ad neceſſitatem ſalutis nihil referre vt ignorantia, quæ ſuperari non poteſt per arbitrium nudum, ſuperaretur per arbitrium adiutum, & eo præcisè homines excuſari quòd aliquid neſciant per naturam, neque laborandum an ſciri poſſit per gratiam: ideoque nec orandum vt non inducamur in eam tentationem quæ fallit & præoccupat neſcientes. Quod & *noxium & ſaluti perniciofum*, & *religioni qua imbuti ſumus ac pietati qua Deum colimus aduerſum*, Auguſtinus explicare pergit; hæc eſt igitur pietas qua Deum colimus, hæc religio, vt putemus poſſe nos oratione

quotidiana id obtinere, quod natura negat, vnde intelligamus eam quæ neceſſitatis eſt ignorátia in natura deſtituta, fieri voluntatis ignorantiam neglecta diuini adiutorij petitione. Quod confirmat ex eo quòd immediatè ſequitur, apud Auguſtinũ *Acute autem ſibi videntur dicere* QVASI NOSTRVM HOC VLLVS IGNORET; QVOD SI NOLVMVS, NON PECCAMVS: NEC PRÆCIPERET DEVS HOMINI QVOD ESSET HVMANAE IMPOSSIBILE VOLVNTATI. *Sed hoc non vident quòd ad nonnulla ſuperanda; vel quæ malè cupiuntur, vel quæ malè metuuntur, magnis aliquando & totis viribus opus eſt voluntatis, quas non perfectè in omnibus adhibituros præuidit, qui per Prophetam veridicè dici voluit, non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens*, &c. Ignorantia neceſſitatis illa eſt ex qua ſequitur vt ſi peccemus, nolẽtes peccemus, illa etiã eſt qua fit vt ſi teneamur vel facere vel fugere quod neſcimus, cenſendus ſit Deus præcipere quod impoſsibile eſt humanæ volũtati: vnde ſequitur propria peccandi neceſsitas, quã vt vidimus ſupra, Baiani contendunt aſſertam ab Auguſtino cõtra Pelagianos illam euertere conantes. Conſtat autem vel ex hoc vno loco, quàm falsó quámque inuerecundè abutantur nomine Auguſtini. Quid enim ille reſpondet? *Admiſſis*, inquiunt, *omnibus quæ velut abſurda aduerſarij proferebant, aſſeueranter docuit huiuſmodi ſententias ac definitiones ſuas non eſſe de quolibet peccato intelligẽdas: ſed de illo ſolo quod in paradiſo primus parẽs ſummæ voluntatis libertate perpetrauit.* Itane verò? Pelagiani proferunt tanquam abſurdum ſi peccemus ex ignorantia quæ eſt ſecundum neceſſitatem, ſequi nos peccare nolentes: & Auguſtinus hoc admittit? Dicebant indidem ſequi Deum præcipere quæ ſunt humanæ voluntati impoſſibilia; & Auguſtinus hoc admittit? hæc admittit qui dicit *neminem ignorare* quin falſa ſint, & quin ſint vera quæ ſunt eis contraria, nempè *nos non peccare niſi velimus, & Deum non præcipere quæ ſunt impoſſibilia humanæ voluntati*? Et quid quæſo; eſt ideò peccari à nobis

De ſtatu nat. lap. lib. 2. cap. 4.

Digitized by Google

quia non adhibemus totas vires voluntatis ad eas superandæ quæ malè cupiuntur, vel quæ malè metuuntur? Non adhibere totas vires ad aliquid faciendũ, hoccine est nõ habere vires, & esse impossibile quod faciendũ est? Necessitatẽ admittit peccandi qui vires ad resistendũ agnoscit & non adhiberi quæritur? Et loquitur, vt dixistis, Augustinus de primo tantùm peccato, cùm dicit peccatum non esse si non sit voluntarium, & si necessitate committatur? Cùm dicit, *nos in his quæ male metuimus vel malè cupimus*, nos, ideſt, Adamus? Nos qui, vt pergit dicere Augustinus, designamur illo Psalmi versiculo, *non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens*, ideſt, Adamus? Nos, qui post baptismum docemur dicere, dimitte nobis debita nostra, ideſt, Adamus? O Baiani desinite tandem aliquando credulitate hominum abuti, nec poscite vt putemus vestris tantùm oculis visum esse Augustinum, à quo tam clarè liquet nos etiam qui corpus peccati gerimus designari cùm dicit, non peccare si nolumus: nec consequenter si peccatum inuincibiliter ignoramus: nec præcipi quæ nostræ sunt impossibilia voluntati. Nulla igitur est ignorantia quæ peccandi necessitatem trahat: & si quæ trahit, non aliter nocet, quàm quia spernitur gratia per quam vincatur, fitque ignorantia voluntatis oblatione gratiæ, quæ sine gratia est ignorantia necessitatis. Hæc Augustiniana est Theologia, cui ea quæ contradicit, Caluiniana, est.

Constat 4. ex iam allato Augustini testimonio luculentissimo illo quod protulit primo in lib. 3. de libero arbitrio cap. 19 & confirmauit in lib. de natura & grat. cap. 67. cùm dicit. *Non tibi ad culpam imputatur quòd inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere quod ignoras.* Hoc autem dicit vt respondeat obmurmurantibus qui queruntur se damnari propter peccata inuincibilis ignorantiæ, vnde est generalis responsio, qua intelligitur quæ sit mens Augustini quoties significat peccari ex ignorantia quæ est secundùm necessitatem. Intelligit enim

ea tantùm ratione peccari, quòd non quæratur auxilium quo naturalis illa neceſsitas & impoſsibilitas auferatur, auferri verò auxilium illud, & per hominem ſtare quominùs acceptetur, Auguſtinus ſignificat. Quod vt perſpicuè intelligatur, & quia confert ad ea etiam confirmanda quæ contra mandatorum impoſsibilitatem, & pro gratia ſufficienti dicuntur, repræſentare iuuat totum hunc locum, & paulò diligentiùs hic expendere.

CAPVT IX.

Expenditur Auguſtini teſtimonium ex libro de nat. & grat. cap. 67.

§. I.

Ex citato loco ſeptem notatu digna contra Nou-Auguſtinianos colliguntur.

AVGVSTINVS loco iam citato in hunc modum refert ea quæ dixerat aliàs in libris de libero arbitrio contra illos qui peccatis ſuis obtendunt ignorantiam & infirmitatem ortam ex peccato originali.

Hinc iam hominibus de ipſius ignorantiæ difficultatiſque in prolem primi hominis traiectis intus atque transfuſis velut iuſtam querelam deponentibus, ita reſponſum eſt. (nimirum libro 3. de lib. arb. cap. 19.) *Quibus breuiter inquam* « *reſpondetur vt quieſcant, & aduerſus Deum murmurare deſiſtant. Rectè enim fortaſsè quererentur, ſi erroris & libidinis nullus hominum victor exiſteret. Cum verò vbique ſit* « *præſens qui multis modis per creaturam ſibi Dominoſeruientem auerſum vocet, doceat credentem, conſoletur ſperantem,* « *diligentem adhortetur, conantem adiuuet, exaudiat deprecantem* NON TIBI AD CVLPAM DEPVTATVR QVOD INVITVS « IGNORAS, SED QVOD NEGLIGIS QVÆRERE QVOD IGNO- «

RAS. NEQVE ILLVD QVOD VVLNERATA MEMBRA NON COLLIGIS, SED QVOD VOLENTEM SANARE CONTEMNIS. Quibus in hunc modum relatis subiungit *Ita & exhortatus sum quantum potui ad rectè viuendum, & gratiam Dei non euacuari, sine qua natura humana iam contenebrata atque vitiata illuminari non potest. De qua re cum istis tota vertitur quæstio, ne gratiam Dei quæ est in Christo Iesu Domino nostro peruersa naturæ defensione frustremur.* Hæc Augustinus: vbi hæc obseruanda sunt.

Primum est, Augustinũ significare ideò inexcusabiles esse illos qui vincuntur à suis tentationibus, quòd non desint qui eas vincant, cũ dicit. *Recte enim fortasse quæreretur, si erroris atque libidinis nullus hominum victor existeret*: Quæ cogitatio nihil habet rationis; nisi supponátur ij qui victi sunt à tentationibus, idem potuisse, quod potuere qui eas vicére: ac proinde non fuisse victos ex impossibilitate resistendi, sed ex socordia contra Baianos.

Secundum est. Exponere Augustinum quomodo peccatores facultatem illam habeant non peccandi, vel tentationibus, quibus succumbunt, resistendi, verbis illis, *cùm verò vbique sit præsens qui multis modis, &c.* Quibus apertè significat paratum esse vbique diuinum auxilium ad id præstandum quod ab hominibus exigitur. Quod deinde iterum confirmat dum explicat quomodo non sunt grauia Dei præcepta, quòd scilicet amando impleri possint: vt autem sit amor ille, *petat*, inquit, *quo destituitur, vt impleat quod iubetur.* Et vt ostendat huiusce rei possibilitatem, atque etiam facilitatem, huc refert quod dictum est in Deut. *Prope est verbũ in ore tuo, & in corde tuo*: & acceptat quod addũt Septuaginta, *& in manibus tuis.* Quæ verba vel nihil significant, vel significãt non exigi mandatorũ obseruantiam nisi ab ijs qui alterutrum habent, aut vires ad implendum, aut gratiam ad petendum quo carent. Neque dici potest Augustinum loqui tantùm de auxilio instructionis vel adhortationis

Cap. 69.

Cap 30.

Digitized by Google

adhortatîonis externæ ; tum quia quòd eſt tantùm in aure non poteſt dici eſſe in *corde* : neque *in manibus cordis* , vt etiam Auguſtinus interpretatur, dum id quod dicũt Septuaginta *in manibus tuis* refert ad *ſpiritales manus cordis* ; tum quia hæc affert ad refutandam eorum querelam qui peccatis ſuis obtendunt impoſſibilitatem aliter faciendi. Manifeſtum enim eſt illam querelam refutari nõn poſſe per oppoſitionem externorum tantũm auxiliorum , niſi interna quoque coniungantur quorum receptionem peccatores vel impediunt cùm poſſint non impedire , vel inutilem reddunt denegato conſenſu.

Tertium eſt. Ea quæ dixerat Auguſtinus de ignorantia quæ non excuſat à peccato , intelligenda neceſſariò de ignorantia quæ ſit aliquo ſenſu voluntaria & vincibilis, ex eo quòd dicit, *non tibi ad culpam imputatur quod inuitus ignoras , ſed quod negligis quærere quod ignoras.* Nemo enim, ſi propriè loquimur , ſcire vel quærere negligit ; niſi velimus adeò eſſe inepti , vt hominibus obiiciamus quòd volare negligant , vel ambulare ſuper aquas. Et quia in iis quæ ad ſalutem pertinent , nec voluntaria nec vincibilis eſſe poteſt ignorantia , ſi ſupponatur nuda voluntas & diuina gratia deſtituta : ideò eiuſdem gratiæ præſentiam vel ad agendum vel ad orãdum Auguſtinus & ſupponit & aſſerit , vt acceptandi, vel quærendi , vel cooperandi negligentia reos faciat peccantes ex ignorantia , quòd iam peccare conuincantur ex ignorantia vincibili. Nec aliud à Pelagianis Auguſtinus poſtulat , quàm vt hanc gratiam agnoſcant & fateantur , cùm dicit , *de illa verti totam quæſtionem.* Quod idem eſt ac dicere nullam ſupereſſe quæſtionem cum iis qui dicunt vincibilem eſſe ignorantiam omnem, ex qua peccatur, dummodò fateantur in iis quæ ad ſalutem ſpectant, per ſolam gratiam eſſe vincibilem: Vt hinc quoque liquidò pateat Nou-Auguſtinianos excedere cogitationes Auguſtini , vt Caluinum aſſe-

Digitized by Google

quantur, quando peccari volunt ex ignorantia, quæ, quia nulla ſupponitur gratia, ex omni parte inuincibilis eſt.

Quartum eſt. Id quod ſimiliter dixerat Auguſtinus de infirmitate relicta ex vulnere peccati originalis, nempè ipſam quoque non excuſare à peccato; intelligendum eodem modo de infirmitate aliqua ratione voluntaria & vincibili, quippè quæ ſupponat oblationem curationis, hoc enim ſignificat Auguſtinus cùm dicit. *Neque illud quod vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis.* Quòd ſi verum eſt, vincibilis eſt infirmitas oblata efficacis medici copia & quia eſt vincibilis, voluntaria conſequenter eſt eius perſeuerantia in eo qui non curatur.

Quintum eſt. Ex hoc loco euidenter conſtare, eſſe in Deo voluntatem ſanandi eos qui non ſanantur, cùm dicitur, *ſed quod volentem ſanare contemnis.* Nam quòd aliqui dicunt intelligendum eſſe de *voluntate ſigni*, nugatorium eſt, niſi etiam includatur *beneplacitum.* Quid enim eſt aliud contemnere ſanare volentem, quàm non vti beneficio illius qui ſanare vult? Quòd autem beneficium eſt, quòd aliquis ſignificat ſe cuipiam velle bonum quod reuera non vult? Et quis modus reſpondendi huic beneficio niſi ludendo ſimiliter ac dicendo, nos gratias agere maximas tanto benefactori, cùm nullas habeamus? Culpa verò quæ poteſt eſſe, quòd nullum percipiam fructum ex inutili officio, quo medicus dicit velle ſe pellere morbum meum, cùm reuera nolit? Et quid ampliùs faceret circulator aliquis & illuſor, quã quòd iſti attribuunr veriſſimo & ſapientiſſimo Deo? Quòd ſi Deus reipſa non vult ſanare, ſed ſe velle tantùm ſignificat, quomodo poſterior pars illius propoſitionis aduerſatur priori qua dicitur, *nec illud quòd vulnerata membra non colligis, ſed quod volentem ſanare contemnis?* Quid, inquam, ſibi vult illud, *ſed quôd* volentem ſanare contemnis? & ſi Deus ſignificat tantùm ſe

velle ſanare cùm nolit, quid aliud imputari poteſt iacenti, quàm quod vulnerata membra non colligat? Omnem rationis ſenſum exuiſſe oportet qui non videt ſenſum huius exprobrationis fatuum eſſe atque inſulſum, *Non imputatur tibi qui ſaucius iaces, quod vulnerata membra non colligis: ſed quod eius ope qui nullam ferre vult opem, ſed velle ſe tantùm ſignificat, non vtaris.*

Sextum eſt. Auguſtinum diſputantem contra Pelagianos in lib. de nat. & gr. ratam habere doctrinam quam olim tradiderat in libris de lib. arbit. nec cenſere contrariam veræ doctrinæ de gratia, cùm dicit: *Ita & exhortatus ſum quantum potui ad rectè viuendum, & gratiam Dei non euacuaui.* Congruit ergo cum vera doctrina de gratia quæ Scholaſtici paſſim inde colligunt, velle Deum ſanare etiam eos qui non ſanantur, & ſaluare qui non ſaluantur: imputari ad culpam ea tantùm quæ fiunt ex infirmitate atque ignorantia vincibili per gratiam à Deo paratam, quando non eſt vincibilis per naturam: adeſſe Deum vocantem, iuuantem, auertentem à malo, etiam iis qui peccant, & conſequenter eos poſſe non peccare beneficio ſufficientis auxilij quod offertur peccantibus. Quæ ſunt omnia Nou-Auguſtinianorum principiis ex diametro contraria. Vnde patet ipſos dum à commmunibus Scholaſticorum placitis ad Auguſtinum appellare ſe dicunt, ab hoc etiam damnari, nec niſi apud Lutherum aut Caluinum inuenire poſſe, à quibus abſoluantur.

Septimum eſt, Nou-Auguſtinianos ſtatuere ſua illa principia de mandatorum impoſſibilitate, deque negatione gratiæ ſufficientis teſtimoniis Auguſtini deſumptis potiſſimum ex lib. de grat. nulla omnino mentione facta loci iam allati ex cap. 67. Ex quo tamen vno conſtabat quo ſenſu cætera eſſent intelligenda, iuxta mentem Auguſtini. Vnde colligitur eos qui gloriantur ſe trigeſies & ampliùs hæc Auguſtini opera legiſſe, ac proinde hunc etiam librum de natura & gratia, oc- Vide tom. 3. lib 3. de gr. Chriſti cap. 15.

Digitized by Google

cupato fuisse animo ; nec apud Augustinum legere voluisse , nisi quæ ipsis videbantur congruere cum erroribus anticipatis, quod & iam sæpè dictum est & sæpius etiam monstratum.

§ II.

Refutatur Apologistæ Iansenii inanis cogitatio Augustinum indistinctè negare loco citato & ignorantiam & quæ fiunt ex ignorantia esse peccata.

Apol. 2.p 3. cap. 9. HÆc scripseram cùm mentem subiit Apologistæ Iansenij noua quædam huius testimonij explicatio. Animaduertit vir, si superis placet, arcanorum S. Augustini in paucis conscius S. Doctorem hoc loco non negare peccata esse quæ fiunt ex ignorantia inuincibili iuris naturalis , sed neque tantùm ignorantiam ipsam esse peccatum cùm dicit, *non tibi ad culpam imputatur, quod inuitus ignoras.* Antiquum igitur Augustinum nouo non repugnare , quia ne nouus quidem peccatum esse putat ignorare inuincibiliter ius naturale , sed tantùm facere vel omittere quod ius illud ignoratum vel prohibet, vel præcipit. Id enim disertè ipsummet explicare cùm dicit, *quamuis eiusmodi ignorantia propriè peccatum non sit, quia tamen pœna est peccati , quicquid ex illa cæcitate perperam fit, sine culpa non fit.* Erudita , Deus immortalis, distinctio , & animaduersio digna cælo lapsis Theologiæ perditæ reparatoribus.

De nat. lap. l. 2. cap. 61

Sed primùm abs te scire velim , ô bone Apologista, nullamne esse censeas sciendi iuris naturalis obligationem? Quid tibi videtur , natura quæ ad non furandum obligat, an obligat etiam ad sciendum hoc ipsum, quòd furandum non sit? Elige vtrum mauis, affirmare , an negare, in vtroque enim pariter comprehenderis. Non obligat, inquit , ad hoc sciendum : ergo eiusce rei voluntaria ignorantia non est peccatum , quid enim mali

eſt neſcire velle, quod ſcire non teneat; dumque id ſcire non laboro, quid negligo quod debeam curare? erit hoc tamen contra Auguſtinum, quia qua ratione ſignificat ignorantiam inuincibilem non eſſe peccatum, ea ratione ſignificat peccatum eſſe quæ vincibilis eſt, quid enim aliud ſignificant verba illa, *non tibi ad culpam imputatur*[1], *quod inuitus ignoras, ſed quod negligis quærere, quod ignoras.* Adde quod etiam à nouo Auguſtino refertur loco citato, cap. 2 Pelagij ſententiam ex parte fuiſſe approbatam, & ab Auguſtino, & à Palæſtina Synodo: qua fatebatur *ignorantiam quæ ſecundùm voluntatem eſſet, ſubiacere peccato.* Confitendum igitur eſt aliquam eſſe obligationem ea ſciendi, quæ natura vel præcipit vel vetat, poſtquam ea velle neſcire, vel non curare ſcire, peccatum eſt: iam vide quid dicas. Teneor ſcire quòd furandum non ſit, & teneor non furari, natura vtrumque proponit, neſcio primam obligationem & quia illam neſcio, illi non pareo, vnde ſequitur in me ignorantia inuincibilis, totum hoc eſt, inquis, ſine peccato; bene habet, neſcio pariter ſecundam obligationem, & quia illam neſcio, bona fide alienum vſurpo, peccas, inquis; ſed quare hoc? Teneor ſcire quid debeam patriæ, & quia non cogitaui vnquam de illa obligatione, id inuincibiliter ignoro: culpa vacat, inquis: teneor publicum patriæ bonum priuato meo præferre, quod pariter neſcio, & quia neſcio, huic obligationi non ſatisfacio. Reus es, inquis; Amabo te qua autoritate ita partiris? & quis te conſtituit tam inæqualem iuris naturalis interpretem, vt cùm duplex ſit eius violatio, alteram abſoluas à peccato, alteram damnes pro tuo arbitratu.

[1] Loco citato cap. 2.

Sed vrgendus eſt ſecundò ijs S. Auguſtini teſtimoniis, quibus vtitur ille quem defendit, ſic enim argumentatur. Contendit id ſenſiſſe Auguſtinum, cuius contrarium damnatum eſt in Pelagio à Palæſtina Synodo, atque ab ipſomet Auguſtino, & quidem meritò

Loco cit. cap. 8.

Digitized by Google

id assumit. Sed quid damnatum est in Pelagio? id ipsemet refert nouus Augustinus, *oblivionem & ignorantiam non subiacere peccato, quoniam non secundùm voluntatem eueniant, sed secundùm necessitatem.* Vides non loqui Pelagium de iis quæ fiunt ex ignorantia, sed de ipsamet ignorantia, cùm dicit illam, *non subiacere peccato?* Hoc damnatum est, inquis, ergo si benè procedunt illæ probationes, damnatione illa contrarium definitum est, nempè ignorantiam & obliuionem quantumuis eueniant secundùm necessitatem subiacere peccato.

Confirmatur ex eo quod ibidem refertur, & approbatur ex Pelagio damnante ignorantiam vincibilem; eadem enim est ignorantiæ acceptio, dum illam accusat, quando est vincibilis, & dum excusat, quando est inuincibilis: de vincibili autem dicit *hominem præmonitum debere ne ignoret, ideóque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit negligentia, quod adhibita diligentia scire debuisset.* Vidésne non agere Pelagium de his quæ fiunt ex ignorantia vincibili seu voluntaria, sed ipsammet ignorantiam culpandam dicere? Inuincibilis igitur & inuoluntaria illa est, quam inculpabilem esse cõtendit. In quo si errat, sequitur pertinere ad fidem, quòd hæc inuoluntaria & inuincibilis ignorantia peccatum credatur, cuius quia censuit contrarium Augustinus, sequitur ex hac noua Theologia & errasse illum in fide, & fuisse hac in parte Pelagianum.

Iterùm confirmatur ex eo quod refertur ex S. Hieronymo, qui dum refutat Pelagianorum doctrinam, similiter eos accusat quòd negarent peccatum esse ignorantiam ipsam, & non solùm id quod ex ignorantia fit. *Videris*, inquit, Critobulus causam agẽs Pelagianorum, *hominũ accusare naturam, ac per hoc inuidiam referre in Deũ qui tales homines condidit, vt obliuionis & ignorantiæ peccato carere non possint.* Respondet autem Atticus qui partes tuetur Catholicorum, *pro oblivione, errore, & ignoran-*

Lib 2. contr. Pelag. c. 1.

Digitized by Google

rantia quasi pro peccato offeruntur sacrificia sine hoc malè iuxta te, sine bene iuxta me. Vides pro ignorantia quasi pro peccato offerri sacrificia? Et clariùs antea libro primo idem Atticus ita inducitur, *scilicet nunc mihi latissima scripturarum spatia peragranda sunt, vt doceam errorem & ignorantiam esse peccatum.* Et iterùm, *callidè quidem argumentaris, sed non intelligis argumentationem tuam contra sacras Scripturas facere, volunt enim eloquia scripturarum etiam ignorantiam habere peccatum.*

Cap.9.

Ibid.c 10.

Adde ipsummet S. Augustinum qui cum distinxisset tria ista, quòd est peccatum tantùm, quòd est pœna peccati tantùm, & quòd est simul peccatum & pœna, ad hoc tertium genus ignorantiam reducit. Et vide quomodo id probet, *cæcitas enim cordis*, inquit, *si peccatum non esset, iniustè argueretur ..... Rursus si non esset pœna peccati*, de cæcitate cordis dictum putat, quod peccatum sit, quid autem per hanc cæcitatem intelligat, Iprensis docet, cùm dicit, *aliud est non videre veritatem, aliud cæcum esse. Illud notat actus, hoc potestatis absentiam.* Cæcitas ergo sumpta pro carentia facultatis videndi, qua potissimum designatur ignorantia inuincibilis, idipsum est ex Iprensi quod Augustinus peccatum vocat. Quid quòd ne Iprensis quidem abstinere potest quominus sibi contradicat, & ignorantiam esse peccatum asserat? Vide enim quid sibi ad probandum assumat. Titulus est capitis 2. libri 2. de statu naturæ lapsæ. *Ignorãtia etiam quæ necessitatis est, non voluntatis, hoc est inuincibilis, non caret peccato, vt dogma fidei ab antiquis traditum.* Quid autem, est ignorantiam non carere peccato, & quod dicit deinde *subiacere peccato*, & quomodo conciliari potest, cum eo quod etiam addit *non esse propriè peccatum*? Nimirum hinc liquidò constat & Augustinum & Hieronymum, & Synodum Palæstinam indistinctè sumere quæ nouus Augustinus & Apologista distinguere voluerunt, idémque illis esse ignorantiam esse vel non esse peccatum, & esse vel non esse

De nat lap. lib. 2.cap.6.

peccata quæ fiunt ex ignorantia. Quod vt clariùs eluceſcat,

Oſtendo tertiò teſtimonium Auguſtini, de quo diſputamus, cùm dicit; *ad culpam tibi non imputatur quod invitus ignoras*, intelligendum de peccatis quæ fiunt ex illa ignorantia; hoc enim manifeſtè colligitur ex antecedentibus & conſequentibus. Habetur hoc teſtimonium cap. 67. libri de natura & gratia repetitum ex libro tertio de libero arbitrio, ſed vt appareat quam controuerſiam determinet dum ita pronuntiat, altiùs repetendus eſt ſtatus quæſtionis, nimirum ex ſuperiori capite 66. dum dicitur, *quod autem ex vitiis naturæ, non ex conditione naturæ, ſit quædam peccandi neceſsitas audiat homo:* quæſtio eſt de neceſſitate peccandi quæ oritur ex vitiis naturæ, quorum alterum eſt concupiſcentia, alterum ignorantia, hoc autem eſt quærere an debeant imputari quæ fiunt ex ignorantia, quando conſtat ea fieri ex neceſſitate: & idem patet ex verbis quæ referuntur ſtatim initio capitis 67. *Quæcumque iſta cauſa eſt voluntatis ſi non poteſt ei reſiſti, ſine peccato ei ceditur, ſi autem poteſt, non ei cedatur & non peccabitur. An fortè fallit incautum, ergo caueat ne fallatur. An tanta fallacia eſt, vt caueri omnino non poſsit? ſi ita eſt, nulla ergo omnino peccata ſunt.* Hæc ſunt verba quibus Pelagiani contendebant opponentes Auguſtinum Auguſtino nulla eſſe peccata, quando talis eſt fallacia quæ illorum cauſa eſt, vt caueri omnino non poſſit per ſolas nimirum vires naturæ. Eſt igitur quæſtio de peccatis ex fallacia vel errore, & quod in idem recidit, ex ignorantia tanquam ex cauſa ſecutis; & Auguſtinus vt huic Pelagianorum obiectioni ſatisfaciat, monet illos vt etiam legant quod addiderat. *Et tamen per ignorantiam facta quædam improbantur & corrigenda iudicantur.* Item, *ſunt etiam neceſsitate facta improbanda.* Item, *ſed hæc omnia hominum ſunt voces ex illa damnatione venientium. Nam ſi non eſt pœna hominis ſed natura, nulla iſta peccata ſunt*; quis hic non videt de iis

agi

agi quæ per ignorantiam fiunt, de iis quæ neceſſitate fiunt, de iis quorum ignorantia cauſa eſt. quæſtio igitur eſt de peccatis ex ignorantia ſecutis, quod confirmatur ex capite illo 19. tertij de libero arbitrio, quod ſic incipit, *Hìc occurrit illa quæſtio quam inter ſe murmurantes homines rodere conſueuerunt, qui quodlibet aliud in peccando quàm ſe accuſare parati ſunt.* Quid autem eſt homines quidlibet aliud in peccando accuſare malle quàm ſeipſos? Quid, inquam, eſt aliud quàm homines vt excuſent ſuam malam voluntatem in ijs quæ peccant, accuſare ignorantiam, quæ illius cauſa eſt? Atqui hæc propriè eſt illa murmuratio, cui Auguſtinus reſpondet, cùm dicit, *nõ tibi ad culpam imputatur, &c.* Subdit enim immediatè poſt expoſitam illam querelam, *quibus breuiter reſpondetur vt quieſcant, & aduerſus Deum murmurare deſinant. Rectè enim fortaſſe quererentur, ſi erroris, & libidinis nullus hominum victor exiſteret. Cùm vero vbique ſit præſens, non tibi ad culpam imputatur, quòd inuitus ignoras, ſed quòd negligis quærere quod ignoras.* Quid autem ineptiùs cogitari poteſt quàm hominibus murmurantibus quòd ſibi imputentur peccata quæ committunt ex ignorantia, reſpondere, non imputari ipſam ignorantiam, ſed tantùm ea quæ ex ignorantia committuntur? & non pudet adoratores iſtos Auguſtini has illi ineptias affingere?

Ex his ergo manifeſtè confirmatur quod iam dictum eſt, totam Auguſtini cum Pelagianis controuerſiam eſſe de naturæ ſufficientia, & de gratiæ neceſſitate ad ſciẽda quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria, cùm illi vellent excuſabilem eſſe, tum ignorantiam, tum quæcumque ſequuntur ex ignorantia, ſi natura non ſufficeret ad eam vincendam: Auguſtinus è contrario contenderet & ignorantiam, & quæ ſequuntur ex illa peccata, damnanda eſſe, quamuis natura non ſufficeret ad eam vincendam, ſi quis vti negligeret ſupplemento gratiæ ad

Digitized by Google

illam ſuperandam oblatæ. Quod clariſſimè conſtat ex eo quod ſubdit Auguſtinus capite illo 19. libri tertij de libero arbitrio. *Iſta tua propria peccata ſunt, nulli enim homini ablatum eſt ſcire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam eſſe imbecillitatem vt quærenti & confitenti ille ſubueniat, qui nec errat dum ſubuenit, nec laborat.* Ecce quare peccatoribus imputetur quòd negligant quærere quod ignorant. Nempè quia gratia non deeſt qua quærere poſſint vtiliter quod inutiliter ignorant. Sed illi nec agnoſcere, nec confiteri volunt ſuam inopiam, neque ad illum confugere qui ſubuenire paratus eſt. Quibus adde quod capite citato 67. de natura & gratia poſt allatum locum illum ex tertio de libero arbitrio, ſubiicit. *Agnoſco, verba mea ſunt, ſed etiam ipſe dignetur agnoſcere ſuperius cuncta quæ dicta ſunt. de gratia quippè Dei agitur, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impoſsibilitate iuſtitiæ. Poteſt ergo ei cauſæ, quæcumque illa eſt, reſiſti, poteſt planè, nam in hoc adiutorium poſtulamus dicentes, ne nos inferas in tentationem, poteſt peccatum caueri, ſed opitulante illo qui non poteſt falli .... ſiue ergo immineat peccatum, ſiue inſit, caueri poteſt.* Quid eſt aliud non eſſe quæſtionem *de impoſsibilitate iuſtitiæ, ſed tantum de gratia*, quàm ceſſare controuerſiam de impoſſibilitate iuſtitiæ, dummodo admittatur neceſſitas gratiæ. Agnoſce paupertatem tuam, fatere infirmitatem, illum adi qui diues eſt in miſericordia, dummodo in illo tantum, & per illum fortem eſſe te putes, audacter nega vllius tibi peccati victoriam eſſe impoſſibilem, & autore, ac ſuffragatore Auguſtino id negabis. Hic enim, vt ex dictis conſtat, eius ſenſus fuit, dum ſcriberet libros de libero arbitrio minimè retractatus, quin potiùs confirmatus, dum diſputaret contra Pelagium in libro de natura & gratia. Hæc habui quæ Apologiſtæ Ianſenij reponerem, vt eligat vtrum malit, an videri non ſatis aſſequutus Auguſtini men-

Digitized by Google

tem hoc in loco, an credi non satis fideliter eam retu-lisse.

CAPVT X.

Quid S. Hieronymus de ignorantia iuris naturalis in Epistol. ad Algasiam.

NOV-AVGVSTINIANI S. Hieronymum laudant veluti cum S. Augustino concurrentem ad damnanda peccata quæ fiunt ex ignorantia iuris naturalis. Et quamuis posset ex variis illius operibus intelligi quæ sit eius mens, iamque monstratum sit in epist. ad Fabiolam quam citabant, nihil esse quod nouis erroribus faueat; iuuat hîc apponere locum insignem ex epistola ad Algasiam quæst. 8. qui sic habet. *Extra hæc* « *omnia naturalem legem scriptam in cordibus nostris idem* « *Apostolus docet*, cùm enim gentes quæ legem non ha- « bent,&c. *Ista lex quæ in corde scribitur omnes continet natio-* « *nes*, ET NVLLVS HOMINVM EST QVI HANC LEGEM NES- « CIAT: *vnde omnis mundus sub peccato, & omnes homines* « *prævaricatores legis sunt. Et idcirco iustum iudicium Dei est* « *scribentis in corde humani generis, quod tibi fieri nolueris, al-* « *teri ne feceris. Quis enim ignoret homicidium, &c. Hanc le-* « *gem nescit pueritia, ignorat infantia, & peccans absque man-* « *dato, non tenetur lege peccati. Maledicit patri & matri,* « *& parentes verberat: & quia necdum accipit legem sapien-* « *tiæ*, MORTVVM EST IN EO PECCATVM. *Cùm autem manda-* « *tum venerit, hoc est, tempus intelligentiæ, appetentis bona, &* » *vitantis mala; tunc incipit peccatum reuiuiscere, & ille mori* » *reusque esse peccati. Atque ita fit vt tempus intelligentiæ quo* » *Dei mandata cognoscimus, vt perueniamus ad vitam, opere-* « *tur in nobis mortem, si agamus negligentius, & occasio sa-* « *pientiæ seducat nos atque supplantet & ducat ad mortem. Non* « *quod intelligẽtia peccatũ sit (lex enim intelligentiæ sancta, &* »

Digitized by Google

» *iusta, & bona est) sed per intelligentiam peccatorum atque*
» *virtutum mihi peccatum nascitur*, QVOD PRIVSQVAM IN-
» TELLIGEREM PECCATVM ESSE NON NOVERAM. *Atque ita*
» *factum est vt quod mihi pro bono datum est, meo vitio mutetur*
» *in malum; & vt hyperbolicè dicam, nouoque verbo vtar ad*
» *explicandum sensum meum*, PECCATVM QVOD PRIVSQVAM
» HABEREM INTELLIGENTIAM ABSQVE PECCATO ERAT PER
» PRÆVARICATIONEM MANDATI, INCIPIT MIHI ESSE PEC-
» CANTIVS PECCATVM.

Ex hoc testimonio inprimis patet peruersè omnino Apostolum interpretari, qui ex eo quòd ille dixit, *peccatum non cognosci nisi per legem*, concludi putant sine lege scripta dari ignorantiam iuuincibilem iuris naturalis: vnde vlteriùs inferunt, quia sine lege scripta iudicantur homines & damnantur; damnari consequenter propter peccata commissa ex ignorantia iuris naturalis. Sed constat ex hoc loco Hieronymum concinere Augustino dicenti, *nullam esse animam adeò excæcatam in cuius conscientia Deus non loquatur*: ac proinde sublata legis scriptæ cognitione non statim sequi naturalis quoque legis ignorantiam dari, & ea necquicquam obstante damnabiliter peccari. Hoc enim significat Hieronymus cùm dicit, *nullum esse hominem qui hanc legem nesciat*; quod quomodo sit intelligendum ex dictis antea constat.

Secundò constat ex hoc loco quòd fit ex ignorantia legis naturalis & peccatum dici, & impropriè dici. Hoc enim significant verba illa de pueritia & infantia legem hanc nesciente, *peccans absque mandato non tenetur lege peccati, & quia necdum accepit legem sapientiæ, mortuum est in eo peccatum.* Quem ipsum dicendi modum ex Augustino antea retulimus, cùm ipse ex Ambrosio accepisset, & Ambrosius ex Paulo Apostolo. Hoc verò clariùs adhuc intelligitur ex illis verbis, *peccatum quod prius quam intelligerem absque peccato erat.* Quid enim est

peccatum esse absque peccato, quàm esse peccatum impropriè, & non completum?

Tertiò constat huiusmodi peccatum incompletum, materiale ac mortuum, non viuificari, hoc est, non compleri formaliter induta vera, propriâque peccati ratione, seu malitia morali, nisi quando accedit eiusdem legis cognitio, quod significat cùm dicit. *Cùm mandatum venerit, hoc est tempus intelligentiæ appetentis bona & vitantis mala; tunc incipit peccatum reuiuiscere, & ille mori reúsque esse peccati. Atque ita fit vt tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus, operetur in nobis mortem.* En vt peccati vitam illam lethalem, & imperfectissimam perfectionem in ratione peccati Hieronymus petit ex *intelligentia appetente*, quod è conuerso dici potest *ex appetitu intelligente* ea quæ appetit bona vel mala. En vt tempus quod operatur in nobis mortem, illud esse dicit, *quo Dei mandata cognoscimus.* Non est igitur peccatum nisi mortuum, quandiu non est *appetitus intelligens*, nec mortem operatur ætas prouectior, si non cognoscitur Dei mandatum. Vides enim quomodo non quamcúmque intelligentiam seu cognitionem Hieronymus requirit, sed intelligentiam *boni* & *mali*; & cognitionem *diuini mandati* naturalis illius, de quo loquitur. Quod adhuc magis inculcat cùm dicit, *per intelligentiam peccatorum atque virtutum mihi peccatum nascitur.*

Quartò demum constat inanem esse cogitationem illam Baianorum, quâ inferebant antea. Ex eo quòd Augustinus diceret *perniciosiùs peccari* ab iis qui sciunt malum esse quod faciunt, peccari ergo etiam ab ijs qui nescíunt, & quidem perniciosè, esto perniciosiùs peccent scientes. Sed vides hic ex Hieronymo cõparationem illam non fieri inter maiorem & minorem malitiam formalem & propriè dictam, sed inter malitiam materialem & formalem, cùm peccatum, quod completam habet malitiam, & iam viuere incipit in

Digitized by Google

anima morientre, comparatum cum peccato, *quod est absque peccato*, ideſt, ſine culpa, ſine reatu, & ſine noxa, quod eſt eſſe materiale tantùm & inchoatum, & nondum propriè dictum peccatum, vocat *peccantius* peccatum. Cui enim difficilè eſſe poteſt illud ipſum peccatum quod Hieronymus vocat *peccantius*, nouo, vt ipſe dicit, verbo, ab Auguſtino vocari eadem ſubintellecta comparatione pernicioſius, quod etiam à nobis antea notatum eſt. Nihil igitur cauſæ fuit cur Baiani Auguſtino Hieronymum adiungerent, niſi fortè hoc ſpectabant, vt conſtaret ipſos non ab vno iudice condemnari.

Digitized by Google

LIBER SEPTIMVS.

DE GRATIA SEMIPELAgianorum, qua quæritur an illi gratiam internam admiſerint tanquam neceſſariam ad initium fidei.

BIICIENTIBVS Baianis Semipelagianiſmum, reſpondere ſolemus perſpicuum eſſe ac cuivis obuium diſcrimen inter vtramque doctrinam, illorum nimirum, & noſtram: & Maſſilienſes ideo Semipelagianos eſſe dictos, quòd de initio fidei, & prima credendi voluntate, deque ſalutis, ac Saluatoris deſiderio quodam & petitione idem ſentirent quod Pelagiani de toto iuſtificationis negotio, ſufficere nimirum ad eiuſmodi exordia cum naturali virtute à beneficio creationis inſeparabili, externam legis, vel Euangelij propoſitionem, ſine interno ſupernaturalis inſpirationis, & gratiæ cooperantis, & naturam eleuantis auxilio; eſto illud deinceps requireretur ad proſequendum ſalutis negotium. Qua reſponſione cùm intelligerent Baiani totam corruere ac confringi machinam, quam tanto niſu erexerunt, vt damnatam pridem doctrinam reſtituerent; conati ſunt omni ratione amoliri obicem hunc, & probare Semipelagianos, non negaſſe internum illud gratiæ actualis auxilium. Sed ideo tantùm eſſe damnatos, quòd putarent huiuſmodi gratiam eſſe indifferentem, hoc eſt; cum indifferenti creatæ voluntatis libertate, ſeu cum facultate agendi, & non agendi contemperatam. Ad erro-

rem nimirum imputant olim damnatum in Massilien-sibus quòd non admittatur auxilium gratiæ adeo efficax, & indifferentiam voluntatis absorbeat, impositâque consentiendi necessitate, proximam dissentiendi potentiam consumat eóque sensu gratiam indifferentem negant, quasi Massilienſium inter, & Caluini sententiam nullum esset medium, in quo Catholicis consistere liceret. Nam quòd diuersa sit hæc doctrina à doctrina Thomistarum ex eo patet, quia Thomistæ gratiam quantumuis prædeterminantem cum indifferentia voluntatis, & dissentiendi potentia componunt, siue illud sit explicatu facile, siue non, quæ propria est controuersia nostra quam ego in hac disputatione intactam relinquo, & tantum contendo admittendam esse gratiam quæ stet in voluntate cum proxima ad dissentiendum potentia, quod Thomistæ concedunt, neque talem à Semipelagianis admissam, quod affirmant Baiani.

Inter eos verò qui præ cæteris locum hunc munire diligentiùs conati sunt, Nouus occurrit Augustinus, qui lib. 8. de Hæresi Pelagiana *latè*, vt ipse dicit, ex principijs Augustini & Massilienſium adstruere nititur Semipelagianos internam illam gratiam ad credendum, non ad operandum sufficientem, admisisse. Et si quidem habeatur ratio inutilium citationum, & interminatæ repetitionis earumdem cogitationum, cum importuna, sed tamen huic Auctori familiari, verbosæ dictionis fœcunditate; latè, sicuti promiserat, hoc argumentum tractauit: neque enim angusto spatio contineri possunt tanta inueniendæ veritatis impedimenta: sed si probationis efficacia visque rationis attenditur, spero Lectorem facilè iudicaturum in arctissimo illum loco fuisse versatum. Nimirum cum sententia Massilienſium, quæ in epistolis Prosperi & Hilarij ad Augustinum, & in ipsis Augustini responsis in libris de Prædestinatione Sanctorum & de bono perseuerantiæ repræsentatur,

Digitized by Google

repræsentatur, apertis testimonijs esset monstranda, quod nulla nisi contraria occurrerent, Nouus-Augustinus ad coniecturas recurrere coactus est, vt ex sequentibus illius argumentis intelligetur.

CAPVT I.

Primum argumentum, petitum ex comparatione hominis lapsi cum stante, iuxta sententiam Massiliensium, refertur & reijcitur.

§. I.

Doctrina Massiliensium de Gratiæ necessitate in vtroque statu, iuxta Baianorum interpretationem.

PRIMVM argumentum Nou-Augustiniani petunt ex comparatione hominis lapsi cum homine stante, iuxta sententiam Massilienſium. Siquidem illos non negasse necessitatem internæ gratiæ in Adamo adhuc stante, nec fuisse adeo ineptos vt fortiorem crederent lapsum & saucium quàm stantem & sanum: ergo nec dubitari debere quin eandem internæ gratiæ necessitatem agnouerint in lapso, quàm in stante, & quidem cum ea indifferentia, quòd interna illa & indifferens gratia sufficeret Adamo stanti ad totam in accepta iustitia perseuerantiam, lapso verò tantùm ad initium quoddam saluti dandum. Porrò quòd Massilienses non negarent necessitatem internæ gratiæ in Adamo stante, satis intelligi ex Epistola Hilarij cùm dicit. *Vnde in hoc solo volunt à primo homine omnium distare naturam, vt illum integris viribus voluntatis iuuaret gratia volentem, sine qua perseuerare non poterat: hos autem amissis & perditis viribus, credentes tantùm, non solùm erigat prostratos, verùm etiam*

Digitized by Google

fulciat ambulantes. Vbi illud, *iuuaret gratia volentem*, ita interpretantur, vt sensus sit, *iuuaret gratia si vellet.* eodem sensu exponunt illud Prosperi gratiam à Semipelagianis admissam, ita explicantis.

Quæ se non subtrahit vlli,
Sed cupidos recti iuuet illustretque volentes.

Hoc est, inquiunt, quæ iuuet homines illustrétque *si velim.* Quòd non est aliud quàm id quod Augustinus dixerat, sic illâ gratiâ primum hominem adiutum, vt in eius libero relinqueretur arbitrio. Ex his liquet internam gratiam Adamo ante lapsum fuisse necessariam, & à fortiori etiam post lapsum, ex sententia Massiliensium, sed grariam qua vti, vel non vti posset, hoc est indifferentem.

Confirmatur ex eo quòd S. Augustinus & S. Prosper id quod Semipelagiani dicebant de homine lapso fatebantur fuisse verum in homine stante, dum eos passim arguunt, quòd eandem esse velint vtriusque status rationem, & infirmum, ac vulneratum æquasano, & integro. Sed S. Augustinus & S. Prosper non dubitabant quin homo indiguisset interno adiutorio etiam dum stabat: ergo nec putarint in sententia Semipelagianorum non eodem indigere iam lapsu alioqui malè transferrent ad integrum, quòd Semipelagiani dicebant de lapso. Vsos autem ea translatione constare dicunt ex sancto Prospero luculentis versibus canente,

Lib. de Ingr.

Nam si nunc etiam illæsis vigor ille maneret
In quo insons natura fuit, sua quemque voluntas
Conciliare Deo, pœnáque absoluere posset.

Neque causam ex integritate naturæ tacet.

Quoniam sapientia sana,
Sana Fides, sanum arbitrium, mens libera morbo
Vitam agerent dignam summorum participatu.

Idem dicunt Prosperum explicare oratione soluta quòd vincta cecinerat cùm dicit. *Neque hæc dona ita ex*

Digitized by Google

Deo opinemur vt quia ipſe naturæ noſtræ author eſt per conditionem, iam hæc contuliſſe videatur, quia dedit quidem ab initio hanc poteſtatem, ſed omnes eam in illo amiſimus in quo omnes peccauimus. Id ipſum ab Auguſtino ſignificari dicente. *Non eſt hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc ſunt: fuerat in homine antequam caderet.* Et alio loco, *Quis neſcit eum* Adamum, *ſanum & inculpabilem factum .... Sed nunc de illo agimus quem ſeminiuum latrones reliquerunt.*

Ad cap. Gall. c. 8.

De dono perſeuer. c. 43.

De nat. & gr. cap. 43.

§. II.

Ex admiſſa in Adamo à Maſſilienſibus gratia ad perſeuerandum, malè inferri admiſſam quoque ad initium fidei in eius poſteris.

HÆc eſt Baianorum argumentatio apud ipſos latiùs quidem, ſed & confuſiùs atque obſcuriùs producta. Vides autem totam eſſe coniecturalem, & in qua Semipelagianorum doctrina non tam monſtratur, quàm diuinatur: ſed laborat præterea inſignibus peccatis, quæ iam oſtendam.

Primò, comparatio illa ſtantis hominis & hominis lapſi non poteſt fieri niſi reſpectu perſeuerantiæ. Cùm enim homo ſtans in iuſtitia conditus fuerit, ceſſat quæſtio de neceſſitate gratiæ ad dandum initium iuſtificationi, & illi mutationi qua homo de non iuſto fit iuſtus. Et ideo Auguſtinus de corrept. & gr. cap. 11. *vt reciperet bonum gratia non egebat, quia nondum perdiderat.* Ad quid ergo inferre, iuxta ſententiam Maſſilienſium, hominem lapſum indigere interna gratia vt credere incipiat vel pœnitere, ex eo quòd homo ſanus indiguerit? fuitne aliquod tempus in homine ſano, quo inciperet fieri de non credente credens, de non iuſto iuſtus? Nam quòd in primo inſtanti creationis, & gratiam ſanctificantem, & habitus infuſos acceperit per propriam

illam ſuperandam oblatæ. Quod clariſſimè conſtat ex eo quod ſubdit Auguſtinus capite illo 19. libri tertij de libero arbitrio. *Iſta tua propria peccata ſunt, nulli enim homini ablatum eſt ſcire vtiliter quærere, quod inutiliter ignorat, & humiliter confitendam eſſe imbecillitatem vt quærenti & confitenti ille ſubueniat, qui nec errat dum ſubuenit, nec laborat.* Ecce quare peccatoribus imputetur quòd negligant quærere quod ignorant. Nempè quia gratia non deeſt qua quærere poſſint vtiliter quod inutiliter ignorant. Sed illi nec agnoſcere, nec confiteri volunt ſuam inopiam, neque ad illum confugere qui ſubuenire paratus eſt. Quibus adde quod capite citato 67. de natura & gratia poſt allatum locum illum ex tertio de libero arbitrio, ſubiicit. *Agnoſco, verba mea ſunt, ſed etiam ipſe dignetur agnoſcere ſuperiùs cuncta quæ dicta ſunt. de gratia quippè Dei agitur, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impoßibilitate iuſtitiæ. Poteſt ergo ei cauſæ, quæcumque illa eſt, reſiſti, poteſt planè, nam in hoc adiutorium poſtulamus dicentes, ne nos inferas in tentationem, poteſt peccatum caueri, ſed opitulante illo qui non poteſt falli.... ſiue ergo immineat peccatum, ſiue inſit, caueri poteſt.* Quid eſt aliud non eſſe quæſtionem *de impoſsibilitate iuſtitiæ, ſed tantum de gratia*, quàm ceſſare controuerſiam de impoſſibilitate iuſtitiæ, dummodo admittatur neceſſitas gratiæ. Agnoſce paupertatem tuam, fatere infirmitatem, illum adi qui diues eſt in miſericordia, dummodo in illo tantum, & per illum fortem eſſe te putes, audacter nega vllius tibi peccati victoriam eſſe impoſſibilem, & autore, ac ſuffragatore Auguſtino id negabis. Hic enim, vt ex dictis conſtat, eius ſenſus fuit, dum ſcriberet libros de libero arbitrio minimè retractatus, quin potiùs confirmatus, dum diſputaret contra Pelagium in libro de natura & gratia. Hæc habui quæ Apologiſtæ Ianſenij reponerem, vt eligat vtrum malit, an videri non ſatis aſſequutus Auguſtini men-

Digitized by Google

rem hoc in loco, an credi non satis fideliter eam retu-lisse.

CAPVT X.

Quid S. Hieronymus de ignorantia iuris naturalis in Epistol. ad Algasiam.

NOV-AVGVSTINIANI S. Hieronymum laudant veluti cum S. Augustino concurrentem ad damnanda peccata quæ fiunt ex ignorantia iuris naturalis. Et quamuis posset ex variis illius operibus intelligi quæ sit eius mens, iamque monstratum sit in epist. ad Fabiolam quam citabant, nihil esse quod nouis erroribus faueat ; iuuat hîc apponere locum insignem ex epistola ad Algasiam quæst. 8. qui sic habet. *Extra hæc* « *omnia naturalem legem scriptam in cordibus nostris idem* « *Apostolus docet*, cùm enim gentes quæ legem non ha- « bent,&c. *Ista lex quæ in corde scribitur omnes continet natio-* « *nes*, ET NVLLVS HOMINVM EST QVI HANC LEGEM NES- « CIAT: *vnde omnis mundus sub peccato, & omnes homines* « *præuaricatores legis sunt. Et idcirco iustum iudicium Dei est* « *scribentis in corde humani generis, quod tibi fieri nolueris, al-* « *teri ne feceris. Quis enim ignoret homicidium, &c. Hanc le-* « *gem nescit pueritia, ignorat infantia, & peccans absque man-* « *dato, non tenetur lege peccati. Maledicit patri & matri,* « *& parentes verberat : & quia necdum accipit legem sapien-* « *tiæ*, MORTVVM EST IN EO PECCATVM. *Cùm autem manda-* « *tum venerit, hoc est, tempus intelligentiæ, appetentis bona, &* » *vitantis mala ; tunc incipit peccatum reuiuiscere, & ille mori* » *reusque esse peccati. Atque ita fit vt tempus intelligentiæ quo* » *Dei mandata cognoscimus, vt perueniamus ad vitam, opere-* « *tur in nobis mortem, si agamus negligentius, & occasio sa-* « *pientiæ seducat nos atque supplantet & ducat ad mortem. Non* « *quod intelligẽtia peccatũ sit (lex enim intelligentiæ sancta, &* »

» *iusta, & bona est) sed per intelligentiam peccatorum atque*
» *virtutum mihi peccatum nascitur*, QVOD PRIVSQVAM IN-
» TELLIGEREM PECCATVM ESSE NON NOVERAM. *Atque ita*
» *factum est vt quod mihi pro bono datum est, meo vitio mutetur*
» *in malum; & vt hyperbolicè dicam, nouoque verbo vtar ad*
» *explicandum sensum meum*, PECCATVM QVOD PRIVSQVAM
» HABEREM INTELLIGENTIAM ABSQVE PECCATO ERAT PER
» PRÆVARICATIONEM MANDATI, INCIPIT MIHI ESSE PEC-
» CANTIVS PECCATVM.

Ex hoc testimonio inprimis patet peruersè omnino Apostolum interpretari, qui ex eo quòd ille dixit, *peccatum non cognosci nisi per legem*, concludi putant sine lege scripta dari ignorantiam iuuincibilem iuris naturalis: vnde vlteriùs inferunt, quia sine lege scripta iudicantur homines & damnantur; damnari consequenter propter peccata commissa ex ignorantia iuris naturalis. Sed constat ex hoc loco Hieronymum concinere Augustino dicenti, *nullam esse animam adeò excæcatam in cuius conscientia Deus non loquatur*: ac proinde sublata legis scriptæ cognitione non statim sequi naturalis quoque legis ignorantiam dari, & ea necquicquam obstante damnabiliter peccari. Hoc enim significat Hieronymus cùm dicit, *nullum esse hominem qui hanc legem nesciat*; quod quomodo sit intelligendum ex dictis antea constat.

Secundò constat ex hoc loco quòd fit ex ignorantia legis naturalis & peccatum dici, & impropriè dici. Hoc enim significant verba illa de pueritia & infantia legem hanc nesciente, *peccans absque mandato non tenetur lege peccati, & quia necdum accepit legem sapientiæ, mortuum est in eo peccatum.* Quem ipsum dicendi modum ex Augustino antea retulimus, cùm ipse ex Ambrosio accepisset, & Ambrosius ex Paulo Apostolo. Hoc verò clariùs adhuc intelligitur ex illis verbis, *peccatum quod prius quam intelligerem absque peccato erat.* Quid enim est

Digitized by Google

peccatum esse absque peccato, quàm esse peccarum impropriè, & non completum?

Tertiò constat huiusmodi peccatum incompletum, materiale ac mortuum, non viuificari, hoc est, non compleri formaliter induta vera, propriâque peccati ratione, seu malitia morali, nisi quando accedit eiusdem legis cognitio, quod significat cùm dicit. *Cùm mandatum venerit, hoc est tempus intelligentiæ appetentis bona & vitantis mala; tunc incipit peccatum reuiuiscere, & ille mori reúsque esse peccati. Atque ita fit vt tempus intelligentiæ, quo Dei mandata cognoscimus, operetur in nobis mortem.* En vt peccati vitam illam lethalem, & imperfectissimam perfectionem in ratione peccati Hieronymus petit ex *intelligentia appetente*, quod è conuerso dici potest *ex appetitu intelligente* ea quæ appetit bona vel mala. En vt tempus quod operatur in nobis mortem, illud esse dicit, *quo Dei mandata cognoscimus.* Non est igitur peccatum nisi mortuum, quandiu non est *appetitus intelligens*, nec mortem operatur ætas prouectior, si non cognoscitur Dei mandatum. Vides enim quomodo non quamcúmque intelligentiam seu cognitionem Hieronymus requirit, sed intelligentiam *boni* & *mali*; & cognitionem *diuini mandati* naturalis illius, de quo loquitur. Quod adhuc magis inculcat cùm dicit, *per intelligentiam peccatorum atque virtutum mihi peccatum nascitur.*

Quartò demum constat inanem esse cogitationem illam Baianorum, quâ inferebant antea. Ex eo quòd Augustinus diceret *pernicioſiùs peccari* ab iis qui sciunt malum esse quod faciunt, peccari ergo etiam ab ijs qui nesciunt, & quidem perniciosè, esto pernicioſiùs peccent scientes. Sed vides hic ex Hieronymo cõparationem illam non fieri inter maiorem & minorem malitiam formalem & propriè dictam, sed inter malitiam materialem & formalem, cùm peccatum, quod completam habet malitiam, & iam viuere incipit in

Digitized by Google

anima morienre, comparatum cum peccato, *quod eſt abſque peccato*, ideſt, ſine culpa, ſine reatu, & ſine noxa, quod eſt eſſe materiale tantùm & inchoatum, & nondum propriè dictum peccatum, vocat *peccantius* peccatum. Cui enim difficilè eſſe poteſt illud ipſum peccatum quod Hieronymus vocat *peccantius*, nouo, vt ipſe dicit, verbo, ab Auguſtino vocari eadem ſubintellecta comparatione pernicioſius, quod etiam à nobis antea notatum eſt. Nihil igitur cauſæ fuit cur Baiani Auguſtino Hieronymum adiungerent, niſi fortè hoc ſpectabant, vt conſtaret ipſos non ab vno iudice condemnari.

Digitized by Google

LIBER SEPTIMVS.

DE GRATIA SEMIPELAgianorum, qua quæritur an illi gratiam internam admiſerint tanquam neceſſariam ad initium fidei.

BIICIENTIBVS Baianis Semipelagianiſmum, reſpondere ſolemus perſpicuum eſſe ac cuivis obuium diſcrimen inter vtramque doctrinam, illorum nimirum, & noſtram: & Maſſilienſes ideo Semipelagianos eſſe dictos, quòd de initio fidei, & prima credendi voluntate, deque ſalutis, ac Saluatoris deſiderio quodam & petitione idem ſentirent quod Pelagiani de toto iuſtificationis negotio, ſufficere nimirum ad eiuſmodi exordia cum naturali virtute à beneficio creationis inſeparabili, externam legis, vel Euangelij propoſitionem, ſine interno ſupernaturalis inſpirationis, & gratiæ cooperantis, & naturam eleuantis auxilio; eſto illud deinceps requireretur ad proſequendum ſalutis negotium. Qua reſponſione cùm intelligerent Baiani totam corruere ac confringi machinam, quam tanto niſu erexerunt, vt damnatam pridem doctrinam reſtituerent; conati ſunt omni ratione amoliri obicem hunc, & probare Semipelagianos, non negaſſe internum illud gratiæ actualis auxilium. Sed ideo tantùm eſſe damnatos, quòd putarent huiuſmodi gratiam eſſe indifferentem, hoc eſt; cum indifferenti creatæ voluntatis libertate, ſeu cum facultate agendi, & non agendi contemperatam. Ad erro-

Digitized by Google

rem nimirum imputant olim damnatum in Massilien-sibus quòd non admittatur auxilium gratiæ adeo efficax, & indifferentiam voluntatis absorbeat, impositâque consentiendi necessitate, proximam dissentiendi potentiam consumat eóque sensu gratiam indifferentem negant, quasi Massilienſium inter, & Caluini sententiam nullum esset medium, in quo Catholicis consistere liceret. Nam quòd diuersa sit hæc doctrina à doctrina Thomistarum ex eo patet, quia Thomistæ gratiam quantumuis prædeterminantem cum indifferentia voluntatis, & dissentiendi potentia componunt, siue illud sit explicatu facile, siue non, quæ propria est controuersia nostra quam ego in hac disputatione intactam relinquo, & tantum contendo admittendam esse gratiam quæ stet in voluntate cum proxima ad dissentiendum potentia, quod Thomistæ concedunt, neque talem à Semipelagianis admissam, quod affirmant Baiani.

Inter eos verò qui præ cæteris locum hunc munire diligentiùs conati sunt, Nouus occurrit Augustinus, qui lib. 8. de Hæresi Pelagiana *latè*, vt ipse dicit, ex principijs Augustini & Massilienſium adstruere nititur Semipelagianos internam illam gratiam ad credendum, non ad operandum sufficientem, admisisse. Et si quidem habeatur ratio inutilium citationum, & interminatæ repetitionis earumdem cogitationum, cum importuna, sed tamen huic Auctori familiari, verbosæ dictionis fœcunditate; latè, sicuti promiserat, hoc argumentum tractauit: neque enim angusto spatio contineri possunt tanta inueniendæ veritatis impedimenta: sed si probationis efficacia visque rationis attenditur, spero Lectorem facilè iudicaturum in arctissimo illum loco fuisse versatum. Nimirum cum sententia Massilienſium, quæ in epistolis Prosperi & Hilarij ad Augustinum, & in ipsis Augustini responsis in libris de Prædestinatione Sanctorum & de bono perseuerantiæ repræsentatur,

Digitized by Google

repræsentatur, apertis testimonijs esset monstranda, quod nulla nisi contraria occurrerent, Nouus-Augustinus ad coniecturas recurrere coactus est, vt exsequentibus illius argumentis intelligetur.

CAPVT I.

Primum argumentum, petitum ex comparatione hominis lapsi cum stante, iuxta sententiam Massiliensium, refertur & reijcitur.

§. I.

Doctrina Massiliensium de Gratiæ necessitate in vtroque statu, iuxta Baianorum interpretationem.

PRIMVM argumentum Nou-Augustiniani petunt ex comparatione hominis lapsi cum homine stante, iuxta sententiam Massilienſium. Siquidem illos non negasse necessitatem internæ gratiæ in Adamo adhuc stante, nec fuisse adeo ineptos vt fortiorem crederent lapsum & saucium quàm stantem & sanum: ergo nec dubitari debere quin eandem internæ gratiæ necessitatem agnouerint in lapso, quàm in stante, & quidem cum ea indifferentia, quòd interna illa & indifferens gratia sufficeret Adamo stanti ad totam in accepta iustitia perseuerantiam, lapso verò tantùm ad initium quoddam saluti dandum. Porrò quòd Massilienses non negarent necessitatem internæ gratiæ in Adamo stante, satis intelligi ex Epistola Hilarij cùm dicit. *Vnde in hoc solo volunt à primo homine omnium distare naturam, vt illum integris viribus voluntatis iuuaret gratia volentem, sine qua perseuerare non poterat: hos autem amissis & perditis viribus, credentes tantùm, non solùm erigat prostratos, verùm etiam*

Digitized by Google

fulciat ambulantes. Vbi illud, *iuuaret gratia volentem*, ita interpretantur, vt sensus sit, *iuuaret gratia si vellet.* eodem sensu exponunt illud Prosperi gratiam à Semipelagianis admissam, ita explicantis.

Quæ se non subtrahit vlli,
Sed cupidos recti iuuet illustretque volentes.

Hoc est, inquiunt, quæ iuuet homines illustrétque *si velim.* Quòd non est aliud quàm id quod Augustinus dixerat, sic illâ gratiâ primum hominem adiutum, vt in eius libero relinqueretur arbitrio. Ex his liquet internam gratiam Adamo ante lapsum fuisse necessariam, & à fortiori etiam post lapsum, ex sententia Massilienſium, sed grariam qua vti, vel non vti posset, hoc est indifferentem.

Confirmatur ex eo quòd S. Augustinus & S. Prosper id quod Semipelagiani dicebant de homine lapso, fatebantur fuisse verum in homine stante, dum eos passim arguunt, quòd eandem esse velint vtriusque status rationem, & infirmum, ac vulneratum æquant sano, & integro. Sed S. Augustinus & S. Prosper non dubitabant quin homo indiguisset interno adiutorio, etiam dum stabat: ergo nec putarint in sententia Semipelagianorum non eodem indigere iam lapsum, alioqui malè transferrent ad integrum, quòd Semipelagiani dicebant de lapso. Vsos autem ea translatione constare dicunt ex sancto Prospero luculentis illis versibus canente,

Lib. de Ingr.

Nam si nunc etiam illæsis vigor ille maneret
In quo insons natura fuit, sua quemque voluntas
Conciliare Deo, pœnáque absoluere posset.

Neque causam ex integritate naturæ tacet.

Quoniam sapientia sana,
Sana Fides, sanum arbitrium, mens libera morbo
Vitam agerent dignam summorum participatu.

Idem dicunt Prosperum explicare oratione soluta quòd vincta cecinerat cùm dicit. *Neque hæc dona ita ex*

Digitized by Google

Deo opinemur vt quia ipſe naturæ noſtræ author eſt per conditionem, iam hæc contuliſſe videatur, quia dedit quidem ab initio hanc poteſtatem, ſed omnes eam in illo amiſimus in quo omnes peccauimus. Id ipſum ab Auguſtino ſignificari dicente. *Non eſt hoc omnino in viribus liberi arbitrij, quales nunc ſunt: fuerat in homine antequam caderet.* Et alio loco, *Quis neſcit eum* Adamum, *ſanum & inculpabilem factum .... Sed nunc de illo agimus quem ſemiuiuum latrones reliquerunt.* Ad cap. Gall. c. 8. De dono perſeuer. c. 43. De nat. & gr. cap. 48.

§. II.

Ex admiſſa in Adamo à Maſſilienſibus gratia ad perſeuerandum, malè inferri admiſſam quoque ad initium fidei in eius poſteris.

HÆc eſt Baianorum argumentatio apud ipſos latiùs quidem, ſed & confuſiùs atque obſcuriùs producta. Vides autem totam eſſe coniecturalem, & in qua Semipelagianorum doctrina non tam monſtratur, quàm diuinatur: ſed laborat præterea inſignibus peccatis, quæ iam oſtendam.

Primò, comparatio illa ſtantis hominis & hominis lapſi non poteſt fieri niſi reſpectu perſeuerantiæ. Cùm enim homo ſtans in iuſtitia conditus fuerit, ceſſat quæſtio de neceſſitate gratiæ ad dandum initium iuſtificationi, & illi mutationi qua homo de non iuſto fit iuſtus. Et ideo Auguſtinus de corrept. & gr. cap. 11. *vt reciperet bonum gratia non egebat, quia nondum perdiderat.* Ad quid ergo inferre, iuxta ſententiam Maſſilienſium, hominem lapſum indigere interna gratia vt credere incipiat vel pœnitere, ex eo quòd homo ſanus indiguerit? fuitne aliquod tempus in homine ſano, quo inciperet fieri de non credente credens, de non iuſto iuſtus? Nam quòd in primo inſtanti creationis, & gratiam ſanctificantem, & habitus infuſos acceperit per propriam

diſpoſitionem, ſpeculatio eſt Scholaſticorum, ad quam Maſſilienſes non reſpexerunt. Argumentum concluderet, ſi poſſet oſtendi iuxta doctrinam ipſorum, ex ſuppoſitione quòd primus homo conditus fuiſſet ſine iuſtitia, expectatúmque eſſet vt ad illam promoueretur per propriam diſpoſitionem, indiguiſſe interna gratia vt illam deſideraret ac peteret: Concluderet, inquam, argumentum ex neceſſitate gratiæ in illo ſtatu puræ naturæ, ad neceſſitatem in ſtatu naturæ lapſæ: ſed huiuſmodi cogitationis nullum eſt veſtigium apud eos qui Semipelagianorum ſenſa referunt. Qui quicquid dicunt de neceſſitate gratiæ in Adamo ſtante, non niſi ad exercitium adeptarum iam virtutum & perſeuerantiam iñ bonis acceptis referre poſſunt.

Neque dicas ſic quoque valere argumentũ; & eſſe cõſequens, vt qui gratiam putauere neceſſariam Adamo ad exercendas conſtanter virtutes illã quoque neceſſariá putauerint homini lapſo ad aliquod ſanitatis deſiderium. Quia perſpicuum eſt, ipſis quoque Baianis confitentibus, aliter Semipelagianos ſenſiſſe de bonis operibus hominis iam iuſtificati, & aliter de prima illa voluntate qua infirmus medicum quærit: & agnouiſſe gratiæ neceſsitatem ad exercitium bonorum operum, quam requiri negabant ad deſiderandam petendámque ſanitatem. Quare argumentum ab vno ad aliud in eorum ſententia nil valet. Addo illos ſimiles quoſdam ad bonum conatus ab adiutorio gratiæ independentes agnouiſſe in homine iuſtificato, quales in peccatore, vt mox patebit.

Digitized by Google

§. III.

Baianos peruerſè interpretari quod illi dicebant, Adamum integris viribus adiutum à Gratia volentem.

EST enim hoc aliud propoſitæ argumentationis peccatum, quòd id quod dictum eſt ab Hilario ex ſententia Maſsilienſium, Adamum integris viribus adiutum à gratia *volentem*, ſine qua perſeuerare non poſſet, ita interpretantur vt ſenſus ſit, Adamum adiutum à gratia *ſi vellet*: eodémque modo intelligendum illud Proſperi, *Sed cupidos recti iuuet illuſtrétque volentes*, vt intelligatur quidem interna & præueniens gratia, ſed quæ relinquatur in arbitrio eorum quibus datur, vt ea vtantur ſi velint, ſi nolint non vtantur. Hæc verò eſt peruerſiſsima interpretatio, & contra manifeſtiſsimam Auctorum mentem, quod conſtet ex omnibus Auguſtini, Proſperi, Hilarij ſcriptis, circa Maſsilienſium doctrinam, voluntatem illam quam dicebant iuuari gratia fuiſſe voluntatem ipſa gratia priorem, ſeu cui gratia ſuperueniret, non quam præcederet, quod vberiùs poſtea monſtrabitur, nunc autem ſatis conſtare poteſt propiùs intuenti allata Hilarij verba, cùm dicit, *gratiam tunc iuuiſſe Adamum volentem, nunc verò iuuare homines credentes tantùm vt erigantur.* Quis enim non videt his ſignificari ſic adiutum volentem tunc, quemadmodum modò credentes tantùm erigũtur, & fulciũtur ambulantes? atqui Baiani ſic iſtud accipiunt, vt creditio, ſeu fides ſit prior erigente iſta & fulciente gratia, cùm contendunt ex doctrina Maſsilienſium in illa fide *fuiſſe meritum & impetrationem huius gratiæ*: quomodo igitur negare poſſunt etiam illam voluntatem fuiſſe adiuuante gratia priorem in eadem ſententia? Idemque dicendum de illis Proſperi verbis. *Sed cupidos recti*

Lib. 8. de Hæreſ Pelag. c. 16. 17.

Digitized by Google

iuuet illustrétque volentes, vbi constat ita *volentes* intelligi à diuina gratia iuuari, quemadmodum iuuantur *cupidi* rectitudinis: nempe vt sicut supponuntur iuxta illos, qui iuuantur esse cupidi, ita & supponuntur esse volentes, sequatúrque gratia, non præcedat tum cupiditatem, illam tum voluntatem. Putabant igitur Semipelagiani tum in homine stante, tum in homine lapso, sed iam per gratiam reparato, esse posse independenter ab adiutorio diuinæ gratiæ desiderium quoddam & imperfectam bene viuendi, & perseuerandi voluntatem, cuius merito, & impetratione obtineretur necessaria ad bene viuendum, & perseuerandum gratia: quod confirmatur ex Hilario in Ep. ad Augustinum his verbis. *Quòd autem dicit Sanctitas tuæ neminem perseuerare nisi perseuerandi virtute perceptæ: hactenus accipiunt vt quibus datur, inerti licet,* PRÆCEDENTI TAMEN PROPRIO ARBITRIO TRIBVATVR: *quòd ad hoc tantùm liberum asserunt, vt velit vel nolit admittere medicinam.* Vbi clarissimè vides virtutem perseuerandi iuxta doctrinam Massilienssium dari *præcedenti proprio arbitrio*, & quia præcedere non potest proprium arbitrium, nisi per conatum aliquem suum, hoc est per aliquam rei qua indiget voluntatem, vides quàm necessariò sequatur, non aliam Massilienses voluntátem à gratia iuuandam intellexisse quàm præcedentem eandem gratiam: itáque intelligendum quod dicebant diuinam gratiam volentes iuuare. Vnde sequitur fallacissimám esse, Nou-Augustinianorum hoc loco atgumentationem: nec inferri quidquam posse ex iis quæ illi fatebantur de necessitate gratiæ in homine stante, ad eandem necessitatem in lapso circa initium fidei, vel desiderium perseuerandi.

Digitized by Google

§. IV.

Donum perſeuerantiæ in quo conſiſtat, & cur maiorem in homine lapſo gratiam quam in ſtante requirat.

AD confirmationem Reſpondeo captioſam eſſe ratiocinationem, & ſophiſticam, & ſpectare ad illud genus fallaciæ, quod Dialectici vocant *figuram* dictionis. Dicunt illi ſancti Patres, id quod Maſsilienſes dicebant de homine lapſo fuiſſe verum in ſtante, ſed non eodem modo; ſed id quod ſentiebant de lapſo & gratia deſtituto fuiſſe verum de ſtante & munito præſidijs gratiæ, ex quo ſequebatur eius ſententiæ abſurditas illa, quòd infirmo & iacenti tribueret, id quod volenti tantùm, & adiuto conueniebat. Vnde nihil ſequitur pro gratia interna jacentis illius hominis ad initium ſalutis ex ſententia Maſsilienſium: quod alia etiam ratione mõſtratur. Nam S. Auguſtinus, & S. Proſper lapſum hominem cum ſano comparant, in facultate ad perſeuerandum; vt iam dictum eſt, in eóque Maſsilienſes arguunt, quòd illi putarent non maioti gratia indigere iam lapſum, ſed Deo reconciliatum vt in gratia perſeueret, quàm integrum, & ſtantem. Porro hæc maior gratia, non eſt ſemper & neceſſariò gratia interna. Si quis enim poſt iuſtificationem ſtatim moriatur, ille donum habuit perſeuerantiæ ſine gratia interna; eodem modo ſi quis ſtatim incidat in amentiam perpetuam in qua moriatur. Et ſi Deo placeret aliquem ita conſeruare in vſu rationis, vt omnis occaſio peccandi ſubtraheretur vſque ad mortem; ille donum perſeuerantiæ obtineret per illam occaſionum ſubſtractionem, potiùs quàm per internas inſpirationes. Et hæc eſt doctrina S. Auguſtini cùm dicit. *Videte iam à veritate quàm ſit alienum, negare donum Dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem huius vitæ, cùm vitæ huic quando*

De dono perſeu c. 17.

voluerit ipse det finem: quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseuerare vsque in finem. Sed mirabilior & fidelibus euidentior largitas bonitatis Dei est, quòd etiam parvulis, quibus obedientia non est illius ætatis vt detur, datur hæc gratia. En vt paruulis detur gratia perseuerantiæ, quibus tamen non datur gratia vlla internæ inspirationis: en vt gratiam illam singularem, in qua consistit donum perseuerantiæ, in eo ponit, quòd vitæ finis detur ante imminentem lapsum. Vnde fit vt quamuis plerique perseuerent inter frequentes labendi occasiones, & continuas cum tentationibus pugnas, illi quamuis iuuentur internorum auxiliorum præsidio, non ideo tamen dici possint accepisse donum perseuerantiæ per internam gratiam præcisè, sed per internam gratiam perpetuò congruam, & efficacem; & potissimum per talem rerum dispositionem qua contingat morte præoccupari inefficacem & incongruam. Gratia enim in qua consistit perseuerantiæ donũ, consummatur in illa mortis opportunitate. In eo verò arguuntur Massilienses, quòd eadem ratione putarent contingere posse efficacium auxiliorum seriem in homine lapso, atque in stante, vnde inferebant perinde, vni atque alteri facilem esse perseuerantiam. Quòd perinde est, ac dicere, tam facile posse in scopum collimare illum cui & caligant oculi, & manus tremit, atque illum cui nec visus vacillat, neque manus. Nempe vt infelix ille fortè fortuna nonnumquam attingat scopum, constanter tamen attingere posse sine speciali directione alicuius, nemo sanus crediderit. Pari ergo modo in statu innocentiæ, dum homo nec ignorantia laboraret, nec concupiscentia turbaretur, facilè erat vt longa series internarum gratiarum congrua esset & efficax, quod modo speciali, atque indebita prorsus prouidentia contingere non potest, ignorantia fallente in cognitione boni, concupiscentia verò retrahente; est ergo diuinæ gratiæ quoddam miraculum, si quando contingat interna illa

Digitized by Google

illa auxilia, & longo tempore ſemper eſſe congrua, & infallibilia, dum vrget bene agendi neceſſitas; & quòd occurrat mors antequam vllum inefficax & incongruũ labi hominem ſinat; vt merito dixerit Auguſtinus; non poſſe negari donum Dei eſſe perſeuerantiam vſque in finem, *cùm vitæ huic quando voluerit ipſe det finem.* Hic eſt igitur error, quem & ipſe, & Proſper in Maſſilienſibus reprehendunt: Vnde nihil colligi poteſt ad probandum agnouiſſe Maſsilienſes internam gratiam credendi voluntati præuiam, vel etiam voluntati perſeuerandi. Quod conſtet ex iam dictis Auguſtinum & Proſperum aliud intelligere, dum dicunt id quod Maſsilienſes cenſebant de homine lapſo, verum eſſe de ſtante.

§ V.

Baiani Pelagianos cum Semipelagianis confundunt, Proſperi verſus nihil iuuant eorum cauſam, nec facilè ab illis explicari poſſunt, conuincuntur etiam eo quod citant ex eodem Proſpero ad 8. cap. Gallorum.

VNDE iam facilè intelligitur quid ſit dicendum ad illos verſus S. Proſperi qui nobis obiiciuntur: perſpicuum enim eſt non notari errorem Maſsilienſium illorum de quibus ipſe Proſper, & Hilarius ad Auguſtinum ſcribunt; qui dicebant ſufficere tantùm liberum Arbitrium ad initium fidei, & quoddam ſalutis deſiderium. Illi enim totam deinde curationem attribuebant gratiæ, quòd dicerent ſicut bona de medico exiſtimatio, eiuſque inuocatio ex deſiderio ſanitatis eſt extra totum opus curationis; ita fidem in Chriſtum, & orationem ad implorandum eius auxilium ex ſalutis deſiderio conceptam eſſe extra totum opus reconciliationis. Ergo ſicut tota curatio medico attribuitur, &

Digitized by Google

medicamentorum virtuti, quamuis illa ægri voluntas, & fides præcesserit: ita totam reconciliationem Christo esse attribuendam, & medijs ab ipso in eum finem institutis, etiamsi fides, & salutis desiderium in peccatore præcesserit. At illi qui notantur in illis Prosperi versibus, reconciliationem ipsam, & à pœna damnationis æternæ absolutionem, propriæ voluntati tribuebant; vnde in hoc puncto non sunt Semipelagiani, sed Pelagiani toti ac totaliter. Quid igitur hinc inferri potest vnde coniiciatur illos, quorum mentio fit in epistolis Hilarij & Prosperi, agnouisse internam gratiam ad comparandam fidem necessariam?

Sed erit hoc etiam à Nouis-Augustinis postulandum, vt planum faciant illorum versuum intelligentiam. Nam cùm loquitur Prosper de homine cum Deo conciliando, & pœnis absoluendo, supponit omnino peccatorem & damnationis reum. Cùm verò rationem quare possit propria voluntas reconciliare illum, & pœnis absoluere, petit ex integritate naturæ, *quoniam sapientia sana, sana fides, sanum arbitrium, mens libera morbo, vitam agerent dignam summorum participatu*; supponitur natura integra, & mali expers. Quomodo autem supponi potest natura & peccans, & damnata simul, & integra & sana, & morbo libera? Nimirum hæc est Pelagianorum contradictio potius quàm Prosperi. Sed quidquid sit, stat semper totum hoc esse inutile ad id probandum quod erat propositum.

Nam id quod additur ex responsione ad 8. cap. Gallorum, aduersariorum causæ potiùs nocet, vt sit hoc aliud illius argumentationis vitium, quod assumat ex quibus dissoluitur. Quid enim est quod dicit Prosper, *Neque hæc dona ita ex Deo esse opinemur, vt quia ipse naturæ nostræ auctor est, per conditionem iam hæc contulisse videatur?* ita nimirum opinabantur Pelagiani. Et cùm ita opinabantur, quis non videt excluisse potius quàm supposuisse internam gratiam superadditam naturæ?

Digitized by Google

Quòd Deus non aliter donat quàm quia naturæ Auctor est, hoccine censeri potest beneficium superadditum naturæ? & afferre ista ad probandum eos qui ita sentiebant admisisse internam gratiam qua natura iuuaretur, nonne hoc demum ludere est, ac Lectorem suum ludificare? Prosper autem quid opponit? *Dedit quidem*, inquit, *ab initio hanc homini facultatem; sed omnes eam in illo amisimus, in quo omnes peccauimus.* Dicere facultatem esse amissam retenta natura, hoc verò est fateri fuisse facultatem gratuitam, & à natura separabilem. Ac proinde cùm dicit Prosper conuenisse homini stanti, quòd Semipelagiani concedebant lapso; intelligit stanti conuenisse pergratiam, quòd lapso iacentique Semipelagiani conuenire putabant sine gratia, quod facit ad exaggerandum eorum errorem: vt ridiculum valde sit, velle hinc inferre Semipelagianos istos admisisse illam internam gratiam.

CAPVT II.

Secundum argumentum petitum ex doctrina Gennadij & Cassiani, proponitur & soluitur.

§. I.

Nou-Augustiniani propositi sui immemores.

PROBANT secundò Nou-Augustiniani Semipelagianos agnouisse necessitatem internæ gratiæ ex dictis Gennadij, & Cassiani, hos enim fuisse Semipelagianos & errore Massilienſium infectos certum esse, & pariter esse certum agnouisse illos huiusmodi necessitatem internæ gratiæ, vt fusè probant ex eorumdem scriptis. Lib. 8. de Hæresi Pelag. cap. 7.

Ad hoc argumentum respondeo in primis Nou-Augustinianos non sibi satis constare, eorũ quæ proposue- Ibid. cap. 6.

Digitized by Google

rant immemores. Vide quid dicant. *Et primò quidem quod supra monui, hic iterum observatum velim non omnes unum idemque sensisse Semipelagianos, unde nec omnium sensum nobis indagandum esse propositum, sed illorum dumtaxat quorum opinionem & dogmata Prosper, & Hilarius Augustino censenda, & refutanda prodiderunt.* Ecce proponunt sibi eorum tantùm Semipelagianorum sensum indagandum, quorum opinionem, ac dogmata Prosper, & Hilarius Augustino censenda & refutanda prodiderunt; voluntque ex scriptis Augustini tanquam ex certissima regula intelligi quid in ea doctrina tolerandum, quid damnandum sit. Ad quid ergo argumẽtari ex scriptis Gennadij, & Cassiani, de quibus nec Hilarius, nec Prosper in litteris illis, nec ipse Augustinus mentionem vllam fecere, sed nec facere potuere nisi vaticinando, cùm illi posterius scripserint?

§. II.

Non quæritur an Massilienses admiserint gratiam internam ad initium fidei, sed an negauerint, aut dixerint non esse necessariam.

SECVNDO videndum quid proferant ex Gennadio & Cassiano, testimonia inquiunt, quibus constat internam illos gratiam admisisse. Atqui hoc non sufficit, nisi ostendant etiam nulla esse testimonia quibus constet internam illos gratiam negauisse. Quid enim, inquies, dicendum igitur erit idem ipsos & admisisse & negauisse? Respondeo id te auctore dicendum esse. Cuius enim sunt ista verba. *Quam nouam sententiam*, (quòd scilicet aliis à Deo fides inspiretur per gratiam, aliis à natura ipsa præstetur,) *neque Cassianus fortasse semper tenuit, vt ex aliis libris vtcumque sublucet. Nam* VACILLASSE MASSILIENSES, ET SVBINDE MVTASSE SVAS OPINIONES, *quòd nihil inuenirent in quo errabundus animus conquiesceret, nonnullis locis Prosper & Hilarius profitentur.* Non

lib. 7. de Hæres. Pelag. cap. 3.

Digitized by Google

idem ſemper dixiſſe Semipelagianos, vacillaſſe, ſententiam mutaſſe, quid quæſo ſignificat? ſed hoc Proſper clariùs exprimit, non in litteris ad Auguſtinum, vt Baiani ſignificant, id enim inde non ita facile colligi poteſt, ſed in libro quem ſcripſit contra Collatorem. Vbi cùm Caſſiani definitionem illam tanquam *catholiciſſimam* laudaſſet, *non ſolum actuum, verùm etiam cogitationum bonarum principium à Deo eſſe inſpirante initia ſanctæ voluntatis*, quia vidit ſtare non poſſe cum diſtinctione illa quæ deinde inducitur, eorum qui Dei gratiam quærendo, petendo, pulſando præueniunt, & eorum qui non quærentes, ſed fugientes potiùs ac reſiſtentes præueniuntur; ſic loquitur. *Citò ergo hic diſputator præmiſſæ definitionis oblitus eſt, citò à ſententia ſua inſtabilitate & leuitate diſceſſit.* Et explicata contradictione illa. *Doctor Catholice cur profeſſionem tuam deſeris? cur ad fumoſam falſitatis caliginem relicta ſereniſſimæ veritatis luce deuolueris?* Et iterùm poſtea, *Vir grauis, Doctor ſapiens, verax magiſter, redde nobis Catholicam definitionem, qua inter initia diſputationis tuæ curas noſtras, mentémque cepiſti: pronuntiaueras fidem Chriſtianam voce Eccleſiaſtica, non ſolùm actuum, verùm etiam cogitationum bonarum ex Deo eſſe principia. Cur profeſſione mutata quod deſtruxiſti ædificas, quod turbaris impugnas? cur inuictiſſimæ veritatis arce deſerta gradatim ad præcipitia Pelagiana decurris?* Et demum repetita ex Caſſiano diſtinctione illa bonæ voluntatis, quam vel Deus plantauerit, vel noſtro conatu viderit emerſiſſe. *Iam hîc*, inquit, *à præmiſſa definitione diſceditur: & quod totum gratiæ datum fuerat, ex parte nunc libero arbitrio deputatur.*

Cap. 4. & 5.

Cap. 28.

Cap. 39.

Ex quibus clariſſimum eſt Semipelagianos in ipſo puncto de quo diſputamus, vel inaduertentia quadam, vel animi perplexitate, vel inconſtantia & leuitate pugnantia dixiſſe, niſi occultam ipſi rationem aliquam mente retinerent, qua eaquæ pugnare videbãtur conciliarent. Quid igitur faciunt, & quid cogitant, qui

Digitized by Google

vt probent Gennadium, vel Caſsianum non negaſſe internam gratiam, teſtimonia illam confitentium producunt? concedo, inquam, internam illos gratiam fuiſſe *aliquando* confeſſos, & addo, auctore D. Proſpero, illos in illa confeſsione *Catholiciſsimos, ſereniſsimæ veritatis lucem ſequutos, pronunciaſſe fidem Chriſtianam voce Eccleſiaſtica, & tenuiſſe arcem inuictiſsimæ veritatis*: errauiſſe autem, & in Semipelagianiſmum incidiſſe, dum ea quæ rectè confeſsi erant peruersè negauerunt. Et quemadmodum nihil obſtabat quominus canonizari poſſet eorum fides, ſi confeſsionem illam negatio ſubſequens non corrupiſſet; ita dico, nihil eſſe quod impediat, quominus nos omnes qui confitentibus gratiam actualem conſtanter aſſentimur, negantibus conſtanter reſiſtimus, cenſeamur S. Proſperi ſuffragio ſine contradictione vlla *Catholiciſsimæ*, & *ſereniſsimæ veritatis lucem ſequuti, pronunciantes fidem Catholicam Eccleſiaſtica voce, & defendentes arcem inuictiſsimæ veritatis*, vt fruſtra ſint qui nos hiſce Argumentis premendos putant.

Addo non ſolùm Semipelagianos, ſed ipſos quoque Pelagianos internam gratiam agnouiſſe, damnatos autem eſſe quòd eam requiri dicerent non ad operandum ſimpliciter, ſed tantùm ad faciliùs operandum; quaſi ſine illa poſſet benè viui, ſed difficilius. Hoc enim colligitur ex Auguſtino in Epiſt. ad Paulinum, & ex Carthaginenſi Concilio cap. 5. & Cæleſtini Epiſt. ad Epiſcopos Galliæ cap. 10. ac tandem ex Trid. ſeſſ. 6. can. 2. Conſiſtit igitur hæc controuerſia, non in neganda, vel [affir]manda interna gratia, ſed in neganda, vel affirman[da] neceſsitate. Et Baiani nehilum quidem profi[unt], dum probant Maſsilienſes quoque internam gratiam eſſe confeſſos, niſi probent tanquam omnino neceſſariam eſſe confeſſos. Quod & hoc loco vbi Gennadius & Caſsianus nobis obiiciuntur: & deinde quando Auguſtinus ipſe obiicietur, præ oculis habendum

est. Contendimus enim eos omnes si quando necessitatem huiusmodi agnouisse probentur, rectè sensisse, & errauisse tantùm dum eam negauerunt. Negasse autem certissimis testimoniis à nobis probari.

§. III.

Nou-Augustiniani doctrinam Gennadij reformant ad typos Caluinianæ.

SED expendamus tertiò quæ illi obiiciunt ex Gennadio. Obiiciunt enim caput 20. libri de Ecclesiasticis dogmatibus, qui tertio tomo Augustini annectitur, cùm tamen non Augustini sit, sed Gennadii Massilien-sis Presbyteri. Ergo quid dicit Gennadius cap illo 20. *Liberi*, inquit, *arbitrii sui commissus est homo statim in prima conditione, vt sola vigilantia mentis annitente, etiam in percepti custodia perseueraret, si vellet in eo quòd creatus fuerat permanere. Postquam verò seductione serpentis, per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter & vigorem arbitrii.* Et rectè hactenus, inquiunt Baiani, sed quod addit, *non tamen electionem*, supple, *perdidit, ne non esset suum quod emendaret; nec merito indulgeretur, quod non arbitrio diluisset*; nullum putant relinqui dubium, quin Semipelagiano sensu dictum sit. Est itaque sine vllo dubio apud hos censores Semipelagiana doctrina quæ docet, accepta diuinitus inspiratione, liberum arbitrium electionem habere, vt ei vel pareat, vel resistat. Ergo est Semipelagianum quod Caluinus reprehendit, *Deum ita mouere voluntatem per gratiam suam, vt nostræ deinde electionis sit obtemperare vel refragari.* Et quia hoc dicit, & verè dicit multis sæculis creditum, sequitur id quod Caluinus multis sæculis creditum putat, & quod ipse tanquam malè creditum reformare conatur, fuisse reuera Semipelagianum: & quia Caluinus id non putat alibi creditum quàm in Ecclesia, & ab Ecclesia Romana; sequitur id quod Ecclesia Romana multis sæculis &

loco cit. cap. 7.

1. Inst. c. 3.

Digitized by Google

reipsa, & iudicio Caluini credidit, esse Semipelagianum. Vide quàm sint ad gratificandum Caluino, Ecclesiæ autem Romanæ obloquendum propensi Nou-Augustiniani.

Saltem si constarent ipsi sibi, nec imitarentur illam quam in Massilienſibus notarant mutabilitatem. Quid enim est quod alibi dicunt, *improbatum esse in Caluino, & Ecclesiæ censura damnatum, quod negaret esse in homine boni & mali electionem*, & in eo contrarium esse Augustino Caluinum, & destruere sanctissimam illam S. Prosperi sententiam, qua dicit, *Liberum esse ijs, qui rationis iudicio vtuntur à gratia discedere, vt non discessisse sit præmium, & vt quod non potest nisi spiritu cooperante fieri, eorum meritis deputetur, quorum id potuit voluntate non fieri.* Ecce Gennadius errat dum dicit, suppositio gratiæ interiùs mouentis adiutorio, liberum arbitrium electionem habere, vt vel consentiat, vel dissentiat (illius enim verba nihil aliud ferunt) Caluinus errat dum dicit, suppositio gratiæ interius mouentis adiutorio, nostræ postea electionis esse illi consentire, vel refragari, (hoc enim Baiani recensent inter errores Caluini.) O Baiani inter duos illos errores oppositos quid medium relinquitur veritati? Gennadius errat dum dicit, electionem libero arbitrio ideo relictam, vt ipsi etiam tribueretur emendatio vitæ, indeque meritum haberet. Hoc enim tantùm significant illa verba, *ne non esset suum, &c.* Prosper Catholicè loquitur, & ex mente Augustini, dum talem boni, & mali electionem attribuit libero arbitrio *qua possit eius merito deputari, quòd non discedat à gratia.* O Baiani, inter errorem illum, & hanc veritatem, quid discriminis est?

Lib 8. de gratia Christi cap. 2.

2. de voc. gent.

lib. 8. de gr. Christi cap. 21.

Gennadius, inquiunt, censet liberum arbitrium habere illam electionem à se, Prosper verò habere à gratia. At, inquam, Gennadius negátne liberum arbitrium electionem illam ita habere à se, vt excludat cooperationem gratiæ præmouentis? Prosper asseritne ita esse illam

Digitized by Google

illam à gratia, vt excludat cooperationem arbitrii consentientis? proferte ipsorum verba quibus id quod vultis significent. Quare somnia vestra Patribus affingitis? cur eorum doctrinam peregrinis commentationibus fœdatis? liberum arbitrium non habet electionem boni sine cooperatione gratiæ, inquit, Gennadius. Gratia non dat electionem boni sine cooperatione liberi arbitrij, inquit Prosper, hoc quæso, quid aliud est, quàm in vtraque sententia duas assignare causas electionis boni gratiam nimirum, & liberum arbitrium, quod August. sæpè facit. Et Baiani inauditæ subtilitatis Doctores sententiam indiuisam atque indiuisibilem partiri volunt, & hoc orthodoxum asserere, illud erroneum, cùm sint idem.

§. IV.

Tridentino manifestè contradicunt.

NEQVE tantùm Prosperi doctrinam, sed & Tridentini sua illa interpretatione peruersa erroneam faciunt. Nam si Semipelagianum est quod Gennadio imputatur hominis liberum arbitrium non ita per peccatum esse læsum, quin retinuerit electionem quæ possit præuenienti gratiæ consentire vel dissentire: quid Tridentino fiet, ex cuius definitionibus tota illa propositio manifeste colligitur? Age enim, sume quod dicit cap. 5. sess. 6. *Hominem diuinæ gratiæ assentiri, & cooperari liberè*, itavt etiam *abiicere illam possit.* Et can. 4. ita cooperari præmouenti gratiæ, *vt possit dissentire si velit*, & can. 5. liberum arbitrium post Adæ peccatum, *non esse amissum, aut extinctum.* Nonne inde colligitur tota illa Gennadij propositio quæ dicitur habere sensum Semipelagianum? Nonne hoc est hominem non ita perdidisse liberum arbitrium, quin mãserit vis quædam eius, & facultas per quam Deo mouenti sic cooperetur vt possit non cooperari? Quid autem intelligit

Digitized by Google

aliud Gennadius per electionem, aut quid intelligere potest, si gratiam internam, & inspirationem prærequirit, vt Baiani volunt, quàm illam facultatem? Ergo Gennadij sententia eadem est, & Tridentini; sed illa Semipelagianum habet sensum. Ergo necesse est vt totum hoc repudiet qui sensum vitare vult Semipelagianum, hoc est vt Tridento Geneuam fugiat.

Et vt intelligas, Amice Lector, an sit præceps suspicio hæc, contemplare narrationem hanc. *Neque enim vnquam quæstio cum Massilienſibus fuit, vtrum posse credere, posse sperare, posse saluari à nuda illa interna arbitrii potestate, nullo Dei auxilio munita penderet: sed vtrum ipsa credendi voluntas, hoc est, ipsum velle, credere & perseuerare vsque in finem, non ita esset in hominis potestate, vt positis quibuscumque siue naturalibus, siue gratuitis Dei donis ad actus illos necessariis, pro sua naturali flexibilitate ac nutu posset credere, nec ab alieno beneplacito expectare, vt etiam, sicut loquuntur, ipsa credendi voluntas donaretur.* Nulla vnquam quæstio fuit cum Massilienſibus, vtrum posse credere penderet à nuda arbitrij voluntate nullo Dei auxilio munita, quia scilicet illi non ambigebant non pendere. Quæstio igitur erat tantùm vtrum ipsa credendi voluntas ita *non esset in hominis potestate*, vt liberum arbitrium *pro sua naturali flexibilitate positis quibuscumque siue naturalibus, siue supernaturalibus donis ad illam voluntatem necessariis*, posset illam elicere. Quia scilicet Massilienses putabant, liberum arbitrium hoc posse, contradicentibus Catholicis. Vide Lector, an non esset admodum absurda Massilienſium cogitatio, dum putabant *positis omnibus tum naturalibus, tum gratuitis*, hoc est supernaturalibus donis ad aliquem actum *necessariis*, illum actum elici posse à facultate hac ratione instructa. Et iterum vide an non esset iusta Catholicorum oppositio qui hoc negabant. Ecquid est, *quamuis supponantur omnia, tum naturalia, tum supernaturalia, quæ sunt ad aliquem actum necessaria, tamen illum elici non*

Lib 3. de Hæres Pelag.

Digitized by Google

posse? & desiderari aliquid aliud, hoc est aliquid aliud esse necessarium, quamuis etiam necessaria supposita sint. hæ nimirum sunt Nou-Augustinianorum illustrationes cæcitatem exprobrantium cæteris mortalibus. Quid verò præterea requiritur, vt censeatur Deus dare actū voluntati, quàm vt det voluntati, omnia etiam gratuita & supernaturalia quæ necessaria sunt, vt possit illum producere, & vt insuper cooperetur illi, & coëfficiat immediatè eundem actum? an debet dare mere passiuè se habenti? Quòd si cooperanti liberè; ecce cooperatur & voluntas Deo donanti, & Deus voluntati recipienti, quare igitur non dat Deus actum qui inde sequitur? quia nimirum non necessitat ad recipiendum. O Baiani, Caluinus hoc suggessit. At vbi vel ille vel vos ipsi legistis aliquando, non dari verè & propriè, nisi quod quis necessitatur recipere? Augustinus hoc docuit? vbi verò docuit Augustinus donum definere esse donum, si proponatur acceptandum optioni recipientis?

Sed hæc omitto, illud tantùm expendo quòd Massilienses errasse pronunciant dum dicerent, liberum arbitrium instructum donis omnibus etiam supernaturalibus ad credendum necessarijs, posse credere pro sua flexibilitate, hoc est pro sua indifferentia, seu pro innata facultate agendi, vel non agẽdi (hæc enim omnia eodem pertinent) Deo semper cooperante. Atqui Tridentinum idem dicit, dum dicit cooperari Deo præmouente cum potestate resistendi. Quid igitur restat nisi vt dicant, Tridentino propterea quòd Caluinismus conuenire non possit, imputandum Semipelagianismum?

§. V.

Damnant quòd Louanienſes olim abſoluerunt.

TVNC igitur, inquiunt, Gennadium excuſas? Ego verò non excuſo, nec probo, quod de illo dicitur, animi propenſionem habuiſſe nimiam erga defenſores Semipelagianiſmi, & ab eius impugnatoribus Auguſtino, & Proſpero auerſionem : Non probo, ſicubi negauit neceſsitatem gratiæ ſupernaturalis interiùs mouentis, & vt loquitur Proſper præoperantis. Sed cùm nihil tale colligi poſsit ex cap. illo 20. de dogmatibus Eccleſiaſticis, contendo minimè Semipelagianam eſſe doctrinam quæ inibi traditur, quin potiùs eſſe quàm maximè orthodoxam. Et addo concedendum id eſſe à Baianis ipſis, ſi velint conſequenter loqui. Cùm enim fateantur & Doctores Louanienſes cenſuiſſe quæ cenſenda videbantur in hoc libro: & Catholicum aliquem Doctorem antidotum etiam inſeruiſſe, cùm neque Louanienſes circa hoc caput quidquam monuerint: nec Catholicus ille Doctor adhibuerit antidotum: quid aliud colligi poteſt quàm ibi nullum eſſe veſtigium erroris, nullum veneni periculum? Quod etiam hinc confirmatur. Nam cùm iuxta Baianos eadem ſit ratio, & gratiæ victricis, & victricis concupiſcentiæ, ſi eſſet erroneum exiſtimare liberum arbitrium electionem habere qua gratiæ conſentiat vel diſſentiat, erroneum pariter eſſet liberum arbitrium electionem habere qua pareat concupiſcentiæ, vel ei reſiſtat, quod
Cap. 16. Gennadius aſſerit deinde his verbis. *Nullum credimus Dei voluntate perire, ſed permiſſu, pro electione arbitrii: ne ingenuitas poteſtatis ſemel hominibus attributa, ad ſeruilem cogatur neceſsitatem*, vbi etiam nec cenſura, nec antidotum vllum eſt.

Digitized by Google

§. VI.

Quid cauendum in interpretanda Gennadii ſententia.

SED obiiciunt etiam Baiani quod dicit Gennadius cap. 21. quòd Louanienſes monent cautè legendum, non quòd apertum errorem contineat, ſed quia patere poteſt interpretationi peruerſæ. Id quòd facilè intelligi poteſt ex illis verbis quibus vt Baiani loquuntur recapitulando ſummam ſenſuum ſuorum colligit; ſunt autem hæc. *Initium ergo ſalutis noſtræ Deo miſerante habemus; vt acquieſcamus ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ poteſtatis eſt*: *vt adipiſcamur quod acquieſcendo admonitioni cupimus; diuini eſt muneris.* Quibus verbis allatis addunt Baiani, *Ecce totum Semipelagianorum myſterium euidenter expreſſum, non eſt vbi lector hæreat vel vbi ſententiæ impietas poſsit abſcondi: acquieſcere ſalutiferæ inſpirationi, noſtræ vult eſſe poteſtatis, noſtræ voluntatis.* Rectiùs fortaſſe quis diceret, ecce merum Caluini commentarium, non eſt vbi damnata pridem hæreſis poſſit abſcondi. Quantum enim quæſo eſt inter iſta diſcrimen, *Deo mouenti per inſpirationem ſalutiferam voluntas poteſt conſentire vel diſſentire, & ſalutiferæ inſpirationi acquieſcere noſtræ poteſtatis eſt?* Quid autem eſt eſſe noſtræ poteſtatis, niſi, eſſe noſtræ libertatis, noſtræ voluntatis? & hæc eſt tota impietas ſententiæ Gennadij? Aude igitur, & dic quoque impiam eſſe Tridentini.

loco cit. cap 7.

De Eccleſ. dog. c. 11.

lib. 8. de hæreſ Pelag. cap. 7.

Quid igitur, inquit, cautè legendum monent Louanienſes? id verò, inquam, ex antidoto colligitur, quod te iudice Catholicus Doctor appoſuit. Antidotum illud quod eſt? *Sicut ergo initium ſalutis noſtræ Deo miſerante, & inſpirante habere nos credimus, ita arbitrium noſtræ naturæ ſequax eſſe diuinæ inſpirationis liberè confitemur. Igitur vt non labamur à bono vel naturæ, vel meriti, ſollicitudinis*

Digitized by Google

nostræ est, & cœlestis pariter adiutorii; vt labamur potestatis nostræ, & ignauiæ. Quod dicit Gennadius, *nos habere initium salutis nostræ Deo miserante*, sic intellige, vt illa Dei miseratio non cõsistat in mera doctrinæ propositione, & quæ inde sequi solet naturali rerum propositarum apprehensione: sed adde gratuitam, & supernaturalem inspirationem; & dic maioris explicationis gratia, *Deo miserante & inspirante*, & erit Catholica doctrina. Quod dicit Gennadius, *vt acquiescamus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est*, sic intellige, vt inspiratio non requiratur tantùm ad ostendendum bonum, quasi verò eo cognito non desit voluntati sufficiens virtus ad amplectendum, quemadmodum satis est habenti sufficientem, & expeditam virtutem motiuam ostendere thesaurum, vt ad illum capiendum per se ipse moueatur; sed intelligẽ voluntatem ita se mouere ad bonum diuinitus cognitum, vt à Deo quoque supernarutaliter moueatur: sitque ob eam causam in eo motu *sequax diuinæ inspirationis*. Catholicus es, & suspicionem effugisti loquutionis illius Massilienſium, qua inspirationem vocabant, *occasionem*. Denique dum in hoc toto salutis negotio tuum aliquid dicis, noli diuinum adiutorium excludere: nec tuum ita intelligo quemadmodum tuũ dicitur quòd peccas, in quo Dei nullæ sunt partes, sed tuæ totum ignauiæ deputatur: intellige igitur nostræ potestatis, nostræque sollicitudinis esse, *& cœlestis pariter adiutorii, & vt erigamur acquiescendo inspirationibus, & vt non labamur resistendo tentationibns*: hoc si feceris euasisti Massilienſium scopulos omnes, & in portum Catholicissimæ doctrinæ receptus es. Quid autem quæso est in Gennadij verbis illis quod interpretationem istam non ferat? & cùm hoc sit Catholici Doctoris antidotum, contra venenum deterioris interpretationis, Baiani quid intendunt? & quomodo non timent dum excedunt huiusmodi antidoti compositionem, ne in errorem transeant? quod enim Catholicum est, in me-

dio eſt: quod vltra citraque, occupat error. Dicant num ita velint dari à diuina gratia conſenſum voluntatis, vt non ſit etiam noſtræ poteſtatis, & noſtræ ſollicitudinis, nec ne? ſi volunt ita dari, repugnant antidoto Catholici Doctoris: ſi nolunt, ſuſpiciones ſuas emendent, & nihil erit hoc loco quòd in Gennadio reprehendant. Atque vt hæc explicarem vberius, ea me cauſa impulit, quòd certò ſciam in Concilio Tridentino ab iis Doctoribus qui Auctores fuere decreti, quod eſt in ſeſſione 6. dum definienda diſcuterent, authoritatem petiiſſe ab illo quoque Gennadii loco, vt Tridentinum tangat, quod hic illi obiicitur. Porro ex his omnibus colligo, quàm nullo operæ pretio Baiani quæſtionem hanc totam de Gennadij doctrina mouerint, vt probarent Maſſilienſes non negauiſſe gratiam internam.

Iam quid ſit dicendum ad ea quæ proferuntur ex Caſſiano, patet ex dictis, nempe illum gratiam internam, & ſupernaturalem admiſiſſe aliquando, non vt Semipelagianum, ſed vt catholiciſſimum: errauiſſe quãdo illam negauit, aut non eſſe neceſſariam vniuerſaliter dixit: & inculcandum iterùm non Caſsiano ſed Tridentino errorem affingi, quando arguitur quòd talem gratiam admiſerit cui voluntas pro ſua libertate acquieſcere, vel refragari poſsit: ſed iugulant ipſi ſe Nou-Auguſtiniani, dũ Caſsiani ſententiam ex illo Proſperi loco repræſentant, quo dicit Caſsianum aſſerere, *Inter boni & mali contrarias ſuaſiones, naturali iudicio, & propriæ diſcretioni hominis eſſe commiſſum, vt ei non plus à Deo præſidii, quàm à diabolo ſit periculi.* Quod Proſper deinde ſit impugnat. *Itáne libera eſt iſta libertas, vt quantum ex ſe habet faſtidii vt negligat gratiam Dei, tantum ex ſe habet delectationis, vt diligat?* vbi vides primò, in hoc errare Caſsianum, quòd parem aliquando eſſe cenſeat ſuaſionum Dei, & ſuaſionum Diaboli rationem: ſuaſiones autem diaboli naturales ſemper ſunt, & vi diſpoſitionum & cauſarum naturalium excitatæ. Vides

Digitized by Google

secundò, electionem boni naturali iudicio sic attribui, vt Deus plus non conferat virium ad bonum quàm diabolus ad malum? hoccine verò est agnoscere necessitatem internæ, ac supernaturalis gratiæ? vbi Deus supra causarum, & dispositionum omnium naturalium exigentiam illuminat intellectum & voluntatem mouet, non plus præsidii ad bonũ confert, quàm diabolus ad malum? & quid est quod Prosper infert, voluntatem tantùm habere delectationis, vt gratiam diligat *ex se*, quantum habet fastidii vt negligat? Posset hoc Prosper dicere si negaret Cassianus voluntatem habere vllam delectationem ad diligendam gratiam si non esset iam gratia præuenta? hæc non probant manifestè Cassianum vbi à Prospero arguitur excludere gratiam? Id verò ipse Prosper adeo manifestè significat, vt necesse sit Baianos erubescere qui hæc obiiciunt. Vide enim quid his
Cap. 31. subiungat. *Post hæc autem*, quæ nimirum ex Cassiano iam sunt allata, *cùm tantum homini tribuisset* Cassianus, *ante gratiam, quantum ei fuerat fructuosissimum habere per gratiam, addit quædam, &c.* Non vides ante gratiam libero arbitrio quæ recensita sunt attribui à Cassiano. Et quod ille ante gratiam fieri dicit, affirmare audes putare illum non fieri nisi post gratiam.

In eo autem quod Cassianus inspirationem vocauit *occasionem salutis*, dupliciter errare potuit. Primò, si nihil aliud intellexit per inspirationem, quàm suasionem aliquam internam quidem, sed ex naturali dispositione atque virtute sic excitatam à Deo, vt à dæmone similiter excitatur suasio interna ad malum; itaut sequatur ad exigentiam naturalium causarum, esto non nisi cõcurrente Deo, vt concurrit ad cæteros effectus. 2. Si ad hoc tantùm valere credidit inspirationem huiusmodi, vt per eam monstraretur bonum, quasi deinceps ipsa sibi voluntas sufficeret ad illud amplectendum si neutrum putauit, sed credidit, & inspirationem illam indebitam esse, & insuper voluntatem diuinitus iuuandã

tum

Digitized by Google

tum ad initium fidei, tum ad conſequentes inde ſalutares actus, nihil peccauit.

CAPVT III.

Tertium argumentum, petitum ex ijs quæ docuit Auguſtinus ante Epiſcopatum, reijcitur.

§. I.

Nou-Auguſtiniani antiquum Auguſtini errorem ibi quærunt vbi non eſt.

TERTIO argumentantur Nou-Auguſtiniani ex ipſius S. Auguſtini libris, non vt promiſerant ex iis in quibus Proſpero, & Hilario reſpondet, vbi Semipelagianorum ſententia certiùs exprimitur, ſed ex iis quos ſcripſit ante initum Epiſcopatum. Cùm enim ipſemet fateatur in lib. de Prædeſt. SS. cap. 3. & 4. ſe ante ſuſceptum Epiſcopatum in eodem errore fuiſſe, quem poſteà damnauit in Maſſilienſibus, conſequens eſſe putant, vt quidquid docuit in omnibus libris ante Epiſcopatum ſcriptis, quod quidem ad diuinam gratiam pertineret, id ipſum Maſſilienſes ſenſiſſe putandi ſint. Et quia in libro octoginta trium quæſtionum, in libris de libero arbitrio, in ſoliloquiis, in libris de vitâ beata, in libro de quantitate animæ, qui ſunt omnes ſcripti ante Epiſcopatum, aliqua dixit ex quibus conſtet gratiam illum internam admiſiſſe quæ initium fidei & omnem bonam voluntatem præcederet: conſequenter fatendum eſſe contendunt, Semipelagianos ſeu Maſſilienſes eandem gratiam admiſiſſe. Vnde ſequitur, proprium illorum errorem fuiſſe, non quòd gratiam internam negarent: ſed quòd negarent illam quæ credere, & orare homini datur à Deo, admiſſa videli- lib 8. de hæreſ. Pelag. cap. 8.

Digitized by Google

cet alia, *quæ ita dumtaxat Deus adiuuat, vt homo credere possit, & orare, si velit.* Expectabam vt dicerent, hunc fuisse proprium Massilienſium errorem, non quòd internam gratiam negauerint, ſed quòd admiſerint illam tantùm quam Concilium Tridentinum admittit, cùm admittit gratiam *cui homo posit dissentire si velit.*

Ad hoc argumentum reſpondeo primò. Cùm S. Auguſtinus exprimat quis fuerit ipſius olim error, & quibus in Opuſculis illum inſinuauerit, debuiſſe Nou-Auguſtinianos ex hac eius confeſsione, atque ex Opuſculis illis, huiuſmodi errorem oſtendere; ſed quia intellexerunt contrarium eius quod intendunt, inde potiùs colligi poſſe, ideò hac via quæ recta erat, & plana, relicta, diuerſam ingreſsi ſunt. Auguſtini verba ſunt in lib. de Prædeſt. SS. *Quo præcipuè teſtimonio*, Apoſtoli nimirum & Cypriani, *etiam ipſe conuictus ſum, cùm ſimiliter errarem, putans fidem qua in Deum credimus* NON ESSE DONVM DEI, *ſed à nobis eſſe in nobis* ... NEQVE ENIM FIDEM PVTABAM GRATIA PRÆVENIRI, *vt per illam nobis daretur quod poſceremus vtiliter, niſi quia credere non poſſemus ſi non procederet præconium veritatis: vt autem prædicato nobis Euangelio conſentiremus*; NOSTRVM ESSE PROPRIVM, ET NOBIS EX NOBIS ESSE ARBITRABAR. *Quem meum errorem nonnulla opuſcula mea ſatis indicant, ante Epiſcopatum ſcripta, in quibus eſt illud quod commemoraſtis in libris veſtris, vbi eſt expoſitio quarumdam propoſitionum ex Epiſtola ſcripta ad Romanos.* Rogo vos, Baiani, quare hoc ex loco non colligitis quis eſſet error, & Fratrum illorum Maſsilienſium, de quo ſcribunt Proſper, & Hilarius, & olim Auguſtini? quid dicitis? qui negat fidem qua in Deum credimus eſſe donum Dei, ille admittit neceſsitatem internæ gratiæ? Qui dicit fidem eſſe in in nobis *ex nobis ipſis*, ille fatetur eſſe in nobis ex interna gratia neceſſariò prærequiſita? Qui negat fidem *Dei gratia præueniri*, qui nihil aliud requirit *niſi præconium veritatis*, & prædicationem Euangelii, ille fatetur

Digitized by Google

prærequiri & internam, & ſupernaturalem gratiam; atqui hæc eiuſmodi ſunt vt pudorem iniicere confitentibus debeant. Sed quis eſt iſte argumentandi modus, Auguſtinus in nonnullis opuſculis ante Epiſcopatum ſcriptis indicauit illum errorem, ergo & in l bro de quãtitate animæ, & in libro de libero Arbitrio, & in Soliloquiis, & in lib. de vita beata, & in lib 33. quæſtionum? quis eſt iſte modus argumentandi in nonnullis, ergo in omnibus? quid, tunc igitur, inquiunt, vis Auguſtinum ante Epiſcopatum contraria dixiſſe? vos verò, inquam, putatis magnam iniuriam inferri, ſi quis dicat non fuiſſe in errore conſtantem, & quod proprium eſt eorum qui innocentiùs errant, ac ſine pertinacia, fluctuaſſe in ea quæſtione quam ipſe negat à ſe fuiſſe adhuc diſcuſſam & examinatam. Præſertim cùm ſe nec ſtabiliuiſſe dicat, nec propugnaſſe hunc errorem, ſed indicaſſe tantùm in illis opuſculis? neceſſe verò eſt, vt idipſum quoque Baiani fateantur, vt mox conſtabit, & veriſimam fuiſſe de diuina gratia ſententiam Auguſtini quibuſdam in opuſculis ante Epiſcopatum ſcriptis concedant.

Interea cùm dicat Auguſtinus ſe illum errorem indicaſſe in hoc opuſculo, quo continetur expoſitio quarumdam propoſitionum Epiſtolæ ad Romanos. Cur ibi non legunt quis ſit error ille? Quidni & in retractationum primo, vbi errorem hic indicatum emendat? Quidni & in lib. de Prædeſt. SS. vbi cenſuram ipſe ſuam repetit: cur fugiunt ab his locis ad librum de quantitate animæ, niſi quia hic ſtatim occurrit quo ipſorum opinio ſuffocetur. Vide enim quem errorem notet Auguſtinus his locis, *Ad hoc perduxi ratiocinationem vt dicerem, non ergo legit Deus opera cuiuſquam in præſcientia quæ ipſe daturus eſt; ſed fidem elegit in præſcientia, vt quem ſibi crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegerit cui Spiritum ſanctum daret, vt bona operando etiam æternam vitam conſequeretur.* Hæc Auguſtinus in Epiſtolam ad Romanos,

Retr. cap. 27. de prædeſt. Sanct. cap. 3.

Digitized by Google

quorum cenſuram ſubiungit: *Nondum diligentiùs quæſieram, nec adhuc inueneram qualis ſit electio gratiæ de qua dicit Apoſtolus, reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Quæ vtique non eſt gratia, ſi eam vlla merita præcedant, nec iam quod datur non ſecundùm gratiam, ſed ſecundùm debitum, reddatur potiùs meritis quàm donetur.* Vbi vides hoc improbari in illa expoſitione, quo excluditur electio gratiæ, hoc eſt electio gratioſa, & quæ nullum ſupponit electi meritum, nullumve actum meritorium tanquam motiuum eligentis, quo fiat vt gratia quæ datur, detur ſecundùm debitum; ideóque non ſit gratia. Supponebant enim antequam gratia daretur præcedere fidem; & hanc eſſe rationem cur vnus eligeretur ad gratiam, & non alius, quia vnus fidem habebat & non alius: & hoc erat *eligere fidem in præſcientia*, hoc eſt, eligere illum qui præſciebatur fidem habiturus à ſe ipſo, vt eius intuitu daretur illi gratia operibus quæ fidem conſequuntur exercendis neceſſaria. Vnde euidentiſſimè conſtat, poſtquam fides gratiæ præſupponebatur in errore illo, tanquam meritum præcedens, & quo fieret vt gratia non eſſet gratia; minimè creditum illam viciſſim fidem à gratia interna & indebita præcedi. Si enim præceſſiſſet gratia, eſſet fides veluti media inter duas gratias, vnam quam ſequeretur, & aliam quam præcederet, & ſic gratia eſſet gratia, nec doctrina illa cenſuram vllam, aut retractationem mereretur, eſt enim Catholiciſsima. Quod clariùs patet ex iis quæ ſubiungit Auguſtinus. *Proinde quod continuò dixi, dicit enim idem Apoſtolus, idem Deus qui operatur omnia in omnibus, nuſquam id dictum eſt qui credit omnia in omnibus. Ac deinde ſubiunxi, quòd ergo credimus noſtrum eſt, quod autem bonum operamur illius eſt, qui dat Spiritum ſanctum credentibus; profecto non dicerem, ſi iam ſcirem etiam ipſam fidem inter Dei munera reperiri, quæ dantur in eodem ſpiritu.* VTRVMQVE ERGO NOSTRVM EST PROPTER ARBITRIVM VOLVNTATIS, ET VTRVMQVE TAMEN DATVM EST PER SPIRITVM FIDEI.

Digitized by Google

Vides errorem, quòd Deus non operetur in nobis per ſuam gratiam fidem quâ credimus, quemadmodum operatur cætera quæ ſequuntur fidem, quòd Spiritus gratiæ detur iam credentibus vt benè operentur, cùm dari neceſſe ſit etiam non credentibus vt credere poſsint. Quòd credere noſtrum ſit; & non Dei, cùm potiùs dicendum ſit & noſtrum, & Dei eſſe; Dei quidem, quia eius gratia nos præuenit, noſtrum verò quia liberè conſentimus illi gratiæ? & cum his erroribus ſtare poterat perſuaſio neceſsitatis internæ ac ſupernaturalis gratiæ ad credendum? Pergit Auguſtinus, *Et quòd paulo poſt dixi, noſtrum eſt enim credere, & velle, illius autem dare credentibus & volentibus facultatem bene operandi per Spiritum ſanctum, &c. Verum eſt quidem, ſed eadem regula, & vtrumque ipſius eſt, quia ipſe præparat voluntatem, & vtrumque noſtrum quia non fit niſi volentibus nobis.* Vide quid deſideret Auguſtinus, nimirum, vt cùm dicitur, *noſtrum eſt ergo credere, & velle*, ſupponatur gratia *per quam voluntas præparetur.* Illa verò numquid ſupponebatur, ſi verum eſt ab Auguſtino dum ſic erraret non fuiſſe excluſam. Et deinde. *Itaque quòd paulo poſt dixi, ſicut enim in his quos elegit Deus, non opera, ſed fides inchoat meritum, vt per munus Dei bene operentur, ſic in his quos damnat, &c. veriſsimè dixi, ſed fidei meritum etiam ipſum eſſe donum Dei, nec putaui eſſe quærendum, nec dixi.* Nempe ſi hoc quæſiſſet ac dixiſſet, acta res erat: nec vllum reſtabat errandi periculum, quonam autem modo vel quæri, vel dici potuit, niſi quærendo, & dicendo prærequiri ad fidem internam & ſupernaturalem gratiam? ergo hoc vnum eſt quod nec quæſierat, nec dixerat. Pergit Auguſtinus emendare ſuam illam doctrinam. *Et alio loco, cuius enim miſeretur, inquam, facit eum bene operari: & quem obdurat relinquit eum vt malè operetur: ſed & illa miſericordia præcedentis merito fidei tribuitur; & iſta obduratio præcedenti iniquitati. Quod quidem verum eſt, ſed adhuc quærendum erat vtrum & meritum fidei miſericordiæ*

Digitized by Google

Dei præueniat: ideſt, vtrum iſta miſericordia tantummodo fiat in homine quia fidelis eſt, an etiam facta fuerit vt fidelis eſſet. Vbi vides iterum inculcari totum illius doctrinæ vitium ad hoc reduci, quòd negaretur vel non putaretur Dei miſericordia præuenire fidem, inſpirata videlicet ad credendum gratia: ſeu quod gratia non putaretur ad hoc dari, vt is cui datur eſſet fidelis, quo caſu debet fidem præcedēre; ſed quia fidelis ſupponitur ad hoc dari, vt deinceps bene ōperetur, quo caſu fidem ſequitur.

Concludit Auguſtinus: *Rectiſsimè itaque alio loco in eodem libro dixi, quoniam ſi non ex operibus, ſed miſericordia Dei & vocamur, vt credamus, & credentibus præſtatur vt bene operemur, non eſt gentibus inuidenda iſta miſericordia. Quamuis minus diligenter de illa quæ per Dei propoſitum ſit vocatione tractauerim.* Ecce, vides Auguſtinum non modo in diuerſis opuſculis ante Epiſcopatum ſcriptis, ſed in vno eodémque, & fere in vna eadémque pagina fluctuantem, ſuo iudicio de eadem re *rectè*, & *non rectè* loquutum. Vides 2. id quod à ſe rectiſſimè dictum putat, & conſequenter quo excluditur, & Pelagianorum, & Semipelagianorum error, hoc eſſe, *Quòd miſericordia Dei & vocamur vt credamus, & credentibus præſtatur vt bene operemur.* Ergo quòd non rectè dixerat, & in quo Maſsilienſibus præiuerat, hoc erat, quòd nimirum negaret tali Dei miſericordia vocari nos vt crederemus.

In hac tota tam clara, támque diſerta erroris, quo fuerat Auguſtinus olim occupatus, explicatione, & correctione, videat Lector an ſit vllum veſtigium ex quo intelligi poſsit non negaſſe Maſsilienſes internam gratiam: ſed errauiſſe tantùm quòd eam cognoſcerent qua ita dumtaxat Deus adiuuat, vt homo credere poſſit, & errare ſi velit. videat an non omnia potiùs contrarium ſignificent, nec aliud requiri perſuadeant ad purgandum Semipelagianiſmum, & rectiſsimam do-

Digitized by Google

&trinam profitendam, quàm vt fateamur ipſam quoque fidem, & primam credendi voluntatem ita Dei miſericordia præueniri per inſpirationem internæ gratiæ, vt quæ inde ſequitur credendi voluntas, & fides, *& Dei ſit* qui nos gratia ſua præuenit, *& noſtra* qui libero voluntatis arbitrio conſentimus: quidquid præterea ſentiendum ſit de vocatione ſecundùm propoſitum, quæ ad ſolos prædeſtinatos pertinet, ad quos tamen ſolos non pertinet fides, nec proinde gratia ad credendum neceſſaria, hinc verò magis magiſque ſemper elucet, Nou-Auguſtinianos tanto quantum prædicant cum D. Auguſtini commercio, minimè id egiſſe quod iactant, nimirum vt S. Doctoris ſenſa perciperent, & probarent, ſed adulterarent potius: & vt ſua ipſorum ſomnia, ſpecioſa tantæ authoritatis commendatione lectoribus imperitis faciliùs venditarent.

§. II.

Auguſtini Opuſcula hactenus approbata damnant.

RESPONDEO ſecundò, magnam Auguſtino iniuriam inferri à Nou-Auguſtinianis, dum ea quæ in aliis opuſculis ſcripſit proponunt tanquam continentia errorem Semipelagianorum; cùm enim conſtet recognita fuiſſe omnia ab Auguſtino ſub finem vitæ, & emaculata ad minimos vſque, & ferè imperceptibiles nævos, & pariter conſtet vitium hoc erroris Maſſilienſium, vel Semipelagianorum nulla ratione in illis notatum, quid aliud inferri poteſt, quàm perſeueraſſe in errore S. Auguſtinum, & non modò olim ante Epiſcopatum, ſed & ſenem quoque ac morti proximum fuiſſe Semipelagianum: hoc autem præterquàm quòd vt dixi, Auguſtino iniurioſum eſt, ridiculum etiam videri debet, putari nimirum Auguſtinum dum vires omnes, & totum ſuum zelum ſub finem vitæ, & Epiſ-

Digitized by Google

copatus intendit vt Massilienses cõfutet, & conuincat, eodem tamen ipsum cùm illis in errore versari. Et addo interrogando Baianos, vbinam pateat clariùs expressam ab Augustino erroris Massilienssium approbationem, in expositione Epistolæ ad Romanos, an in lib. 83. quæstionum, vel in lib. de quantitate animæ, &c. Si in illa expositione, quare non ex illa potiùs colligunt quis fuerit error ille? & quare confugiunt ad alia opuscula? si clariùs expressit in his opusculis, quomodo absoluent Augustinum, qui obscuram erroris approbationem reformare sategerit, claram verò apertámque reliquerit inemẽdatam: equidem illa sollicitudo quam ostendit S. Doctor in censendis omnibus quæ fauere poterant Semipelagianis, tum in prædicta expositione quarumdam propositorum ad Romanos, tum in soluendis Porphyrij quæstionibus, vnde etiam illi se iuuandos sperauerant: tum in libris de libero arbitrio, qui etiam illis obiiciebantur, euidentissimè monstrant, si quid in opusculis quæ Baiani citant excidisset, quod eundem saperet errorem, non fuisse omissurum Augustinum eorum retractationem, omisit tamen, vt constet ex ipsis retractationum libris. Ecquis ferat vt dici possit exsufflasse vel leuissimas festucas ex opusculis illis, & reliquisse trabes errorum: hoc tamen erit dicendum, si Baiani non falluntur.

Verbi gratia in lib. 33. quæstionum expressum esse ab Augustino Massilienssium errorem Baiani putant, & quidem quæst. 67. vbi dicitur *Ad illam cœnam quam Dominus dicit in Euangelio præparatam, nec omnes qui vocati sunt venire voluerunt, neque illi qui venerunt venire possent, nisi vocarentur, itaque nec illi debent sibi tribuere qui venerunt, quia vocati venerunt: nec illi qui noluerunt venire, debent alteri tribuere, sed sibi, quia, vt venirent vocati, erat in libera voluntate.* Hæc vltima potissimum verba *vt venirent vocati erat in libera voluntate,* Baiani putant exprimere Massilienssium errorem. Nam quòd Augustinus

De hæres. Pelag. lib. 8. cap. 3.

Digitized by Google

ſtinus internam etiam vocationem ſuppoſuerit, clarum eſt ex verbis ſequentibus cùm dicit. *Quoniam nec velle quiſquam poteſt, niſi admonitus & vocatus, ſine intrinſecus vbi nullus hominum videt, &c.* Admiſſa igitur interna vocatione cum Maſsilienſibus errat, eo quòd dicat *vt ita vocati veniant poſitum eſſe in libera voluntate.* Hæc eſt doctrina Baianorum.

Atqui Auguſtinus dum hunc locum recognoſcit, nec emendat quidquam, nec animaduertit, nec monet: Et vide tamen quàm ſit in aliis religioſus, in citando Ieremia, pro eo quod legimus, *priuſquam te formarem in vtero noui te*, dixerat Auguſtinus, *cùm eſſes in renibus patris tui vidi te*, hoc emendat, quamuis eadem omnino ſit vtrobique ſententia: & non debuerat potius hæreſim emendare quam impugnabat. Et quod dixerat *Deus non miſeretur qui ad pacem vocat, niſi voluntas præceſſerit ad pacem*, quia malæ interpretationi patebat, Auguſtinus de ſua mente lectorem voluit facere certiorem, dictum enim id eſſe, *poſt pœnitentiam*, vt ſenſus ſit, Deum non miſereri dando pacem peccatoribus, niſi præceſſerit pœnitentia. Nam quòd fuerit mentis ſuæ, nec ipſam etiam pœnitentiam, quæ eſt illa bona voluntas, eſſe poſſe niſi præceſſerit Dei miſericordia, Probat ex eo quod eſt in fine illius quæſtionis, vbi de vocatione quam dixerat meritum antecedere, ſic loquitur. *Hæc autem vocatio, quæ ſiue in ſingulis hominibus, ſiue in populis atque in ipſo genere humano per temporum oportunitates operatur, altæ & profundæ ordinationis eſt,* vnde conſtat Auguſtinum non tantùm non agnoſcere ſuum errorem, quin etiam exiſtimare ſe rectam habuiſſe ſententiam, plenámque de diuinæ gratiæ neceſſitate doctrinam: neque aliud requiri, quàm vt ſi cui dubium ſuboritur ex vno illius quæſtionis loco, vt cũ dicitur, *Deus non miſereri qui ad pacem vocat, niſi voluntas ad pacem præcedat*; ſoluatur ex alio, vbi clarè dicitur miſericordia Dei vocantis prævia eſſe illi voluntati.

imaginario illo errore, quo dicuntur vt venirent vocati, *habuisse in libera voluntate*, altissimum est silentium. Nimirum quia certissimum est huiusmodi sententiam non esse Augustino erroneam, sed Caluino; cum quo errant qui Augustinum in hoc erasse calumniantur.

Et mira fortasse videri possit tanta Baianorum fiducia in accusanda huius quæstionis doctrina: sed nimirum illi ea ratione rebus suis consulere voluerunt. Plurimum enim referebat suspectum reddi harum 83. quæstionum librum: atque illum ipsum locum quem illi erroneum dicunt, quòd contineat splendidissimam gratiæ sufficientis assertionem. Nam cùm dicat de iis qui vocati ad cœnam venire noluerunt, & qui consequenter non habuerunt gratiam efficacem vt venirent, *fuisse positum in libera ipsorum voluntate, vt vocati venirent*: manifestissimè sequitur habuisse igitur gratiam sufficientem vt venirent. Quomodo enim potest esse voluntas ad veniendum libera, si non est per gratiam liberata ab impotentia veniendi? & quomodo potest ab impotentia veniendi liberari, nisi collata per gratiam veniendi potentia? quæ potentia cùm tamen effectu careat, sequitur & esse ibi quod sufficit ad effectum, & effectum tamen non esse: hoc quia sensere Baiani, vt scilicet argumento importunissimo expedirent, Augustinum accusare maluerunt, ac dicere, fuisse illum dum hoc scriberet errore Massilienssium occupatum: sed, ô viri boni, quo erat occupatus errore, dum hæc recognoscebat, & approbabat?

Quòd dictum est de libro 83. quæstionum, idem ferè dici potest de libris de quantitate animæ, soliloquiorum, de vita Beata, de libero arbitrio. Nempe cùm Augustinus dum huiusmodi libros recognoscit in retractationibus, nihil à se commissum nihilue omissum significet, vnde Massilienses occasionem errandi sumere possint circa efficaciam gratiæ medicinalis internæ ad credendum necessariæ, signum est, quæ in

Digitized by Google

illis dicuntur nequaquam ab Augustino credita ex errore Massilienſium esse dicta. Atque hoc argumentum Aduersariis insuperabile est, quippe qui dum loquuntur de doctrina contenta in quæstione secunda ad Simplicianum, fundamentum hoc ponunt. Augustinus nihil ex illa quæstione retractauit: ac proinde quidquid in ea docuit de gratia Christi, verum esse confessus est 2. de gr. Sal. cap. 32.

§. III.

Consequenter damnant eorum approbatores atque adeò Ecclesiam ipsam.

TERTIO respondeo, iniuriam illam quæ Augustino infertur redundare in Ecclesiam ipsam, & in omnes Doctores qui Nouum Augustinum præcessere, qui cum opuscula omnia S. Doctoris ante Episcopatum scripta sine cautione vlla, sine vlla monitione, fidelium omnium oculis exposuerint, si putarunt sapere Semipelagianismum, quomodo excusare poterunt supinam in conseruanda fidei puritate negligentiam? Quid dicent obiicientibus propinatum sine antidoto venenũ? quis enim ad hunc vsque diem monuit errorem esse Massilienſium quòd in illa 68. quæst. iam citata scriptũ est? quis credidit sensu Semipelagiano scripta quæ in Soliloquiis, quæ in lib. de vita beata, quæ in libris de libero arbitrio sequuntur de vitibus voluntatis, vel de necessitate diuinæ gratiæ? Expectabatur videlicet Nouus Augustinus, qui suppleret defectus cæterorum omnium Doctorum, & Ecclesiæ totius prouidentiam emendaret, præberétque singulare hoc suæ erga S. Augustinum religionis specimen, vt quæ plurima sunt ante Episcopatum scripta illius opera, de Semipelagianissimo cuncta redderet suspecta.

Digitized by Google

§ IV.

Eadem damnatione inuolui etiam ea quæ scripsit Episcopus, & cum Pelagianis, & Semipelagianis disputans.

QVARTO respondeo, non posse damnari citatam ex opusculis illis doctrinam, quin æquè damnetur ea quæ tradita est in opusculis post Episcopatum scriptis etiam contra Pelagianos, quando iam nulla in mente Augustini restabant Semipelagianismi vestigia: ac proinde nihilo magis illa quàm hæc suspecta esse debere probatur. Et assumo errorem illum Massilienſium quem dicunt expressum in quęstione 68. ex 83. dicit Augustinus. *Itaque nec illi debent sibi tribuere qui venerunt ad cœnam, quia vocati venerunt, nec illi qui noluerunt venire debent alteri tribuere, sed sibi, quia vt venirent vocati erat in libera voluntate.* Augustinus, inquiunt, in illo error conſtitutus non excludit internam gratiam. In quo igitur errat? quia, inquiunt, non agnoscit illam quâ ipsum velle *nolentibus* tribuatur, *quod est proprium Christianæ gratiæ*, sed illam quæ ita iuuat, vt si homo cor suum ad volendum, & sequendum inclinauerit; velit, & credendo sequatur. Proprium est, inquiunt, Christianæ gratiæ dare ipsum velle *etiam nolentibus*, ne permittere vt homo *se inclinet si velit*, quod tamen Augustinus loco citato credidit cùm dixit hominem id *habere in libera potestate*.

lib. 8. de hæres. Pelag. cap. 8.

Sed Augustinus Episcopus erat cùm scripsit commentarium in Psalmos, vbi peccatorem his verbis alloquitur, *Benignitas ante te; iniquitas ante te, compara & elige.* Quid est benignitas ante te? non idem est ac tibi, & tuæ libertati exposita est? & homini nec libertatem habēti nec potestatem eligēdi diceret Augustinus, *compara & elige*? Non idipsum exprimunt illa verba, *dilexisti malitiam super benignitatem. Ante te erat benignitas,*

In Psal. 51.

Digitized by Google

illam diligeres. Non enim aliquid eras erogaturus, aut quod diligeres de longinqua nauigatione allaturus eras? Baiani quid dicitis? poterat ne clarius significare in manu illius, qui diligit iniquitatem, seu vt loquitur quæstione citata, *in libera voluntate* positum esse vt benignitatem diligat? & non meritò diceret ille amator iniquitatis *de longinquo* expectandum *amorem benignitatis*, si esset amor ille extra totam rerum sibi possibilium latitudinem positus? ergo quòd dixit Augustinus Presbyter de libera potestate non peccandi, vel ad cœnam eundi, eorum qui nolũt ire, hoc ipsum & Episcopus confirmauit.

Episcopus erat Augustinus, & iam cum Pelagianis pugnabat quando id approbauit, quod aliàs dixerat, *non tibi ad culpam imputatur quòd inuitus ignoras, sed quòd negligis quærere quod ignoras: neque illud quod vulnerata membra non colligis, sed quòd volentem sanare contemnis.* Quid vobis videtur, ô Baiani, rerũne impossibilium est negligentia? Negligentiæ illius qui nauim expectat tribuitis, quòd iunctis pedibus non transiliat Oceanum vno saltu? ergo qui peccat negligentia quærendi quod deberet quærere, *habet in libera potestate* quod omittit. Quemadmodum & ægrotus ille, cui quod non curetur imputatur, *habet in libera potestate*, vt vtatur copia prçsentis Medici volentis ac potentis curare, hoc autem quantum distat ab eo quòd est absentem à cœna *in libera potestate* habuisse, vt vocatus veniret? Lib. de nat. & grat. cap. 67.

Episcopus erat Augustinus cùm retractauit librum de duabus animabus, vbi disertissimè confirmat quod in eo libro dixerat, *non nisi voluntate peccari*, ab iis nimirum quibus propriæ vitæ peccata imputantur. Audi verò qualem intelligat voluntatem. *Quantum est quod valet voluntas sub dominante cupiditate, nisi fortè si pia est: quia in tantum liberata est, & intantum appellatur voluntas. Alioquin totius cupiditas, quàm voluntas appellanda est.* Ecce voluntatem tantùm vocat quæ libera, & liberata est, non verò quæ est sub dominante cupiditate. Er-

Digitized by Google

go cùm dicit volnntate peccari, voluntatem intelligit, & liberatam, & liberam, quantum satis est vt possit euadere dominium concupiscentiæ: ergo qui peccat peccato propriè dicto, quia nonnisi voluntate peccat, voluntate peccat ita libera, vt possit non obedire concupiscentiæ: ergo *habet in libera potestate* vt non peccet, qui est imaginarius ille Massilienſium error expressus in lib. 83 quæstionum.

Lib 1. Retr. cap. 9. Episcopus erat Augustinus cùm retractauit libros de libero arbit. negauitque se in illis causam egisse Pelagianorum. | Atqui negauit tamen in illis apertissimè peccandi necessitatem à cap. 20. quòd est admittere non peccandi potestatem. Non igitur egit Pelagianorum causam cum eandem potestatem admisit, suppo-

8 sita interna vocatione ac gratia in quæstione citata: nec proinde illi causam agunt Catholicorum qui huiusmodi doctrinam impugnant, sed quod sæpe dictum est, & sæpe dicendum venit, Caluinistarum.

Lib. 2. cap. 5. Episcopus erat Augustinus, cùm disputauit cum Felice Manichæo, de libero arbitrio, & ab eo rectè dictum protulit, *noluisse qui iustè à Deo puniuntur seruare Dei legem, non autem non potuisse*: Quod etiam repetit in Psal. 34. cùm dicit, iniquos non intelligere, vt bene viuant, *non quia non possunt, sed quia nolunt*, iuxta illud, *noluit intelligere vt bene ageret.* Hoc autem idem est ac putare eos qui peccant falsum dicere, si dicant se non posse facere quod præcipitur: ergo verum dicunt quicumque dicunt eos posse. Est igitur *in libera potestate peccantium vt non peccent*, ex Augustino Episcopo, & quia iuxtà ipsos etiam Baianos, nulla est talis potestas non peccandi sine gratia medicinali per Christum data, sequitur accepta etiam gratia medicinali esse in potestate peccantium vt non peccent, hoc est non venientium ad cœnam post inuitationem, vt veniant, ergo quoad hoc consentit Augustinus Episcopus Augustino Presbytero. Episcopus erat Augustinus, dum sæpiùs

Digitized by Google

etiam in libris contra Pelagianos ſcriptis inculcauit, eos qui malè agunt poſſe bene facere ſi vellent, vt cùm in libro de corrept. & gratia eos qui ſuum lapſum excuſant quòd non acceperint donum perſeuerantiæ, corripiendos hoc mòdo cenſet, *homo in eo quod audieras, & tenueras, in ea perſeuerares ſi velles.* Cap. 7. Quem enim ſenſum his verbis dare poſſunt, niſi hunc, poteras perſeuerare ſi velles, ſed cùm poſſes noluiſti. Quòd in Enchiridio clariſsimè exprimit dum dicit, *Coroſaitas ſaluos eſſe potuiſſe ſi vellent*, idem in libro de peccatorum meritis, & remiſsione; vbi quærentibus cur homines non ſint ſine peccato cùm eſſe poſſint adiuuante gratia, *veraciſsimè* Cap. 6. *reſponderi dicit, quia nolunt.* Nonne hoc ſemper idem eſt, ac fateri eos qui labuntur *habere in libera poteſtate* vt ſtent, & eos qui iacent *habere in libera poteſtate vt ſurgant?*

Epiſcopus erat Auguſtinus cùm habuit homiliam inter 50. 2. cuius etiam priorem partem aliqui Eradio attribuũt aſſumpto ab Auguſtino Coadiutori; & Epiſcopatus ſucceſſori, vbi peccatorem tentationi ſuccũbentem ſic alloquitur. *Cùm per Dei adiutorium* IN POTESTATE TVA SIT, VTRVM CONSENTIAS DIABOLO, *quare non magis Deo quàm ipſi obtemperare deſideras?* Et iterùm, *Rogo ergo vos fratres cariſsimi, quare ſatanas ſeducit ad peccandum*, CVM DEVS POSVERIT HOMINI IN POTESTATE NON CONSENTIRE SATHANÆ? *Eſt enim à dextris quodammodo præcipiens Deus, &c.* Conſentientem diabolo habere in poteſtate vt non conſentiat, an differt ab eo quòd eſt non euntem ad nuptias *habere in libera voluntate vt eat?*

Epiſcopus erat Auguſtinus cum ſcripſit opus imperfectum contra Iulianum, vbi dicit homines multa mala facere *à quibus liberum eſt abſtinere.* Eſt igitur in poteſtate ſic peccantium non peccare, habent igitur gratiam per quam poſsint quod non faciunt, hoc eſt per quam *libera illa poteſtas* conſtituatur, quæ tamen effectu caret.

Epiſcopus erat Auguſtinus dum in lib. de natura &

Digitized by Google

Cap. 64. gratia, dicit, *se toto corde suscipere illud Hieronymi quo dixerat, nos neque ad virtutem, neque ad vitia necessitate trahi.* Quomodo autem potest illud suscipi toto corde, nisi dicatur & ille qui ad virtutem trahitur, & ille qui ad vitium posse non sequi trahentem? Nam si non potest non sequi, nõne stat notissimum illud principium, *necessarium est*, ac proinde *necessitate fit*, quod non potest aliter fieri? iam si possit non sequi, nonne erit *in libera eius potestate* qui sectatur vitia, non sectari? & consequenter eius qui non it ad nuptias, eò ire?

Cap 31. Episcopus erat dum in libro de Spiritu & litera definit tum fidem qua Deo credimus, tum fidem qua credimus hominibus, ESSE IN NOSTRA POTESTATE. Esse enim illud in nostra potestate cuius perficiendi facultas ita subest libero voluntatis arbitrio, *vt si velimus faciamus, si nolimus non faciamus.* Et quia patiter si velimus credimus, si nolimus non credimus; sequi, & fidem esse in nostra potestate: vbi vides non supponi vnum oppositorum esse in potestate, nempe fidem, nisi sit etiam potestas ad alterum: seu, voluntatem non censeri habere in potestate vt credat, nisi simul etiam habeat in potestate vt non credat, hoc est, nisi habeat quam vocant Baiani *bicornem* libertatem. Et patet hoc manifestè ex ex eo quod dicit Augustinus de eo qui vincendo metum ab aliquo incussum, malum intentatum acceptat, vt malum aliud fugiat: solere enim eum qui cogit dicere illi, quod habes in potestate quare non facis? eodem autem modo & illi qui succumbit metui vincibili, iuxta Augustinum dici poterit, quod habes in potestate; hoc scilicet graue malum vitare, acceptato minori, quare non facis? vult igitur id dici esse in alicuius potestate, quod fit cum facultate illud omittendi, vel quod omittitur, cum potestate faciendi. Et hoc sensu ipsam quoque fidem Christianam qua Deo credimus, dicit esse in potestate: quod confirmatur ex eo quòd subiungit, dum significat eos qui coguntur ad aliquid faciendum, quod

quod non possunt facere, tanquam legitimam excusationem afferre, quando dicunt *facerem si esset in potestate*, quod significat omissionem non censeri esse in potestate, nisi adsit potestas faciendi quod omittitur. Et iterùm confirmatur ex eo quod addit, cùm potestas datur à Deo faciendi mala, *non imponi necessitatem*, vt intelligamus etiam tunc malum quod fit, ideo dici esse in potestate, quia est in potestate illud non facere. hoc sensu dicit Augustinus fidem esse in potestate nostra; *quoniam cùm vult quisque credit, & cùm credit volens credit.* Quod quo sensu sit dictum patet ex iis quæ dicit paulò antè, *vide nunc vtrum quisque credat si noluerit, vel non credat si voluerit?* Quæ interrogatio æquiualet huic affirmationi, *nemo credit nisi velit, & nemo non credit si velit*, eorum scilicet quibus omissio fidei imputatur. Ergo, ex mente Augustini, neque fides est in potestate, nisi sit potestas non credendi: neque ipsum non credere, nisi adsit potestas eliciendi fidem. Ergo in hoc libro in quo Augustinus profitetur se acritèr disputasse contra inimicos gratiæ Dei iam Episcopus, iam Antipelagianus; idem dixit quod dixerat Presbyter in illa quæst. 68. ex 83. Nec si Baiani contradicant, obtinere aliud vnquam poterunt à sapienti & cordato lectore, quàm se viginti duobus annis laborasse, vt Augustini sensum, aut dissimularent aut corrumperent.

Ibid. c. 31.

Ibid. c. 31.

2. Retr. c. 37.

Iam verò cùm dixisset Augustinus fidem qua Deo credimus modo iam explicato esse in potestate voluntatis, consequenter quærit, vnde sit illa voluntas quæ causa est cur credamus, an scilicet donum Dei sit: *an ex illo naturaliter insito libero adhibeatur arbitrio.* Et proponit rationem dubitandi, quia si non est donum Dei, sequitur hominem qui Deo credit gloriari posse in aliquo quod non acceperit. Et si est donum Dei, sequitur excusationem habere qui non credunt, cùm dicere possint se non accepisse credendi voluntatem. Item si voluntas illa nobis est à natura, quare non est in om-

Ibid. c. 35.

Digitized by Google

nibus, cum sit idem Deus omnium creator: sf dono Dei, etiam hoc quare non in omnibus, cùm omnes homines velit saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire? Et respondet, coniungenda esse illa duo, gratiam nimirum, & liberum arbitrium vnde sequatur fidem neque ita esse à natura, vt non sit etiam donum Dei. quandoquidem *vocante Deo surgit de libero arbitrio*: nec ita esse donum Dei vt eodem libero arbitrio acceptari, vel non acceptari non possit, quandoquidem Deus qui vult omnes homines saluos fieri, non tamen ita illos vocat vocatione illa quâ fidem donat, *vt eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male vtentes iustissimè iudicentur.* Inde igitur consequi, vt alij concepta credendi voluntate Dei voluntatem faciant; alii verò eidem voluntati repugnent nolẽdo credere cum possint? Et hi dicũtur in supplicijs *experturi Dei potestatẽ, propterea quod eius misericordiam in donis contempserint.* Dei nimirũ misericordia, illos respiciebat, offerebatque idẽ donũ quo alij potiti sunt. Sed cũ illa misericordia, & oblatio spectaret homnes liberi arbitrii, factum est vt alij donũ oblatum acceptarint eũ possent repudiare, alij repudiauerint cũ haberẽt potestatem acceptãdi. fore igitur qui non acceptauerint *reos ad damnationem sub potestate Dei, quod contempserint ad credendum misericordiam Dei*, Atque ita Augustinus hic etiam confirmat quod dictũ erat in citata quæstione, vna cùm vocatione & gratia ad credendum, esse simul non credendi facultatem. Quibus in hunc modum expositis concludit Augustinus, *Hæc disputatio si quæstioni illi soluendæ sufficit, sufficiat*; sed operæ pretjum erit hoc testimonium deinde fusiùs contra Baianorum obiecta vindicare.

Episcopus erat Augustinus cùm respondit ad quæ-
2. Retr. cap. 1. stiones Simpliciani Mediolanensis Episcopi, vbi in secunda quæstione putat se ita causam egisse diuinæ gratiæ cum libero arbitrio, vt gratia vicerit, & tamen ibi apertè significat Esau, & in eius persona reprobos alios

Digitized by Google

qui vocati ad fidem & iuſtificationem venire noluerũt, venire potuiſſe. *Noluit*, inquit, *Eſau & non concurrit, ſed & ſi voluiſſet, & cucurriſſet, Dei adiutorio peruenisſet, qui ei etiam velle, & currere vocando præſtaret niſi vocationẽ contempta reprobus fieret.* Rationem verò affert cur ita poſſit accidere. Nimirum quia quòd velimus, & curramus non eſt ſolius Dei, ſed etiam noſtrum: Dei enim eſſe quòd vocet, ſed noſtrum eſſe quòd ſequamur. Cui teſtimonio, quia peremptorium eſt, vim adimere omni conatu Baiani moliuntur. Sed fruſtra, vt patebit ad finem huius diſputationis, vbi etiam vindicabitur diſtinctio auxilij congrui, & incongrui, quam Auguſtinus hoc ipſo loco tradit, & ex qua pariter colligi poteſt, quod dicitur ineõgruum non eſſe inſufficiẽs, vnde ſequitur cum eo bene agere qui negligens eſt.

Denique Epiſcopus erat Auguſtinus dum ſcriberet duodecimum de Ciuit. Dei, vbi ſignificat æquales interdum habere vires, illum qui tentationi reſiſtit, cùm eo qui conſentit: ac proinde *in poteſtate* conſentientis eſſe non conſentire, ſicut dixerat in poteſtate non euntis ad cœnam fuiſſe vt iret. Quod teſtimonium vindicabitur etiam ad finem huius diſputationis à conatibus Nou-Auguſtinianorum; nituntur enim aciem illius obtundere, ſicuti & aliorum quibus iugulantur. Cap. 6.

§. V.

Auguſtinum in his poſtremis operibus approbare quæ dixerat in prioribus illis.

QVINTO reſpondeo, Auguſtinum iam Epiſcopum, & contra Pelagianos pugnantem exiſtimare ad conuincendum errorem, & Catholicam doctrinam de neceſſitate diuinæ gratiæ retinendam, ſufficere quæ dixerat in opuſculis illis quæ Nou-Auguſtiniani putant Semipelagianiſmo conſperſa. Ergo falsò id putant, neque enim ſufficere poſſunt quæ partem erroris reti-

Digitized by Google

nent, seu quæ inimicis gratiæ ex parte suffragantur. Quòd autem hoc putet Augustinus ex his locis conficitur.

Primò ex primo Retract. cap. 26. vbi dum quæst. citatam quæ est 68. ex 70. recognoscit, *hoc dictum est post pœnitentiam. Nam est misericordia Dei etiam ipsam præueniens voluntatem, quæ si non esset non præpararetur volũtas à Domino. Ad eam misericordiam pertinet & ipsa vocatio, quæ etiam fidem præuenit, de qua paulo post cùm agerem dixi: hæc autem vocatio quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atque in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur,* ALTÆ ET PROFVNDÆ *Domini ordinationis est.* Sufficit ad sepeliendum penitus totum errorem Pelagii, si agnoscamus gratiam medicinalem quæ ipsam quoque fidem præcedat. Et Augustinus fatetur se illam agnouisse in quæstione citata, cùm dicit, *ad misericordiam quæ pœnitentiam præuenit*, quæque proinde sine dubio medicinalis est, *pertinere vocationem quæ præuenit etiam fidem.* Et de illa vocatione ita medicinali, ita fidem præueniente, se loquutum quæstione citata, cùm dixit: *hæc autem vocatio, &c. altæ & profundæ ordinationis est.* Ergo fatetur se agnouisse quod sufficiat ad euacuandum funditus Pelagianismum.

Secundò idem probatur ex eodem libro Retr. cap. 23. vbi dum retractat propositiones illas in Epistolam ad Romanos quæ indigebant censura, sic loquitur, *legimus dicente Apostolo misericordiam consequutus sum vt fidelis essem. Non ait quia fidelis eram: fideli ergo datur quidẽ, sed data est etiam vt esset fidelis.* RECTISSIME ITAQVE ALIO LOCO IN EODEM LIBRO DIXI QVONIAM SI NON EX OPERIBVS SED MISERICORDIA DEI, ET VOCAMVR VT CREDAMVS, ET VOCANTIBVS PRÆSTATVR VT BENE OPEREMVR, NON EST GENTIBVS INVIDENDA MISERICORDIA. *Quamuis minus ibi diligenter de illa quæ per Dei propositum fit vocatione tractauerim.* Vocatio secundùm propositum, nihil facit ad intelligendam necessitatem, & proprietatem gra-

Digitized by Google

tiæ medicinalis, quæ necessaria est ad credendum, & bene viuendum; quippe cùm manifestum sit apud Augustinum vocationem illam secundùm propositum pertinere tantùm ad prædestinatos, gratia verò medicinalis quæ ad fidem, & rectè viuendum necessaria est, pertinet etiam ad reprobos, qui aliquando vocantur, & veram viuámque fidem concipiunt, & secundùm illam piè sanctéque aliquandiu viuunt, sed non perseuerant, hanc igitur gratiam quæ datur vt simus fideles, præscindendo à prædestinatione vel reprobatione, fatetur Augustinus se agnouisse, etiam in eo libro quo Massilienſibus nimium fauerat, seque de ea rectissimè locutum, vt aliud nihil desiderari potuerit quàm vt constans esset in ea sententia, nec alias quidquam diceret quod repugnaret.

Tertiò idem probatur in eodem libro, vbi dum recenset quæ dixerat in libris de libero arbitrio, sic loquitur. *In his, atque huiusmodi verbis meis, quia gratia Dei commemorata non est, putant Pelagiani vel putare possunt, suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant, voluntas quippe est qua peccatur, & rectè viuitur: quod his verbis egimus, &c.* Cap. 8. Vbi vides Augustinum non videri sibi se fauisse Pelagianis cùm dixit in libris de libero arbitrio, *voluntate peccari & voluntate rectè viui*, quia scilicet non excludebat gratiam ad rectè viuendum necessariam. Et deinde relatis alijs verbis libro tertio. *Ecce*, inquit, *quàm longè antequam Pelagiana hæresis extitisset sic disputauimus, velut iam contra illos disputaremus.* Nempe quia bonum vſum liberæ voluntatis diuinæ gratiæ tribuerat, & quidem gratiæ liberatrici. Quod apertiùs inculcatur in libro de natura & gratia. Vbi Augustinus obiicienti Pelagio quæ docuerat in libris de libero arbitrio, *sed vt non tantum illi, verùm etiam ijs qui eosdem libros meos quos iste legit de libero arbitrio non legerunt: atque illis non lectis nunc forsitan legunt de hac re sententia mea satis appareat; ex ipsis libris commemorare oportet, quòd si iste* Cap. 7.

Digitized by Google

sentiret, atque in suis libris poneret, NVLLA INTER NOS DE HAC RE CONTROVERSIA REMANERET, *continuo quippe post verba mea*, &c. Quæstio est de facultate quam habet liberum arbitrium ad non peccandum, quæ eadem est cum quæstione de gratia ad non peccandum necessaria, quæ omnino inuoluit quæstionem de gratia necessaria ad credendum, postquam non credere supposita sufficienti reuelatorum propositione peccatum est. De hac gratia se dixisse, ac sensisse dicit Augustinus in libro de libero arbitrio, quæ si dicere, ac sentire velit Pelagius, nihil sit de quo possit cum eo contendere: ergo ea dixit quæ sufficiant ad euitandum errorem Semipelagianorum.

Confirmatur ex ijs quæ subiungit eodem loco, postquam retulit verba illa ex cap. 19. lib. 3. *Non tibi ad culpam imputatur quòd inuitus ignoras sed quòd negligis quærere quod ignoras: neque quòd vulnerata membra non colligis, sed quia uolentem sanare contemnis.* Addit enim Augustinus, *Ita exhortatus sum quantum potui ad rectè viuendum*, ET GRATIAM DEI NON EVACVAVI, *sine qua natura humana iam tenebrata, atque vitiata illuminari non potest, & sanari.* Gratia sine qua natura obtenebrata illuminari & sanari non potest, sine dubio est medicinalis, & necessaria ad credendum, sine dubio etiam Massilienses illam euacuabant, quando dicebant fidem non esse donum Dei, sed nos habere illam ex nobis, & manifestum est ex allatis verbis Augustinum iam longæuum Episcopum, putare se non *euacuasse* huiusmodi gratiam in libris illis de libero arbitrio, qui fuerunt ante Episcopatum scripti: ergo fatendum est sensum Augustini tunc fuisse contrarium sensui Massilienssium, & Semipelagianorum.

Cap. 15. Quartò probatur ex eodem libro 1. Retr. vbi librum à se olim dum esset Presbyter contra Manichæos scriptum examinat, in quo aliquid erat quod forte Pelagiani sequius interpretari poterant, vt cùm dicit,

Digitized by Google

nullum esse sine voluntate peccatum: Et illud, *spiritalia diligere, & iustitia iubemur, & natura possumus*: quo videri poterat excludi gratiæ necessitas. Dicit Augustinus. *Sed contra Manichæos de natura quæstio versabatur, & utique id agit gratia vt sanata natura; quod vitiata non potest, possit per eum, qui venit quærere, & saluum facere quod perierat. Quam tamen gratiam* ETIAM TVNC RECOLENS *orani pro familiarissimis meis, qui mortifero illo adhuc tenebantur errore, & dixi, Deus magne, Deus omnipotens, Deus summæ bonitatis, quem inuiolabilem, atque incorruptibilem credi atque intelligi fas, Trina vnitas quam Catholica Ecclesia colit, supplex oro, expertus in me misericordiam tuam ne hominis cum quibus mihi à pueritia in hominum victu fuit summa consensio, in tuo cultu, à me dissentire permittas. Sic vtique orans in fide retinebam non solùm conuersos ad Deum gratia eius adiuuari vt proficiant, ac perficiantur, vbi adhuc dici potest pro merito conuersionis illorum istam dari gratiam* VERVM ETIAM VT CONVERTANTVR AD DEVM AD IPSAM DEI GRATIAM PERTINERE, *quandoquidem pro eis orani qui erant nimis auersi, atque vt ad illum conuerterentur orani.* Vix poterat Augustinus clariùs exprimere se tunc temporis quando ante Episcopatum cum Manichæis disputabat, plenam habuisse fidem de necessitate diuinæ gratiæ, qua scilicet excluderetur non solùm error Pelagianorum, sed etiam Semipelagianorum. Quænam enim, quæso, erat illa conuersio Manichæorum pro qua orabat, nisi conuersio ab errore ad fidem? nonne hoc apertè significat cùm orat *ne à se dissentiant*, atqui dicit se per illam orationem testatum esse fidem suam, qua credebat necessitatem diuinæ gratiæ: credebat igitur diuinam gratiam esse ad conuersionem ab errore ad fidem necessariam, hoc est credebat esse necessariam ad credendum. Quam autem gratiam? nempe illam quæ *vitiatam naturam sanat*, de illa enim se loqui profitetur, illam quæ datur *iis qui perierant ab eo qui venit eos quærere, & saluos facere*. Hæc nonne apertè signifi-

Digitized by Google

cant gratiam quam tantopere commendat, medicinalem, saluatricem, liberatricem, redemptricem? illam igitur Augustinus Presbyter putauit esse ad fidem necessariam: & vide an non disertissimè, & clarissimè reiiciat distinctionem qua Semipelagiani, & Massilienses vtebantur, dum dicebant, nos quidem indigere diuina gratia vt concepta fide bene deinceps operemur, non indigere verò vt fidem ipsam concipiamus. Augustinus è contrario, *sic vtique orans in fide retinebam non solùm conuersos ad Deum gratia eius adiuuari vt proficiant ac perficiantur*, quod Semipelagiani concedebant, *verùm etiam* quod illi negabant, *vt conuertantur ad Deum*, credendo, & Catholicis consentiendo, *ad ipsam Dei gratiam pertinere*. Quisquam ne dubitare potest, quin Augustinus dum hæc scribebat præ oculis habuerit errorem illorum qui dicebant initium fidei ex nobis esse, cætera verò quæ fidem consequuntur ex gratia?

Ex his ergo liquidò constat Augustinum putare in variis opusculis ante Episcopatum scriptis, se tradidisse rectam doctrinam de necessitate gratiæ, etiam ad credendum. Vnde sequitur eos qui assumunt, Semipelagianos credidisse quod credidit Augustinus ante Episcopatum, & quidquid scripsit in quibuslibet opusculis de diuinæ gratiæ necessitate, falsum assumere: ac proinde etiam ratiocinatio qua vtuntur, quòd quia ipse tunc varijs in opusculis agnouit internam gratiam voluntati credendi præuiam, sequatur non negasse illam Semipelagianos quibus tunc Augustinus consentiebat, aranearum tela est; cùm possit similiter inferri, ex eo quòd Augustinus Episcopus putet à se agnitam, & prædicatam quantum sufficit ad rectam fidem in quibusdam opusculis gratiæ necessitatem, Semipelagianos quibus tunc vt dicunt consentiebat, de diuina gratia dixisse ac sensisse quod sufficeret. Baiani quid ad hæc

§. VI.

Digitized by Google

§. VI.

In iisdem prioribus operibus S. Augustini contineri quæcumque Baiani desiderant ad veram diuinæ gratiæ Confessionem.

RESPONDEO sextò, id quod Nou-Augustiniani desiderant ad excludendum errorem Semipelagianorum, seu Massilienſium, & retinendam Christianæ gratiæ veritatem, expressum fuisse in opusculis illis vbi dicũt illum errasse cũ prædictis hæreticis. Probatur. Nã cũ explicant in quo Massilienses, seu Semipelagiani errauerint, posito quòd faterentur internam gratiam ad credendi volũtatem esse necessariam, distinguũt duplicem gratiam, actualem & internam, aliam vocant *potentialem*, *indifferentem*, *generalem*, *sufficientem*, cuius vsus in sua cuique voluntate relinquatur, hoc est, vt ea vti velle aut nolle, cum ea credere, vel non credere, operari, vel non operari, perseuerare, vel non perseuerare vniuscuiusque relinquatur arbitrio. Quòd ideo fit, quòd illa gratia non det homini velle vel agere; sed sit talis sine qua non possit velle vel agere, talemque dicunt fuisse gratiam Adamo & Angelis ante lapsum cõcessam. Iam verò putant necessariam esse gratiam quæ largitur ipsum velle, vel agere; gratiam non tantùm sine qua non possimus credere, sed qua fiat vt credamus; quæ det ipsam voluntatem credendi: quæ non solùm adiuuat potentiam, sed actum ipsum voluntatis & actionem, & similia quæ omnibus fere paginis apud Baianos occurrunt, sed potissimum de gra. Salu. Et ideo veluti proprio charactere expressam putant gratiæ medicinalis differentiam, tum ab Augustino, tum ab Arausicano Concilio, cùm dixere *gratiam facere vt Deus à nobis inuocetur: per infusionem, & inspirationem Spiritus sancti in nobis fieri vt credamus, vt velimus: per gratiam*

lib. 8. de hæres Pelag cap. 6.

lib. 1. & 2.

2. de gra. Saluat. cap. 13.

Digitized by Google

hominem ex nolente fieri volentem: Donari vt credamus, & hoc operari miro modo in cordibus nostris: auferre duritiem cordis, &c. Hinc est quòd cùm de gratia primi hominis loquuntur, vt eam distinguant à gratia hominis ægri, hoc est, vt distinguant gratiam sanitatis à gratia medicinali quæ morbum supponit, ita loquuntur. *Nos igitur hic asserimus tanquam sine dubitatione verissimum, iuxta doctrinam S. Augustini, & Ecclesiæ, omnia huiusmodi opera, adeóque, & ipsam fidem, & dilectionem Dei ab eo potuisse per arbitrii libertatem fieri, sic vt eam non donaret ei gratia Dei: quòd quamuis alicui paradoxum fortasse videatur, non poterit tamen non admittere, si Augustini, & Conciliorum doctrinam admittere velit.* Ergo iuxta doctrinam Augustini, & Conciliorum, illa erit secundi hominis gratia, illa medicinalis, illa vera Christi gratia, quæ dat ipsam fidem. Videamus iam quis fuerit Augustini sensus de gratia illa interna quam dicunt admisisse dum consentiret Semipelagianis.

lib. sing. de grat. primi hominis & Angelorum cap. 7.

Et primò citant librum 83. quæstionum, vbi quod dictum est ab Augustino *vt venirent vocati ad* cœnam qui venire noluerunt, *fuisse positum in libera eorum potestate*, dicunt esse doctrinam Semipelagianorum, cum qua tamen coniunctam fuisse confessionem internæ gratiæ, probant ex verbis sequentibus. *Quoniam nec velle quisquam potest nisi admonitus, & vocatus, sive intrinsecus vbi nullus hominum videt, sive extrinsecus per sermonem sonantem, aut per signa visibilia,* EFFICITVR VT IPSVM VELLE ETIAM DEVS OPERETVR IN NOBIS. Atqui, si talis est hæc gratia, non solum est interna gratia, sed est etiam medicinalis, quandoquidem *operatur in nobis ipsum velle*, quòd iterum repetit Augustinus dum dicit, *vocatio ergo ante meritum voluntatem operatur.* Et si non sufficit ad proprietatem gratiæ medicinalis vt quocumque modo voluntatem in nobis operetur, sed præterea requiritur, vt *miro quodam modo*, sicuti paulò ante referebamus, operetur, vide an non eò tendat quòd sub-

Quæst. 68.

Digitized by Google

iungit Augustinus. *Hæc autem vocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atque in ipso genere humano per temporũ oportunitates operatur* ALTÆ ET PROFVNDAE ORDINATIONIS EST. Iterum, *Nec* COMPREHENDI *potest nisi fortè ab eis qui diligunt Deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua.* Vocatio incomprehensibilis, alta, & profunda ordinatione decreta, ad operandum in cordibus hominum credendi voluntatem, quantum quæso distat ab ea quæ miro modo operatur in corde hominis? ergo expressit Augustinus quidquid requiri potest ad confessionem gratiæ medicinalis in hoc opusculo, vbi Nou-Augustiniani fuisse illum Semipelagianum calumniantur.

Secundò quòd dictum est ab Augustino in lib. de quantitate animæ. *Nos nec suscipere posse nec implere actionem*, qua reformatur anima *nisi eo ipso adiuuante cui creditur*, dictum volunt ex eadem Semipelagianorum sententia, internam quidem gratiam admittentium ad credendum necessariam, sed non talem qualem Augustinus postea confessus est, hoc est, medicinalem. Sed non vident primò medicinalem ipsos gratiam ea proprietate designare, quòd non sit tantum *adiutorium possibilitatis*, sed etiam *adiutorium actionis*, vel, *adiutorium volitionis & actionis*. At, quidicit nos non posse suscipere actionem *nisi à Deo adiuuante*, ille negat-ne adiutorium actionis? Secundò Augustinus censet illa sententia S Cypriani quæ dicit *in nullo gloriandum quando nostrum nihil est*, contineri rectam de diuina gratia doctrinam, seque illo testimonio adiutum vt errorem corrigeret Semipelagianorum. Quantum verò distat ab illa sententia hæc alia quam tradit idem Augustinus in hoc libro de quantitate animæ cùm dicit. *Neque quidquam nobis proprium vendicemus, inanis gloriæ cupiditate decepti, quo vno solo à summo in ima demergimur* Quis ergo dubitare potest, quin tale Augustinus auxilium agnoscat hic, quo excludatur idem error, fiatque vt ipsum cre-

Cap. 28.

De gra. Saluat. lib. 1. cap. 9.

De prædest SS. cap. 3.

Cap. 34.

Digitized by Google

dere non posit nobis vendicari tanquam proprium, sed tanquam donatum, & acceptum à Deo ? Tertiò vide an non Augustinus eodem libro non solùm facultatem ad credendum, quod faciebant Massilienses, sed actionem etiam ipsam, quod illi negabant, Deo tribuat quando concludit. *Est enim religio vera qua se vnit Deo anima, vnde se peccato velut abruperat reconciliatione religat. Innectit ergo animam Deus in illo actu tertio atque incipit ducere, in quarto purgat, reformat in quinto, introduci in sexto, pascit in septimo, atque hoc fit aliàs citiùs, aliàs tardiùs, vt quæque amore ac meritis valent,* OMNIA TAMEN DEVS IVSTISSIME, MODERATISSIME, *pulcherrimè facit, quoquomodo sese habere voluerint* DE QVIBVS FACIT. Quomodo hæc omnia Deus facit, nisi *faciendo vt ipsi faciamus* à principio ex quo Deus incipit ducere animam? atqui *facere vt faciamus*, & operari in nobis bonam operationem, proprium est, inquiunt, gratiæ medicinalis, & adiutorij *quo*, quod distinguunt ab adiutorio *sine quo*. Ergo discrimen illud attigit Augustinus, vbi ignorasse dicunt, & errauisse. Cap. 36.

Tertiò eodem modo reuincuntur loco quem producunt ex libro de vita beata in fine, vbi pariter volunt significatam esse gratiam Massilienſium, cùm dicitur, *Admonitio autem quædam quæ nobiscum agit vt Deum recordemur, vt eum quæramus, vt eum pulso omni fastidio sitiamus, de ipso ad nos fonte veritatis emanat.* Quid est, quæso, *nobiscum agit, vt eum quæramus, vt recordemur, vt sitiamus*? hoccine non est gratiam facere vt Deus à nobis inuocetur? non est facere vt credamus, vt velimus? non est facere vt de nolentibus volentes simus? non est facere vt resistentiam vincamus, & duritiam? ecquid aliud postulat Augustinus, & Arausicanum ad confessionem gratiæ medicinalis?

Quartò, sed mirabilius est quòd inter Semipelagianas orationes illam quoque recenseri volunt quam expressit Augustinus Soliloquiorum lib. primo. Equi-

Digitized by Google

dem non dubito quin pias animas quæ guſtum rerum diuinarum hoc potiſsimum libro fouere ſolent, iuſtiſsima commouerit indignatio, dum vident pſeudo-Auguſtinianos id in operibus Auguſtini calumniari, de quo nulla vſquam in tota Eccleſia Catholica ſuſpicio fuit. Ecquid, quæſo, Catholicum videri poterit in omnibus operibus Auguſtini, ſi Semipelagianorum eſt oratio quæ habetur in illo primo, aut etiam in ſecundo Soliloquiorum libro? & cùm ſoleat tum ipſe Auguſtinus, tum Pſeudo-Auguſtiniani, argumentum petere, ad intelligendam diuinæ gratiæ neceſſitatem ex oratione qua illam Eccleſia petit. Quid reperient in Confeſsionibus, aut in vllis alijs operibus poſt Epiſcopatum ſcriptis, quòd maiorem occaſionem det inferendæ huiuſmodi gratiæ, quàm id quod eſt in Soliloquijs? Quid enim, quæſo, volunt verba illa, *Exaudi, exaudi, exaudi me Deus more illo tuo paucis notiſsimo ..... Iube, quæſo, atque exaudi me Deus, impera quidquid vis, ſed ſana, & da aperi aures meas, quibus vocem tuam audiam, ſana, & aperi oculos meos quibus nutus tuos videam, expelle à me inſaniam, vt recognoſcam te ..... vnde ad te perueniatur ignoro, tu mihi ſuggere, tu oſtende, tu viaticum præbe, ſi fide te inueniunt qui ad te confugiunt, tu fidem da, ſi virtute, virtutem da, ſi ſcientia, ſcientiam da .... Ad te ambio, & quibus rebus ad te ambiatur à te rurſum peto. Tu enim ſi deſeris peritur hic: ſed non deſeris quia tu es ſummum bonum, quod nemo rectè quæſiuit, & minimè inuenit.* OMNIS AVTEM RECTE QVÆSIVIT QVEM TV RECTE QVÆRERE FECISTI, FAC ET ME PATIENTER QVÆRERE TE, *vindica me ab errore; quærenti te mihi, nihil pro te occurrat.* Adde quod eſt in cap. 6. li. 2. *Deus Pater noſter qui ut oremus hortaris,* QVI ET HOC QVOD ROGARIS PRÆSTAS. *Siquidem cùm te rogamus melius viuimus, melioreſque ſumus. Exaudi me palpitantẽ in tenebris, & mihi dextera porrige, prætende mihi lumen tuũ, reuoca me ab erroribus, vt te duce in me redeam, & in te.* Auguſtinus, inquiunt, in hoc libro, vtpote ante Epiſcopatum ſcripto non ex

Cap. 1. l. 2. cap. 6.

Lib. 1. de Hæreſ Pelag. cap. 8.

Digitized by Google

cedebat sensum Semipelagianorum,&quia *vt minimum* hisce verbis significat *ipsum conuerti, credere, & quærere Deum, non sine ipsius adiutorio fieri; neque ita tantùm, vt aures tantùm exteriori admonitione pulsentur, sed ita vt sine huiusmodi adiutorio non sit in hominis potestate credere*; sequitur Semipelagianos idem sensisse. Sed primò quid quæso desideratur in illa oratione ad attingendam Christianæ gratiæ Catholicam confessionem, & transiliendos Semipelagianorum limites. Non quælibet, inquiunt, gratia sufficit; confitenda est gratia quæ det ipsam fidem,ô viri boni, soluite impeditos errore oculos, & legite. Qui dicit, *fidem da*,non confitetur gratiam qua fides detur? Medicinalem quæritis gratiam, legite. Qui dicit, *sana, & aperi aures, sana, & aperi oculos*, non petit gratiam medicinalem? Gratiam vultis quæ non det solùm posse credere, aut quærere Deum, sed quæ nos quærere faciat. Legite. Qui dicit, *fac & me Pater quærere te*, non agnoscit gratiam quæ non solùm det posse quærere, sed etiam quærere faciat? Gratia quam postulatis debet facere vt Deus à nobis inuocetur, legite. Qui dicit Deo *qui hoc quod rogaris præstas*, non petit gratiam quæ faciat nos inuocare Deum? debet actionem adiuuare gratia, & non solùm possibilitatem, debet cordis duritiam auferre, debet esse id quo, & non solùm id sine quo, debet facere volentem ex nolente. Legite. Non prædicat illa omnia; qui dicit, *Vindica me ab errore, expelle insaniam, porrige manum in tenebris palpitanti, prætende lumen, reuoca ab erroribus, aperi surdas aures, &c.* Quid quæso est in Christiana gratia quod Augustinus hac ratione non confiteatur?

Nempe vnum desideratur, vt gratiam petat Augustinus quam non possit voluntas abiicere, cui non possit dissentire, seu quod idem est, & quod disertè fatentur, *qua vti, vel non vti: velle & nolle; consentire, aut non consentire si voluerit, quam deserere si velit, in qua permanere si velit: cum qua operari si velit, & non operari si nolit,*

Lib. 2. de grat. Sal. cap. 4. & 5. & 20.

Digitized by Google

non relinquatur in libero arbitrio: quæ *comparetur cauſæ formali* quantum ad effectum ſuum, ita vt non maior ſit in voluntate facultas, ad ſuſpendendum effectum gratiæ, à qua mouetur, quàm ſit in pariete ad impediendũ ſe ne ſit albus, dum habet inhærentẽ albedinem hoc vnũ deeſt illi confeſſioni gratiæ, quæ prędicta oratione continetur. Sed ſi propterea Semipelagiana putatur, Auguſtiniana omnia Semipelagiana cenſenda ſunt, quæ vſque ad finem vitæ incluſiuè de diuina gratia ſcripſit: nec illi ſi ætatem multiplicent, & non modò viginti, ſed centum etiam annos perdere velint in voluendis, ac reuoluendis Auguſtini monumentis vmquam apud illum talem gratiam inuenient. Caluinus quidem eam illis ſtatim conceſſerit, ſed non Auguſtinus.

Sed notanda ſunt Baianorum conſilia. Totum de auxiliis diuinæ gratiæ myſterium hoc vno verbo concluditur, vt nulla ſit in voluntate vel libero arbitrio poteſtas ad impediendum ne gratia quidquid poteſt facere faciat. Hoc verò quia nullo vſquam loco apud Auguſtinum legitur, vel iiſdem vel æquiualentibus verbis expreſſum, contendunt Baiani ſignificari his aliis loquendi modis quibus dicitur Deus per ſuam gratiam *dare nobis fidem, facere vt credamus, operari in cordibus noſtris, & actionem noſtram iuuare: non dare tantùm gratiam ſine qua, ſed etiam quã voluntas bonum ſequatur*, &c. Nos verò fortiter negamus hiſce omnibus loquutionibus ſignificari, non eſſe in poteſtate voluntatis impedire ne gratia Chriſti faciat quidquid facere poteſt. Et quæ ipſorum infœlicitas eſt, ipſi modò euidentem & demonſtratiuam rationem id negandi ſuppeditant, volunt enim ex vna parte Auguſtinum ante initum Epiſcopatum agnouiſſe tantùm gratiam cuius effectum impedire voluntas poſsit, ſi quæſtio ſit de gratia quæ fidem præcedit; & vt hoc probent ea loca producunt, quibus conſtat omnes notas, per quas deſignari putant

ſuam illam gratiam, cui voluntatem diſſentire impoſsibile eſt, conuenire gratiæ quam tũc Auguſtinus agnoſcebat, vnde ſequitur manifeſtè, ſigna illa eſſe æquiuoca, nec inferre neceſſariò gratiam quàm volunt, ſed illi etiam conuenire quam Semipelagianam eſſe cum Caluino calumniantur.

§ VII.

Pugnare ſecum Baianos, & veram gratiam quærere vbi eam reperiri negant.

SEPTIMO reſpondeo, ipſoſmet Nou-Auguſtinianos authoritatem petere ab opuſculis ante Epiſcopatum ſcriptis, ad adſtruendam veritatem diuinæ gratiæ: ergo non eſt verum Semipelagianos approbaſſe quidquid in illis de diuina gratia ſcriptum eſt ab Auguſtino, aut dicendum tenuiſſe illos veritatem diuinæ gratiæ, fuiſſeque in eo Catholicos. Probatur aſſumptum.

De gra. Sal. lib. 2. cap. 3 Nam primò amiſſam voluntatis indifferentiam, ita vt iam ampliùs bene velle non poſsit: nec ſeipſam flectere aut erigere cæcitate, & concupiſcentia, quibus obſtricta iacet, eam aſsiduè deorſum in creaturas deprimentibus, probant ex lib. 3. de libero arbitrio cùm dicitur: *Illa eſt peccati pœna iuſtiſsima, vt amittat vnuſquiſque quo bene vti noluit, &c.* Perſpicuum autem eſt, cap. 18. & illam bonæ voluntatis impoſsibilitatem inuoluere voluntatem credendi, quippe quæ maximè bona eſt: & libros de libero arbitrio ante Epiſcopatum fuiſſe ſcriptos. Ergo ante Epiſcopatum docuit Auguſtinus neceſsitatem Chriſtianæ ac medicinalis gratiæ ad voluntatem credendi neceſſariæ iuxta Nou-Auguſtinianos. Id quod adhuc fit manifeſtum ex eo quòd addunt, *ſin-*

De gra. Sal. lib. 2. c. 13. *cerum planúmque ſenſum plurimarum locutionum, & Sanctorum Auguſtini, Proſperi, &c. continere aſſertionem catholicæ veritatis & Pelagianorũ ac Maſsilienſium ſententias*

ingulare,

Digitized by Google

iugulare, & ſtatim producunt quod eſt in lib. 3. de libero arbitrio, vbi primus homo à ſecundo & lapſo diſtinguitur, quòd primus acceperit *voluntatem liberam*, & *ſufficientiſsimam bene viuendi poteſtatem*, quæ nimirum per peccatum amiſſa eſt. Ergo in tertio de libero arbitrio ante Epiſcopatum Auguſtinus, & catholicam veritatem aſſerit, & Maſſilienſium ſententiam iugulat. Quibus adde quòd iterum citant. Cap. 16.

Dum enim quæritur, vnde ſit neceſſitas victricis delectationis ad bene volendum, & bene operandũ, & cõſequenter ad volendum credere, iterum citant librum tertium Auguſtini de libero arbitrio cùm dicit. *Nam ſunt reuera omni peccanti animæ duo iſta pœnalia, ignorantia, & difficultas, &c.* Ergo ſupponunt ab Auguſtino nondum Epiſcopo cognitum eſſe quòd Semipelagiani nec ſcire nec credere vnquam voluerunt, amiſſam nimirum peccato primi hominis etiam bene volendi poteſtatem, ac proinde agnoſcendam eſſe gratiam quæ illam daret. Lib. 4. de gra. Sal. c. 9.

Secundò dum inueſtigant eſſentiam illius medicinalis Chriſti gratiæ, de qua tanta inter Scholaſticos eſt controuerſia, & probant ex Auguſtino eſſe ſuauitatem cœlitus immiſſam, ſeu quod idem eſt, cœleſtem quandam victricem delectationem hominibus inſpiratam; nihil habent quo id efficaciùs probent quàm quod tradit Auguſtinus in commentario Epiſtolæ ad Galatas. Et vide qua præfatione vtantur hunc locum allaturi. *Sed vnus eſt locus hac de re clariſsimus, & præclariſsimus, qui aureis meretur ſcribi characteribus, quo Auguſtini mentem pleniſsimè capiamus. Id quippe quod nos filo verborum ipſius perſpicuorum ducti, tanquam ab eo exiſtimatũ, & traditũ ratiocinando colligimus, manifeſtiſsima, & reſolutiſsima authoritate definit. Epiſt. igitur ad Galat. cõmentando explicãs,* &c. O Baiani, ecquãdo, quæſo, hunc cõmentarium ſcripſit Auguſtinus? non fatetur ipſe in primo Retract. ante initum Epiſcopatum ſcriptum eſſe, & quidem ſta- lib. 4. de gra. Sal. cap. 6.

Digitized by Google

Cap. 14. tim atque scripsit expositionem illam quarumdam propositionum Epistolæ ad Romanos ? Non est igitur iuxta vestram suppositionem, quâ vultis ex Semipelagianorum sententia scripta esse quæcumque scripsit nondum Episcopus, Semipelagiana illa quæ hic habetur diuinæ gratiæ confessio? Quid ergo vobis in mentem venit, vt in inquirenda medicinalis gratiæ proprietate ac veritate; de qua tanta inter Scholasticos, vt dicitis, est controuersia, & circa quam aberrant illi potissimùm qui Semipelagianis consentiunt, ea referre tanquam *clarissima*, tanquam *efficacissima* quæ dixit Augustinus adhuc Semipelagianus. Adeste, ô Massilienses, Semipelagiani omnes adeste, qui vos terra marique persequuntur victoriam concedunt. Quæ sentitis cum Augustino quondam vestro: vel quæ vobiscum vester quondam Augustinus sensit, eiusmodi sunt, vt ad intelligendam *victricis delectationis*, hoc est veræ propriæque Christi Saluatoris gratiæ, virtutem, & necessitatem, nihil vsquam tale reperiatur in reliquis eius operibus: *clarissima*, & *præclarissima* est illius, & vestra confessio, *manifestissima resolutissimaque auctoritas*. Sed quid dicit Augustinus? *Regnant ergo spiritales isti fructus in homine, in quo peccata non regnant. Regnant autem ista bona, si tantùm delectant vt teneant animum in tentationibus, ne in peccati consensionem ruat. Quod enim amplius nos delectat, secundùm id operemur necesse est. Vt verbi gratia occurrit speciosa forma fœminæ, & mouet ad delectationem fornicationis: sed si plus delectat pulchritudo illa intima, & sincera species castitatis, per gratiam quæ est in fide Christi, secundùm hanc vinimus, & secundùm hanc operamur, vt non regnante in nobis peecato ad obediendum desideriis eius, sed regnante iustitia per charitatem, cum magna delectatione faciamus quidquid in ea Deo placere conspicimus. Quod autem de castitate, & fornicatione dixi, hoc de cæteris intelligi volui.* Inter illos fructus numeratur ab Apostolo etiam fides, Ergo & in illa pugna quam experiuntur illi qui deterrentur

Digitized by Google

ab amplexanda fide, & concipienda credendi voluntate, debet adesse victrix delectatio ex Augustino adhuc Semipelagiano. Ergo ex Baianorum principiis nusquam Augustinus fuit magis Catholicus circa doctrinam de gratia medicinali ad fidem necessaria, quàm cùm erat Semipelagianus. Vide Lector quales sint irradiationes istorum Seraphinorum, qui cœlitus videlicet missi sunt ad purganda sordida Scholasticorum omnium labra.

Tertiò dum explicant quid faciat voluntatem velle, ac liberè velle, afferunt illud Augustini, ex libro contra Secundinum, quem etiam scripsit nondum Episcopus. Nam vt concludant esse delectationem illam victricem vel funditus excitatam per concupiscentiam, vel desuper infusam per gratiam; afferunt locum Augustini libro secundo contra Secundinum Manichæum, quo dicit idcirco voluntati consensum ad peccandum tribui, vel non tribui, *quia voluntas delectatione peccati mollitur,* Cap. 16. *aut destituitur, aliáque fortiore possidetur.* Augustini verba sunt *Quæro quid alliciat animæ consensionem? An irruat illi cassatim, & propterea consentire dicatur, quia eius aliqua delectatione mouetur ad fruendum? Quòd si ita est, non est consequens vt propterea malum dicatur, quia non rectè diligitur.* Voluntas credendi consensio quædam est, quæ dissensionem excludit, ad quam Dæmon sollicitat credere paratos. Erit igitur dicendum, ex ipsorum principijs, docere hic Augustinum, ideò consentire qui credit, quia *fortiore delectatione* mouetur ad consentiendum; & quia iuxta Baianos, eiusmodi delectationes De gra. Sal. sunt pondera quædam, quæ voluntatis æquilibrium, lib. 4. c. 10. hoc est indifferentiam tollunt, impositâ cadendi necessitate in eam partem in quam maior delectatio impellit; & ideò fuisse indifferentem primi hominis, & Angelorum voluntatem, quia carebat his ponderibus: consequenter Augustinus dum rationem, cur aliquis consentiat, aut non consentiat ad credendum ex for-

Digitized by Google

tiori delectatione petit; veram & propriam rationem tetigerit medicinalis gratiæ, quæ, vt dicunt, non sinit esse indifferentem voluntatem ad consentiendum, vel dissentiendum: neque hoc relinquit in libero arbitrio. Ergo nondum Episcopus, & adhuc, vt volunt, Semipelagianus, id confessus est quod vnum negare Semipelagianidicuntur,

lib. 7. de grat Salu. cap. 7.

Quartò, dum explicant in quo posita sit, seu quid sit *vera & propriè dicta libertas arbitrii*, in quo Pelagianos, & Semipelagianos errasse Nou-Augustiniani mordicus contendunt, in eo verò errasse, quòd sine indifferentia quadam, & potestate agendi, & non agendi stare non crederent, quam volunt fuisse causam cur tantopere abhorrerent propositum illud Dei discretiuum prædestinatorum à reprobis, quòd scilicet interimeret liberum arbitrium tam ad bonum, quàm ad malum.

lib 7 de hæres. Pelag. cap. 10.

Dum ergo hunc errorem Nou-Augustiniani corrigunt, & germanum libertatis arbitrij conceptum exprimunt, præcisum ab ea quam Pelagiani & Semipelagiani includebant indifferentia, citant librum de quantitate animæ, quem superiùs quoque citatum ab iis vidimus, vt ostenderent quæ fuerit Semipelagianorum doctrina, vtpote ante Augustini Episcopatum scriptum. Citant librum de vera religione similiter scriptum ante Episcopatum, librum de moribus Ecclesiæ, librum de sermone Domini in monte, libros de Libero arbitrio scriptos omnes ante Episcopatum, Nou-Augustiniani quomodo hæc conciliant, Augustinum in omnibus opusculis illis, & cum Semipelagianis erraſſe, & doctrinam tradidisse qua Semipelagianorum error corrigitur?

lib. 8. de gra. Salu. cap. 1.

Quintò, postquam dixerunt *spuriam* esse gratiam, quam Semipelagiani, & Pelagiani prædicarunt, vt deinde germanam explicent, nimirum illam quæ determinat, & prædeterminat Physicè voluntatem vt velit, & ardentiùs velit: ostendántque vnde hoc procedat,

Digitized by Google

citant iterùm Auguſtinum in Epiſtolam ad Galatas, itáque cenſent Auguſtinum ibi & habuiſſe, & approbaſſe conceptum illum gratiæ quem Semipelagiani non habebant: vnde vlteriùs fiet, vt quia nondum erat Epiſcopus, & conſequenter erat adhuc imbutus ſpeciebus Semipelagianorum, qui *ſpuriam* tantùm gratiam nouerant, approbauerit ſimul & ſpuriam, & germanam, ac legitimam Chriſti gratiam. Ibid. cap. 8

Sextò, erat hæc etiam præcipua quædam, & capitalis difficultas, quæ Semipelagianos tranſuerſos agebat, de modo conciliandi libertatem arbitrii cum diuina gratia. Semipelagiani enim nullum alium agnoſcebant, quàm quo integra remaneret ad agendum, & non agendum voluntatis indifferentia, vt iam dictum eſt: & Nou-Auguſtiniani contendunt modum illum non fuiſſe Auguſtino probatum. Ergo dum tradunt genuinam conciliationem gratiæ cum libero arbitrio ſecundùm mentem Auguſtini, quæ ſine dubio diuerſa erat à conciliatione Semipelagianorum, citant librum 83. quæſt. atque etiam librum de quantitate animæ, quem vtrumque iam dixerant ab Auguſtino cum Semipelagianis errante fuiſſe ſcriptum: & poſtquam ea verba retulere quæ videntur illis commoda ad id quod intendunt, concludunt: *Quapropter vt libertatem arbitrii ſaluam eſſe ſub gratia manifeſtet, & vtrumque ſibi inuicem conciliet, nihil prorſus aduerſus Pelagianos vnquam oſtendere conatur, niſi Deum non operari ſolùm, ſed vt voluntas diuinitus adiuta velit: & ita non prorſus nihil, ſed aliquid etiam ipſa ſimul agat.* Ecce genuinam conciliationem gratiæ cum libertate arbitrii Pelagianis & Semipelagianis incognitam, & ab indifferentia ad agendum, & non agẽdum independentem: & tamen ab Auguſtino traditam in lib. 83. quæſtionum, & de quantitate animæ, vbi tamen ille nihil ſupra Semipelagianos, de diuina gratia ſapiebat. Non ſunt Nou-Auguſtiniani mirabiles, qui quidquid volunt, & vbicumque volunt, apud Lib. 8. de grat Sal. cap. 5. cap. 6.

Digitized by Google

Augustinum inueniũt? Mirabiles certè, sed quod tamen in aberrantibus commendari solet, non satis memores; vnde fit vt in pugna secum ipsi comprehendantur, destruentes quod ædificant & quod destruunt ædificantes.

Atque hæc ideò paulò fusiùs exponenda fuere, vt constaret quot, & quantis vitijs laboret argumentum illud, seu potiùs coniectura qua colligunt Semipelagianos gratiam internam admisisse, propterea quòd Augustinus in quibusdam opusculis ante Episcopatum scriptis illam admiserit. Nempè his omnibus pensatis facere non poterunt quin nobiscum dicant, Augustinum ante Episcopatum nec quæsiisse, nec discussisse controuersiam illam de necessitate internæ gratiæ ad initium fidei, quod ipsemet fatetur in 1. Retract. cap. 23. & in lib. de Prædestinatione SS. cap. 3. *Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inueneram qualis sit electio gratiæ.* Et, *fidei meritum etiam ipsum esse donum Dei nec putaui, quærendum esse, nec dixi*: ac proinde nec quæsita nec examinata quæstionis illius veritate, & quòd inde consequens est, sententia nondum constituta, nihil mirum est si modo aliqua dixerit quæ vni parti fauerent, modo quæ fauerent alteri. Velle autem fuisse illum semper constantem in vna, & quidem in illa quæ deterior est, quod Nou-Augustiniani supponunt; nec honorificum est Augustino, & testimonijs iam allatis falsum esse conuincitur, ipsis etiam Nou-Augustinianis si negare pergant, sibi contradicentibus.

Digitized by Google

CAPVT IV.

Quartum argumentum, petitum ex odio Auguſtinianæ ac Medicinalis gratiæ, quo Maßilienſes laborabant, refutatur.

§. I.

Expoſitam ab Auguſtino fuiſſe gratiæ Medicinalis indifferentiam quantum ſatis erat, & Baianos de Maſſilienſium ingenio atque virtute nimium bene ſentire.

QVARTVM argumentum, ſeu potius coniectura, qua Nou-Auguſtiniani ſibi perſuadent Maſſilienſes non negaſſe internam gratiam ad voluntatem credendi neceſſariam, ex eo petitur, quòd nulla idonea cauſa proferri poſſit, cur illis eiuſmodi gratia diſpliceret, ex ſuppoſitione quòd eſſet indifferens, ſeu quòd voluntatem fineret eſſe ad conſentiendum vel diſſentiendum indifferentem. *Neque enim iſtorum mentem fuiſſe indicere bellum, vel gratiæ, vel Eccleſiæ; ſed ſalua omnibus modis vtriuſque pace, ingentes difficultates diſſipare voluiſſe quæ ex gratia Auguſtini primam credendi voluntatem dante, & homines ad inuicem diſcernente proficiſci videbantur.* Hæc illi. Et quia difficultates illæ nullæ sũt, ſi ſemel ponatur indifferẽs gratia; ſi ſequitur eos nequaquã illam negauiſſe, negauiſſe igitur tantũ illã quæ conſentiendi neceſſitatem infert, & quæ diſcretiua eſt electorum à reprobis, quòd hæc ſola patere videatur eorum querelis, & accuſationi bus, *fuiſſe illos ingenioſos, fuiſſe bonos, non fuiſſe ex profeſſo hoſtes gratiæ.* Ergo non fuiſſe cur gratiam repudiarent, quam pro eo quo valebant ingenio intelligebant carere ijs difficultatibus

De hæreſ. Pelag. lib. 8. cap. 5.

quæ in Augustini gratia occurrebant. *Merum ergo commentum videri ad proprias opiniones colorandas excogitatum, quo Massilienſibus illa impingitur abſurditas, & hebetudo, vt contra propriam ſcientiam, & conſcientiam, immania illa portenta ex illo adiutorio indifferenti omnibus præparato ſequi formidauerint; & tantis clamoribus quæſti fuerint.* Et esse incredibile quòd cùm eorum difficultatem Augustinus intelligeret, & quàm facili negotio dissolui possent videret, *ſanctiſsimus eruditiſsimúſque Doctor contra propriam vel ſcientiam, vel conſcientiam non curauerit, vel vno verbulo errantes emendare*, suggesta indifferenti gratia. Hæc illi oratoriè more suo amplificant, rationis, & veritatis defectum supplentes orationis copia. Et quia dixerat Molina potuisse iuuari Augustinum ijs cogitationibus quæ deinde Scholasticis occurrerunt ad reducendos Semipelagianos, fuisséque illas quoque vsui futuras, ad impediendos errores Lutheri & Caluini; nullus aptior locus visus est ad perorandum, & lectores concitandos, vt de Molina pœnas repeterent: tãquam illatæ Augustino, summis Pontificibus, & toti Ecclesiæ iniuriæ reo, *O nimis præcipitem*, inquiunt, *arrogantiæ vocem*! Sed poterant orationis tam prolixæ facere compendium, & cothurnum illum quem contra Molinam induerunt seruare grauioribus argumentis. Hæc est summa totius argumentationis; posito quòd agitaretur quæstio de interna tantum gratia, vel S. Augustinus explicuit illius indifferentiam, & voluntatis arbitrium, ad vtendum, vel non vtendum: vel non explicuit. Neutrum dici potest. Non enim primum, quia statim Massilienses, vtpote ingenioſi, & boni, acquieuissent; neque secundum, quia Augustinus prodidisset Ecclesiæ causam disputandam omisso eo ex quo pendebat certa victoria.

De Spir. & lit cap 34. De Prædest. SS. cap. 5.

Respondeo primò vtrumqũe posse dici, & quidem primum, quia cũ iam à principio disputationis cum hæresi Pelagiana in libro de Spiritu & litera vsque ad finem,

Digitized by Google

finem, & libro de Prædestinatione SS. Augustinus dixit *consentire, vel non consentire diuinæ gratiæ propriæ voluntatis esse*; item, *credere, vel non credere, esse in arbitrio voluntatis humanæ*; *& posse hominem non consentire diuinæ gratiæ si velit*; satis significauit quæstionem esse de gratia, qua vti, vel non vti positum sit in libera potestate voluntatis. Quòd si necessaria hinc esset sequela ad damnandos Massilienses stupiditatis, & hebetudinis; damnaremus illos Augustino præeunte, qui miratur id approbatum à Massilienſibus quod Pelagiani viderunt esse *falsissimum, atque absurdissimum*, & putat *incredibilem* esse eorum absurditatem, quando futura conditionatè puerorum merita sumunt pro absolutis. In quo si potuerunt illi absurdi atque hebetes videri Augustino, atque etiam Prospero, qui vocat illud *nouum absurditatis genus* quare non in alio? nimirum post Tertullianum, Origenem, Luciferum Calaritanum, possunt ipsi quoque Nou-Augustiniani inter exempla numerari, eorum quos & virtutis, ac sanctitatis professio & insignis eruditio non impediuere ne sententias amplecterentur absurdissimas, & manifestæ, atque Ecclesiasticæ veritati repugnantes. Suntque Nou-Augustiniani Massiliénsibus nimium propitii, dum eorum virtute, atque ingenio factum putant, vt prudenter errarent, essetque rationabilis eorum hæresis.

De præd. SS. cap. 12. & 13.

Ep. ad Aug.

Secundum etiam dici potest, Augustinum scilicet tametsi semper suppoſuerit, & sæpè significarit vsum vel non vsum diuinæ gratiæ pendere à libero arbitrio, potuisse tamen id vberius explicare; atque ostendere quomodo staret efficacia diuinæ gratiæ cum illa liberi arbitrii, ad cooperandum, vel non cooperandum facultate: neque posse tamen omissionem hanc illi ad vllam culpam imputari, quippe qui vberrimè præstiterit id quod pluris referebat. Intererat credi necessariam esse diuinam gratiam, esse liberum arbitrium, & quod inde necessariò consequitur, esse igitur concor-

Digitized by Google

diam inter efficaciam diuinæ gratiæ, & arbitrii libertatem. Augustinus hæc efficacissimè, fusissimè, copiosissimè probauit omnibus scripturæ locis, testimoniis etiam SS. Patrum, definitionibus Summorum Pontificum, & Conciliorum decretis: nec quidquam vsquam omisit, quod huic causæ stabiliendæ seruire posset. Constitutis semel hisce principiis, scire insuper qualis esset illa concordia, & in quo posita esset, non tam ad fidem spectabat quàm ad intelligentiam scientiámque rerum creditarum, quæ siue habeatur, siue non habeatur, nihilo minor est obligatio credendi quæ aliunde probata sunt esse diuinitus proposita, seu reuelata. Ac proinde quãuis Augustinus modum illum concordiæ non explicuerit, Massilienses tamen sufficientissimè conuicit, vt intelligerent debere se credere diuina fide, quod assequi ratione non poterant; & vel non esse absurda quæ illi ex Catholica doctrina inferebant, vel si erant absurda, non inde sequi nec bene inferri; satis esse quod probarentur diuinitus tradita, iis qui scripturarum sacrarũ authoritatem, & Ecclesiasticam traditionem reuerebantur. Hanc disputandi rationem SS. Patres seruare solent in præcipuis fidei Christianæ capitibus stabiliendis. Neque enim multùm laborant, vt ostendant quomodo fieri possit, vt tres personæ distinctæ vnicam, & indiuisibilem naturam sibi identificent, aut quomodo duæ naturæ distinctæ in vnam atque indiuisibilem personam coalescant. Satis illis est velle Deum vt hoc creditur: esse illi ius imperandi fidem rerum inexplicabilium; nec consequens esse, vt si nesciamus ipsi, nulla sit verissima, & aptissima ratio, quæ fieri possit id quod videtur nobis impossibile. Arcem igitur veritatis Augustinus contra Massilienses munierit, dum quam proponebat doctrinam, omnimoda authoritate confirmauit, etiamsi modum rei relinqueret non omnino explicatum, dummodo relinqueret omnino probatum. Quod si fuisset diuturnior cum Massiliensibus

Digitized by Google

concertatio, cœpit enim cum illis agere tantùm sub finem vitæ, & invnica illa responsione ad Prosperum, & Hilarium; non dubito quin etiam has vmbras difficultatum, quæ nascebantur ex modo concordiæ diuinæ gratiæ cum libero arbitrio, fusiori tractatione fuerit discussurus. & quamuis hæc solutio cumulatè satisfaciat.

§. II.

Massilienses diuinæ gratiæ necessitatem auersatos esse præscindendo ab eius efficacia.

RESPONDEO tamen secundò. Argumentum Nou-Augustinianorum esse, vt loquuntur de subiecto non supponente. Quando difficultates omnes quæ Massilienses terrebant, ortas putant non ex necessitate gratiæ præcisè, sed ex efficacitate, atque ex modo quo trahere voluntatem ad consensum in Augustini doctrina videbatur. Et quando id illi non satis obseruasse videntur in scriptis Augustini sexies, ac trigesies, vt dicunt, inspectis; monendi erunt, vt trigesima septima vice inspiciant, & occurret quod eorum oculos toties fugit. Prosperum etiam iterùm legant vt confirmentur.

Occurret nimirum primò quod S. Augustinus lib. 3 & 4. ad Bonifacium dixit, errorem quo Pelagiani diuinam gratiam oppugnarunt ortum esse *ex laude legis, & laude liberi arbitrij*: putabant enim opprobrium esse scriptæ legis, si non sufficeret externa eius propositio ad excitandam hominum voluntatem, putabant similiter opprobrium esse liberi arbitrii, si videretur ita corruptum extructúmque, vt non posset à seipso in bonum ferri: huc pertinet quod dicit in libro de gratia, & libero arbitrio, *Metuendum, ne diuina testimonia*, quæ & allata iam erant, & afferri poterant plurima in defensionẽ liberi arbitrii, *sic intelligantur, vt ad vitam piam, &*

Li. 3. cap. 8.

Lib. 4 cap. 2. & 6.

Digitized by Google

bonam conuersationem, cui merces æterna debetur adiutorio, & gratiæ Dei, locus non relinquatur, & audeat miser homo quando bene viuit, & bene operatur, vel potiùs bene viuere, & bene operari sibi videtur, in seipso, & non in Domino gloriari, & spem rectè viuendi in seipso ponere, vt sequatur eum maledictum Hieremiæ. Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachii sui: & explicans quid istud sit, firmare carnem brachij sui. *Brachium*, inquit, *pro potentia posuit operandi, in nomine autem carnis intelligenda est humana fragilitas, ac per hoc; firmat carnem brachii sui, qui potentiam fragilem atque inualidam, id est humanam sibi sufficere ab bene operandum putat: nec adiutorium sperat à Domino.* Et quia Semipelagiani ideò Semipelagiani erant, quia hoc dicebant de initio fidei, quod Pelagiani de toto iustificationis negotio, vt ipsi quoque sæpè aduersarij fatentur: quis dubitat quin eandem bene incipiendi, hoc est volendi credere facultatem, ad laudem similiter spectare putauerint liberi arbitrij? hoc vero intelligi potest ex Prospero, qui Collatorem quia dixerat Iobum habuisse virtutem resistendi tentationibus, cùm debuerit potiùs dicere illam accepisse, ita vrget, *Vnius verbi correctiò totam illam gloriam quam humanis viribus assignare voluisti, sobrietate aliqua temperasset, vt illa mirabilis in tanta afflictione patientia, & Dei adiutorio, & libero hominis adscriberetur arbitrio.* SED VERITVS ES NATVRÆ HVMANÆ MINVERE LAVDEM SI PI PROFITERERIS A DEO DATAM ESSE VIRTVTEM. Hinc illa *virtutis semina*, beneficio Creatoris *inserta*, & post peccatum etiam retenta, hinc illæ *reliquiæ integræ naturæ*, in natura vitiata relictæ; hinc illa *naturalis possibilitas*, & *naturalis facultas*, quam toties obtendunt apud Prosperum, & Hilarium, apud Augustinum his respondentem, per quam docent *peruenirì posse ad gratiam*, hinc id quod refert Hilarius *voluntate conditoris concessum naturæ vt possit exhibere fidem, & nullam esse ita deprauatam, vel extinctam, vt non debeat vel*

Con. Coll. cap. 31.

Idem con. Coll. def. 7.

Aug. de Præd. SS. cap. 5.

Con. Coll. def. 7.

De præd. SS. cap. 5.

Digitized by Google

posſit ſe velle ſeruari: ideóque non poſſe dici de fide, quid habes quod non accepiſti. Quæ omnia ſatis oſtendunt erraſſe Maſſilienſes quòd putarent iniurioſam eſſe naturæ vniuerſam illam gratiæ neceſsitatem, qua fieret vt ne minimum quidem initium bonæ voluntatis à ſeipſa poſſet exprimere, & ideò Auguſtinus toties illis ſuperbiam exprobrat, & quod vellent in ſe ipſis gloriari.

Iam verò per ſe ſatis patet, occupatos errore illo non potuiſſe ſanari, ſi prædicaretur indifferens gratia. Quid enim refert quòd ſit indifferens, vel quòd ſit neceſſariò determinans? vtrouis dato ſemper ſtat naturam ita eſſe perditam, ita facultate omni, ac poſsibilitate bene viuendi priuatam, vt niſi diuina gratia ſubleuetur nullum ne minimum quidem motum ad ſalutem poſsit habere, quæ eſt illa difficultas quam Maſsilienſes ſorbere non poterant.

Huic errori affinis erat alius quo putabant eſſe de ratione liberi arbitrij, vt poſſet aliquid ſolum, & deſtrui, non modò ſi iuuetur gratia neceſſariò determinante, ſed omnino ſi vt iuuetur indigeat, & hoc quoque reſiduum erat in doctrina Maſsilienſium ex doctrina Pelagianorum. Hos enim arbitratos libertatem deſtrui neceſsitate gratiæ in vniuerſum, & non ſolum talis gratiæ, conſtat primò ex eo quòd ſcribit Hieronymus in Epiſtola ad Cteſiphontem vbi Pelagij diſcipulum ita loquentem inducit. *Deſtruitur voluntas quæ alterius ope indiget:* & libro aduerſus Pelagianos, cùm conceſsiſſet Atticus, qui cauſam agebat orthodoxorum, egere nos Dei adiutorio in ſingulis rebus, v. g. vt ſcribamus, vt loquamur, vt curramus: inſtat Critobulus qui pro Pelagianis diſputat. *In quo igitur liberum habemus arbitrium, & Dei in nos gratia cuſtoditur ſi ne hoc quidem abſque Deo poſſumus facere?* Senſus eſt, quomodo ſtat gratia creationis per quam liberum arbitrium accepimus ſi ne illa quidem poſſumus ſine Dei adiutorio, quæ iam ſunt enumerata. Vbi vides ne naturalis quidem

Digitized by Google

concursus necessitatem velle illos admittere, vt seruati possit liberum arbitrium. Vnde addit postea, *quomodo in cæteris creaturis conditionis ordo seruatur; sic concessa semel liberi arbitrii potestate, nostræ voluntati omnia derelicta sunt.* Et iterum libro secundo *Quomodo seruas liberum arbitriũ, qui dicis hominem nihil posse nisi semper Deus adiuuerit?*

Idipsum patet ex Augustino in Epistola ad Sixtum, vbi de Pelagianis sic loquitur: *Quod enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adiutorio Dei hominẽ habere cõsenserint, non intelligunt non se firmare humanum arbitrium, sed impellere vt per inania feratur.* Et in Epist. ad Paulinum Pelagianorum sententiam hanc refert. *Non esse liberum arbitrium si Dei indiget auxilio, quoniam in propria voluntate habet quisque facere aliquid vel non facere.* Et idcò Valentinum & cum eo Monachos monet, *Ne sic defendant liberum arbitrium, vt ei bona opera sine Dei gratia tribuant*, quod scilicet Pelagiani faciebant, atque in eandem sententiam scripsit librum de gratia & libero arbitrio, vt tolleret errorem eorum qui putant si necessaria est gratia, non esse liberum arbitrium, vel si est liberum arbitrium, non esse necessariam gratiam.

Epist. 105.

Epist. 106.

Et constat Semipelagianos eodem nixos fuisse principio. Vnde Cassianus cùm neque gratiam negare vellet, neque liberum arbitrium, duos constituebat ordines, alium eorũ in quibus gratia operebatur sine libero arbitrio, aliũ eorum in quibus ita liberũ arbitrium regnabat sine gratia, vt constat ex sexta definitione Prosperi, qui huiusmodi sentẽtiam sic reiicit, *qua si ita vtrũque recipiendum sit, vt in aliis hominibus voluntas gratiam, in aliis gratia præueniat voluntatem, & non ita vt in omnibus voluntas gratiam subsequatur. Quoniam secundùm ipsos, si auferatur liberum arbitrium, cùm à gratia præuenitur, auferatur gratia cùm à libero arbitrio præuenitur.* Et verò clarissima sunt Cassiani verba quæ refert idem Prosper. *Nec enim Deus talem hominem fecisse credendus est, qui*

Con. Coll cap. 39.

Con. Coll. cap. 17.

Digitized by Google

nec velit vnquam nec posſit bonum, alioqui nec liberum ei permiſit arbitrium. De bono loquitur quod ad ſalutem pertinet, & de ſufficientia ad bonũ, quam liberũ arbitriũ vi creationis accepit. Et vide quomodo inferat non eſſe liberum arbitrium ſi vi creationis non habeat facultatem operandi bonum, ſed gratia inſuper indigeat.

Adde quod eſt in diſputatione de Deo trino, & vno Arnobij Catholici contra Serapionem tuentem partes hæreticorum, vbi cum negaſſet Arnobius, *liberum arbitrium effici poſſe ſine peccato, vel laudem adipiſci diuinam niſi Dei auxilio iuuaretur*; infert Serapion. ERGO NON EST LIBERVM ARBITRIVM. Ex quibus manifeſtè colligitur, putauiſſe Pelagianos & Maſſilienſes deſtrui libertatem arbitrij, non ſolùm gratiæ qualitate, ſi nimirum eſſet neceſſariò determinans eo modo quo volunt Nou-Auguſtiniani: ſed ipſa præcisè gratiæ neceſſitate, qualiſcumque tandem illa foret: & quod dicitur liberum arbitrium poſſe agere, vel non agere, ſic accepiſſe, vt intelligeretur *ſolum poſſe*, ac ſine adiutore, quaſi libertas arbitrij poſtularet non tantùm vt eſſet liberum à coactione, aut agendi neceſſitate, ſed etiam à languore, ab infirmitate, ab indigentia, & paupertate.

Ac proinde perſpicuum eſt falſum eſſe quod Baiani ſupponunt, potuiſſe Semipelagianorum querelas vno verbulo ſopiri, ſi diceret Auguſtinus quæſtionem eſſe de gratia indifferenti, quia ſiue illa diceretur indifferens, ſiue illo modo determinans, ſtabat ſemper fixus ipſorum cerebro clauus ille, liberum arbitrium non eſſe liberum, quando ſine adiutorio ne inchoare quidem poterat bonam vitam.

Hinc connexus erat Maſſilienſium tertius error, quo putabant hominem ex acceptis nihil mereri, ſed ex iis tantùm quæ per ſe ipſe præſtitiſſet, & erant hæ quoque Pelagianorum reliquiæ, vt conſtat ex S. Hieronymo apud quem ita loquitur Critobulus. *Si abſque Deo, & niſi per ſingula ille me iuuerit, nihil poſſum agere, nec pro*

bonis me iustè operibus coronabit, nec affliget pro malis, sed in utroque suum vel recipiet, vel damnabit auxilium: Et deinde, *Mihi autem nullus auferre poterit liberi arbitrii potestatem, nec si in operibus meis Deus adiutor extiterit, non mihi debeatur merces, sed ei qui in me operatus est.* Idem clarissime testatur Prosper contra Collatorem vbi definitionem hanc refert Semipelagianorum. *Miratur Dominus atque collaudat, cunctisque illis qui ex Israëlis populo crediderant præfert, dicens: Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Israël. Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo Dominus quod ipse donauerat, prætulisset.* Subiicit Prosper. *Impius sensus, qui putet beatiorem esse hominem cui Deus nihil dederit, quàm cui vniuersa contulerit.* Et paulò ante eorumdem sententiam sic explicat, & impugnat. *An dicendum est omnes virtutes quidem inter Dei dona numerandas, sed in illis hominem quas de proprio habuerit esse laudabilem, & ibi esse merita vbi Dei dona non fuerint?* & post, *Sic autem putasti de testimonio laudatæ fidei præiudicium donis gratiæ posse generari, quasi fides vbi ostenderetur laudata, non doceretur esse donata.* Et iterum. *Nullo igitur modo Christiana corda suscipiunt quod persuadere conatus es, eos qui gratia Dei sunt, id quod sunt, nec laudem vllam habere nec meritum.* His verò Catholicam doctrinam opponit. *Nec merito ac laude priuantur, qui vnde æterna bona mereantur accipiunt, tantóque beatiores fiunt, quanto pauciora habuerint quæ ipsorum sunt, & quanto plura quæ Dei sunt.* Vides in illa doctrina meritum negari, vbi iuuamur, & hæc duo veluti contraria inuicem opponi, meritoriam esse virtutem & esse donatam. Ergo cùm gratia quantumuis sit indifferens, adiuuet tamen liberum arbitrium, & adiuuet eleuando illius facultatem, & complendo, vt adiuta possit quod per se præstare nequit: & cùm negari non possit, quin id quod ex tali gratia sequitur, & vocetur, & sit Dei donum, etiam apud Augustinum, vt constat ex locis antea productis, in quibus indifferentem tantam gratiam consentientibus aduersarijs

Cap. 39.

Cap. 38.

Cap. 38.

Digitized by Google

aduerſariis admittebat : ſequitur Maſſilienſes non potuiſſe conciliari, quamuis diceretur gratia, quæ ab illis exigebatur, relinquere in voluntate indifferentiam agendi, quia ſemper reſtabat quod illi nolebant concedere, donatam eſſe virtutem quæ meritoria eſt.

Huc pertinet erronea illa, quam habebant, fatalis neceſsitatis imaginatio. Neque enim fatum in eo tantùm ponebant quòd diuina conſtitutio ligaret hominum voluntates, tolleréteque indifferentiam volendi aut non volendi, ſed in eo etiam quòd diuina beneficia diſtribuerentur, quaſi cæco modo, & non habita ratione præcedentium meritorum, præſertim ſi diſtribuerentur inæqualiter. Patet hoc ex S. Auguſtino de dono perſeu. cùm dicit. *Defenditur autem ſine meritis* cap. 12. *Dei gratia, ideſt vera gratia, etiamſi paruuli baptizati, ſicut Pelagiani ſentiunt, non eruantur de poteſtate tenebrarum, quia nulli peccato, ſicut putant, tenentur obnoxii, ſed tantùm in Regnum Domini transferuntur. Etiam ſic enim ſine vllis bonis meritis datur eis Regnum quibus datur, & ſine vllis malis meritis non datur eis quibus non datur. Quod aduerſus eoſdem Pelagianos dicere ſolemus, quando nobis obiiciunt,* QVOD FATO TRIBVAMVS DEI GRATIAM, DICENDO EAM NON SECVNDVM MERITA NOSTRA DARI. *Ipſi enim potius Dei gratiam fato in paruulis tribuunt, qui dicunt* FATVM ESSE VBI MERITVM NON ES. Vides vt Pelagianis fatum erat gratiam dari, & non ſecundùm merita recipientium : & vt Auguſtinus hoc etiam ad paruulos trahebat, quorum voluntas, quia nulla eſt, conſequenter neque ligari huiuſmodi fato, neque ſolui poterat. Idem apertiſsimè ponitur in libro 2. ad Bonifacium, vbi cap. 5. Auguſtinus, *nec ſub nomine gratiæ fatum aſſerimus quia nullis hominum meritis gratiam dicimus concedi.* Item, *verùm hic ſe iſti ſatis aperiunt, cùm enim propterea nobis calumniantur dicentes nos* FATVM GRATIÆ NOMINE ASSERERE, QVIA NON SECVNDVM MERITA NOSTRA DICIMVS DARI DEI GRATIAM, *procul dubio confitentur, quia ipſi eam*

Digitized by Google

secundùm merita nostra dari dicunt. Iterùm, *Itáne verò filii superbiæ, inimici gratiæ Dei. O noui Hæretici Pelagiani, quisquis dicet gratia Dei omnia hominis bona merita præueniri, nec gratiam Dei meritis dari, ne non sit gratia si non gratis datur, sed debita merentibus redditur;* FATVM VOBIS VIDEBITVR ASSERERE? Et demum, *hic respondebit hanc ipsam beneuolentiam Dei, qua non merita sequitur; sed bona indebita gratuita bonitate largitur,* FATVM POTIVS ESSE DICENDVM. Vides istorum hominum deliria, quibus sub nomine gratiæ videbatur induci fatum, si ea *non esset debita præcedenti merito,* neque hoc postulabant, vt talis esset, qua vti vel non vti liceret hominum arbitrio, sed omnino *vt esset debita,* nec daretur *sine præuia causa meritorum.* Quid igitur iuuisset ad disipandam apprehensionem illam, si Augustinus inculcaret indifferentem esse gratiam, & qua liberum esset vti vel non vti? Numquid erat semper gratia indebita, & quam nulla merita præcederent? hoc autem illis fatum erat.

Huc etiam spectat quod illi potissimum abhorrebant ab inæqualitate vel disparitate gratiarum, nec sorbere poterant, quòd Deus alios alijs præferret, existente ipsorum causa pari. Putabat enim inde sequi fato fieri, vt hominum alii miseri essent, alij felices. Quæ vmbra non purgatur per indifferentem gratiam; quantumuis enim indifferens sit, non tollit quominus inæqualis admodum sit eius distributio, ac proinde semper illis fatum erit etiam hæc gratia, quantumuis indifferentiam in voluntate relinquat. Ex quibus omnibus liquidò constat falsum esse quod assumunt Nou-Augustiniani, cessaturos fuisse Massilienſium omnes scrupulos, si Augustinus non aliam illis gratiam obtulisset, quàm quæ indifferens est; nec fuisse illos tali gratia repugnaturos quòd nihil haberet quod ipsorum cogitationibus repugnaret.

§. III.

Etiam ingenioſi, & probi queruntur de Prædeſtinatione antecedente quæ per gratiam indifferentem exequenda eſt.

SED quia Auguſtinus dum impugnat Semipelagianos, diuinum etiam propoſitum de ſaluandis aliquibus, & gratiam huiuſmodi propoſiti executricem commendat, quam vocat gratiam *ſecundùm propoſitum*, addendum eſt hoc quoque poſito nullam eſſe aduerſariorum coniecturam : nec ſequi ceſſaturum omnem Semipelagianorum prætextum propoſita gratiæ indifferentia. Id quod probatur manifeſtè noſtrorum temporum experientia. Nam cùm duæ modò ſint Catholicorum Doctorum ſententiæ, quarum altera prædeſtinationem ad gloriam admittit, ante præuiſa prædeſtinatorum merita abſolutè futura, quòd putat eſſe illud Auguſtini *propoſitum*, & bonorum inſuper actuum qui ſunt neceſſarij ad effectum huiuſmodi propoſiti prædefinitiones, vnde ſequatur gratia eorum operatiua, quæ eſt *gratia ſecundùm propoſitum* : altera quæ non admittit prædeſtinationem ad gloriam, niſi poſt præuiſionem abſolutam futurorum meritorum : contingit pleroſque poſterioris ſententiæ ſectatores impugnare priorem eo nomine, quòd deſperationem adducat, quòd non relinquat locum adhortationi, & correptioni, quòd ſpeciem aliquam contineat acceptationis perſonarum, quòd fatalem redoleat prouidentiam, nimiſque ad Caluinum accedat. Prædefinitiones verò illas liberorum actuum, eorumdem libertati putant eſſe contrarias. Videri poſſunt quæ ſuper ea re ſcripſere Vaſquez & Leſsius, & alij recentiores, dum impugnant opinionem Suaris. Et tamen Suares, & qui cum illo ſentiunt, admittunt gratiam quæ componitur cum indiffe-

Digitized by Google

rentia voluntatis eiusque infallibilitatem, & prædefinitionum efficaciam cum ea indifferentia non incommodè conciliant. Quid igitur sibi volunt Nou-Augustiniani, dum negant fieri potuisse, vt tam stupidi, támque bardi essent Massilienses, vt Augustino repugnarẽt, si gratiam ille indifferentem proposuisset? aut cur accusandum putent Augustinum, si non satis illam indifferentiam explicuerit, & inculcarit? ecce fusissimè illam explicuere Suares, & qui cum eo sentiunt, neque tamen adhuc iis qui Vasquezii Lessiique doctrinam præferunt, fieri satis potuit. Nam volunt *mirum* esse atque *incredibile* tantam fuisse Massilienssium quorumdam tarditatem, quanta fuit Vasquezii, Lessii, & eorum omnium qui cum illis philosophantur; num etiam concludunt Suarem cum suis admisisse gratiam necessariò determinantem voluntatem nostram, sublata eius indifferentia in agendo, propterea quòd Vasquez, & Lessius qui non sunt mortalium omnium ineptissimi, aut stupidissimi, eadem absurda inferunt ex illius sententia, quæ inferebant Massilienses ex sententia Augustini? quis non videt vitream esse, ac fragilem totam hanc aduersariorum ratiocinationem?

Iam quòd Molinæ iactantiam accusant, tanquam Ecclesiæ Dei, & sanctis Patribus, ipsique potissimum Augustino iniuriosam, quòd putarit consequentium temporum lucubrationibus afferri potuisse aliquid lucis ad pellendas Semipelagianismi tenebras, & Caluinismum occupandum; videbimus quam ille pœnam mereatur, quando Baiani nobis exposuerint, quàm modestè de se, quámque honestè de Ecclesia senserit Nouus-Augustinus in his pronuntiatis quæ manifestè colliguntur ex ipsius scriptis. *Catholicas veritates, & bases fidei fuisse in Ecclesia Romana obliteratas à tempore Scholasticorum*: cúmque eædem veritates à Michaële Baio reformarentur, iterúmque proponi inciperent, *scandalum dedisse in eadem Ecclesia*: cognito huiusmodi

Lib. 3. de stat. puræ nat. cap. 22 & de statu lap. lib. 4. 27.

Digitized by Google

ſcandalo Eccleſiam cenſuiſſe pertinere ad *prudentiam* ſuam *directricem eaſdem veritates prohibere:* non potuiſſe Eccleſiam aliter facere, propterea quòd *nullus eſſet inter omnes eius Doctores qui poſſet oſtendere eſſe illam Auguſtini doctrinam ab Eccleſia quondam conſecratam.* Iam quando natus eſt homo in mundo, qui potuit hoc oſtendere ceſſare prohibitionem Eccleſiæ, licitúmque eſſe vetitas illas veritates vindicare, atque è latebris erutas donare publica libertate. Hæc meditentur Nou-Auguſtiniani, & cùm definierint quàm ſint ſapienter dicta, quàm modeſtè, quàm congruenter præconceptæ infallibili authoritati Eccleſiæ Romanæ, tum verò de Molinæ crimine pronuntiare poterunt.

CAPVT V.

Semipelagianos negaſſe internam gratiam ad initium fidei, & credendi voluntatem neceſſariam probatur manifeſtis SS. Auguſtini, Proſperi, atque Hilarij.

§. I.

Affirmare ſufficientiam naturæ, vel liberi arbitrij, eſt negare neceſſitatem diuinæ gratiæ.

NOV-AVGVSTINIANI cùm propoſuiſſent ſententiam Maſſilienſium colligere ex libris Proſperi, & Hilarii ad Auguſtinum, & ex ipſius Auguſtini reſponſis ad eoſdem, nullum ex locis illis afferre potuerunt teſtimonium quo conſtaret Maſſilienſes non negauiſſe internam gratiam: ſed cùm illa deeſſent coacti ſunt committere ſeſe incerto coniecturarum, vt ex iam dictis iam ſatis patet. Sed mirum eſt quòd dum tam ſtudiosè teſtimonia quærerent, quibus proba-

rent id quod volebant, non aduerterint ea quibus intelligere poterant probari contrarium. Adeò enim sunt frequentia, adeóque manifesta omnibus paginis illorum opusculorum, vt qui ea non inuenerunt, nihil aliud quàm sua somnia quæsiisse videantur.

Nam primò cùm sufficere naturam ad initium fidei, & non requiri gratiam, sint propositiones æquiualentes, qui fieri potuit vt qui priorem legebant, secundam negauerint? vide autem an obscurè asseruerint sufficere naturam. S. Prosper in Epistola sua vbi distinguit duplicem gratiam in sententia Massilienssium, aliam vocat *initialem* quam dicit *pertinere ad conditionem naturæ*, essèque illam, *per quam homo constitutus est liberi arbitrii, & rationalis, beneficio creatoris*: atque hanc esse *naturalem facultatem per quam homo quærendo, pulsando, petendo, perueniat ad saluantem gratiam bono naturæ bene vsus*: hoc verò est *sufficere initialem* illam gratiam, quæ est naturalis facultas & bonum naturæ, vt perueniatur ad Christi gratiam. Et confirmatur ex eo quòd subiungit, *consequens putant vt quia prævaricator ideò dicitur non obedisse quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc deuotus fuisse quia voluit: & quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum: parique momento, animum se vel ad vitia, vel ad virtutes mouere, quem bona appetentem gratia Dei foueat, mala sectantem damnatio iusta suscipiat.* Nemo dubitare potest quin Massilienses crediderint liberum arbitrium sufficere ipsum sibi *vt moueatur ad malum*, neque ad hoc indigere adiutorio gratiæ. Cùm ergo tantùm habere facultatis dicerent, *vt se moueret ad bonum*, concepto nimirum bonitatis amore, quis dubitet credidisse sibi quoque sufficere illud ad bonam voluntatem, nec indigere adiutorio gratiæ? hinc est quod addit postea, eos quoque quibus Euangelium non prædicatur, inexcusabiles ideò videri Massiliensibus, quòd ideò non annuncietur, quia illi præsciti sunt non habituri credendi voluntatem *cùm possent ad vnius veri*

Digitized by Google

Dei cultum instrui intelligentia naturali. Ecce, intelligentia naturali possunt homines instrui ad verum Dei cultum, & propterea iusta videtur Massilienſibus gratiæ subſtractio, aliàs concedendæ : eundem habet ſenſum, quod refert poſtea. *Ita demum posse vnumquemque ad correctionem, & ad perfectum iuuari, ſi ſe ſciat ſua diligentia bonum esse posse, & libertatem ſuam ob hoc Dei auxilio iuuandam, ſi quod Deus mandat elegerit.* Idem conſtat ex cap. 39. definitione 4. contra Collatorem, vbi quod dicit S. Paulus, *ſufficientiam cogitandi quæ Dei ſunt*, ineſſe ſibi ex Deo, Proſper opponit doctrinæ Maſſilienſium exiſtimantium ineſſe ſibi ſufficientiam illam *ex naturali effectu*: & hoc eſt quod deinde inculcat dum compendio colligit eorumdem doctrinam exiſtimantium *ineſſe nobis naturaliter virtutum ſemina, beneficio creatoris inſerta, vt poſſit qui voluerit* IVDICIO NATVRALI DEI GRATIAM PRÆVENIRE. Cap. 40.

Idem apertè Hilarius ſignificat his verbis ad Auguſtinum. *Cæterùm ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum quemquam ſibi ſufficere posse conſentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant exterrita, & ſupplici voluntate vnumquemque ægrotum velle ſanari.* Vide quare quamuis putent vnumquemque *ſibi ſufficere* vt velit ſanari; negant tamen quemquam *ſibi ſufficere* ad inchoandum opus bonum, quia ſcilicet hoc quod eſt velle ſanari, iuxta eorum ſententiam non pertinebat ad opus curationis. Eodem ſpectat quod addit ex eorum ſententia: *fidem remanſiſſe in natura, licet vitiata*, & *ineſſe naturæ quòd poſſit excitari* hoc ipſo quòd ignoranti veritas prædicatur.

Auguſtinus de Prædeſt. SS. poſt allata Apoſtoli verba, *Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt*; *Attendamus hic*; inquit, *& verba iſta perpendant qui putant ex nobis eſſe fidei cœptum, & ex Deo eſſe fidei ſupplementum*; & ponderatione illa vſus, cùm priùs ſit cogitare, quàm credere, poſtquam Cap. 2.

Digitized by Google

Apostolus negat sufficientiam nobis inesse cogitandi, consequenter negandam putat à Massilienſibus sufficientiam credendi. Illam igitur Massilienses tuebantur, & ideò Augustinus; *Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum, vel perficiendum quodcumque opus bonum, quod iam isti fratres, sicut vestra scripta indicant, verum esse consentiunt.* ITA NEMO SIBI SVFFICIT AD INCIPIENDAM, VEL AD PERFICIENDAM FIDEM, SED SVFFICIENTIA NOSTRA EX DEO EST. Id quod illi fratres negabant. Idem repetit cap. 9. de dono Perseu. & cap. 13. Hic ego scire velim à Nou-Augustinianis qui Massilienses supponunt fuisse cordatos viros, & minimè stupidos, quomodo ista concilient, vt dicantur illi credidisse nos ex nobis ipsis siue ex naturali nostra facultate habere sufficientiam qua possimus velle credere: & tamen illam sufficientiam includere necessariò gratiam internam indebitam, naturæ superadditam? Natura dicine potest sufficientiam habere in eo in quo indispensabiliter indiget superaddito comprincipio? Esto gratia ista non inferat agendi necessitatem; an ideo non iuuat? non supplet incompletam virtutem naturæ? non eleuat ad id ad quod pertingere ipsa per se non potest? & dixerint Massilienses nos *nobis sufficere*, ad hoc præstandum, ad quod fatebantur nos tali subsidio indigere?

Eundem sensum habet quod dicebat olim Augustinus, quando nondum discussa Semipelagianorum doctrina cum illis aliquando sentiebat, in expositione illa Epistolæ ad Romanos. *Quòd ergo credimus, nostrum est, quòd autem operamur, illius est, qui credentibus dat Spiritum sanctum.* Quod quo sensu intelligeretur ostendit sententiæ correctio in 1. Retract. cum dicit, *vtrumque ergo nostrum est.* Intelligebant igitur Semipelagiani, quòd credimus ita nostrum esse, vt sufficeret nobis nostra virtus, nec esset necessarius gratiæ concursus, quo fieret vt non esset tantùm nostrum, sed etiam Dei. Atque hoc ita esse intelligẽdum docet Augustinus ipse,

Cap. 23.

De nat. & grat. cap. 45.

Digitized by Google

ipſe qui ſimilem Pelagij loquutionem, qua dicebat noſtrum eſſe non peccare; negat in ipſo etiam Adamo fuiſſe veram. *Si de integra*, inquit, *& ſana hominis natura loqueretur, quam modò non habemus .... ne ſic quidem diceret quòd non peccare noſtrum tantummodo ſit, quamuis peccare noſtrum eſſet. Nam & ibi eſſet adiutorium Dei, & tanquam lumen ſanis oculis, quo adiuti videant, ſe præberet volentibus.* Vbi vides illud, *noſtrum eſt*, Auguſtinũ ita interpretari, vt ſit tantũmodo noſtrũ: & negare noſtrũ dici id ad quod requiritur Dei adiutoriũ, quale erat in Adamo. Ergo & quando ipſe dicebat olim nõdum satis inſtructus, noſtrum eſſe credere, & quãdo id ipſum poſtea Semipelagiani, antiquam illam amplexi Auguſtini ſententiam inculcabant, intelligebãt ita eſſe tantummodo noſtrum vt ne tale quidèm requirerent adiutorium, quale Adamus habuerat ad non peccandum.

§. II. *Hoc ipſum negatur dum aſſeritur gratiam dari ſecundùm merita.*

SECVNDO idem conſtat ex eo quòd Auguſtinus ſtoties infert ex doctrina Semipelagianorum tanquam abſurdum, ſequi nimirum gratiam Dei dari ſecundùm merita recipientium, ac proinde nec eſſe gratiam, quippe quæ reddatur debita, cum deberet eſſe gratuita; loquitur autem de primo gratiæ adiutorio. Nam quòd ſecundum detur illud merentibus per bonum vſum primi, & tertium per bonum vſum ſecundi, nulla controuerſia eſt. Sed primum quod datur ſupponit ſemper Auguſtinus eſſe debere *gratuitum* atque adeo *indebitum*, itáque definitum eſſe in Concilio Palæſtino, & Pelagium coactum eſſe conſentire huic definitioni. Nec opus eſt teſtimonia referre, quia vix eſt vllum caput in libris de prædeſtinatione ſanctorum, & de dono perſeuerantiæ, vbi Auguſtinus non vrgeat hoc argumentum. Manifeſtum autem eſt nullam eſſe gratiam ante illam quæ prima eſt: ergo eſt pariter ma-

nifestum si ante illam quæ prima est, datur meritum, ex sententia Semipelagianorum, illud meritum, & consequenter bonam voluntatem sine qua nullum est meritum, esse ante primam gratiam ex eadem sententia: ac proinde non esse ex gratia, alioqui daretur gratia prior primâ, quod implicat.

§ III.

Item dum prioritas aut præuentio nostræ operationis ad diuinam gratiam adstruitur.

TERTIO eodem pertinet quod etiam Augustinus multoties infert, iuxta eandem Semipelagianorum doctrinam, liberum arbitrium præuenire Dei gratiam: nos priores esse in bono prosequendo, & Deum postea subsequi; nos dare priusquam ab eo accipiamus: bonam voluntatem nostram esse præuiam, &c. quæ passim occurrunt in citatis libris. Quæ omnia manifestè supponũt Semipelagianos nullam agnouisse gratiam internam, indebitam, & naturæ superadditam. Si enim agnouissent quâ fide quâue authoritate & æquitate reos vocaret Augustinus, quòd dicerent bonam voluntatem nostram præcedere gratiam, cùm illam ipsam bonam voluntatem non agnoscerent nisi ex gratia consequentem? Quomodo dici possemus ex eorum sententia nos priùs dare, ac deinde à Deo accipere; si docerent nos nihil habere quod possit donari, nisi ex accepto prius dono gratiæ? Est igitur indubitatum, in eo quòd sentiebant, nos esse priores in bonis operibus, & priùs dare bonam illam voluntatem, & qualescumque conatus liberi arbitrij; excluisse illos internam, & indebitam gratiam tanquam non necessariam. Et exclusionem hanc satis exprimit Augustinus cùm ita Semipelagianam doctrinam explicat. *Nolens ergo his tam claris testimoniis repugnare & tamen volens à se ipso sibi esse quod credit; quasi componit homo cum Deo, vt partem fidei sibi vendicet, at-*

de prædest. SS. c. 1.

que illi partem relinquat: & quod elatius eſt, PRIMAM TOLLIT IPSE, SEQVENTEM DAT ILLI: *& in eo quod dicit eſſe amborum,* PRIOREM SE FACIT: POSTERIOREM DEVM. Nempe quia non dicebant Semipelagiani fidem *ita eſſe amborum*, quemadmodum intellexit poſtea Auguſtinus, cum dixit *vtrumque noſtrum eſſe, & vtrumque Dei*, tum quòd credimus, tum quòd exilla fide bene operamur: itaut quidquid pertinet ad bonam vitam, à principio ad finem indiuiſim & Deo tribueretur, & libero arbitrio; Sed negotium ſalutis ipſi veluti tranſverſim ſecabant: & primam partem homini ſoli, ſecundam Deo tribuebant; hoc autem facere non poterant niſi excludendo à priori illa parte concurſum diuinæ atque indebitæ gratiæ.

Exprimit eandem excluſionem Proſper cùm dicit, *Ac ſic cum in his qui tempus acceperunt liberæ voluntatis, duo ſint quæ humanam operentur ſalutem, Dei ſcilicet gratia & hominis obedientia:* PRIOREM VOLVNT OBEDIENTIAM ESSE QVAM GRATIAM, VT INITIVM SALVTIS EX EO QVI SALVATVR, NON EX EO CREDENDVM SIT STARE QVI SALVAT: *& voluntas hominis diuinæ gratiæ ſibi pariat opem, non gratia ſibi humanam ſubiiciat voluntatem.* Quid clarius, quàm dum dicitur initium ſalutis non eſſe ex eo qui ſaluat, gratiam excludi?

§. IV.

Maſſilienſes diuinæ gratiæ neceſſitatem ad initium fidei aperte negant.

QVARTO Aperta ſunt alia pleraque teſtimonia quæ illam gratiæ excluſionem, & manifeſtam negationem continent. Auguſtinus, *Sed nunc eis reſpondendum eſſe video, qui diuina teſtimonia quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, vt nouerimus* EX NOBIS QVIDEM NOS HABERE IPSAM FIDEM; *ſed incrementum eius ex Deo,* TANQVAM FIDES NON AB IPSO DONETVR NOBIS. Donari nobis poteſtatem credendi per gratiam natu- de prædeſt. SS. c. 1.

Digitized by Google

rit superadditam, & Deum insuper credentibus cooperari, est certè fidem donari: Ergo qui donari negant, negant illam gratiam, atque illam cooperationem, & hoc est quod mox addit ex eadem doctrina, *Non pertinere ad Dei gratiam quod credere cœpimus.*

Idem de seipso cum Semipelagianis olim errante. *Quo præcipue testimonio* (Cypriani dicentis in nullo gloriandum) *etiam ipse convictus sum, cùm similiter errarem, putans fidem qua in Deum credimus,* NON ESSE DONVM DEI, *sed a nobis esse in nobis* ..... NEQVE ENIM FIDEM PVTABAM DEI GRATIA PRAEVENIRI, *vt per illam nobis daretur quod posceremus vtiliter, nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis. vt autem prædicato nobis Euangelio consentiremus,* NOSTRVM ESSE PROPRIVM, *& nobis ex nobis esse arbitrabar.* Vide quam gratiam requireret, nimirum, vt *præcederet præconium veritatis*, & nullam aliam. Eâ enim positâ credere *nostrum esse proprium*; & *nobis ex nobis esse.* Potéstne quidquam dici manifestius? Idem explicans illud Apostoli, Quid habes quod non accepisti? *Nihil autem huic sensui tam*
Ib. cap. 5. *contrarium est, quàm de suis meritis sic quemquam gloriari.* TANQVAM IPSE SIBI EA FECERIT NON GRATIA DEI. & deinde *Ac per hoc vbi dicitur, quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? quisquis audet dicere, habeo ex me ipso fidem: non ergo accepi, profecto contradicit &c.* Putabant igitur Massilienses hominem sibi ipsi facere meritum fidei, non gratiam Dei: & negabant se ex eadem gratia fidem accepisse aliter quàm accipiendo naturam, in qua inesse putabant sufficientem ad credendum voluntatem, id quod Augustinus excludi putat illis verbis. *Quis te discernit?* Deus enim non potest censeri discernere fidelem ab infideli, per illud auxilium quod perinde concurrit ad infidelitatem atque ad ipsam fidem, sed per illud quod est determinatum ad fidem tantùm. Natura autem, & naturalis facultas nihilo minus concurrit ad infidelitatem quàm ad fi-

dem : Ergo Deus non poteſt dici diſcernere fidelem ab infideli dando naturam tantùm, vel naturalem facultatem. Et hoc vult Auguſtinus cùm poſtulat à Semipelagianis gratiam quæ diſcernat bonos à malis, non quæ ſit communis bonis & malis.

Idem in concluſione libri de prædeſtinatione SS. vbi doctrinam Maſſilienſium ad hoc reducit, *Dei donum eſſe incrementum fidei, initium vero fidei quo in Chriſtum primùs creditur, ab homine ipſo eſſe* : NEC ESSE DONVM DEI; *ſed hoc exigere Deum, vt cùm id præceſſerit, cætera tanquam hoc merito conſequantur quæ Dei dona ſunt.* Fidem non eſſe donum Dei, & non ex gratia eſſe, idem ſunt: & ideo qui negant fidem eſſe donum Dei, conſequenter negant neceſſariam eſſe ad fidem Dei gratiam. Quod etiam confirmant cùm dicunt, Deum donatorem exigere fidem illam, vt eius merito ſua deinde dona largiatur. Quæ cogitatio ſupponit incipere Dei dona poſt fidem, & conſequenter nullum eſſe Dei donum naturæ ſuperadditum quod fidem præcedat; ac proinde nec vllam gratiam. Cap. 11.

In libro de dono perſeu. iterum negant Semipelagiani initium fidei eſſe donum Dei, & Auguſtinus contra illos teſtimonio Ambroſii probat nos fidem quoque à Deo accipere, quatenus accipimus *cogitationes pias, per quas habemus fidem.* Hoc igitur Maſſilienſes negabant, nos accipere à Deo pias cogitationes, quibus ad fidem præparamur, Quo negato, quæ poterat alia eſſe interna gratia quam concederent eſſe ad credendum neceſſariam? Perſeuerant in eadem expreſſa negatione cùm dicunt *ſed hæc à Deo vt dentur nobis*, ſapietia nimirum & continentia *fides impetrat quæ incipit à nobis.* Quam fidem, inquit Auguſtinus, *& incipere habere, & in ea vſque in finem permanere* TANQVAM NON A DOMINO ACCIPIAMVS NOSTRVM ESSE CONTENDVNT, Item, *Hæc dicentes nolunt prædicari dona Dei eſſe vt veniatur ad fidem.* Item. *Attendant ergo quomodo falluntur, qui* Cap. 15. Cap. 23.

Digitized by Google

putant esse a nobis NON DARI NOBIS *vt petamus, quæramus, pulsemus; & hoc esse dicunt* QVOD GRATIA PRÆCEDITVR MERITO NOSTRO ..... *nec volunt intelligere etiam hoc diuini muneris esse &c.* Hoc ipsum est quod refert Hilarius: *Non posse iuxta illos de fide dici: quid habes quod non accepisti? Propterea quod in natura licet vitiata remanserit, & arbitrium esse liberum* nimirũ ex se, ac sine gratia, *vt velit admittere medicinam*: Testimoniis ab Augustino allatis *eam gratiam commendari qua vnusquisque* POST VOLVNTATEM *iuuatur*, quasi ea testimonia non concluderent admittendam etiam esse gratiam ante voluntatem illam.

Hoc ipsum & Prosper, cùm dicit in eorum sententia *diuinæ voluntati impiè voluntatem humanam præferri: & originaliter malum receptionem boni* NON A SVMMO BONO, SED A SEMETIPSO INCHOARE, *Et aliunde placeri Deo nisi ex eo quod ipse donauerit.* Potuitne clarioribus verbis negari diuinæ gratiæ necessitas ad concipiendam credendi voluntatem? Quòd si hæc non sufficiunt, legant quæ contra Collatorem toties inculcat, dum accusat illum, quòd doceat *multos ad gratiam venire* SINE GRATIA, & hunc affectum petendi, quærendi, pulsandi, *habere quosdam de vigilantia voluntatis*: venire ad gratiam NON INCITATOS SPIRITV DEI, esse merita ANTE GRATIAM: voluntatem homines ad Deum *sine Deo* se extendere, bonarum voluntatum principia NON INESSE OMNIBVS EX DEO: hoc posse quosdam per liberum arbitrium, *sine adiutorio Dei*, quod alij nisi Deo cooperante non possunt: *Bonum talis conuersionis esse humanæ* TANTVMMODO voluntatis: Gratiam Dei *nihil suæ virtutis admonere* mentibus eorum qui sic conuertuntur: SOLIVS VOLVNTATIS motibus ad Christũ veniri, Assignari meritum libero arbitrio, *quo gratia præueniatur*: iuxta doctrinam hanc libertatem infidelium *naturalibus instrui bonis*, & *propriis iustificari principiis*: hominem fingi SINE DONIS DEI, *ex naturæ bonis* proferre posse quod

Cap. 4. 6. 10. 13. 14. 16. 22. 23. 24. 25. 28 29. 36.

Digitized by Google

ab ipſo Deus exigit: Eſſe multa hominum piorum merita, *quæ non ſint gratiæ largitate donata*: Pias cogitationes EX SOLO *libero arbitrio*, ET NON EX DEI INSPIRATIONE NASCI, *ſine vllo opere gratiæ* naturaliter omni animæ ſemina ineſſe virtutum: Animam ſic ædificari, in Dei templum, *vt non accipiat fundamentum*, cùm enim naturaliter ineſſe ſupponatur, *non cœptum ibi eſſe aliquid, ſed ſuperinſtructum*. Fidem vbi oſtenditur laudata, non eſſe donatam.

His omnibus maturè perpenſis, & animo ab omni perturbatione libero, ſcire velim à Nou-Auguſtinianis an habeant aliquem alium modum, quo ſignificari poſſit non requiri gratiam ad initium fidei, quem hi ſancti Patres non expreſſerint in referenda Semipelagianorũ ſententia? Non contenti dixiſſe naturam ſi bi ſufficere ad initium fidei, & nos habere illud initiu m ex nobis, addidere particulas excluſiuas, cùm dicerent nos habere fidem ex *propriis* naturæ bonis, *tantummodo*, & *ſolùm* ex nobis, expreſſerunt negationem cùm dicerẽt nos *non habere ex Deo*, nos habere *ſine Dei adiutorio, ſine Deo non accipere à Deo, Deum non donare*: & hæc millies repetiuerunt: & tamen ſicuti omnes illi dicendi modi nihil amplius ſignificarent quam *blittri*, aſſerere audent tanquam rem apud Auguſtinum, Proſperum, & Hilarium compertiſſimam, Maſſilienſes non negaſſe internam gratiam poſſibilitati naturali ſuperadditam, & ad initium fidei neceſſariam. Qua in re alius quidem fortaſſe fidem illorum in referenda SS. PP. doctrina deſiderauerit; ego verò etiam verecundiam in tam aperta publicæ veritatis impugnatione.

Digitized by Google

CAPVT VI.

Subterfugium Baianorum præcluditur, de triplici gratia à Massiliensibus admissa, citra gratiam Augustinianam.

§. I.

Ex consensu Semipelagianorum cum Pelagianis sequitur nullam omnino internam gratiam ad initium fidei necessariam ab illis agnitam.

SED expendendum est quid ad prædicta testimonia Nou-Augustiniani respondeant; dicunt enim, ita esse intelligenda vt non putentur Massilienses negauisse quamcumque internam gratiam, sed tantùm Augustinianam, hoc est, medicinalem, & ægris hominibus congruentem, admisisse illos gratiam doctrinæ, & prædestinationis euangelicæ, quæ est illis prima gratia; admisisse etiam secundam, hoc est naturalem possibilitatem boni, relictam ex prima integritate: admisisse & tertiam, actualem, internam, sufficientem ad credendum, non ad operandum; vnde sequitur quando audiuntur negare gratiam, intelligendos negare illam tantùm gratiam quam S. Augustinus asserebat. Quòd si quæras quæ sit propria istius Augustinianæ gratiæ differentia; qua distinguatur ab illa tertia actuali, & interna, quam naturali possibilitati, quæ secunda illis est, ex sententia Semipelagianorum, superadduntur; vbi verborum ambages, & fucos, & congesta veritati tegendæ impedimenta detraxeris; hæc propria est; & veluti constitutiua gratiæ Augustinianæ quæ lapsos homines respicit differentia: *Quod illius vsus, vel non vsus, non pendeat ab alio*, hoc est à libero arbitrio: *& quod non sit situm in libertatis arbitrio, & flexu, vt*

Lib. 8 de Hæresi Pelag. c. 4. 5. 6.

vt adiutorium applicet, vel non applicet. Quod NVLLO MODO *in libero relinquatur arbitrio, vt eam deserat, aut ea vtatur si voluerit : euacuare vim peccati originalis quisquis alia diuinæ gratiæ adiutoria infirmis hominibus afferre nititur, quæ deserant si velint, in quibus permaneant si velint, cum quibus tanquam sufficientibus operentur si velint.* GRATIAM CHRISTI DIRECTE REPVGNARE ILLI QVÆ POTEST A LIBERO ARBITRIO DESERI. Semipelagianos ergo dum tam clarè, tamque distinctè negat necessariam esse diuinam gratiam ad initium fidei, hanc tantùm gratiam negare; non negare aliam, hoc est, tertiam illam naturali possibilitati superadditam.

De gratia primi hominis cap. 14.
2. de gra. Salu. c. 4. § 9.
Ibid. c. 28.

Contra huiusmodi solutionem oppono primò, ex sente itia Non-Augustinianorũ, Semipelagianos idem sentire de initio fidei, quod Pelagiani : & ideo vocari Semipelagianos, quòd ibi sistant in neganda gratia, cùm Pelagiani pergant negare illam in ijs operibus quæ fidem sequuntur. Verba illorum sunt. *Quod quidem initium* fidei pendentis à libero arbitrio, & ab ipso fonte volendi, *cùm à Pelagianis haustum esse videretur, inde factum est vt eius Auctores Semipelagiani nuncupati sint. Non enim eo nomine vocatos esse Gallicanos illos Presbyteros arbitrandum est quasi error ipsorum non esset verè Pelagianus, sed quadam dumtaxat similitudinis vicinitate propinquaret : certissimis enim D. Augustini & Prosperi testimoniis constat, doctrinam eorum quæ ab Ecclesia dissidebant, non alio nomine fuisse repudiatam, quàm quòd Pelagianam hæresim restauraret.* Non ergo affines tantùm erant circa hoc punctum Massilienſium, & Pelagianorum sententiæ, aut similes tantùm; sed eædem. Et quòd dicit id etiam censuisse Augustinum, verissimum est. Augustinus enim hoc audito Massilienſium errore sic loquitur. *Non ergo receditur ab ea sententia quam Pelagius ipse in Episcopali iudicio Palæstino, sicut eadem gesta testantur, damnare compulsus est, gratiam Dei secundùm merita nostra dari, si non pertinet ad Dei gratiam quòd credere cœpimus.*

De hæres. Pelag l. 6. c. 1.

Cap 2. de Prædest. SS.

Digitized by Google

Nunc verò videamus quam gratiam requirat Pelagius, & ad initium fidei, & ad cæteras bonas actiones. Ita de illis iudicant Nou-Augustiniani *Pelagio, & Iuliano, cæterisque Pelagianis non aliam fuisse intentionem*, QVAM SVBLATA FVNDITVS CHRISTI SALVATORIS FIDE, PVRAM PVTAMQVE PHILOSOPHIAM *cum gentibus introducere, vt cum Philosophis huius mundi natura illæsa putaretur.* Item, *Pelagium* OMNE OMNINO GRATIÆ ADIVTORIVM PERMISSE. Et in hoc vult Massilienses Pelagianis cautiores fuisse, imò cum illis tanquam cum *capitalibus gratiæ hostibus pugnasse, & veluti pestes abhorruisse*, quòd Massilienses gratiam retinerent, eiúsque necessitatem, ex læsione naturæ sequutam agnoscerent ad operandum videlicet non ad credendum. Eodem pertinet quod ex Augustino referunt, Pelagianos id dixisse de natura lapsa, quod *ne stanti quidem conueniret, putantes sibi vel naturam* SOLAM, *vel certe cum lege doctrináque sufficere.* Item à *possibilitate naturali* OMNEM INTERNAM GRATIAM SVBMOVISSE, OMNEM ACTVALEM GRATIAM EXCLVSISSE: hinc modò argumentare. Pelagiani omnem omnino internam gratiam submouent, omne omnino adiutorium gratiæ perimunt, solam sibi sufficere naturam putant, saltem cum externa prædicatione: de necessitate gratiæ, nihil supra Aristotelem sapiunt: atqui Massilienses, quod attinet ad initium fidei, non discrepant à Pelagianis, postquam non *modò similis, aut affinis, sed idem omnino* error est vtrorúmque, Ergo Massilienses quod attinet ad initium fidei, omnem internam gratiam etiam ipsi submouent: ergo vel malè dicuntur Pelagianis aduersari; vel est intelligendum, quoad ea tantùm quæ initium fidei sequuntur cùm de ipso intio fidei eodem modo philosophentur.

de hæres. Pelag. l. 8. cap. 1.

Cap. 6.

Cap. 11.

Digitized by Google

§. II.

Idem ſequitur ex præſumpta apud illos naturæ ſufficientia.

OPPONO ſecundò Maſſilienſes ei gratiæ quam negant opponere ſufficientiam naturæ, vt patet ex his quæ ante retulimus ex Auguſtino, & Hilario: atqui ſufficientia naturæ non excludit tantùm neceſsitatem huius, vel illius gratiæ, ſed omnis omnino gratiæ quæ ſuperaddatur naturæ, vt conſtat ex ipſa notione terminorum. Excludebant igitur Maſsilienſes non ſolùm gratiam illam imaginariam, cuius vſus, vel non vſus, non eſt in poteſtate voluntatis, ſed omnino etiam illam, quæ dicitur *tertia gratia*, & quæ *ſecundæ*, hoc eſt *naturali poſsibilitati* ſuperuenit, quòd eſt eſſe gratiam naturæ ſuperadditam. Eſt autem abſonum quòd Nou-Auguſtiniani nonnumquam ſuggerunt, dum id quod dicunt Maſsilienſes naturam vel naturalem facultatem poſſe vel ſufficere ad initium fidei, interpretantur, *non tamen ſine gratia*; eodem enim modo interpretari poſſent orationem illam, qua quis diceret ſe vidiſſe hominem nudum; addendo, non tamen ſine veſtibus, & illius qui diceret ſufficere ſibi aquam ad bibendum, addendo, non tamen ſine vino. Quomodo nos quoque interpretari poterimus quod ipſi jactant, ſe puram putamque Auguſtinianæ Theologiæ veritatem tradere, addendo, non tamen ſine admixtis erroribus,

At, inquiunt, oculus bene diſpoſitus habere dicitur ſufficientem virtutem ad videndum, quamuis ſit addendum, non tamen ſine lumine: & homo ſanus, ac bene compoſitus habere dicitur ſufficientem virtutem ad ſe nutriendum, quamuis ſit addendum, non tamen ſine alimentis: Pari ergo ratione natura ſufficientem habere facultatem dicetur ad inchoandam fidem, non tamen ſine gratia. Sed non vident eſſe diſparem ra-

Digitized by Google

tionem, & videndum esse quo loco, vel qua occasione ista dicantur, vt scire possimus, quo sensu. Si enim in disputatione contradictoria de necessitate lucis ad videndum, vel alimenti ad se nutriendum, is qui contradicit contenderet sufficere oculum bene dispositum, vel stomachum temperatum, nemo non putaret negatam lucis, & alimenti necessitatem: neque tunc liceret subintelligere non tamen sine luce, non tamen sine alimento. Ergo similiter cùm instituta sit Augustinum inter & Massilienses disputatio, sit ne, an non sit necessaria gratia, asserentibus illis sufficere naturam, si quis subjiciat, *non tamen sine gratia*, quis eum non putet, eorum sententiam corrigere, non autem referre cùm dicat potiùs quid sentire debeant, quàm quid sentiant?

§. III.

Initialis gratia quam admittunt in beneficio creationis includitur.

OPPONO tertiò. Manifestare ipsosmet Massilienses quam gratiam admittant, vnde facile est intelligere, quam negent. Admittunt gratiam, quam vocant *initialem*, quòd detur tantùm ad incipiendum, ex cuius bono vsu sequatur statim gratia Christi, quam *saluantem* nominant: atque ita inter *initialem* illam & istam *saluantem* nullam aliam interponunt. Quæ sit autem initialis illa gratia Prosper explicat ex eorum sententia cùm dicit. *Quidam verò in tantùm à Pelagianis semitis non declinant, vt cùm ad confitendam eam Christi gratiam, quæ omnia præueniat merita humana cogantur.... ad conditionem hanc velint vniuscuiusque hominis pertinere, in qua eum nihil priùs merentem, quia nec existentem,* LIBERI ARBITRII ET RATIONALEM GRATIA CREATORIS INSTITVAT, *vt per discretionem boni, & mali, & ad cognitionem Dei, & ad mandatorum eius obedientiam posit suam*

Digitized by Googl

dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur pervenire, PER NATVRALEM SCILICET FACVLTATEM *petendo, quærendo, pulsando, vt ideò accipiat, ideò inueniat, ideò introeat*, QVIA BONO NATVRAE BENE VSVS AD ISTAM SALVANTEM GRATIAM INITIALIS GRATIAE OPE MERVERIT PERVENIRE. Vides initialem illam gratiã nihil esse aliud quàm creationis, à Pelagio quoque admissam, per quam homo cõditus est rationalis, & liberi arbitrij: nec esse gratiã naturæ superadditam, sed nihilo; quippe quæ non existenti per creationem conferatur. Esse autem liberi arbitrij, & rationalem, quid addit ad naturalem posibilitatem? Vbi est ergo tertia illa gratia naturali posibilitati superaddita? Idem confirmat Hilarius cùm refert dicentes remansisse in homine lapso, *quod correptio valeat excitari. Quod quidem*, inquit, *inesse naturæ sic se dicere confitentur*, *vt* HOC IPSO QVOD IGNORANTI VERITAS PRÆDICATVR, *ad beneficium præsentis gratiæ referendum sit.* Quid quæso est illud, *vt hoc ipso*? nonne manifestè significat, ita inesse naturæ quòd excitetur, vt aliud nihil requiratur præter prædicationem? Datúrne igitur locus vlli gratiæ superadditæ? Ita verò etiam intellexit Augustinus cùm dicit. *Sit ergo gratia naturæ attributa qua sumus animantia rationalia, discernimurque à pecoribus, sit etiam gratia naturæ attributa qua in ipsis hominibus à deformibus pulchri, vel ingenioſi discernuntur à tardis; ac si quid eiusmodi est, sed non se ille quem coërcebat Apostolus aduersus pecus inflabat, nec aduersus hominem alterum de aliquo naturali munere quod inesse posset, & pessimo. Sed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam sibi non Deo tribuens inflabatur, quando audire meruit. Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti: vt enim sit naturæ posse habere fidem, numquid & habere?* Vide quid naturæ tribuerent Massilienses, quos hic emendat Augustinus, non tantùm posse habere fidem, quòd dicit meram ad recipiendam capacitatem, sed & habere, quòd sonat sufficientem ad eliciendam

de Prædest. SS. cap. 5.

Digitized by Google

facultatem. Quomodo verò id tribuebãt naturæ? Nẽpe quomodo esse *animal rationale*, quomodo *esse ingeniosum*, quomodo *esse pulchrũ*? Hæc quæso quid habẽt, quod excedat beneficiũ prouidẽtiæ naturalis, & non includatur in dono creationis, atque adeò in illa secunda gratia naturalis possibilitatis, ad quam pertinet posse habere fidem? Quid habent vnde colligi possit tertia illa gratia interna superaddita naturæ? Manifestum igitur est eiusmodi omnem fuisse à Massilienſibus excluſam, & non solùm illam quam falsò vocant *Augustinianam*.

Et confirmatur iterùm ex Prospero, vbi sententiam Massilienſium sic exprimit. *Cauendum quoque esse, ne ita ad Deum omnia sanctorum merita referantur, quasi* PER SE *nihil boni possit agere ipsa humana natura.* Quid quæso est *per se*? Num hic etiam subſtituent gloſſam, vt dici solet, Aurelianenſem, vt natura *per se*, sit, *non tamen sine gratia*?

Con. Coll. cap. 40.

§. IV.

Idipsum probatur ex æqualitate facultatis ad bonum & ad malum, quam tuentur.

OPPONO quartò paritatem illam seu facultatis æqualitatem, tum ad bonum, tum ad malum, quam in hominibus ponunt, vt Prosper infert his verbis: *Consequens putant vt quia prævaricator ideò dicitur non obedisse quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc devotus fuisse quia voluit: & quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum, parique momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes mouere.* Et contra Collatorem,

Cap. 30. *Post illud autem nullius authoritatis testimonium, quod disputationi suæ de Libello Pastoris inseruit, & quo ostendere voluit inter boni, & mali contrarias suasiones, ita hominem naturali iudicio, & propriæ discretioni esse commissum, vt ei non plus à Deo præsidij, quàm à Diabolo sit periculi; addidit definitioni suæ regulam hanc*: Et mox. *Itáne libera est ista*

Digitized by Google

libertas, vt quantum ex se habeat fastidii vt negligat gratiam Dei, tantum habeat ex se delectationis, vt diligat? Facilè mihi persuadeo Nou-Augustinianos non requirere in homine ad peccandum tertium aliquod auxilii genus præter mali propositionem, & naturalem facultatem liberi arbirtii: sed excludere quiduis aliud à numero rerum necessariarum ad peccandum. Cùm ergo ex Prospero constet censuisse Massilienses *tantùm esse facultatis ad bonum*, scilicet inchoandum per illam voluntatem credendi, & quærendi medicum; quantum esse scitur ad malum *esse par momentum: non esse plus præsidii à Deo quàm periculi à diabolo: tantum ex se habere delectationis*, vt gratiam amet voluntas, *quantum habet fastidii vt negligat*; Negate illos admisisse paritatem hanc, & aliquid postulauisse ad bonum inchoandum quod non requireretur ad malum, effétque tertia quædam gratia superaddita gratiæ prædicationis, & gratiæ naturalis possibilitatis, quæ ingenitam comprehendit intelligendi, & volendi facultatem; quid aliud est quàm clausis oculis spuere in solem, & negare lucere meridie?

§. V.

Non fuisse omissuros Massilienses hanc responsionem, vt purgarent accusationem reiectæ diuinæ gratiæ toties intentatam.

OPPONO quintò id ipsum quod nobis obiiciunt Nou-Augustiniani, dum credere nos iubent fuisse Massilienses cordatos viros ac prouidos. Inde enim sequitur non fuisse illos omissuros ea quæ in promptu sunt ad retundenda aduersariorum iacula. Quid autem erat magis obuium, quàm cùm accusarentur quod negarent gratiam ad credendum necessariam: quòd vellent in seipsis gloriari; quòd dicerent gratiam dari secundùm merita; respondere se verò gratiam non negare, cùm præter prædicationem, & naturalem possi-

Digitized by Google

bilitatem, internum insuper adiutorium vel ad ipsum fidei initium, & primam credendi voluntatem requirerẽt: nec in seipsis gloriari velle quãdo se sufficienti virtute destitutos ad omne bonũ faterẽtur, quòd quomodo pertineret ad pietatem, nisi defectum facultatis suppleret interna, & indebita gratia; indebita, inquam, quia superaddita naturali facultati. Vnde nec ipsis tribui posse, quòd dicerent gratiam dari secundùm merita, quando nullum vsquam meritum agnoscerent, quòd non esset præuentum interna, & naturæ superaddita Dei gratia. Quid est quòd nec illi hæc respondisse inueniuntur, nec Augustinus, aut Prosper, aut quisquam alius vidisse id posse responderi? Certè recentiores Scholastici, quando in eos accusationes illæ diriguntur, hoc statim opponunt: nec quidquam habent quo probabilius obiecta diluant; illi qui nihilominus erant perspicaces, cur non eadem vsi fuerint defensione, præsertim cùm nec opportunior vlla, nec facilior, nec tutior appareret? & quid est quòd Prosper dicit, cùm cogerentur agnoscere gratiam quæ præueniret omnia merita, confugisse ad gratiam prædicationis & ad beneficium creationis, quo liberum arbitrium, & esse rationale omnes à Conditore recipimus? adeo stupidi erant, vt tertiam gratiam omitterent, internam illam, & à naturali possibilitate quæ liberum arbitrium, & esse rationale comprehendit, distinctam? hic quid aliud dici potest, quàm illos non vnum aliquod gratiæ genus, sed omnem omnino quæ naturæ superueniret excluisse ab initio fidei!

lib. 8. de hæres. Pelag. cap. 10.

Et mirum est quàm anxiè, quámque inutiliter hoc loco se Noũ-Augustiniani torqueant, vt rationem aliquam inuenire possint, cur Massilienses huius tertiæ gratiæ non meminerint. Dicunt rationem esse, quòd satis intelligerent Augustinum non disputare de illa, sed de medicinali, & quæ propria lapsorũ est Item non disputare de illa, sed de discretiua bonorum & malorum,

Digitized by Google

rum. Item, cum cuperent discrerionis huius initium refundere in naturam, non fuisse multum sollicitos de illa tertia gratia. Denique comprehendisse illam sub nomine reliquiarum naturæ integræ, quibus virtutem tribuebant inchoandi fidem. Hæ sunt quatuor causæ quas afferunt cur Massilienses hanc gratiam, vt plurimum præterierint, quæ vanissimæ sunt: nec quidquam continent, nisi quo Nou-Augustiniani magis vrgeantur. Nam primò, esto, satis scirent Augustinum agere de medicinali quâ lapsi carent; ipsi qui negabant illam esse necessariam, ad initium fidei, & accusabantur quòd naturæ sufficientiam adstruerent, itáque in se gloriari vellent, & non in Deo: & quod est gratia, debitum facerent: quare non purgabant se illius gratiæ confessione. Et si propterea quod Augustinum scirent agere de gratia medicinali, iudicarent se nihil facere substituta tertia illa, & indifferenti gratia; quare substituerunt gratiam creationis petinde indifferentem? Quid est quod dicit Prosper, *cum ad confitendam eam Christi gratiam quæ omnia præueniat merita humana cogantur, ad conditionem hanc volunt vniuscniusque hominis pertinere?* Medicinalem, & discretiuam gratiam quæ omnia humana merita præueniat postulari sciunt, & putant se satisfacere ijs rationibus quibus ea postulatur, & amouere inuidiam quæ negantibus conflatur suspicione superbi, atque ingrati animi, & nimium de se præsumentis, imperiti præterea nec scientis discernere inter gratuitum & debitum; si modò confugiant ad gratiam creationis; atqui hoc ipsum probat eorum stuporem, quòd non videant se per illam gratiam creationis non posse satisfacere obiectionibus, sicuti possent per confessionem suæ illius tertiæ gratiæ superadditæ creationi.

Deinde quid est illud, volebant refundere in naturam, causam discretionis bonorum, & malorum: ergo non debuerunt illius gratiæ facere mentionem. Nugæ,

Digitized by Google

vel volebant refundere causam discretionis in naturam solam, vel in naturam adiutam gratia: si in solam, habemus intentum: & iam constat noluisse illos admittere hanc gratiam. Nonne enim ridiculum est, cogitare illos discretionem tribuere voluisse naturæ, & soli, & non sine gratia? hoc est & soli, & cum gratia, quod est soli, & non soli? quòd si refundere volebant discretionem in naturam adiutam gratia, stat difficultas, & danda est ratio, cur illa se confessione non iuuerint contra instantes accusationes aduersariorum.

Denique comprehendebant illam, inquiunt, sub nomine reliquiarum naturæ integræ, relictarum in natura lapsa. Sed hoc ipsum est quod ostenditur non debuisse ipsos facere si cordati erant; quòd non possent obiecta purgare nisi distinguendo quæ inuoluebant. Præterea, vel distinxere aliquando tertiam illam gratiam, vel numquam; si numquam, quare distinguunt Nou-Augustiniani quod apud illos vnum est? si aliquãdo, monstent vbi distinxerint, & hanc distinctionem quærant in literis Prosperi & Hilarij, & in duobus libris Augustini, vnde potissimum intelligi volunt quæ fuerit sententia Massilienssium. Scio mentionem illos aliquando feciisse internæ gratiæ, sed scio fuisse illam etiam reputatam veram gratiam, & desideratum tantùm vt in ea confitenda constantes essent, vt constat ex dictis antea: Scio pariter apud Augustinum eosdem gratiam admittere, quæ præueniat bonas hominum voluntates: & pariter scio non includere illos tunc voluntatem credendi; & veram gratiam intelligere, qualis non est ea de qua disputamus, si credimus aduersarijs. Quod vtrumque constat ex eo quòd Augustinus contra illos inferat, *si præuenit voluntates bonas Deus, censendum etiam præuenire voluntatem credendi quandoquidem & ipsa bona est.* Vnde patet apud ipsos Deum ita præuenire bonas voluntates, vt exciperent voluntatem credendi, quamuis & ipsa

De dono Perseu. c. 16.

Digitized by Google

bona eſſet. Ergo vbinam gentium inuenientur tertiam iſtam gratiam à prima & ſecunda diſtinxiſſe, niſi dum bene ſentirent? dum negant igitur neceſſitatem gratiæ, non alicuius gratiæ, ſed omnis omnino quæ naturæ ſuperueniat, neceſsitatem negant: & tantùm dum ſibi contradicunt bene ſentiendo, illam affirmant, ſi tamen vſquam illam affirmant, vt neceſſariam.

§. VI.

Baiani dum Auguſtinianæ gratiæ Caluinianam ſubſtituunt, Maßilienſes abſoluunt.

OPPONO ſextò Nou-Auguſtinianos Maſsilienſibus, & Semipelagianis fauere quàm maximè. Illis enim fauet quàm maximè quicumque putat, non aliam illos gratiam negauiſſe quàm illam, quam deinde Caluinus voluit introducere. Hoc autem putare Nou-Auguſtinianos probatur ex eorum ſcriptis. Quam enim gratiam negarunt Maſsilienſes? illam tantùm, inquiũt, *cuius vſus, vel non vſus pendet ab alio*, hoc eſt à libero arbitrio, illam *quàm deſerere, vel retinere nullomodo in libero relinquitur arbitrio*, illam *de qua dici non poſsit homines cum ea operari ſi velint, non operari ſi nolint*. Hanc tantùm gratiam negare Maſsilienſes Nou-Auguſtiniani aſſerunt. Quæ eſt autem illa quam Caluinus aſſerit, dum errat? Reſpondeant ipſimet Nou-Auguſtiniani qui ſic loquuntur. *Hæc ſunt quæ Eccleſia in Caluino, quantum ad hãc materiam gratiæ, & liberi arbitrii improbauit. Primum quòd Caluinus negat eſſe in homine, boni & mali electionem, &c. Secundum eſt quod Caluinus doceat gratiam illam, ita mouere hominem vt non ſit ei liberum reſiſtere..... Auguſtino verò, Dominus ita mouet voluntatem, vt quamuis infallibiliter conuertatur, & operetur, poſsit tamen monitioni Dei refragari, aut obtemperare, ſeu vt Concilium Tridentinum loquitur, illi diſſentire, ſi velit; potentia quippe diſſentiendi non repugnat actuali gratiæ, motioni & conſenſui*, quãuis

De gra. Sal lib. 8. cap. 21.

fieri nequeat vt actualis dissensus, cum actuali gratia iungatur. Posse vti vel non vti gratia, quantum distat ab eo quòd est, habere electionem vtendi, vel non vtẽdi? & hoc quantum distat ab eo quòd est *habere electionem boni, & mali*? Ergo qui negant gratiam qua vti, vel non vti non sit in libero arbitrio, quid aliud negant, quàm gratiam quæ tollat ab homine electionem boni & mali? & hoc quid est aliud quàm negare gratiam, quam Caluinus asserit? Gratia verò quæ ita mouet hominem vt non sit ei liberum resistere, in quo differt à gratia quæ ita mouet hominem vt non sit ei liberum ea vti, vel non vti? hanc tantùm negant Massilienses: negant igitur tantùm gratiam Caluini. Quis non miretur hanc cogitationum confusionem, & pugnam? Quæ fiet adhuc manifestior expendenti quod dicunt de gratia Physicè prædeterminante voluntatem, qualem esse putant Augustinianam, & medicinalem. Illam enim dicunt esse talis naturæ, *vt non relinquatur in libertate voluntatis, eam amplecti, vel non amplecti: sed semper inuictè faciat, vt eam voluntas amplectendo consentiat.* Item dicunt, *destruere prorsus magnam illam libertatem, & bene viuendi potestatem quæ fuit in Adamo*; hoc est potestatem, & libertatem indifferentem in agendo, ideóque per contrariam Thomistarum sententiam, qui eius necessitatem perinde extendunt ad statum innocentiæ, atque ad statum naturæ lapsæ, *doctrinam Augustini, & Conciliorum labefactatam corruere funditus putant.* Quid faciemus? nisi admittamus gratiam, quæ sit talis naturæ, vt non relinquatur in libertate voluntatis eam amplecti, vel non amplecti; sumus Semipelagiani. Si admittamus gratiam, quæ sit talis naturæ vt non relinquatur libertati hominis ei resistere vel non resistere, sumus Caluinistæ. Nisi admittamus gratiam quæ prorsus destruat magnam illam libertatem quæ fuit in Adamo, tollendo indifferentiam, hoc est dissentiendi potestatem, sumus Pelagiani; si admittimus gratiam quæ sit

De gratia primi hominis c. 20.

talis naturæ, vt ei non possit voluntas dissentire, seu cùm qua non stet potestas dissentiendi, & consequentet indifferentia illa, seu indifferens potestas; sumus Caluinistæ. Vbi ergo saluabimur; & quid dicemus istis Theologiæ corruptæ reparatoribus, qui dum nos à Semipelagianis reuocant, Caluino commendant, & dum auertunt à Caluino, cogunt nos esse Semipelagianos. O Baiani, hæccine est fax illa quàm putabatis accensam, vt tenebræ Scholasticorum dissiparentur. Insufflate quæso. Non cernitis quos spargat fumos contradictionum, & errorum.

§ II.

Gratiam quam vocant Augustinianam, nullo vsquam loco apud Augustinum reperiri.

OPPONO septimò quòd iam ex dictis colligitur, falsum esse quod assumunt, Augustinianam gratiam quam negabant Massilienses, esse illam *cuius vsus, vel non vsus non relinquitur in libero voluntatis arbitrio.* Et vt constet, peto ab aduersariis, vt vel vnum designent locum in toto Augustino vbi ille significauerit gratiam pro qua pugnabat talem esse, vt ea vti, vel non vti, deserere vel retinere, *nullo modo* in libero relinquatur arbitrio, & cui homines dici non possint cooperari si velint. Ego quidem inuenio apud Augustinum, quod credimus *esse nostrum; & esse Dei: nostrum propter liberum arbitrium: Dei, propter Spiritum gratiæ.* Inuenio etiam fidem *esse in potestate voluntatis*, & ideò esse, quia vnusquisque, *si vult credit, si non vult non credit*: vnde colligo vt mihi quidem videtur manifestè, Spiritum illum gratiæ qui cùm libero arbitrio concurrere dicitur ad fidem, esse talem, vt sit verum hominem credere, hoc est illi cooperari si velit, non credere nec cooperari si nolit. Inuenio post acceptam ad credendum gratiam, *propriæ voluntatis esse consentire, vel non consentire, credere*

Digitized by Google

vel non credere. Hæc apud Augustinum inuenio sæpius inculcata, sæpius repetita. Et quia credere seu consentire gratiæ ad credendum datæ, est ea vti; & non credere seu dissentire, est non vti; concludo ex mente Augustini propriæ voluntatis esse, vti vel non vti gratia ad credendum data. Puto autem per propriam illam voluntatem intelligi voluntatem liberam, maximè apud Nou-Augustinianos, qui contendunt, intrinsecam, & inseparabilem, & veluti essentialem esse omni voluntati quæ plenam cognitionem sequitur, libertatem. Est igitur liberæ voluntatis ex Augustino vti vel non vti gratia ad credendum data. Et quia libera voluntas, & liberum arbitrium coincidunt, ex Augustino dicendum est, esse liberi arbitrij, vti vel non vti gratia ad credendum data. Expecto autem vt sciam; adeóne sint exacti, vt quod dicitur esse liberi arbitrii, pendere negẽt à libero arbitrio, vel relictũ esse in libero arbitrio: si enim non negãt, sequitur apud Augustinum vti vel non vti diuina gratia, pendere à libero arbitrio, & in eo relictum esse. Hæc sunt quæ mihi apud Augustinum occurrunt, cum aliis multis in eandem sententiam, quæ superiùs recensita sunt. Locum autem in quo dicat gratiam quam defendit esse talem, vt non pendeat à libero arbitrio, ea vti, vel non vti: vel non esse liberi arbitrii cum gratia operari, aut cessare, stare sub gratia, vel cadere prout visum fuerit, apud Augustinum nondum inueni fortasse quia non legi trigesies sexies. Sed ipsi Nou-Augustiniani quorum constantior fuit in hoc labore patientia, dicant nobis vbi eiusmodi sententia quærenda fuerit apud Augustinum, quæ statim occurrit apud Caluinum. Congerere enim sine modo, ac sine fine Augustini testimonia veluti plaustro; & eorum vbique strues erigere, quæ nihil probent eorum quæ probanda sunt, non magni neque difficilis negotii alicui fortasse videbitur. Punctum istud

De gratia primi hominis c. 14.

vtrum vti, vel non vti diuina gratia pendeat à libero arbitrio

Digitized by Google

decretorium est. Augustinus vbi negauit? Quò pertinent moles illæ inutilium citationum, quæ sufficiant onerandis omnibus quadrigis Aminadab ad conturbandos imperitos? Augustinus vbi negat pendere à libero arbitrio, diuina vt vtatur gratia, vel non vtatur?

Augustinus, inquiunt, æquiualentia dicit, cùm vocat Christi gratiam *victricem delectationem*, cùm dicit esse *donum sine pœnitentia*, non esse *communem bonis, & malis*, sed *discernere bonos à malis*: *donare hominibus operationem*, & *consensum*: *facere vt faciant, esse adiutorium quo & non solum sine quo*. His, & similibus loquutionibus significari volunt gratiam Dei talem esse *vt ea vti vel non vti non pendeat à libero arbitrio*. Sed iterum peto vnde habeant loquutiones illas æquiualere huic sententiæ? Ex Augustino, an ex communi auctorum acceptione? si ex Augustino, peto vbinam tradiderit Augustinus illam æquiualentiam? si ex vsu Auctorum Catholicorum, Scholæ omnes, dum vnanimi consensu fatentur vti vel non vti diuina gratia pendere à libero arbitrio, consequenter negant loquutiones illas contrarium significare. Num disputandum nobis erit ad tribunal Prisciani?

Deinde scire velim, an negent Nou-Augustiniani Adamum verè ac propriè fuisse victum à diabolo? fuit igitur victrix illa tentatio: & tamen erat *magna*, vt dicunt *libertas* illa, magnaque potestas Adami ad resistendum. Quidni pariter dici possit victrix gratia cui consentimus, quamuis relinquat in nobis potestatem dissentiendi? Quinimo ipsimet Nou-Augustiniani, vt paulò ante monstratum est, in illa suarum sententiarum confusione, vbi Caluinum damnant, fatentur diuinam motionem non repugnare potestati dissentiendi. Quòd si est dissentiendi potestas dum consentitur, quomodo negatur pendere à libero arbitrio vti vel non vti gratia victrice?

Similiter peto an putent pœnituisse Deum earum

Digitized by Google

gratiarum quas dedit sanctis Angelis dum essent in via. Quòd si non pœnituit, ergo fuerunt dona sine pœnitentia: & tamen indifferentissima erat Angelorum voluntas ad perseuerandum, vel non perseuerandum: ergo hoc quòd est esse donum sine pœnitentia, non significat necessario esse donum quo non possit donatarius vti; vel non vti pro sua libertate. Præterea, omnia illa dona quæ collata fuere Adamo ante lapsum, numquid inuoluuntur illa sententia, *pœnitet me fecisse hominem*, quando scilicet fine suo, perseuerantia deficiente, caruerunt; fuerunt igitur dona cûm pœnitentia. Ergo est cur pariter dicamus ea dona gratiæ quæ conferuntur iustis hominibus finaliter cadẽtibus, esse dona cùm pœnitentia, & de quibus dicere Deus potest eodem sensu quo id alias dixit, pœnitet me tot illis gratias impertiuisse. Atqui gratiæ illæ pleræquæ fuerunt efficaces, & medicinales, & per Christum, ad quas pertinere debet quod dicunt aduersarij, non esse in potestate hominis ijs vti vel non vti. Ergo hoc quod est esse donum sine pœnitentia non conuertitur cùm eo quod est esse gratiam per Christum medicinalem, & efficacem, & qua vti vel non vti, non pendeat à libero arbitrio.

Esse gratiam discretiuam bonorum & malorum nihilo magis hoc significat: fit enim hæc discretio non per ipsam gratiam præcisè, de actuali enim loquimur, sed per illius effectum, seu per bonam operationem. Et hoc Augustinus manifestè significat cùm dicit. *Illa itaque natura qua nobis data est possibilitas habendi fidem non discernit ab homine hominem, ipsa verò fides discernit ab infideli, fidelem. Ac per hoc vbi dicitur. Quis enim te discernit, quid habes quod non accepisti: quisquis audet dicere habeo ex me ipso fidem, non ergo accepi: profecto contradicit huic apertissimæ veritati; non quia credere, vel non credere non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas à Domino.* Vbi vides discretionem qua discernitur fidelis ab infideli, tribui formaliter ipsi fidei.

De Prædest. SS. cap. 5.

Gratiæ

Gratiæ ergo, quæ huius fidei est effectiua, in tantùm tribuitur, in quantum est illius effectiua. Tribuitur ergo hæc discretio diuinæ gratiæ ad differentiam naturæ. Quia natura, & ratione sui, & ratione suorum effectuum, est communis bonis & malis, est enim sub malitia eadem, & sub bonitate: & vt ad bonum concurrit, ita & ad malum. At verò gratia efficientiam habet ad bonum tantùm determinatam; concurrere autem ad malum nullomodo potest. Ergo discernit bonos à malis, quatenus dat illis potentiam vt boni sint, & non vt sint mali: & operando dat illis ipsam quoque bonitatem seu bonum actum, per quem aut sunt, aut incipiunt esse boni: nulla verò ratione dat malitiam, vel actum malum, sicuti natura, quæ non potest dici discernere bonos à malis, quia & potentiam, & actum habet ad bonum, & malum indifferentem. Ad hoc autem impertinens est quòd gratia sit talis vt ea vti, vel non vti non sit in libero arbitrio, quia quamuis hoc non habeat, est nihilominus discretiua.

Iam quod dicunt, Augustinum loqui de gratia quæ dat hominibus actum ipsum, v. g. quæ dat fidem, & ipsum credere, & non solùm potestatem credendi, vel eliciendi fidem; perinde friuolum est, & ad id quod intendunt inutile. Quia ipsimet probant multis modis merita quoque Angelorum, & virtutes fuisse Dei dona, cùm tamen gratia per quam donabantur, non esset eiusmodi qua non possent vti vel non vti: ergo istud non requiritur ad hoc vt effectus gratiæ censeatur per ipsam donari. De gratia primi hominis c. 19.

At, inquiunt, dona Dei tantùm erant generali quadam & communi ratione: non erant autem *specialia dona*, quia gratia non sic influebat cum libero arbitrio, *vt faceret illud facere, ita videlicet vt illud ad opus inchoatum hic & nunc determinaret.* Bene habet. Posita igitur in eo est specialis illa ratio doni, quòd Deus liberum arbitrium ad opus bonum inchoandum hic & nunc de-

Digitized by Google

terminet, & faciat facere illud. Sed quærimus vt ostendant nobis, vbinam dicat Augustinus Deum aliter determinare liberum arbitrium, quàm quia dat illi virtutem determinandi se, & quia mouet vt se in bonam partem determinet: & quia ad eiusmodi determinationem intimè cooperatur? vbinam, inquam, & quid aliud Augustinus requirit? atqui hoc non significat talem esse gratiam quam dat, vt ea vti vel non vti non sit in libero arbitrio.

Quod dicunt non tale fuisse adiutorium primi hominis, & Angelorũ; quod faceret eos facere, nunc autem quod datur lapsis facere eos facere, seu facere vt faciãt; eadem ratione diluitur. Nimirum negando eo loquendi modo significari adiutorium, quo vti, vel non vti non sit in hominis potestate. Et peto cur putent malè loqui, vel male sentire de diuina gratia, si quis dicat, dum Angeli bene operabantur antequam essent Beati, Deum fecisse vt facerent? & cùm Adamus similiter ante lapsum sanctos quosdam affectus elicuerit, bene vsus diuina gratia, quis meritò reprehendat eum qui dicet Deum fecisse vt bene faceret, & tamen gratia ex qua operabantur & Angeli, & Adamus tunc, cõpatiebatur in libero arbitrio indifferentiam agendi, & non agendi. Et minùs adhuc requiritur inter homines vt vnus propriissimè dicatur facere vt alius faciat, vel imperando, vel suadendo, vel rogando, relicta semper in eo qui sic mouetur, indifferentia: ergo non requiritur vt indifferentia tollatur ad saluandam proprietatem illius locutionis: & addo id quod antea notatum est in iis locis in quibus Nou-Augustiniani putant Augustinum loquutum esse de gratia indifferenti, & potentiali, vsurpatum ab eo esse eundem loquendi modum, dictumque *facere Deum vt faciamus*. Quòd si iterum recurrant ad *specialem modum*: iterum postulabimus vt apud Augustinum ostendant positum in eo esse modum illum, quòd non sit in potestate liberi

Digitized b

adiutorij vti vel non vti diuina gratia. Quod ipsi præstare nunquam poterunt. Occultas autem, & innominatas *specialitates* illas nihil moramur, quippe quas penuria bonarum responsionum, & angustiæ respondentium suggerere solent. Alia multa *specialia* sunt, quæ collatam homini lapso, languenti, debili, prostrato, & pœnam mœrenti, diuinam gratiam commendant, stante voluntatis indifferentia.

§. VIII.

De auxilio quo, & auxilio sine quo non: abusu Nou-Augustinianos illa distinctione, & minime consequi quod intendunt.

RESTAT illud discrimen quod affingat Augustinus, dum dicit auxilium Adamo collatum fuisse *sine quo non*: quod autem confertur homini lapso, esse auxilium *quo*. Atque hæc est illa decantata distinctio quâ Nou-Augustiniani ad omnem occasionem producunt: quppe illa contineri dicunt *genuinam* Augustini sententiam, *genuinum scopum, basim, & fundamentum*, quo vniuersæ illius disputationes de gratia nitantur, quo subtracto necesse sit *laceratam, fluctuantémque incertis suffitionibus* nullo vsquam exitu reperto in Augustini doctrina Theologiam esse. Hoc esse *filum*, quod qui tenet, in *labyrintho* scriptorum eius, mirabilem ei occurrere *contextum rerum, respondere enim extrema primis, vtrisque media, omnia omnibus, omnia velut ex ipsa re nata ita se consequi, vt tanta concatenatio, & consonantia altissimè clamet ibi latere veritatem.* Denique hanc esse veram *clauim* qua aditus in scripta Augustini aperiendus est, & sine qua qui ea molitur ingredi, velut *cæcus palpatiuus sit in meridie.* Hanc esse rationem cur Augustinus *insinuatam quidem sæpius*, NVNQVAM TAMEN APERTE TRADITAM, TANDEM IN FINE VITÆ SVÆ LVCVLENTISSIME

De gratia primi hom. nis cap. 17.

DECLARAVERIT, *tantóque conatu, & asseuerantia, præter morem suum asseruerit*, nimirum in tribus illis capitibus de correptione & gratia inde exorsus, *quapropter saluberrime confitemur quod rectissimè credimus, &c.*

Augustinianam esse distinctionem illam, eámque bonam, veram, & vtilem, non nego: verùm si tot sunt illius commoditates ad indagandam germanam Augustini sententiam, & consentientem sibi ex omni parte doctrinam comparandam; necesse est Nou-Augustinianos veram illius intelligentiam perdidisse: quippe quorum Theologia vix vlla reperiatur quæ sit magis infamis perplexitate nutantium definitionum, collisione sententiarum inter se pugnantium, periculosorũ errorum frequentia, indigesta inordinatáque probationum aberrantium à scopo multitudine, & manifesta sensuum D. Augustini deprauatione, vt fatentur plerique omnes, qui sedato animo, & mente ab omni perturbatione libera Nou-Augustinianorum lucubrationes propiùs inspiciunt, excutiúntque diligentiùs: & vide quàm consequenter loquantur, vel hoc ipso loco, vbi consonantiam commendant, cùm dicunt hanc fuisse rationem, (nempe quòd tanta esset commoditas, tanta vtilitas, tanta necessitas huius distinctionis) cur S. Augustinus insinuatam quidem aliquoties, sed numquam traditam, eam sub vitæ finem luculentissimè declarauerit. Quid est quod dicitis, ô cultores Augustini? ille pulsantibus ad ostium veritatis totis viginti annis *clauim* tenuerit absconditam? Ille inclusis labyrintho *filum* quo regi possent, tamdiu substraxerit? Ille cùm tam longa támque diuturna instantia vrgeret ædificationem veræ fidei *basim* celauerit, qua sustinenda erat, ne corrueret? & hæc ratio erat illius suppressionis, quòd scilicet esset vtilis admodum & necessaria distinctio. Quid? inuidebat Augustinus suis discipulis illius multiplices fructus? fortè nondum erat illi satis explorata, & expectauit Deus vitæ finem, vt plenam eius notitiam

Digitized by Google

infunderet. Ergo viginti vltimis vitæ annis quibus pugnauit cum Pelagianis pro Dei gratia, non cognita fuit Auguſtino *clauis* qua eſſent aperienda veritatis penetralia? Ergo diſcurrebat *ſine filo* in implicatiſſimo ſuorum ſcriptorum labyrintho. Ergo tollebat in altum ædificium doctrinæ ſuæ *fundamento* nondum explorato. Nec aliud ſupereſt niſi vt poſtquam omnia quæ ſcripſit Auguſtinus ante Epiſcopatum, ſuſpecta reddiderunt in materia de gratia, nunc etiam ſuſpecta reddant ea quæ poſt Epiſcopatum ſcripſit, etiam contra Pelagianos, præter vltima quæ ſub finem vitæ lucubrauit, redigamúrque ad tres libros de Correptione & gratia, de Prædeſtinatione SS. & de Dono perſeuerantiæ. Vide Lector quantum fidei ſit habendum his Dædalis, qui ſuarum cogitationum *filum* perdiderunt, vbi certos ſibi ſuiſque ſectatoribus promittunt exitus ex labyrintho ſcriptorum Auguſtini. hoc nimirum ſpecimen eſt conſonantiæ illius, & concatenationis cohærentium ſententiarum quam prædicant.

Sed quod ad rem noſtram pertinet, concedo S. Auguſtinum diſtinguere adiutorium *ſine quo non*, & adiutorium *quo*, ergo Chriſti gratia per adiutorium *quo* deſignata, eiuſmodi eſt vt non ſit in poteſtate liberi arbitrii ea vti vel non vti; non tantùm neganda, ſed ridenda etiam conſequentia eſt. Etiamſi concederetur nullum omnino eſſe adiutorium Chriſti & medicinale, quòd non ſit adiutorium *quo*, quod nullomodo eſt concedendum; minimè conſequens eſſet id quod volunt Nou-Auguſtiniani, tale eſſe huiuſmodi adiutorium, vt non ſit in poteſtate liberi arbitrii eo vti vel non vti, quod ſenſiſſe Auguſtinum probandum illis eſt. Eſt enim manifeſtum hanc diſtinctionem auxilii *ſine quo non*, & auxilii *quo*, & quæcumque alia vſpiam inſinuat de efficacia, de vi diſcretiua, de indeclinabili, & inſuperabili, & inuicta gratiæ diuinæ motione, & ſimilia, ſalua eſſe admiſſâ infallibilitatis auxiliorum præſcientiâ,

& plusquam salua si addatur bonorum actuum prædefinitio, quæ omnia optimè consentiunt, & conciliantur cum gratia quæ voluntati suam in agendo indifferentiam relinquit.

Addo S. Augustinum vbi distinctionem hanc tradit, & explicat auxilii *sine quo non*, & auxilii *quo*, agere de gratia ad perseuerandum necessaria: & per auxilium *quo*, significare tantùm eam gratiam qua continetur donum perseuerantiæ. Patet hoc manifestè ex initio capitis decimi, quod sic habet, *hinc exoritur alia quæstio non sine contemnenda.* ..... *Quæritur enim à nobis* QVANTVM ATTINET AD HOC DONVM DEI QVOD EST IN BONO PERSEVERARE VSQVE IN FINEM: *quid de ipso primo homine sentiamus.* En tibi quæstionem tribus sequentibus capitibus tractandam, cuius occasione distinguit auxilium, quod est primo homini datum ad perseuerandum, & dicit esse auxilium *sine quo non* poterat perseuerare, ab auxilio quod iam datur hominibus lapsis intestino concupiscentiæ bello laborantibus in tenebris ignorantiæ, quod dicit debere esse maius, & fortius, & non tantùm auxilium *sine quo non possint perseuerare*, sed auxilium *quo non nisi perseuerantes sint.* Nec aliud omnino tractat in prædictis capitibus.

Hinc fit vt hoc auxilium dicat spectare tantùm ad prædestinatos quos Christus dicit se *posuisse, vt eant, & fructum afferant, & fructus eorum maneat. Quis autem*, inquit, *dicere audeat forsitan non manebit? sine pœnitentia sunt enim dona & vocatio Dei, sed vocatio eorum qui secundùm propositum vocati sunt.* Atque vt significet se de iis tantùm agere, post allatum Apostoli locum, *Tu quis es qui iudicas alienum seruum, suo Domino stat aut cadit*, continuò subiungit *respexisse ad prædestinatos*, quia dicit, *stabit autem, potens est enim Deus statuere illum.* Et hac tractatione finita, caput decimum tertium sic incipit, *hæc de his loquor qui prædestinati sunt in regnum Dei. ... non de his qui cùm annuntiasset, & loquutus esset, multiplicati sunt*

ſuper numerum. Ipſi autem vocati dici poſſunt, non autem electi, quia non ſecundùm propoſitum vocati. Vides vt expreſſè non prædeſtinatos excludit à participatione huius auxilij?

Atqui nos agimus de neceſſitate gratiæ præſcindendo à prædeſtinatione: & qua indigent illi quoque reprobi qui viuunt aliquandiu iuſtè, & piè; ad quos cùm non pertineat auxilium *quo*, nec auxilium *ſecundùm propoſitum*, nec *auxilium ſine pœnitentia*, &c. petimus vt ex Auguſtino monſtrent, auxilium gratiæ quod illis datur ad exercitium earum virtutum in quibus non perſeuerant, eſſe tale vt eo vti, vel non vti, non relinquatur libero eorum arbitrio. Nam ſi ſemel concedatur non eſſe tales, iam ſequitur nec prædeſtinatis propter exercitium virtutis præcisè neceſſarium eſſe. Prædeſtinatio enim non inducit infirmitatem, aut impotentiam liberi arbitrii, nec conſequenter neceſſitatem auxilii ad quemlibet ſingularem actum diuerſi ab eo quod ſufficit non prædeſtinatis, eſto ad finem & modum prædeſtinationis conueniat vt efficaciùs iuuentur & certiùs.

Iterum addo, quod ſuperiùs indicatum eſt, auxilium quo perſeueratur vſque in finem inter huius vitæ pericula variáſque tentationes, non eſſe vnum aliquod auxilium, nec merè internum, ſed eſſe multitudinem quandam auxiliorum perpetuò congruorum, & infallibilium vſque ad mortem incluſiuè. Sicut enim illud velle perſeuerare, quod Auguſtinus dicit dari per hoc auxilium, non eſt vnum quoddam, & ſingulare velle, ſed eſt multitudo voluntatum omnium, quibus tentationes variæ vincuntur, & v. g. voluntas iuſtitiæ, quãdo prædeſtinatus auaritia tentatur, temperantiæ, quãdo gula ſollicitat; manſuetudinis, quando ira exardeſcit: caſtitatis, quando libido blanditur & allicit; ita & auxilium quo Deus operatur idem velle, non eſt vnum & ſingulare, ſed eſt omnium collectio, quibus huiuſmodi voluntates præueniuntur. Vbi præterea

Digitized by Google

elucet veluti peculiare quoddam ſtudium prouidentiæ in ordinandis huiuſmodi auxiliis ſemper congruis & infallibilibus, & ipſa morte cum eorum effectu ita connectenda, vt quemadmodum loquitur Auguſtinus *non niſi manentem fidem vitæ finis inueniat*; item in moderandis tentationibus, & tentatore frænando, ne tantùm ſæuiat quantum ſufficeret ad vincendum. Totum hoc comprehendit auxilium *quo* cõtinetur donum perſeuerantiæ. Quod non impedit quominus ſit in eorum qui perſeuerant libertate ſingulis internis auxiliis cooperari, vel non cooperari, etiamſi tota illa collectione internorum, & externorum qua includitur etiam mors opportuna non poſſint abuti, aut eam effectu fruſtrare.

De corrept. & gr. c. 12.

Atque hoc tantùm ſignificare voluit Auguſtinus, cùm gratiam Adamo datam ad perſeuerandum ita diſtinguit ab ea quæ modò datur prædeſtinatis, vt dicat, *relictum in libero arbitrio Adami, vt perſeueraret vel non perſeueraret*: item, *illi fuiſſe commiſſum arbitrium perſeuerandi*. Quaſi iam non relinquatur in libero arbitrio prædeſtinatorum, vt perſeuerent, vel non perſeuerent, vel non committatur illis arbitrium perſeuerandi. Significat, inquam, ſolùm Adami arbitrio relictum, vt congrua vel incongrua redderet ſufficientia quæ habebat ad perſeuerandũ auxilia: nec adhibitam ſpecialem illã prouidentiam, qua congrua tantùm ſecernerentur, & auerterentur occaſiones labendi vſque ad terminũ viæ incluſiuè: eo quòd hoc eſſet conſentaneum *tantæ bonitati tantæque ad bene viuendum facilitati*, vt Auguſtinus loquitur: iam autem non ita ſibi, vel ſuo arbitrio prædeſtinatos relinqui; ſed talem curam, & tam peculiare ſtudium adhiberi, in connectenda infallibilium auxiliorum catena cum bona morte, vt quamuis in vſu cuiuſlibet interni auxilij prædeſtinatus liberum habeat arbitrium, vt eo poſſet abuti; non habeat tamen ad totam illam prouidentiam cum omnibus quæ includit eludendam.

lib. cap. 11. & 12.

lib. cap. 12.

Idipſum

Idipſum poteſt paucis hiſce verbis exprimi. Adamus liberum habuit arbitrium, vt cum tota collectione auxiliorum ad perſeuerandum coniungeret perſeuerantiam, aut non perſeuerantiam; Prædeſtinatus modò non habet liberum arbitrium, vt cum tota collectione auxiliorum ad perſeuerandum coniungat perſeuerantiam, vel non perſeuerantiam. Id quod vel ex eo etiam patet, quòd in hac collectione auxiliorum quæ prædeſtinato præparantur, includatur ipſe terminus ad quem perſeueratur, nimirũ opportuna mors. Cum cuius ſuppoſitione clarum eſt non poſſe coniungi non perſeuerantiam. Et hoc docet Auguſtinus, cùm negat poſſe quemquam amittere donum perſeuerantiæ. *Quid dicãt,* inquit, nimirum illi qui contendunt donum perſeuerantiæ poſſe contumaciter amitti, *non attendunt. De illa enim perſeuerantia loquimur qua perſeueratur vſque in finem, quæ, ſi data eſt, perſeueratum eſt vſque in finem: ſi autem non eſt perſeueratum vſque in finem, non eſt data . . . . . Dicimus caſtum, quem nouimus caſtum, ſiue ſit, ſiue non ſit in eadem caſtitate manſurus, & ſi quid aliud diuini muneris habeat, quod teneri, & amitti poteſt, dicimus habere quandiucunque habet, & ſi amiſerit, dicimus habuiſſe. Perſeuerantiam verò vſque in finem quoniam non habet quiſquam, niſi qui perſeuerauit vſque in finem,* MVLTI EAM POSSVNT HABERE, NVLLVS AMITTERE . . . . . *hoc ergo Dei donum ſuppliciter emereri poteſt; ſed cùm datum fuerit, amitti contumaciter non poteſt. Cùm enim perſeuerauerit quis vſque in finem, neque hoc donum poteſt amittere; nec alia quæ poterãt ante finem. Quomodo enim poteſt amitti, per quod fit vt non amittatur etiam quod poſſet amitti?* De dono perſeu. c. 6.

Quemadmodum autem illum prouidentiæ modum quo prouiſum erat Adamo, Auguſtinus dicit conſentaneum fuiſſe illius *bonitati*, & ad bene viuendum *facilitati*; ita & iſtum quo lapſis hominibus conſulitur prouidentia illa infallibili. Auguſtinus putat conuenire deprauationi naturæ, & ad malè viuendum pronitati, ex

hypothesi quòd nolit Deus hominem perdere. Nam si sibi permitterentur, nec adiuuarentur fortiùs, quàm requiratur ad præcisam bene viuendi facultatem, & quàm mereatur indigna omni beneficio natura, vix esset ex adultis qui in bonam mortem incurreret. Non dubito quin Nou-Augustiniani frontem contrahant; atque ægrè ferant nos ipsorum *clausi* nolle vti ad aperienda Augustini sensa. Sed æquo animo ferimus eorum fastidia, quæ si non alia ratione probauerint esse iusta, quàm quia longiorem ipsi operam in Augustino versando consumpserunt; nihil moramur inanem prærogatiuam. Neque enim quisquam ideo ad veritatem propius accedit, quia somniauit diutiùs.

CAPVT VII.

Naturalem tantùm gratiam à Semipelagianis, supernaturalem ab Orthodoxis tamquam necessariam semper admissam.

§. I.

Nou-Augustiniani cur audire nolint in hac disputatione distinctionem naturalis ac supernaturalis gratiæ.

EX prædicatione Euangelij, & externa credendorum propositione sequi naturales aliquas apprehensiones, & aliquos etiam in voluntate motus, iuxta ispositionem eius qui audit & attentionem, nemo est qui dubitet. Cùm enim constet hæc consequi naturaliter, vel auditâ vel lectâ Plutarchi Historiâ, vel Ciceronis Oratione aliqua, vel Virgilij Poëmate, non est dubiũ quin pari modo sequi possint ex lectione, vel auditione sacrarum Historiarum, Prophetiarum, Psalmorum. Et ideò si eiusmodi cogitationes, & affectus vocaren-

Digitized by Google

tur interna gratia, concedendum omnino esset Massilienses internã gratiam admisisse: Nec Massilienses modò, sed & ipsos quoque Pelagianos, qui cùm gratiam Prædicationis agnoscunt, nunquam excluserunt id quod est cum ea naturaliter connexum, & inseparabile. Et ita eos sensisse colligi potest ex S. Prospero exponente quo modo, in eorum sententia, gratia prædicationis iuuemur, his versibus.

Veluti cum voce loquentis
Aut rerum actarum species quas vidimus, aut quæ
Legimus, exoritur secreta cordis in aula.
Nunc amor, aut odium, nunc spes, metus, ira, dolórque,
Nec tamen hos motus scriptor, narrator, & Auctor
Inseuêre animo, quamuis forte hoc quoque vellent.
Sed de præceptis mens iudex sponte mouetur,
Et pro more suo quantum se exercuit istis
Transit in affectum, quem confirmauerit ex se
Illa volendo sequens, illis nolendo resistens.
At verò omnipotens hominem cũ gratia saluat, &c.

Perspicuum igitur est gratiam internam, de qua disputamus, an fuerit à Massilienssibus admissa, significare inspirationem aliquam diuinitus inditam, nullo id exigente merito, nulla dispositione naturalium causarum, quâ & illustretur intellectus & voluntas moueatur ad bonum, vel auertatur à malo: ac proinde hanc esse gratiam supernaturalem. Hanc agnouisse Massilienses probandũ erat Nou Augustinianis Sed quia desperarunt id se posse consequi; consilium iniere vt hanc supernaturalitatis differentiã spernerent, veluti cusam in officina Scholasticorũ, & ad quæstionem quæ hîc tractatur minimè spectantẽ. Hinc est quòd Neotericos accusant quòd semper *solam operis* SVPERNATVRALITATEM *ponderent.* Et allatis quæ contra Pelagianos & Semipelagianos olim edita sunt decretis, *harum* inquiunt, *& similium definitionum sensus sincerus, & ex ipsa penitus Massilienssium dogmatum genuina intelligentia, prout à veteribus*

De gr. salu. c. 12 13.

Digitized by Google

tionem ſemper habebit, quòd naturalium cogitationum congruitatem, & efficaciam ad bonos actus indebitam putet naturæ peccatrici, atque adeò ſaltẽ quoad modum ſupernaturalem. Sed quidquid ille dixerit noſtrum non eſt, qui vnanimem aliorum ſententiam conſtanter ſequimur: & actum omnem in quo eſt aliqua vis, vel merendi, vel impetrandi quæ ad ſalutem, & vitam æternam pertinent, & virtutem ex qua procedit, contendimus eſſe ſupernaturalem.

§. II.

Certiſſimis teſtimonijs conuinci naturalem tantùm gratiam à Maſſilienſibus ad initium fidei admiſſam.

SI verò Nou-Auguſtiniani quoque contendunt, ſupernaturalem etiam exiſtimatam fuiſſe Maſſilienſium gratiam, & ideò tantùm reiectam, quia putabatur libero arbitrio relinquere indifferentiam in agendo; ad huiuſmodi cogitationem conuincendam tam multa ſuppetunt, vt dubiam facere poſsint eorum qui reſiſtunt ingenuitatem. Et occurrunt in primis ea quæ ipſimet citant ex Concilio Arauſicano. *Initium fidei non ineſſe nobis* NATVRALITER, *ſed per inſpirationem Spiritus Sancti.* PER NATVRÆ VIGOREM *nihil boni poſſe cogitari, vt expedit, ſed per illuminationem, & inſpirationem Spiritus Sancti: præclaram Sanctorum fidem,* NON PER BONVM NATVRÆ, *ſed per gratiam Dei eſſe collatam. Latronis, Centurionis, Zachæi fidem* NON FVISSE NATVRAE, *ſed diuinæ largitatis donum. Neminem de profundo illius ruinæ poſſe conſurgere. Per peccatum Adæ fuiſſe amiſſam* NATVRALEM *poſsibilitatem.* Hæc, inquiunt, Concilia, & Pontifices aduerſus Maſsilienſium pronunciata decernunt. Ergo Maſsilienſes contraria pronunciabant. Dicebant igitur initium fidei nobis ineſſe *na-*

Lib. 1. de gr. ſalu. cap. 19. c. 5. 7. 21.

Cœleſtinus ad reſp. Gal.

Digitized by Google

turaliter, & non per inspirationem Spiritus Sancti. Nou-Augustiniani, per vestram fidem, qui hoc dicit, si credit quod dicit, putat ne initium fidei, & præ requisitam ad illud gratiam esse supernaturalem? Dicebant *per naturæ vigorem* posse cogitari aliquid boni, eo modo *qui expedit ad salutem*, non requisitâ illuminatione, & inspiratione Spiritus Sancti: & hoc quoque putabant esse supernaturale? supra naturam esse putabant illud ad quod *naturæ vigor* pertingeret? dicebant præclaram sanctorum fidem, *per bonum naturæ* non per gratiam Dei esse collatam; Et hoc erat illis supernaturale? Dicebant Latronis, Centurionis, & Zachæi fidem fuisse *de natura*, non autem *diuinæ largitatis* donum. Quòd fatebantur esse de natura, hoc putabant superare naturam, & esse supernaturale? supernaturale putabant quod negabant esse diuinæ largitatis donum? Et quid est quod dicebant, *inuocatione humana* gratiam Dei posse conferri? *Obedientiæ humanæ subiungendum gratiæ adiutorium*? vocabant humanam inuocationem, & humanam obedientiam quam putabant supetare facultatem humanæ naturæ? Et quidam modus, certique fines, citra quos excusationem habere possit impugnatio veritatis, sed adeò sunt ista manifesta vt non intelligam qui possit aliquis prudenter repugnare.

Cõci. Arausc. can. 3. & 6.

Et confirmari possunt ex ijs quæ apud Augustinum, Prosperum, & Hilarium passim occurrunt de doctrina Massilienſiũ, omnibus enim paginis, quin & omnibus ferè periodis significant *naturale* fuisse initium fidei, & per *naturalem gratiam* excitatum. non est opus hîc repetere quæ antea retulimus de laude liberi arbitrij, quam perdi nolebant persuasione necessitatis gratiæ supernaturalis; De initiali gratia, quam nobis collatam esse dicebant à conditore naturæ, quando rationales creauit & libero præditos arbitrio; De naturæ bono, quo bene vti quisque possit: De facultate naturali, & de seminibus virtutum naturaliter insertis; De æquali fa-

Digitized by Google

cultate quam habere nos arbitrantur ad bonum, & ad malum: De varijs modis quibus internam, & naturæ ſuperadditam gratiam excluſerunt, dum agerent de initio fidei. Quæ omnia ſi poſſunt pati perſuaſionem illam, quòd fides ſit ſupernaturalis, & quòd natura egeat ſupernaturali auxilio ad illam eliciendam; dicendum neceſſariò eſt, nec Maſsilienſes, nec qui ſenſa eorum referunt, Auguſtinum, Proſperum, & Hilarium, intellexiſſe quæ dicerent: ac proinde non poſſe nos quidquam certi definire de eorum erroribus, quando tanta eſt inter voces, & cogitationes diſcrepantia,

Expendi poſſet quod refert Hilarius in Epiſtola ad Auguſtinum *Nullam ita deprauatam, vel extinctam eſſe naturam, vt non deheat vel poſsit ſe velle ſanari: Quando fides à nobis exigitur, id exigi quod voluntate conditoris naturæ conceſſum eſt: Remanſiſſe fidem in natura licet vitiata. Ineſſe naturæ quòd excitari poſsit hoc ipſo quòd ignoranti veritas prædicatur*, & ſimilia. Poſſet iterum monſtrari hæc ita eſſe ab Auguſtino accepta, vt putarentur à Maſsilienſibus *dona Dei naturalia eſſe, & reliquiæ vitiatæ naturæ*, quemadmodum eſſe rationale, eſſe pulchrum, eſſe ingenioſum, & ſicut naturalis eſt ipſa capacitas ad recipiendam fidem quando illa datur. Poſſunt addi euidentiſsima Proſperi teſtimonia, ex libro contra Collatorem, quem dicit *laudabiles motus appetitúſque virtutum remora gratia Dei* NVDAE LIBERTATI ARBITRII *adſcribere*: eſſe aliquos putare quos ſaluet gratia Chriſti, *aliquos verò quos lex, & natura iuſtificet*: inſtruere infidelium libertatem *naturalibus bonis*: velle per *naturam* haberi quæ ad vitam, & pietatem pertinent, & non potiùs per gratiam qua natura reparatur. In *naturalibus theſaurис* ponere principia virtutum: In *naturalibus virtutibus* gloriari velle: *naturaliter* ineſſe libero arbitrio, quæ non niſi donatis ſibi viribus præſtare poteſt: Ex *naturali* affectu. & non ex gratiæ dono bonam haberi voluntatem. *Naturam ante gratiam* non eſſe in damnatione, non

De prædeſt. SS. c. 5.

Cap. 7. 8. 11. 29. 31. 39. 40.

Digitized by Google

esse in cæcitate, non esse in vulnere, sed illi adscribi posse aliquod bonum : Qui voluerit *iudicio naturali* præuenire posse Dei gratiam: Possibilitatem *boni naturalis* esse in hominibus. Vllus ne vsquam mortalium est, in quo superstint aliquæ rationis, & communis sensus reliquiæ, qui non videat his omnibus argumentis inuictissimè probari, naturalem esse gratiam illam quam Massilienses sufficere putabant ad initium fidei? cùm ergo carperentur quòd naturalem facultatem sufficere dicerent, quid aliud ab ijs exigi poterat, quàm vt plusquam naturalem esse faterentur? Quod Patres tam crebrò, tam disertè, tanto consensu dicunt *naturam superare*, chimæras apprehendent qui supernaturale vocauerint? Quod si iure factum est; ergo meritò dicitur & Massilienses errasse, qui non agnouerunt supernaturalem gratiam ad initium fidei necessariam, & à Massilienſibus dissentire qui talem confitentur.

§. III.

Idem probatur ex eo quòd Massilienses eiusmodi gratiam referunt ad reliquias naturæ integræ.

QVOD si Nou-Augustiniani adeò sunt aduersus tantæ veritatis euidentiam obfirmati, vt dicere pergant non negasse Massilienses talem gratiam, qualis in Adamo fuerat, indifferentem scilicet, iam hoc superiùs reiectum est, monstratúmque suppositâ illâ gratiâ non posse locum habere quæ illi dicunt de sufficientia naturæ, cum exclusione gratiæ. Addendúmque eos qui naturam nudam, læsam, deprauatam, extinctam, vitiatam, damnatam, vulneratam, confitentur, illi tribuentes initium fidei, loqui sine dubio de natura destituta gratia. Quis enim adeo cæcutiat vt retinuisse gratiam putet eos qui adeò affectam naturam confitebantur?

Digitized by Google

bantur? Nec aliud ſubeſſe poteſt illis vocibus, quibus hanc bonæ voluntatis facultatem, reliquias integræ naturæ nuncupant. Cùm enim per naturam integram intelligi non poſſit niſi complexum ex natura, & gratia; perdita gratia per peccatum, quid aliud ſupereſſe poteſt, niſi mera natura cum ſuis vitijs, quemadmodum per reliquias hominis abeunte anima nihil aliud intelligi poteſt niſi merum corpus? Ita verò interpretatum eſſe Proſperum haſce reliquias apertè patet ex eo quòd dicit contra Collatorem, *Si autem quod magis vult hic diſputator intelligi, de illis dicuntur qui alieni à gratia Chriſtiana quædam ad ſimilitudinem legalium mandatorum proprio iudicio ſanciebant, intelligentes mores ciuitatum, concordiámque populorum non poſſe aliter contineri, niſi vt rectè factis præmia, & peccatis pœnæ decernerentur; quis ambigat hanc ſapientiam humano generi ad temporalis vitæ vtilitatem ex naturæ à Deo conditæ ſupereſſe reliquiis? Si enim nec ad iſta terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium, non vitiata eſſet, ſed extincta natura.* & mox: *Quid iſte impiam infidelium libertatem naturalibus inſtruit bonis, & propriis vult iuſtificare principiis? Quid ad renouationem miſeræ vetuſtatis idoneam definit præuaricatricis ſententiæ nuditatem? Quaſi iſta ſcientia vel ex naturæ opibus reſidua, vel ex legalis doctrinæ eruditione quæſita poſſit ſui perceptione præſtare, vt quod faciendum nouerimus, &c.* Vide quid hic diſputator, hoc eſt Caſſianus, intelligat per reliquias naturæ, nempe ſcientiam boni illam ipſam quæ remanet in gentibus quæ legem non habent, & naturaliter faciunt ea quæ legis ſunt, Politicam, inquam, ſcientiam & merè Philoſophicam, ad regendos populos, & ciuitates componendas, ad vtilitatem temporalis vitæ: ſcientiam præuaricatricem, nudam, naturalem, ex naturalibus opibus reſiduam, vel ex legalis doctrinæ eruditione quæſitam. Hæccine gratiam ſignificant Adamo collatam? Et ſi poſſet talis gratia hac oratione deſignari, adcóne quiſpiam cæcus ſit, vt non videat Cap. 22.

Digitized by Google

hinc sequi Massilienses credidisse non supernaturalem esse gratiam quæ requiritur ad initium fidei, sed quæ data fuerat Adamo, fuisse merè naturalem?

Et Nou-Augustiniani laborant omnino ista confu-
Lib. 8. de hæresi Pela. cap. 5. sione, ac perturbatione cogitationum, quam hoc loco dissimulare non debeo. Dum enim explicant gratiam à Massilienſibus agnitam, & approbatam; secundo loco ponunt *possibilitatem naturalem boni*, ex prima naturæ integritate residuam; & has volunt esse *reliquias illas integræ naturæ in vitiata* relictas: hac sicuti *tabula ex Adami naufragio* vsos, & ex possibilitate boni quam Cœlestinus Pontifex dicit fuisse *penitus* perditam, Massilienses *hanc partem* retinuisse, atque illi attribuisse ex toto iustificationis & redemptionis negotio hoc tantum quod videtur omnium *infimum*, *tenuissimum*, *abiectissimum*, *iustitiæ exordium*, nempe *credere Deo*, *& ex conscientia infirmitatis vires petere*, *velle sanari*, *velle admittere medicinam*, *qualicunque dolore percelli ad exhortationem corripientis*, & sine tali etiam cohortatione, vel prædicatione *intelligentia naturali instrui ad vnius veri Dei cultum*: De his reliquijs intelligi quod dicitur *fides in natura licet vitiata remansisse*, & quòd *potestas quædam credendi in naIb. cap. 6. turali arbitrii rationalis libertate remanserit*, hæc est secunda gratia, & hi effectus illius. Deinde addunt agnouisse etiam tertiam gratiam actualem, & internam superadditam illis reliquijs Vnde constat per reliquias naturæ integræ intelligere illos naturale quidpiam contradistinctum à tertia gratia, quam tertiam dicunt esse adiutorium simile illi quo Adamus iuuabatur in statu naturæ integræ: ergo reliquiæ illæ significant apud illos secundam gratiam, à tertia præcisam. Iam verò quia statim oritur difficultas, quomodo potuerint Massilienses huius tertij adiutorij necessitatem admittere ad initium fidei, qui toties ac tam diserté præter reliquias illas naturalis possibilitatis quiduis aliud excludunt; Nou-Augustiniani vt hunc nodum expediant, dicunt tertiam

Digitized by Google

gratiam à Maſſilienſibus ſub nomine reliquiarum comprehenſam, *Quarta cauſa*, inquiunt, *eáque veriſsima reddi poteſt, quòd illa gratia plerumque ſub integra natura comprehendi ſolet, cuius integritatis reliquias cùm ipſi ſupereſſe poſt lapſum traderent, eam gratiam ei debitam ſub eadem ſuperſtite integritate complexi ſunt.* Vbi vides primò ita referri Maſsilienſium ſententiam à Nou-Auguſtinianis, vt nomine reliquiarum naturæ integræ ſignificarint aliquid diſtinctum ab adiutorio Adami, & illud non includens, ſecundam ſcilicet gratiam: & earumdem reliquiarum nomine ſignificarint aliquid quo illud adiutorium includeretur. Secundò vides Nou-Auguſtinianos naturam integram concipere ad modum totius quod vocat integralis, cuius quælibet pars eiuſdem rationis eſt cum toto, habétque perfectionem ſpecificam eandem. Nam quia natura integra erat totum quoddam ex naturali facultate, & ex gratiæ adiutorio conflatum, conſequens putant, vt illius reliquiæ ſint veluti fruſtum aliquod ex eadem facultate eodémque adiutorio conſtans, ſicuti fruſtum panis vel panni ſegmentum, quæ totius materiam & formam retinent. Hæc verò cogitatio abſurda eſt, & à mente Maſsilienſium aliena, qui cùm nudatam dicant naturam quæ defit integra eſſe, conſequenter integram concipiunt ad modum veſtiti, itaut indumenti rationem habeat gratia, quæ perdita eſt: quo modo etiam à Patribus, & ab Auguſtino paſsim concipitur. ergo velle in natura remanere aliquid gratiæ, idem eſt, ac velle, in ſpoliato remanere aliquid veſtium. Nihil itaque aliud voluerunt Maſsilienſes, quàm ſtatum illum integræ naturæ, & facultatem bene operandi quæ inerat, conflatam fuiſſe ex duplici virtute naturali, altera quam includit eſſentialiter eſſe rationale, & altera ſuperaddita ex beneficio gratiæ: per peccatum amiſſam quæ ſuperaddita erat, remanſiſſe quod erat naturale: & hæ ſunt reliquiæ quas ſufficere putabant ad initium fidei. Hæc eſt ſpecies ip- Ib. cap. 10.

Digitized by Google

sorum sententiæ tam clara támque aperta, vt minimè dubitem quin æquus lector cum indignatione reiiciat commenta Nou-Augustinianorum qui confundere ac perturbare conantur res clarissimas sine vlla ratione, nisi quod ita ipsis expedit ne conuincantur, dum affirmant internam gratiam fuisse ab illis admissam.

§. IV.

Idipsum colligitur ex confessione ipsorummet Baianorum, qui secum ipsi pugnant.

SED conuincuntur tertiò. Quia postquam in illa distinctione, vel distincta numeratione trium gratiarum, secundæ tribuunt hoc quod est *velle credere, velle admittere medicinam, velle sanari, sentire dolorem ex cognitione propriæ miseriæ, commoueri ad emendationem ex correptione, & exhortatione, & sola ipsa intelligentia naturali ad vnum veri Dei cultum affici*, hæc, inquam, vbi secundæ gratiæ concessere in sententia Massilienſium, quid supereſſe potest, ad quod requireretur tertia? Illa enim quæ iam enumeraui, omnia sunt de quibus quæritur an Massilienses tertiam pro illis gratiam admiserint. Quid ergo aliud faciunt qui hæc omnia secundæ gratiæ attribuunt ex sententia Massiliensium, quam negare Massilienses credidisse tertiam esse necessariam?

Supra.

Quartò, sed quod potissimùm quærimus, an putauerint gratiam quæ necessaria erat, siue secunda, siue tertia sit, esse supernaturalem, ex allatis Aduersariorum verbis non esse conuincitur, cùm fatentur credidisse gratiam illam esse naturæ debitam, in quo ipsi Massilienſibus consentiunt. Vide enim quid addant. *Hanc ergo gratiam sanationis aduersus Massilienses inculcant, quam sua incarnatione, & passione Christus attulit, alio statu innocentiæ adiutorio penitus prætermisso. Quia ista ad naturæ*

Supra.

SIVE INTEGRAE SIVE RESTITVTAE ATQVE

SANATAE SEMPER ADHAERET, & TAMQVAM CONNATVRALE SEMPER SEQVITVR. *Quæ ſanè ipſiſsima cauſa eſt, cur etiam ſub naturâ integrâ, vel ſanata pene ſemper intelligatur.* Et iterum. *Neque enim iſtud auxilium propter vllam peccati infirmitatem ſubleuandam neceſſarium integræ naturæ fuit, ſed propter innatam ipſiſque creatæ cuiuſlibet rationalis naturæ viſceribus intimam, & quaſi eſſentialẽ infirmitatem:* & poſt allata Auguſtini verba illa, *Non tunc de illa gratia quæſtio eſt, qua eſt homo conditus; ſed de iſta qua ſit ſaluus per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum,* ſubdunt; *Quod ne de ſola natura, ſed etiam de illa gratia quæ omni naturæ rationali adhæret, velut adiutorium eſſentialiter neceſſarium intelligeres, vide quid conſequenter adiungit.* Quærimus vtrum Maſſilienſes putauerint neceſſarium eſſe auxilium ſupernaturale ad volendum credere; reſpondent Baiani viſum illis neceſſarium eſſe auxilium illud quod *ſemper adhæret naturæ, ſiue integræ, ſiue ſanatæ:* & quod *tamquam connaturale* ſequitur illam; quod *omni* naturæ rationali adhæret, velut adiutorium *eſſentialiter neceſſarium.* Et quia hoc adiutorium non adhæret naturæ irrationali; non eſt dubium quin fâteantur adhærere etiam *ſoli rationali*, ſeu intellectiuæ: ac proinde eſt adiutorium naturæ debitum, quod *omni, ſoli, & ſemper adhæret*, quæ eſt definitio attributi proprij quarto modo, & parum abeſt quin fateantur eſſe pluſquam proprium, quando *eſſentialem* etiam illius connexionẽ admittunt. O Baiani, ſatis eſt: & iam intelligimus vtrum Maſſilienſes putauerint egere nos gratia ſupernaturali ad credendum. Nempe, vt iam dixi, hæc eò ſpectant, vt ne Adamus quidem indiguiſſe putetur ad totam ſtatus illius perfectionem, qui Baianorum error alibi fuſiùs detegitur, dum de ſtatu puræ naturæ, vbi connaturalis quam fingunt, naturæ intellectiuæ peccato carentis eleuatio ad beatitudinem, refutatur.

Ex lib. de nat. & gra. c. 3.

Quintò, ſed tamen hoc adhuc reſtat, vt nobis dicant quid ſit illud adiutorium *ſemper adhærens*, quod quamuis

Digitized by Google

nusquam satis exponant, colligi tamen potest ex duobus eorum locis. In primo dicunt adiutorium naturæ integræ, & naturæ lapsæ *differre tantùm secundùm magis, & minus, efficaciùs, & inefficaciùs.* In secundo, dicunt, adiutorium naturæ lapsæ esse *verissimam, & realissimam voluntatis affectionem, esse actum verum, & vitalem.* Hæc autem quid aliud sunt quàm motus illi varij timoris, amoris, gaudij, qui ex prædicatione & exhortatione ita naturaliter sequi putabantur à Massilienſibus, vt refert Prosper, quemadmodum in dispari materia, sed pari tamen modo sequuntur ex comœdiarum repræsentatione, & auditione poëmatum? Atqui totum hoc esse naturale, & pertinere ad gratiam secundam ipsi etiam Baiani fatentur: ostendunt igitur præter hos motus, alios, & quidem indebitos à Massilienſibus fuisse admissos.

Lib. singulari de gra. p. lõ. & Aug. cap. 13.

§. V.

Sancti Prosperi sententiam corrumpunt.

SED quando Prosperi mentio incidit, non debet omitti insignis deprauatio verborum illius. Quibus cùm clarissimè significaret id quod iam dicimus, Massilienses non admisisse internam gratiam naturæ indebitam. Nou-Augustiniani peruertere sensum conati sunt, adhibita interpretatione textui contraria: verba Prosperi sunt in carmine de ingratis.

Dumque aliud non est vobiscum gratia quàm lex,
Quámq; Propheta monens, & quam doctrina Ministri,
Scilicet vt tale arbitrium generaliter insit
Semine damnato genitis in corpore mortis
Quale habuit nondum peccati lege subactus
Primus homo, &c.

Vbi vides negari à Prospero Massilienses agnoscere vllam aliam internam gratiam, quàm eam quæ sequi potest naturaliter, & necessariò ex externa propositio-

Digitized by Google

ne legis, Prophetiarum, prædicationum, quod ipsum antea quoque affirmantem audiuimus. Nec quisquam adeo cæcus esse potest, qui non videat hunc tantum esse sensum duorum primorum versuum. Hoc autem Prosper refutat sequentibus versibus, monstratâ quæ hinc sequitur absurditate, nempe quòd filij damnationis in corpore mortis corruptibili, & animum aggrauante atque in deterius semper trahente, cum solo præsidio legis, & doctrinæ, id præstare possint, quod hominis sani, & innocentis, & liberi à tentationibus concupiscentiæ, & ijs gratiæ præsidijs quæ statum illum comitabantur instructi, proprium fuit: quæ absurdissima est cogitatio, & ipsa sola declaratione statim conuincenda refutandáque. At ecce tibi quam glossam Baiani substituant illis versibus. *Vbi manifeste significat eos velle quòd idcirco non indigeamus gratia nisi legis atque doctrinæ seu prædicationis Christi, quia arbitrium nostrum quantum ad credendum ita constitutum est, sicut hominis primi; qui hoc naturali sua possibilitate nondum vitiata poterat.* Ex quibus constat id quod Prosper addit tanquam absurdum consequens ex doctrina Massilienssium, à Baianis accipi veluti rationem ab ijsdem Massilienssibus approbatam: Quis autem sibi temperet in tanta sanctos Patres corrumpendi licentia? & quid mirum si huiusmo di commentationum beneficio quidquid volunt apud Augustinum inueniunt? Nimirum & Caluinus quoque totam suam Apocalypsim eadẽ arte facile inuenit apud Euangelistas. Quid? dum manifestè significat Prosper Massilienssibus non esse aliam gratiam quàm legem præcipientem, vel Prophetam monentem, vel Ministrum docentem; tunc manifestè significat Massilienssibus approbari gratiam Adami? non agnoscere *nisi gratiam legis*, hoc est agnoscere gratiam priorem lege atque ab ea independentem? O Baiani, quousque tandem?

De hæresi Pelag. l. 8. c. 10.

Digitized by Google

§. VI.

A controuersiæ cardinibus aberrant.

SED finio hoc caput lectorem monendo vt aduertat id quod ex dictis colligitur, an Auctores cum quibus disputamus scitè posuerint *cardines* istarum quæstionum. Nam ne videantur oleum perdidisse in voluendis per duos & viginti annos scriptis Augustini, jactant se incognitos Scholasticis præsertim recentioribus *cardines* deprehendisse, quibus omnes istæ disputationes verterentur, videntúrque illa metaphora delectari, adeò illam crebro repetunt, etiam in argumentis capitibus quæstionum quas tractant inscriptis, dum quærunt; *Quare recentiores cardinem difficultatum non videntes multum in multis hallucinentur*, &c. sequitur autem ex dictis illos ipsos esse quos eiusmodi cardines potissimum fugerunt, quando non intellexerunt aut intelligere noluerunt præcipuam Augustinum inter, & Massilienses controuersiam esse de necessitate gratiæ internæ, indebitæ creatæ voluntati, ac proinde supernaturalis: non autem gratiæ quæ ita raperet voluntatem vt non esset in eius potestate ea vti, vel non vti. Et facile poterant id ex Augustino discere, si eum consuluissent animo inueniendę veritatis, & non potius quærendi patrocinium præconceptis opinionibus. Neque enim nescire potuerunt officium periti disputatoris, qualem sine dubio fuisse Augustinum credere nos decet, dum tractanda proponitur quæstio cardinem assignare qui controuertitur. Quid autem quæso sibi proposuit Augustinus tractandũ in libro de prædestinatione Sanctorum, qui propriè contra Massilienses scriptus est? Idipse declarat initio capitis secundi. *Priùs itaque fidem qua sumus Christiani donum Dei esse debemus ostendere.* Dicebant Massilienses prædestinationis decretum quo Deus hominibus gratiam præparat ad consequendam

vitam

vitam æternam non concipi nisi præscitâ fide, tanquam ex naturæ viribus elicitâ: cuius merito, & impetratione gratia decerneretur ad ea quæ consequuntur necessaria: ideóque dicebant gratiam Dei dari secundùm meritum: hic erat primus è duobus erroribus quos Augustinus his duobus libris de prædestinatione SS. & de bono perseu. refutandos suscepit. Secundus spectabat donum perseuerantiæ, quod negabant. Primum ergo priore libro de prædestinatione SS. secundum posteriore, de dono perseuerantiæ, refutat. In primo libro veluti *cardinem* controuersiæ probandum suscipit, donum Dei esse fidem, non solum prouectam, & proficientem, sed etiam incipientem: &, quod idem est, Dei gratiam quæ consentientibus Massilienssibus necessaria erat ad perficiendam fidem, & ad cæteras virtutes non dari secundùm meritum incipientis fidei; sed illud præuenire: nec consequi, sed supponi ad primam credendi voluntatem; quod toto illo libro probat, & hac probatione supposita concludit. *Sed dent veniam, noua enim quæstio ad hoc nos compulit, quia cùm in prioribus opusculis nostris satis idoneis testimoniis egissemus, donum Dei esse etiam fidem; inuentum est quod contradiceretur, ad hoc valere illa testimonia vt ostendant donum Dei esse incrementum fidei. Initium verò fidei quo in Christum primitus creditur ab homine ipso esse, nec esse donum Dei: sed hoc exigere Deum, vt cùm id præcesserit cætera tanquam hoc merito consequantur quæ Dei dona sunt, nec vllum eorum dari gratis, cùm in eis Dei gratia, quæ non nisi gratuita est, prædicetur. Quod videtis quàm sit absurdum, propter quod institimus quantum potuimus, vt etiam ipsum initium fidei Dei donum esse ostenderemus.* Si omnem aliam gratiam Semipelagiani ad initium fidei admittebant præter illam quæ tollit à voluntate indifferentiam agendi & non agendi, & qua vti vel non vti non relinquitur in libero arbitrio; non- Cap. 21.
e dici posset Augustino volenti probare initium fidei
e donum Dei, ipsum incassum laborare? & dum ex

Digitized by Google

allegatis id à se probatum iactat ; nonne reponi posset inanem illius operam fuisse? Diceret Semipelagianus; Quis negat donum Dei esse fidem etiam incipientem? Quis negat ad eam prærequiri diuinam per Christum gratiam internam naturæ indebitam, nec prædicationis modò, sed & internæ inspirationis? Qui hæc concedit, non concedit effectum ex his beneficijs consequutum esse donum benefactoris? Affirmat ne Dei gratiam omnem consequi ex merito, qui nullum meritum agnoscit cui non supponatur Dei gratia? Operam ergo Augustine lusisti: & cùm in nos collimares, vide quos offenderis, nos enim intacti sumus, atque incolumes. Quòd si Augustinus instaret non quodcunque donum esse fidem incipientem, sed tale quod detur per gratiam, cui voluntas dissentire non possit, vel qua vti, vel non vti non sit in libero arbitrio, & talem esse debere quæ omni merito nostro supponitur; nonne iterum rideret Semipelagianus, cùm constet talis gratiæ, de qua sola potest esse controuersia, nullam esse factam mentionem, neque in propositione quæstionis, neque in probationibus, neque in conclusione? Et si diceret Augustinus, Ego illam intelligebam, responderet Massilienſis; quis potest diuinare tuas cogitationes? Probamus quod dixisti, quod tacuisti reprobamus. Institue si lubet nouam disputationem, quæ iam est peracta nihil ad nos.

Cap. 2. Idem dicere possent ad librum De bono perseuerantiæ, cuius initio veluti *cardinem* tractandæ quæstionis Augustinus proponit his verbis. *Asserimus ergo donum*
Cap. 24. *Dei esse perseuerantiam quâ vsque in finem perseueratur in Christo.* Et in fine tum huius libri de bono perseuerantiæ, tum prioris de prædestinatione SS. quo iste conuertitur, scopum iterum assignat his verbis *Sed quid plura: satis docuisse me existimo, vel plusquam satis, dona Dei esse & incipere in Domino credere, & vsque in finem in Domino perseuerare.* Quænam hîc est mentio gratiæ illius q datur in occursu tentationum, quas vincere ne

Digitized by Google

eſt, vt perſeuerantia conſtet: & quæ talis eſt, vt non ſit in libera voluntatis poteſtate, vel ſuccumbere tentationi, vel eam vincere? Atqui tota quæſtio eò reducitur, ſi credimus his nouorum *cardinum* fabris. Nam quòd inculcare ſolent, agi de gratia diſcretiua bonorum & malorum, & de auxilio non ſolùm ſine quo non poſſumus perſeuerare, ſed quo fit vt perſeueremus; iam ante monſtratum eſt, & diſcretiuum eſſe auxilium, & eſſe auxilium quo non niſi perſeuerantes ſumus, etiam ſi liberum arbitrium in ſingulis actibus liberum ſit, vt eo vtatur vel non vtatur.

Addi poteſt, Auguſtinum dum præformat diuinæ gratiæ confeſsionem, quam exigit à Pelagianis, nullam facere mentionem iſtorum cardinum; nec illos indicare: ſed neque Concilia dum Catholicas veritates opponunt eorum erroribus. Poteſt hoc intelligi ex Epiſtola ad Paulinum, in qua Auguſtinus ita concipit quod eſt ab eo profitendum qui cum Eccleſia Catholica relicto Pelagio voluerit conſentire, *fateatur gratiam Dei, & adiutorium etiam ad ſingulos actus dari, eámque non dari ſecundùm merita noſtra, vt vera ſit gratia, id eſt gratis data per eius miſericordiam.* Hanc inter alias confeſsionem Auguſtinus poſtulat, quam vult *ſimpliciter* & *ſine vllis ambagibus fieri.* Nimirum idipſum etiam Concilium Palæſtinum à Pelagio poſtularat, quando iuſſit illum has propoſitiones damnare, *gratiam Dei, adiutoriúmque non ad ſingulos actus dari; ſed in libero arbitrio eſſe, vel in lege, atque doctrina, & Dei gratiam ſecundùm merita noſtra dari.* Quis autem non videt *ſimpliciter*, & *ſine ambagibus* huic definitioni conformaturum fidem ſuam, qui fatebitur ex corde, ſe præter facultatem naturalem liberi arbitrij, præter legem, atque doctrinam agnoſcere internam, & actualem Chriſti gratiam, ad ſingulos actus neceſſariam, nec naturę debitam, nec ex vllo humano merito conſequentem, ſed ſuperpoſitam naturalibus omnibus bonis, & omnibus meritis præſuppoſitam? hæc Ep. 106.

confessio *simpliciter*, & *sine ambagibus* facta; nonne adæquatissimè respondet & Augustini, & Concilij Diospolitani postulationi? Quòd si emissa huiusmodi confessione, cognitáque necessitate illius gratiæ, non solùm pro perficienda fide, sed etiam pro inchoanda Semipelagiano post huiusmodi confessionem admisso inter Orthodoxos germanósque diuinæ gratiæ deffensione, dicat Augustinus, Quæcunque gratia non sufficit. Nos eam intelligimus, qua vti vel non vti non sit in libera hominis potestate; Nisi eam admittis hinc tibi exeundum est. Ille non meritò conquereretur? non iure diceret Augustinum esse qui non *simpliciter* processerit eiusque se *ambagibus* circumuentum? & cùm passim Pelagio exprobret Augustinus proditam ab illo Synodum ficta confessione diuinæ gratiæ, non daretur illi occasio retorquendæ calumniæ se etiam proditum fuisse ficta eiusdem gratiæ propositione? Esto, minus crediderit tunc Pelagius quàm profitebatur, ideóque Concilium deceperit; Concilium nunquid viceuersa plus exegerit quàm proponebat, ideóque vicissim Pelagium deceperit? satis, inquit, intelligebatur sermonem esse de illa gratia. At, inquam, vnde potuit intelligi quòd verba non significabant? Et cùm hîc dicatur fuisse *cardo* controuersiæ, cur silentio pressum fuit quod potissimum exprimendum erat? Quid disertius esse debet expressiúsque, quàm fidei vel propositio vel confessio? si non suppetissent nomina quibus illa gratiæ differentia exprimeretur, noua potiùs instituenda erant, quod exemplo antiquorum Conciliorum factum fuisset, quàm relinquendus sub occulta intelligentia *quæstionis cardo*, & ipsa quasi medulla Catholicæ veritatis.

Cap. 44. Idem dici potest ad locum Augustini ex libro de natura, & gratia, vbi cùm verba Pelagij retulisset, quibus conatur inuidiam à se amoliri negatæ Dei gratiæ, dum fatetur *Deo tantùm debere deputari quòd sine peccato viuimus. Si nesciremus* inquit Augustinus, quæ sequantur, *his*

tantummodo auditis falsa nos de illis iactante fama, & quibusdam fratribus idoneis testibus asseuerantibus credidisse putaremus, quid enim dici breuius potuit & verius quàm possibilitatem non peccandi quantacunque est, vel erit in homine, non nisi Deo debere deputari? hoc & nos dicimus, iungamus dexteras. Et deinde cùm Pelagius intulisset ex dictis Augustini saltem colligi non esse impossibile hominem viuere sine peccato, subdit Augustinus. *Rectè quidem disputat hoc ipso eos confiteri*, non esse *impossibile*, *quia hoc multi, vel omnes volunt. Sed hoc vnde sit possibile confiteatur, & pax est. Ipsa est enim gratia per Iesum Christum Dominum nostrum, quâ omnino iste orantes nos adiuuari, vt non peccemus dicere nusquam voluit. Quòd si forte latenter sentit, ignoscat aliter suspicantibus. Ipse enim hoc facit, qui cùm tantam de hac re patiatur inuidiam, sentire id vult, & confiteri non vult. Quid erat magnum vt hoc diceret ..... Cur illic solam naturam deffendere voluit? & quia homo ita creatus est, vt non peccare posset si peccare noluisset asseruit? ac per hoc quòd ita creatus est, eam possibilitatem ad gratiam Dei pertinere definiuit ..... & noluit aliquid dicere de eo quòd ipsa natura gratiâ Dei per Iesum Christum Dominum nostrum vel sanatur, quia vitiata est, vel quia sibi non sufficit, adiuuatur?*

Vides Augustinum hisce in locis dum Pelagianos prouocat *ad iungendas dexteras*, & pacem ineundam, paciſci velle cum illis, & ferire fœdus. Moris autem est eorum qui bona fide & sine dolo contrahunt, conditiones ita proponere, vt non aliud intendant mente quàm voce postulant. Quid autem postulat Augustinus? vt quod Pelagius offerebat reuera præstet; fateatúrque totam non peccandi possibilitatem Deo deputandam. Hoc si fateri velit, *iungamus*, inquit Augustinus, *dexteras; pax esto.* Sed fallebat Pelagius, volebat enim hoc Deo tantum deputari quia naturæ conditor erat, ideóque *solam* naturam deffendebat; nusquam dicere voluit illud posse sine peccato viuere, per Iésu Christi gratiam præstari supplicibus, nunquam gratiæ meminisse qua

Digitized by Google

natura præter creationis beneficia vel ſanari debet, quia vitiata eſt; vel quia ſibi non ſufficit, adiuuari. *Erat magnum hoc dicere*, inquit Auguſtinus, *& forte etiam ipſe ita ſentiebat.* Sed non ſufficit, & quamuis ſic ſentiret, iuſtam inuidiam paſſus eſt, ſi quod ſentiebat non eſt confeſſus. nimirum eorum tantum proprium eſt qui pacem ineunt animo belli renouandi, mente aliquid retinere quod verbis non exprimunt: vt habeant vnde perfidiæ colorem accerſant, & infamiam euitent, quam fœdifragi merentur. Ergo cùm ad pacem nihil aliud requirat Auguſtinus, quàm vt peccandi poſſibilitas non tribuatur ſoli gratiæ creationis: ſed neceſſarium inſuper dicatur eſſe Chriſti adiutorium, quo læſa infirmáque natura iuuetur; prodit in medium Semipelagianus, ſéque acceptare clamat conditionem quam Pelagius reſpuit: nullo modo ſoli naturæ tribuere vult, vel non peccandi poſsibilitatem, vel primam credendi voluntatem. Agnoſcit neceſſariam eſſe inſuper Chriſti gratiam internam, indebitam, quæ idoneum ſit tum gratiarum actionis, tum orationis obiectum: & Auguſtini manu apprehenſa, iungamus, inquit dexteras. Manum Auguſtinus ſubducet? fallebat igitur Pelagium, ſi quod proponebat non ſufficit ad ſanciendam pacem. Sufficit, inquis. Atqui nulla fit mentio eius gratiæ quæ diſſentiendi potentiam excludit, ſeu qua vti vel non vti non eſt in libera voluntatis poteſtate. Hæc ergo ex Auguſtino non requiritur. Quòd ſi *latenter eam intelligebat, ignoſcat aliter ſupplicantibus.* In pactis enim illud vnum quo totius controuerſiæ cardo vertitur, non debet *latenter intelligi.* Et quid magnum erat, vt hoc Auguſtinus ſignificaret? Et cùm duo poſsint eſſe defectus in confeſsione quæ exigitur à Pelagio; primus, ſi ſolam naturæ gratiam agnoſcat; ſecundus, ſi gratiam ſuperaddat eam tantùm qua vti vel non vti poſitum ſit in libero arbitrio; ſatiſne prouidè cum eo tractat Auguſtinus, qui de primo tantùm excludendo ſollici-

tus est nulla facta mentione de secundo.

Nimirum nullum esse secundum hunc defectum Augustino semper visum est, & ideo in Epistola ad Paulinum allata Pelagij doctrina qua dicebat *quotidiano Dei gratiæ nos auxilio muniri quamuis habeamus ad non peccandum forte, ac firmum liberum arbitrium*, ex his vltimis verbis, quibus dicit nobis esse ad non peccandum *forte ac firmum liberum arbitrium colligit*, Pelagium auxilium gratiæ *tanquam ex abundanti putare concedi. Id est, ita vt etiam si non concedatur, habeamus tamen ad non peccandum forte, ac firmum liberum arbitrium, quamuis sine Dei gratia id efficere atque adimplere non possit, sicut sanos oculos firmos dicimus ad videndum, quod tamen nullo modo facere possunt si desit lucis auxilium. Alio loco quid diceret, vel quid putaret ostendit. vbi ait ideo gratiam hominibus dari, vt quod facere per liberum iubentur arbitrium facilius possint implere per gratiam.* Nihil frequentius inculcant Nou-Augustiniani, quàm inutilem modò esse gratiam quæ sic se habeat ad liberum arbitrium quo modo lux ad oculos: talem quidem fuisse quæ data erat Adamo, illæsam habenti voluntatem; sed homini lapso, necessariam esse gratiam alterius generis: Et tamen constat ex hoc loco Augustino videri Pelagium excusabilem, si eiusmodi gratiam admitteret, quando vt illum reum esse conuincat, negat excusari posse illius confessione. Neque enim propterea hoc negat, quòd ea gratia iam non sufficiat, sed admittenda sit ea cui consentire, vel dissentire non sit in hominis potestate; sed ideo tantùm, quia neque hanc ipsam necessariam putat Pelagius, cùm dicat naturam etsi difficilius; posse tamen absolutè facere solam quod facit adiuta. Hæc videtur esse genuina Augustini sententia, quæ cùm abundè stabilita, & confirmata sit in superioribus, restat vt concludamus Nou-Augustinianos nec attigisse cardines controuersiæ, quæ olim erat inter Augustinum, & Semipelagianos: nec illud probare in quo nunc tota quæ nobiscum illis est disce-

Ep. 106.

Digitized by Google

ptatio, vertitur, *admittendam esse iuxta Sanctum Augustinum talem gratiam, cui consentire, vel dissentire non sit in libera voluntatis potestate.*

CAPVT VIII.

Vindicantur Augustini testimonia quædam antea producta, & primo quidem quod est in libro de spir. & lit. c. 31. & seqq.

§. I.

Baiani triumphant dum secum pugnant, & pro Caluino.

PRODVCTA sunt antea testimonia Augustini ex libro de spir. & lit. ad probandum id quod Nou-Augustiniani negant, liberum arbitrium diuinâ gratiâ præuentum posse ab illa dissentire. Quæ quia nimis premunt, inierunt illi consilium, vt eorum vim eluderent, accusatâ suorum aduersariorum, vel imperitiâ, vel malâ fidé, quòd scilicet obiectionem in Augustino pro solutione acceperint; & errorem ab eo reiectum pro germana ipsius sententia in illo cap. 31. & sequentibus, quod iam examinandum est.

Vix enim dici potest quantos de ignorantia nostra conuicta, déque hallucinatione comperta triumphos ducant. Illis *prodigij loco est, quomodo in mentem alicui erudito venire possit verba quæ ex illa disputatione excerpsimus Augustini sensum continere, nisi quia excogitata arreptáque opinio quoquomodo in sanctissimi Doctoris auctoritate fundanda videbatur: Augustinum ad quæstionem propositam non suam sed aliorum solutionem afferre examini deinde subiiciendam: Esse hanc ipsissimam Pelagianorum, & ipsius Augustini quondam errantis, & postea Massilienſium sen-*

De gra. Ch. lib. 1. cap. 30.

ti-

tiam; Ipſummet Auguſtinum vocare illam diſputationem, non autem ſolutionem, cùm dicit, hæc diſputatio ſi quæſtioni illi ſoluendæ ſufficit, &c. vocare dubitationem, cùm dicit, ſi ſufficiat, non aſſertionem, quod ſufficiat. refellere ſtatim eandem ſolutionem, cùm dicit, ſi autem reſpondetur cauendum eſſe, &c. Et ſtatim ſuam verámque ſolutionem afferre, cùm ſubiicit: Attendat, & videat, &c. Hæc manifeſtiſsimè oſtendere Auguſtinum in loco qui obiectus fuit, non tradere doctrinam ſuam, ſed aduerſariorum: non docere, ſed diſputare: non aſſerere, ſed refellere, adeóque mirabili hallucinatione recentiores noſtros obiectionem pro ſolutione, Pelagianam reſponſionem pro Auguſtini doctrina, errorem pro veritate accepiſſe. Eſſe hanc capitalem offenſionem QVAE IVGVLVM DIVINAE GRATIAE PETIT, ET TOTAM ILLIVS INTELLIGENTIAM PERTVRBAT, DVM ADMITTVNTVR GRATIAE CONGRVAE, ET SVFFICIENTES, QVAE SVIS EFFECTIBVS EX ARBITRII LIBERTATE FRVSTRENTVR.

Verùm hi auctores cochleas triumphant, & magna contentione hoc vnum aſſequuntur, vt conſtet profectum in Auguſtinianæ Theologiæ ſtudio minimè computandum eſſe ex annorum numero; ſed poſſe diuturnam operum illius commentationem longam eſſe chimærarum venationem. Parum eſſet venari chimæras niſi etiam errores caperentur. Quid enim eſt quod dicunt Pelagianam eſſe doctrinam quæ illa ſolutione continetur, propterea quòd admittat gratias quaſdam, quarum effectus *à voluntatis nutu aſſentiente, vel diſſentiente pendent? ſeu gratias quæ ſuis affectibus ex arbitrii libertate fruſtrentur?* Nunquam ceſſabunt Concilium Tridentinum hæreſeos Pelagianæ reum facere, propterea quòd non aliam Dei gratiam agnouerit, quàm quæ poteſt *abiici à libero arbitrio*, ſeu *à qua poteſt liberum arbitrium diſſentire*? Deinde quid eſt quod dicunt, hanc eſſe Pelagianam doctrinam & errorem in quem Auguſtinus olim incautus inciderat? Nonne ipſi contendunt

Digitized by Google

Augustinum dum ita erraret, internam tamen gratiam admisisse? Nonne iidem asserunt Pelagianos eiusmodi gratiam negauisse, cùm *submouerent ab possibilitate naturali*, quam sufficere existimabant, *omnem internam, & actualem gratiam & perimerent omne omnino gratiæ adiutorium*? Quomodo potest hæc solutio, & ipsissimam Pelagii doctrinam continere, qui gratiam omnem internam negabat, & Augustini qui affirmabat?

De hæres. Pelag. l. 8. cap. 10. & ante c. 6.

§. II.

Nec in Pelagianos nec in Semipelagianos quadrare posse expressam ab Augustino sententiam loco citato.

SED videamus tertiò quid contineat illa solutio quam Pelagianam dicunt. Primò iuxta illam solutionem credendi voluntas dicitur esse donum Dei, & *quam dici non possint homines habere cùm non acceperint*, eo quòd de libero arbitrio surgat *vocante Deo* per internam scilicet vocationem. Atqui non Pelagiani modò, sed qui magis diuinæ gratiæ fauebant Semipelagiani, dicebant se habere fidem *quam non accepissent*. Clarissima sunt Hilarij ad Augustinum verba, dum refert Massilienssium sententiam, NEC DE HAC FIDE DICI POSSE QVID HABES QVOD NON ACCEPISTI, *cùm in eadem natura remanserit, licet vitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit.* Clarissima quoque sunt ipsius Augustini. *Sed nunc eis respondendum esse video qui diuina testimonia quæ de hac re adhibuimus ad hoc dicunt valere, vt nouerimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius ex Deo, tanquam fides* NON AB IPSO DONETVR NOBIS, *sed ab ipso tantùm augeatur in nobis*, &c. Et iterum: *Sed dent veniam, noua enim quæstio ad hoc nos compulit, quia cùm in prioribus opusculis nostris satis idoneis testimoniis egissemus donum Dei esse etiam fidem; inuëtum est quod contradiceretur,*

Digitized by Google

ad hoc valere illa teſtimonia, vt oſtendant Dei donum eſſe incrementum fidei, initium verò fidei quo in Chriſtum primitus creditur AB HOMINE IPSO ESSE, NEC ESSE DONVM DEI. Baiani quid vobis videtur? Iſtorum ſententiam, qui dicunt nos habere fidem ex nobis, & non ex Dei dono refert Auguſtinus, cùm negat nos habere credendi voluntatem *quam non acceperimus ex Dei miſericordia* (nam hoc etiam dicit) per internam Dei vocationem?

Sed pergamus. In reſponſione quam dicunt dari ab Auguſtino ex ſententia Pelagianorum, continetur confeſſio gratiæ ac miſericordiæ diuinæ, quæ habetur in pſalmo 101. cùm dicitur. *Benedic anima mea Dominum, & noli obliuiſci omnes retributiones eius*, &c. quibus relatis dicit Auguſtinus: *Recole mecum eadem ipſa paululum obſecro te, & inſpice delectabiliter laudem miſericordiæ, hoc eſt gratiæ Dei.* Et incipit reguſtare illud encomium diuinæ gratiæ, *Benedic*, inquit, *anima mea Dominum, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Non ait tributiones, ſed retributiones eius, qui retribuit bona pro malis.* Baiani hæc eſt doctrina Pelagianorũ quã poſtea Auguſtinus refellere incipit? Quid præterea? Poſt illam meditationem, & ante inchoatam quam dicunt refutationem, Auguſtinus ſic reſumit. *Ita nec arbitrium liberum tollimus: & benedicit anima noſtra Dominum, non obliuiſcens omnes retributiones eius, nec ignorans Dei iuſtitiam ſuam vult conſtituere, ſed credit in eum qui iuſtificat impium*, &c. Tum verò ſequitur quam dicunt refutatio. *Hæc diſputatio ſi quæſtioni illi*, &c. Baiani, eſtis enim iterum compellandi: Hæc eſt doctrina Pelagianorum? Et non eſtis *magnum facti ipſi prodigium*, ſi tantam lucem non vidiſtis, vel ſi obnubilari voluiſtis? Auguſtinus illam doctrinam refellit? Quid quæſo refellit? *delectabilem illam miſericordiæ & gratiæ Dei laudem*? concordiam liberi arbitrij cum gratia, quod ſcilicet, & illud retineatur, *& benedicat anima noſtra Dominum in omnibus retributionibus eius*? ſcientiam, & prædicationem *diuinæ iuſtitiæ*, *propriæ* au-

tem ignorantiam, & abnegationem, quod semper Augustinus conatus est à Pelagianis extorquere negantibus? Retributionem boni pro malo, quòd est *gratiam non dari secundum merita recipientium*, in quo etiam magna fuit cum Massilienſibus concertatio? Illa est Pelagianorum,& non Augustini doctrina,Augustinus illam vsquam refellit? Et post tam apertam Augustinianæ doctrinæ corruptionem, talémque veritatis dissimulationem quisquam reperiatur adeo ineptus, qui sibi fucum fieri patiatur,quasi nec falli,nec fallere possint, qui multis annis continuo studio eius opera sæpius scrutati fuerint? Et quisquam negare poterit annosos istos scrutatores in suo scrutinio mirabiliter defeciſſe?

§. III.

Augustinus nec reiicit illam sententiam nec de illa dubitat; Non-Augustinianorum in referenda illius sententia desideratur fides.

QVARTO & quid est quod obiiciunt? Augustinus, inquiunt,designauit id quod dixerat *nomine disputationis*, non autem *solutionis*. O mirabilem animaduersionem! Est nimirum contra naturam disputationis, si conclusionem comprehendat,hoc est mentem eius qui disputat? & est completa disputatio alicuius quæstionis quæ responsione careat, & solutione. Augustinus, inquiunt, vocat *dubitationem* cùm dicit *si sufficit*, non autem *assertionem*, quòd sufficiat. Expendamus illa verba. *Hæc disputatio si quæstioni illi soluendæ sufficit, sufficiat.* Nonne hæc est quædam concessio, vt in ea disputatione, ac solutione quiescat quisquis per eam sibi factum esse satis putauerit? Et hoc diceret Augustinus de Pelagiana doctrina, præsertim vbi se illam acriter impugnare putat? Diceret Augustinus si cui sufficit quod docet Pelagius ad diuinæ gratiæ necessitatem intelligendam,per me licet,sufficiat?

Digitized by Google

At, inquiunt, ſtatim illam doctrinam refutat cùm dicit, *ſi autem reſpondetur cauendum eſſe ne quiſquam Deo tribuendum putet peccatum quòd admittitur per liberum arbitrium, ſi in eo quod dicitur quid habes quod non accepiſti, propterea etiam voluntas qua credimus dono Dei tribuitur, quia de libero exiſtit arbitrio quod cùm crearemur accepimus; attendat, & videat, &c.* Iudicet lector qualis ſit iſta mentis & oculorum affectio, quâ fit vt manifeſta doctrinæ traditæ confirmatio eiuſdem refutatio vocetur. Dixerat Auguſtinus non poſſe nos dicere nos habere voluntatem credendi quam non acceperimus à Deo, *quandoquidem illa vocante Deo de libero ſurgit arbitrio*; poterat aliquis regerere, ſi res ita ſe habet, ergo nec peccatum dicemur habere quod non acceperimus, quandoquidem peccatum quoque ſurgit de libero arbitrio. Hæc eſt reſponſio ſeu replica, & obiectio contra doctrinam traditam, quam Auguſtinus diluit explicando quod omittebatur in obiectione, & quo cõtinetur eius ſolutio. Nam cũ dixiſſet Auguſtinus nos *non habere ex nobis*, ſed accipere à Deo voluntatem credendi, eo quòd illa *vocante Deo ſurgat de libero arbitrio*; obiectio omittebat illud, *vocante Deo*, & tanquam ab Auguſtino poſitum aſſumebat, ideo credendi voluntatem à Deo eſſe, & non à nobis, quòd ſurgat de libero arbitrio: vnde optimè ſequebatur, ergo nec peccatum habemus quod non acceperimus, quia illud quoque exiſtit ex libero arbitrio. Auguſtinus inſtat, & dicit non ideo tantum id eſſe dictum de voluntate credendi, quòd illa ſurgat de libero arbitrio, quod quidem eſt illi commune cum peccato: ſed quia *viſorum ſuaſionibus agit Deus vt velimus*. Quod eſt dicere, concipi voluntatem illam *vocante Deo*, quod in peccatũ nullo modo cadit, & ſimul exponere, quomodo ſit intelligendum illud *vocante Deo*, & qualis ſit iſta vocatio. Perſpicua ſunt Auguſtini verba, *Attendat & videat non ideo dici* TANTVM *iſtam voluntatem diuino muneri tribuendam quia ex libero arbitrio eſt quod nobis natu-*

Digitized by Google

raliter creatum est; En vt *tantùm* respiciebant ad liberum arbitrium, relicta vocatione, qui hæc obiiciebant. Augustinus verò quid reponit, *sed quia visorum suasionibus agit Deus, vt velimus, & vt credamus.* En tibi vocationem quæ omittebatur,& quam ita explicat, *siue extrinsecus per Euangelicas exhortationes, vbi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis suæ vt ad gratiam iustificantem credendo confugiat, siue intrinsecus vbi nemo habet in potestate quod ei veniat in mentem.* Iam verò quia restabat semper illa quæstio, cuius occasione hæc disputantur. vnde nimirum accidat, vt alij credendi voluntatem habeant, alij non habeant. Augustinus quod antea dixerat, discrimen esse petendum ex libertate credentium, ita confirmat. *Sed consentire vel dissentire propriæ voluntatis est.*

Hæc Augustinus toto cap. 34. de spiritu, & litera cùm in superiori cap. 33. proposuisset doctrinam illam quam Nou-Augustiniani Pelagianam vocant. Iam verò si vbi contra solutionem alicuius quæstionis traditam obiectio quædam proponitur, & diluitur, & ex ea dilutione inculcatur resolutio quæstionis, hoc est refellere eandem resolutionem, & non potius confirmare; videant Nou-Augustiniani qua ratione impetrare possint, vt quisquam credat, & sapiens sit.

Vbi etiam monendi erunt vt suorum oculorum fidem explorent; quâ fit vt ex duobus obiectis eodem in loco, & sub eadem luce propositis, alterum videant, alterum non videant. Dicit Augustinus, *Et ideo nec istam voluntatem qua credimus Deo, dici potest homo habere quam non acceperit, quandoquidem* VOCANTE DEO *surgit de libero arbitrio.* Subdunt Nou-Augustiniani. *Quid manifestius quàm secundùm illam responsionem Deo tribui voluntatem bonam quia dedit homini liberum arbitrium, ex cuius libertate consurgat? Hunc autem esse sensum Pelagianum seu Semipelagianum iam perspicuum est.* Sed quid manifestius quàm secundùm illam responsionem Deo tribui voluntatem

[a] De gra. fal. c. 30.

bonam, non ſolùm quia eſt ex libero arbitrio, ſed quia ex illo ſurgit *vocante Deo*, quòd oculi veſtri videre debuerant? hunc autem eſſe ſenſum Catholicum intellecta interna vocatione, vt Auguſtinus intelligit, perſpicuum eſt. Sed ecce tibi, lector, miraculum maius. Illud *vocante Deo*, quod non videre in loco vbi eſt, ſtatim vident in loco vbi non eſt. Poſtquam enim retulere verba hæc Auguſtini. *Si autem reſpondetur cauendum eſſe ne quiſquam Deo tribuendum putet peccatum quod admittitur per liberum arbitrium, ſi in eo quòd dicitur quid habes quod non accepiſti, propterea etiam voluntas qua credimus dono Dei tribuitur, quia de libero exiſtit arbitrio quod cùm crearemur accepimus*; ſubiiciunt. *Eccce reiectam reſponſionem ipſiſſimis illis verbis quibus à Pelagianis concepta, & à noſtris recentioribus velut Auguſtini doctrina arrepta fuit, Quod videlicet ideò voluntas credendi ſit donum Dei, quia* VOCANTE DEO *ſurgit de libero arbitrio quod homo naturaliter cùm crearetur accepit.* Mitto illuſionem quâ dicunt reiectam reſponſionem illis verbis quibus propoſita tantùm eſt. Hoc ſolum aduerto, in illis Auguſtini verbis quibus dicit propterea voluntatem qua credimus dono Dei tribui, *quia de libero ſurgit arbitrio quod cùm crearemur accepimus*, ipſi vident voluntatem illam propterea tribui Deo, quia *vocante Deo* ſurgit de libero arbitrio, atque ita vbi Auguſtinus Catholicam doctrinam explicat, non vident illud, *vocante Deo*, & dicunt eſſe doctrinam Pelagianam: vbi aliorum obiectionem exponit, ſupponentium ideo eandem voluntatem Deo tribui quia de libero ſurgit arbitrio ſecluſâ vocatione, quod eſt Pelagianum; ipſi vident *vocante Deo*; & ita quod eſt Pelagianum, confundunt cum eo quod eſt Catholicum. Habent ſcilicet Baiani oculos ad miraculum affectibus obedientes. vident quod volunt etiam ſi non ſit: & quod nolunt nuſquam apparet, etiam ſi ſit. Audio quemdam ex his Thraſonibus pollicitum ſi vel vnico in puncto monſtraretur Nouum Auguſtinum in inue-

Digitized by Google

stiganda antiqui doctrina fefelliſſe, ſuis ſe illum manibus flammis daturum. Videat lector an non ſit tempus ſponſorem appellandi.

§. IV.

Probatur eſſe illam germanam Auguſtini doctrinam ex ſolutione obiectionum, & eiuſdem Auguſtini confirmatione.

SED duo adhuc reſtant in quibus erudito lectori faciendum eſt ſatis. Primum eſt, cur Auguſtinus cap. illo 33. dum incipit reſpondere quæſtioni propoſitæ *cur voluntas credendi non ſit in omnibus*, eo modo loquitur qui ſimilior eſt referenti aliorum ſententiam, quàm proponenti ſuam, cùm dicit, *prius igitur illud dicamus, & videamus ſi huic ſatisfaciat quæſtioni* Reſpondeo hunc eſſe morem eorum qui problemata ſoluunt, qui etiamſi non referant aliorum ſolutionem, ſed ſuam, initio tamen videntur illius approbationem ſuſpendere, & promere quaſi tentando quid dici poſſit. Sed videndum eſt in decurſu deinde atque in concluſione quid dicant. Et iam vidimus in decurſu Auguſtinum inuenire cum ſolutione illa plenam diuinæ miſericordiæ diuinęq; gratiæ laudem: & tandem concludere ea ratione nec tolli arbitrij libertatem nec illi cum iniuria diuinæ gratiæ quidquam tribui. Addo fuiſſe cur illam ſpeciem Auguſtinus præ ſe ferret, non quòd non eſſet verum quod dicebat, ſed quia magis erat explicandum, vt iam iterum dicam.

Quæritur enim ſecundò cur poſt explicatam doctrinam illam cap. 33. tam frigidè Auguſtinus de illa iudicat, cùm dicit initio capitis trigeſimi quarti *hæc diſputatio ſi ſoluendæ illi quæſtioni ſufficit, ſufficiat*; & reſpondeo non ideo id dici quòd explicata ſolutio aliquid falſi aut erronei vel hæretici contineat. Auguſtinus enim fortiùs loqueretur,

Digitized by Google

loqueretur, in eo præſertim libro in quo ſe putat *acriter* pugnare contra errores diuinæ gratiæ contrarios. Ergo ita loquitur Auguſtinus, quia tametſi verum erat quod dictum fuerat, adhuc tamen continebat aliquid obſcurum, & quod eſſe poterat errandi occaſio ni clariùs explicaretur. Nempe quòd dictum erat voluntatem credendi *ſurgere de libero arbitrio vocante Deo*, ita poterat accipi, vt quod dicebant Pelagiani, requireretur tantũ externa & naturalis vocatio: igitur Auguſtinus exiſtimauit declarãdum vocationem illam ſignificare internam Dei operationem, dum *viſorum ſuaſionibus intus vbi nemo habet in poteſtate quid ipſi veniat in mentem Deus, agit.* Nequis tamen exiſtimaret diſcedere illum ab eo quòd dixerat, cauſam cur vnus habeat voluntatem credendi, alius verò non habeat, refundendam in liberum arbitrium; poſt aſſertionem & explicationem internæ gratiæ quæ non eſt in hominis poteſtate, addit; *ſed conſentire, vel diſſentire propriæ voluntatis eſt*, quod ſemper referendum eſt ad illam quæſtionem cuius ſolutio hîc explicatur, *cur in aliis ſit, in aliis non ſit voluntas credendi*. Et eſt manifeſta confirmatio rationis quæ fuerat allata, quòd ſcilicet Deus ita velit omnes ſaluos, ita vocet, ita iuuet, vt non adimat liberum arbitrium, quo fit vt alius velit credere cùm poſſit nolle, alius nolit cùm poſſit velle, quod iterum, & tertiò inculcat his verbis. *His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, vt ei credat (neque enim credere poteſt quolibet libero arbitrio ſi nulla ſit ſuaſio vel vocatio cui credat) profecto & ipſum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus miſericordia eius præuenit nos.* Ecce tibi Deum ſuaſione ſua, & vocatione interna dantem nobis voluntatem credendi, ſubiungit ſtatim, *conſentire autem vocationi Dei vel ab ea diſſentire, ſicut dixi, propriæ voluntatis eſt.* En tibi liberam arbitrij poteſtatem in acceptando, vel non acceptando quod datur. Et expende, amabo te lector, verba illa, *diſſentire vocationi Dei*, loquitur, vt vides de interna, de in-

debita, de illa cui potest etiam voluntas consentire: atque adeo de sufficienti ad eliciendum consensum, tali inquit vocationi *dissentire, propriæ voluntatis est.* Potest igitur & esse talis vocatio, & esse dissensus, ex Augustino. Quid igitur Baiani reprehendunt in doctrina superioris capitis? quid Pelagianum vociferantur? quid in isto sequenti refutatum contendunt? *Quòd admittantur inquiunt, gratiæ congruæ, & sufficientes, quæ suis effectibus ex arbitrij libertate frustrentur, illam esse capitalem offensionem, illa peti iugulum gratiæ, illa totam eius intelligentiam perturbari.* O Baiani! quantum est inter hæc duo discriminis iudicio vestro. Esse gratias quæ suis effectibus ex arbitrij libertate frustrentur, & esse gratias quibus *propriâ voluntate dissentiatur*? Illud Pelagianum est, & istud Orthodoxum? Primum secundo refellitur: Alterum est errantis Augustini, alterum recte sentientis? Illic *capitaliter offenditur*, hîc feliciter collimatur? Illic *iugulatur* diuina gratia, hîc triumphat? Illic *perturbatur*, hîc clarescit eius intelligentia? lector optime tuam fidem, si sunt hi germani Theologiæ Augustinianæ dispensatores, si tot anni consumendi erant, vt hunc thesaurum post trigesimam operum illius lectionem effoderent; si fuit cur *cimmerias* tenebras, & Babylonicam confusionem obiicerent aduersarijs.

§. V.

Examinatur subtilitas Baianorum distinguentium inter id quod est proprium voluntatis, *& id quod est* propriæ voluntatis.

SED vide quàm sint accurati. Non negant quin illis verbis, *sed consentire vel dissentire* Dei *vocationi propriæ voluntatis est*, significet Augustinus determinationem ad volendum, & nolendum esse propriæ voluntatis; sed negant significare esse *propriam voluntatis*, &

Digitized by Google

Suarem accuſant quòd Auguſtini verba *interuertat, & quaſi ex principijs Auguſtini conficiat determinationem ita voluntati propriam eſſe vt non conueniat gratiæ: dixiſſe Auguſtinum propriæ eſſe voluntatis, non eſſe propriam voluntatis.* Scrupulosè videlicet aliorum examinant verba, qui ſua tam negligenter attendunt. Imponunt enim Suari, vel certè illius mẽtem perperam interpretantur; quia ille nunquam cogitauit, ne per ſomnium quidem, determinationem ita propriam eſſe voluntati, vt non conueniret etiam gratiæ tanquam excitanti, & eleuanti voluntatem, & illam conſtituenti potentem ſe determinare, atque inſuper ad determinationem intimè concurrenti, ac cooperanti, quod æquis omnibus huiuſce controuerſiæ arbitris debet ſufficere ad neceſſariam diuinæ gratiæ confeſſionem: hoc tantùm voluit, quod Auguſtinus ſignificat, determinationem non ita eſſe à gratia, quin relinquatur voluntas in vtrámque partem indifferens, vt conſentiat, vel diſſentiat eius impulſui. Nou-Auguſtiniani verò ſi ſe ipſi bene capiunt, quid minus dicunt, dum dicunt determinationem eſſe *propriæ voluntatis*? Nam quòd eam determinationem vocant *ad volendum, & nolendum*; quæſo ne verba mutent: nec quod perperam in Suare notant, quod *interuertat* Auguſtini verba, ipſi committant. Loquitur Auguſtinus de eo quòd eſt *conſentire, vel diſſentire* Dei vocationi, atque ita determinatio quam dicit eſſe propriæ voluntatis, eſt determinatio ad conſentiendum vel diſſentiendum diuinæ vocationi. Quòd ſi hoc eſt propriæ voluntatis; ergo propria voluntas vtrumuis poteſt pro ſuo arbitrio, conſentire nimirum vel diſſentire diuinæ vocationi. Ergo habet vtrumlibet in poteſtate, atque adeo habet in poteſtate diſſentire diuinæ vocationi ac facere vt ſuo fruſtretur effectu. Et hoc ſignificat Auguſtinus illis verbis quibus dicit Deum *operari fidem, ſiue extrinſecus per Euangelicas exhortationes, ſiue intrinſecus, vbi nemo habet in poteſtate quid ei veniat in men-* Cap. 34. cit.

Digitized by Google

tem. Sed *consentire, vel dissentire propriæ voluntatis est.* Quid enim est, *Nemo habet in potestate* vocari vocatione illa interna, *nemo habet in potestate* excitari, & moueri à Deo interius operante, *sed consentire, vel dissentire propriæ voluntatis est?* Quis, inquam, est sensus illius aduersatiuæ, *sed?* Nemo habet in potestate vocationem, *sed consentire vel dissentire propriæ voluntatis est?* Corrumpet Augustini sensum qui dicet, vocationem quidem non esse in potestate, sed consensum, vel dissensum esse in potestate? Hoc autem quid est aliud, quàm determinationem ad consentiendum vel dissentiendum esse in potestate voluntatis? Qui autem dicit Deum per gratiam suam complendo & eleuando virtutem voluntatis, ponere in illius potestate, vt alterutrum determinet, consentire nimirum aut dissentire, ille non consequenter loquitur, dum dicit alterutrum determinare esse proprium voluntatis? Et quemadmodum Nou-Augustiniani dum dicunt illam determinationem esse propriæ voluntatis, non negant quin donata sit à Deo; non vident non esse pariter consequens, vt qui dicit esse propriam voluntatis, neget esse similiter donatam, quatenus donata est per gratiam facultas se determinandi, & donatur cooperatio, & concursus ad ipsam?

Et scire velim à Nou-Augustinianis, quo sensu dicant ipsi determinationem ad consentiendum vel dissentiendum *esse propriæ voluntatis?* Quia, inquiunt, voluntas eam accipit: Atqui si nihil aliud dicatur, hoc erit voluntatem passiuè tantùm se habere, quod Luthero ad errorem tribuitur. Quia non solum accipit, sed etiã efficit: Atqui voluntas efficit etiam delectationem illam, quæ est gratia præueniens consensum; vnde dicetur etiam illa esse propriæ voluntatis, quod à propria voluntate & recipiatur & fiat. Nemo tamen dicit habere vel non habere gratiam præuenientem illam, *esse propriæ voluntatis*: & Augustinus opponit illa duo cita-

Digitized by Google

to loco, cùm dicit *neminem habere in poteſtate quid ei veniat in mentem*, hoc eſt gratiam; *ſed conſentire, vel diſſentire eſſe propriæ voluntatis*: habere gratiam ergo non eſt propriæ voluntatis apud Auguſtinum. Et hoc totum, hoc eſt, ita habere, itáque efficere gratiam præuenientem, non excedit modum paſſiuè ſe habendi, quando comparatur cum illo modo habendi ſe actiuè qui competit determinationi cauſæ liberæ, reſpectu cuius agi potius quàm agere dicuntur, qui agunt neceſſariò. Dicant ergo quid habeat peculiare voluntas dum efficit conſenſum liberum, quod non habeat dum efficit actum illum vitalem in quo ipſi etiam ponunt gratiam efficacem. Nam ſi nihil eſt peculiare, eodem modo loqui debemus de vtroque. Si eſt aliquid peculiare, rogo quæ differentia eſt inter hoc quod eſt eſſe *aliquid peculiare*, & eſſe *aliquid proprium*, vt Suares dum vocat illud *proprium voluntatis* offenderit, ipſi rectè loquantur, dum fateri coguntur eſſe *peculiare voluntatis*: Eò igitur neceſſariò nobis deueniendum eſt, vt dicamus in ijs effectibus qui cauſæ primæ, & cauſæ ſecundæ ſunt communes, quamuis nihil ſit quod fiat ab vna quod non etiam efficiatur ab alia; eſſe tamen ex parte cauſarum *propriam* aliquam rationem qua fiat, vt vtrique tribuantur. Et vt omittam actus vitales in vniuerſum, qui à Deo ſimul, & à cauſa vitali efficiuntur, poſſumus fidem ipſam accipere, ſeu ipſum credere diuinæ reuelationi, quod eſt, inquit Auguſtinus, & Dei, & noſtrum. Eſt inquam effectus Deo & homini communis propter peculiares, & proprias vtrique cauſæ rationes. Quare enim credere Dei eſt? *quia*, inquit Auguſtinus, *Deus dat Spiritum fidei*, & hoc eſt proprium Dei. Quare illud ipſum credere noſtrum eſt? *propter arbitrium voluntatis*, inquit idem. Ergo Dei proprium eſt dare Spiritum fidei & poteſtatem conſentiendi, vel diſſentiendi: hominis verò proprium eſt, ex illa, vel cum illa, vel ſuppoſitâ illâ poteſtate conſentire aut diſſentire. Et quia deter-

Retr. 23. & de præd.SS. cap.3.

Digitized by Google

minatio non est aliud quàm consensus, vel dissensus voluntatis ex tali vel cum tali potestate elicitus; consequenter hominis propria est determinatio. Esse autem propriam hominis, & propriam humanæ voluntatis, vel humanæ libertatis, eodem recidunt. Ergo mouere super ea re controuersiam Suari, quòd dixerit determinationem esse *propriam voluntatis*, & non *propriæ voluntatis*, nihil aliud fuit quàm velle tricari. Vno verbo peto à Nou Augustinianis an blasphemare putent eum qui dixerit eius propriam esse determinationem ad consentiendum, vel dissentiendum diuinæ gratiæ, cuius propria est potestas se determinandi? hoc enim si deglutire possunt, subsumo; atqui potestas se determinandi ad consentiendum, vel dissentiendum, est propriæ voluntatis præoccupatæ diuina gratia, & eleuatæ. Ergo eiusdem voluntatis, ita præoccupatæ, & eleuatæ, propria est determinatio. Suares nihil aliud dixit.

Ad extremum quærere aliquis poterat, cùm possit Deus tales adhibere suasiones talésue vocationes, vt etiam persuadeat, hoc est, cùm possit adhibere vocationes infallibiliter efficaces, cur non eas semper adhibeat, vel cur adhibeat vni potius quam alteri? Et hanc vocat Augustinus *profunditatem, cui scrutandæ coarctatur* is cui hæc quæstio proponitur: nec aliud responderi potest quàm, *O altitudo diuitiarum*, &, *non est iniquitas apud Deum*. Quod nullomodo repugnat ei quod dictum est, determinationem ad consentiendum vel dissentiendum esse in potestate voluntatis, esse propriam voluntatis, esse propriæ voluntatis. Stat enim habere Deum suasionem ad persuadendum infallibilem & esse in voluntate dissentiendi potestatem.

Digitized by Google

CAPVT IX.

Vindicatur etiam quod habetur libro primo quæstione secunda ad Simplicianum.

§. I.

Augustinus loco citato ex propria, quam tum habebat cùm hæc scriberet, sententia loquitur.

SIMILEM hallucinationem contigisse dicunt in eo quod refertur ex libro primo quæstione 2. ad Simplicianum, cùm dicitur *Noluit ergo Esau, & non cucurrit; sed & si voluisset, & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiam velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus. Vt velimus enim, & suum esse voluit & nostrum, suum vocando, nostrum sequendo. Quòd autem voluerimus solus præstat, id est posse bene agere, & semper beatè viuere.* Quo loco manifestum est ab Augustino supponi Esau habuisse quo posset, & velle & currere: atque ita per ipsius voluntatem stetisse quo minus saluaretur. Constat etiam diuinam gratiam ita dari vt sit in potestate recipientis illa vti vel non vti: & quia hæc docet Augustinus in illo libro in quo dicit *se ita causam egisse tum gratiæ, tum liberi arbitrii, vt gratia vicerit*; Item se *diuina illustratione* adiutum, vt deponeret falsam quam habebat opinionem de initio fidei & credendi voluntate à diuina gratia independente, qui deinde fuit Semipelagianorum error, ideo minimè dubium esse potest, quin id quod docet in hoc libro de diuina gratia, diuersum sit atque oppositũ omnino doctrinæ Massilienſium. Quod quia satis intelligunt

1. Retr. c. 1.

Nou-Augustiniani; ideo negant allata verba sententiam Augustini continere quam docuit post depositum errorem, sed quam sequebatur dum similiter ac Massilienses erraret. Et vt hoc persuadeant, dicunt Augustinum hîc veluti duplicem agere personam, nempe Augustini iunioris, & errantis, & Augustini senioris ac rectè sentientis: itáque opponere se ipsum sibi, & à se ipso refutari tota ista quæstione, recurrentibus identidẽ obiiciendi, & respondendi vicibus. Ergo quæ proposita sunt eius verba, tunc esse prolata quando ille iuniorem agebat Augustinum, & causam defendebat Semipelagianorum: contrarium autem ab eo postea fuisse dictum, dum resumeret personam Augustini senioris, & Orthodoxam doctrinam stabiliret. Hæc illi.

a. De. gra. Salu. c.31.

Sed primò vicissitudo illa Augustini nunc Semipelagianum agentis, nunc Catholicum, & modò iunioris specie aberrantis, modò specie senioris se ipsum emendantis, comœdia est, cui nullum facile theatrum inuenias extra imaginationem Baianorum. Augustinus eo modo disputat quo solent ij qui veritatem inuestigant, sensim & veluti per partes sententiam aperit suam, circa germanam loci illius intelligentiam *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*: vbi aliquid concluſit, opponit non quod Semipelagianus tantùm, sed quod quilibet obiicere potest veritatis studiosus, qui dubitare sciat, & quærere: huic respondet, nascentes ex data responsione difficultates iterum obiicit, iterúmque respondet; itáque veritatem paulatim aperit; stabilitque, vt sequens solutio non contradicat priori, sed veluti complementum illius sit, & declaratio quædam vberior veritatis. Hanc esse Augustini methodum in huius quæstionis explicatione adeo est manifestum, vt minimè opus sit 22. annorum meditatione ad hoc intelligendum.

Secundò igitur quæ proposita sunt verba solutionem Augustini continere, non autem obiectionem; ex

Digitized by Google

ex ipſa inſpectione loci ſtatim patet, ſi cum attentione legatur. Conſtat enim carere notis omnibus quibus interrogatio, vel dubitatio, vel obiectio poteſt exprimi. Aſſertio plana eſt, & conſtans, quæ præcedentis interrogationis ſolutionem continet ſimul & materiam præbet nouæ interrogationis, ex qua ſequitur non retractatio iam dictorum, ſed maior explicatio, vt dictum eſt. Neque opus eſt eius rei probationem aliam quærere, dubitanti tantùm hoc dicendum eſt. accipe, & lege. Nam vt in coloribus, ita in huiuſmodi rebus ad certum iudicium intuitio ſola, hoc eſt experientia, ſufficit.

§. II.

Idem conuincitur hac ſententia cum ſententia Maſſilienſium collata.

TERTIO' vt manifeſtum fiat Nou-Auguſtinianos qui noſtras hallucinationes tam ſæpè támque liberaliter, & addendum quoque tam falſò, amplificant, hallucinari potius ipſos hoc in loco & apertam continere falſitatem, quòd dicunt Auguſtinum id opponere quod ipſe ſenſerat iunior, dum ſectaretur errorem qui poſtea fuit Maſſilienſium. Conferenda ſunt iſta tria, primum quod ipſe docebat iunior & Maſſilienſibus fauens. Secundum quod ſentit ſenior & iam retractans quæ iunior docuerat, Tertium quòd dicat loco iam citato. Nam ſi quod dicit hoc loco magis congruit cum eo quod iunior docuit, quàm cum eius retractatione vincunt Nou-Auguſtiniani; ſin ſecus, victi ſunt.

Ergo cùm erraret Auguſtinus, nec vt par eſt de diuina gratia ſentiret, ita loquebatur: *Quòd ergo credimus noſtrúm eſt, quòd autem bonum operamur, illius eſt qui credentibus dat Spiritum Sanctum*: & deinde, *noſtrûm eſt credere, & velle; illius autem dare credentibus, & petentibus facultatem bene operandi per Spiritum Sanctum.* En tibi primò errorem Auguſtini iunioris. In expoſ. quarumdã propoſ. Ep. ad Rom.

Digitized by Google

Iam audi retractationem illius, & veræ doctrinæ prædicationem ab Augustino sene. *Vtrumque ergo nostrum est propter arbitrium voluntatis; & tamen vtrumque datum est per Spiritum fidei.* Item; *verum est quidem, sed eadem regula, & vtrumque ipsius est, quia ipse præparat voluntatem, & vtrumque nostrum, quia non fit nisi volentibus nobis.* Vides errorem Augustini fuisse quòd putaret initium fidei seu bonam credendi voluntatem *esse tantùm à nobis*? vides Catholicam doctrinam, quam illi errori senex opponit, dum eum retractat, hanc esse, quòd fides illa, & bona voluntas *non sit tantùm nostra, sed sit etiam Dei*?

1. Retr. c. 2. De præd. SS. cap. 3.

Iam quid dicit loco citato in secunda quæstione ad Simplicianum? *Aliter*, inquit, *Deus præstat vt velimus, aliter præstat quod voluerimus: vt velimus enim*, ET SVVM ESSE VOLVIT, ET NOSTRVM: *suum vocando, nostrum sequendo.* Ecce, vt velimus, & *Dei & nostrũ esse* dicit. Inspice errantem, & dicit *vt velimus esse nostrum*, non autem Dei. Inspice retractantem errorem, & dicit vt velimus, *& nostrum esse, & Dei.* Inspice scribentem ad Simplicianum loco citato, & dicit, *vt velimus, & suum esse voluit, & nostrum.* Augustinus ergo dum hoc scribit cui similior est? erranti, an retractanti? Quid non facerent aduersarij, quid non dicerent, quos motus non concitarent, si tales nacti essent occasiones requirendi vel nostram in Augustino legendo attentionem, vel in referenda eius sententia candorem?

§. III.

Nec emendari doctrinam illam ab Augustino, nec retractari.

SED quia dicunt Augustinum deinde in illa quæstione emendare quod dixerat, mutatâ nimirum personâ, videamus quartò vbi & quomodo emendet. Illo, inquiunt, loco quo dicit postea: *Illa etiam verba si*

Digitized by Google

diligenter attendas, Igitur non eſt volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei, non hoc Apoſtolus propterea tantùm dixiſſe videbitur, quòd adiutorio Dei ad id quod volumus perueniamus: ſed etiam ex illa intentione qua & alio loco cum timore, & tremore veſtram ipſorum ſalutem operamini. Deus enim eſt qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Vbi ſatis oſtendit etiam ipſam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Hæc eſt, inquiunt, emendatio alterius ſententiæ. Sed emendatio eſſe non poteſt, niſi contineat aliquid contrarium. Quid habet hæc ſecunda oratio contrarium? Dicebatur illic, *noluit Eſau, & non cucurrit, ſed etſi voluiſſet, & cucurriſſet, Deus hoc illi vocando præſtitiſſet.* Hîc quid legitur quod aduerſetur? Dicebatur illic, *vt velimus ſuum eſſe voluit Deus & noſtrum, ſuum vocando, noſtrum ſequendo.* Hîc quid legitur quo id negetur?

Auguſtinus, inquis, in priore loco excluſerat cooperantem Dei gratiam, qua Deus intelligatur operari in nobis bonam voluntatem. Eſt falſum; nullo enim ſigno illam excluſit. Meminit, inquis, tantùm *vocantis* Dei: Ita, inquam, eſt, ſed non exprimere quippiam in oratione, non continuò negare illud eſt; & dum exprimitur deinde quod retinebatur ante, non eſt retractatio, ſed declaratio ſententiæ prioris. Vocationem admittebat Auguſtinus in priore loco, ſed internam, ſed ſupernaturalem, ſed coniunctam cum concomitante motu voluntatis à Deo eleuatæ ad volendum: hoc non explicabat, ſed nec negabat. Et ſi propterea quòd non explicabat cenſetur negaſſe; ecce negat igitur etiam vbi fateris illum rectè ſentire. Sequitur enim in illa quæ dicitur eſſe prioris ſententiæ reprobatio, *At enim quia non præcedit voluntas bona vocationem, ſed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo rectè tribuitur quòd bene volumus: nobis verò tribui non poteſt quòd vocamur. Non igitur ideo dictum eſt putandum non volentis nec currentis, ſed miſerentis eſt Dei, quia niſi eius adiutorio non poſſumus adi-*

pisci quod volumus; *Sed* IDEO POTIVS QVIA NISI EIVS VOCATIONE NON VOLVMVS. En vt vocationis tantùm meminit, etiam dum benè sentit. Ipse nimirum statim exponit quam vocationem intelligat cùm addit, *sed si vocatio ista ita est effectrix bonæ voluntatis vt omnis eam vocatus sequatur*, *&c.* Ecce vocationem intelligit *effectricem* bonæ voluntatis in verbis proximè antecedentibus; quare non ergo & eam intellexisse supponatur in superioribus illis, vt hîc non emendari sed explicari superiora censeantur?

Hinc verò diluitur etiam illud quod dicunt, priorem sententiam in posteriore corrigi, dum dicitur Deus *in nobis operari bonam voluntatem.* Quia etiamsi vocationis tantùm fiat mentio in priore sententia, cùm dicit, *suum vocando, nostrum sequendo*, cùm commodè possit intelligi *effectrix* vocatio, nihil est quod impediat quominus ibi quoque intelligi Deus possit bonam illam voluntatem in nobis operari. Atque ita, vt iam dixi, in posteriori loco nihil corrigitur, sedquod positum erat antea clariùs exprimitur.

§. IV.

Non esse idem quod dicebant Semipelagiani: Quòd bonum operamur Dei est, *& quòd hîc dicit Augustinus*; solus præstat posse bene agere, & semper beatè viuere.

ADDVNT, Augustinum dum erraret Deo tantùm attribuisse quòd operamur, cùm dicit, *quòd autem bonum operamur, illius est.* Item, Deo tantùm attribuisse quòd habemus facultatem bene operandi post fidem, cùm dicit, *Illius autem dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi.* Iam autem, inquiunt in priore illo loco ad Simplicianum, idem dicit, sunt enim hæc eius verba, *Aliter Deus præstat vt velimus, aliter præstat*

Digitized by Google

quòd voluerimus: vt velimus, & ſuum eſſe voluit, & noſtrum; ſuum vocando, noſtrum ſequendo: Quòd autem voluerimus ſolus præſtat, id eſt, poſſe bene agere, & ſemper beatè viuere. Idem igitur dicit hoc in loco, quod errando dixerat. Obiectio eſt admodum abſurda, & quæ nihil aliud oſtendit niſi paruam in Auguſtini ſententia inueſtiganda, & obſeruanda diligentiam. Dum Auguſtinus ex ſententia Semipelagianorum Deo tribuebat quod operamur, in eo tantùm erat error, quòd putaret hoc illi tribuendum peculiari ratione quâ non deberet eidem tribui quòd credimus. Et dum pariter Deo tribuebat facultatem bene operandi, ſi errabat, in eo tantùm errabat, quòd ſimiliter putaret peculiarem eſſe rationem tribuendi, & quæ non deberet tribui facultas credendi. Seclusâ illâ diſparitate, quam notum eſt Semipelagianos induxiſſe, nullus erat error tribuere Deo ſoli facultatem bene operandi. Deo, inquam, ſoli, quòd certum ſit nos ad facultatem bene operandi, hoc eſt ad gratiam per quam datur illa facultas, habere nos merè paſſiuè. Et ideo quamuis dici poſſit hoc quod eſt bene operari, & Dei, & noſtrum eſſe, propter concurſum liberi arbitrij; tamen hoc quod eſt nos habere gratiam ad bene operandum, non poteſt dici, & Dei & noſtrum, quòd ad hoc non concurrat liberum arbitrium, niſi remotè & impropriè, quatenus aliquod eſſe potuit aliquando eius gratiæ meritum ex anteriore alia gratia ſequutum. Sed immediatè ac proximè Dei tantùm eſt non autem noſtrum quòd habemus gratiam bene operandi. Ac proinde Auguſtinus dum retractat propoſitionem illam, *Dei autem eſt dare credentibus, & volentibus facultatem bene operandi*, & dicit *vtrumque noſtrum eſt, quia non fit niſi volentibus nobis*, tropicè loqui neceſſariò dicendus eſt, & cauſam ſumere pro effectu, facultatem ſcilicet operandi pro ipſa operatione: quòd ne ipſi quidem aduerſarij adeo ſunt abſurdi, vt dicere velint gratiam qua bene operamur, & conſequenter facultatem

bene operandi quæ per illam constituitur, fieri in nobis volentibus nobis, hoc est voluntate nostra liberè concurrente, presertim immediatè, & proximè sicut concurrit ad fidem.

Iam in allatis verbis ad Simplicianum, *quòd autem voluerimus solus præstat*, quid est quòd suspicionem moueat Semipelagianismi? Indicat ne Augustinus ita Deum dare potestatem bene agendi, vt non det simili ratione potestatem bene volendi? Nunquid eo ipso quòd concedit, quòd volumus Dei esse vocantis vocatione illa effectrice, supponit Dei esse quòd habeamus potestatem volendi, sicuti habemus operandi? Quid igitur intendit cùm dicit *Deum solum præstare quod voluerimus*? Equidem nihil quod non sit verissimum, euidentissimum, catholicissimum præstare quod voluerimus, est, præstare rem à nobis volitam, & in orationibus nostris petitam. Quænam est autem illa res? quid volumus? quid petimus à Deo? vt tollat à nobis impedimenta bene agendi: vt occasiones suppeditet, vt virtutem subministret illustratione atque inspiratione suæ gratiæ, vt tandem ipsum perseuerantiæ donum largiatur, quo possimus, & constáter bene viuere, & æternùm esse felices. Baiani, Deus ista non præstat solus? voluntas nostra vocatur in consilium quando nobis decernitur gratia qua donum perseuerantiæ continetur? voluntas nostra interuenit, dum nobis quiduis aliud agentibus, & cogitantibus pericula peccandi Deus auertit? dum disponit rerum euentus vnde nobis bene viuendi comparatur facilitas? denique dum idoneas motiones imprimit ipsi voluntati, non imprimit solus? voluntas liberè cooperatur Deo ad imprimendam sibi diuinam motionem. Et ita sentire Augustinum, & ita illum interpretari Semipelagianum erit? Vide lector, ardor sua tuendi, & aliena impugnandi quò ferat. Et quid prodest ad inuestigationem veritatis tota ætate legere Augustinum, si legatur obducto velo,

Digitized by Google

& oculis mentis alieno colore occupatis?

§. V.

Sæpe dictum, nunquam autem à Baianis probatum, Semipelagianos admisisse gratiam illam quæ tollit indifferentiam liberi arbitrij ad opera fidem consequentia.

RESTABAT vnum in commentarijs Baianorum, qui quod dicit Augustinus ex illorum sententia, *Dei esse quod operamur*, ideo dictum putant, quòd Semipelagiani ad bene operandum admitterent gratiam medicinalem illam qua vti vel non vti non relinquitur in libero arbitrio; & errauisse quòd non similem admitterent ad credendum. Sed cùm sine vlla probatione affirment admissam ab illis talem gratiam medicinalem: ideo etiam, vno verbo, ac sine alia solutione negandum est. Quòd si nobis probandum esset contrarium, argumentum ad manum est, petitum ex horrore quem habebant antecedentium prædefinitionum circa liberos actus nostros, & omnis necessitatis agendi, qua putabant excludi, & exhortationem & correptionem: cum hoc enim non potuisse admittere gratiam ad bene operandum qua vti vel non vti non esset in nostra potestate, si verum est quod Nou-Augustiniani supponunt, fuisse illos cordatos homines, & ingenioſos, & qui proinde consequenter loquerentur, manifestum est.

CAPVT X.

Eiusdem Augustini doctrina de congrua & incongrua vocatione in eadem quæst. 2. li. 1. ad Simplicianum, vindicatur à falsa Baianorum *interpretatione.*

§ I.

Augustini sententia de congrua, & incongrua vocatione.

EX illa Augustini conclusione quâ negat dici posse esse volentis, & currentis hominis quòd credat, & bene viuat: propterea quòd *voluntas bona* hominis *non præcedat vocationem Dei*, sed *vocatio bonam voluntatem*; sequebatur vlterior dubitatio, quæ est huiusmodi, vel vocatio ista ita est effectrix bonæ voluntatis, vt omnis eam vocatus sequatur, vel non. Si primum, ergo falsum est quod dicitur in Euangelio, *multi sunt vocati, pauci verò electi*. Omnes enim qui sequuntur vocationem electi sunt: & omnes qui vocantur, ex hypothesi, sequuntur vocationem. Ergo sunt omnes electi: atque ita falsum est plures esse vocatos quàm electos. Si secundum, dicendum erit non omnem electum obtemperare vocationi; ac proinde vt obtemperet positum esse in eius potestate. Quòd si verum est, ergo dici poterit esse volentis, & currentis hominis, & non solùm miserentis Dei. Dubitationem hanc Augustinus proponit, & vt eam soluat simul, & loca illa duo Matthæi quo dicitur *multi sunt vocati, pauci verò electi*: & Apostoli Pauli, qui dicit, *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*, inuicem conciliet. Doctrinam proponit de congrua, & incongrua vocatione, vt nimirum quòd dicitur multos esse vocatos confusè sumatur, intelligendo

Cap. 22.

Rom. 9.

Digitized by Google

intelligendo vel congruam, vel incongruam vocationem; electi verò intelligantur determinatè vocati, *vocatione congrua*. Congruam verò vocationem eam intelligit, quæ ita opportunè datur, vt effectum habeat, siue quæ ita congruit cum præsenti dispositione vocati vt vocantem non respuat. Et quia distributio congruæ illius vocationis in manu eius est qui scit, & quando, & quomodo congruat, pertinere ad Dei solius misericordiam quòd in aliquem incidat vocatio congrua, quia ille solus vt ita fieret rerum occursus disposuit, cùm ei liberrimum esset aliter facere. Hæc est doctrina quam Augustinus incipit explicare ab illis verbis. *An fortè illi qui hoc modo vocati non consentiunt, possent alio modo vocati accommodare fidei voluntatem, &c.*

Ex hoc loco Scholastici distinctionem collegerunt, duplicis gratiæ, congruæ nimirum, quæ à Deo datur tempore illo quo scitur esse opportuna vt effectum habeat; & incongruæ, quæ non datur ex illa præscientia. Et quia hæc cogitatio supponit eam quæ ideo congrua est, quia datur in tempore, si daretur alio tempore non fore congruam; & illam quæ incongrua est, habita in simili ratione præsentis status, si daretur in alia occasione, fore congruam; hinc collegerunt ex mente Augustini, congruam ab incongtua non differre essentialiter, & intrinsecè, sed connotatione tantùm alicuius extrinseci: & neque congruam seipsa talem esse, cui non possit liberum arbitrium resistere, postquam aliàs resistit: nec incongruam ex sua insufficientia esse incongruam, postquam ei liberum arbitrium aliàs consentit. Quòd quia repugnat cum illo Nou-Augustinianorum principio, quo negant veram esse Christi gratiam cui liberum arbitrium resistere potest; ideo omni studio conati sunt hunc Augustini locum ex quo doctrinam illam Scholastici hauserant, confundere ac perturbare interpretatione sua.

Digitized by Google

§. II.

Agere Augustinum de congruitate internæ ac veræ gratiæ.

Lib.1.de gr. cap.32.

ET primò negant Augustinum loqui de congruitate internæ gratiæ, qua cor mollitur, & flãgitur, sed externæ vocationis, id quod fusè probare nituntur. Sed facile est responsionis huius falsitatem conuincere, ac monstrare Augustinum sub nomine vocationis congruæ comprehendere internam quoque ac veram Christi gratiam : & ratione veræ gratiæ verum esse quod ille de vocatione docet. Audiamus Augustinum initio secundi Retractationum dum agit de hac quæst. secunda lib. primi ad Simplicianum. *In cuius quæstionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia: nec nisi ad illud peruenire potuit, vt liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus; Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti?* De gratia igitur Augustinus agit in quæstione citata, & de gratia hominum discretiua, & de gratia victrice: ac proinde de vera per Christum gratia. Sed constat aliunde ex ipsa inspectione quæstionis illius, Augustinum nunquam agere de gratia déque illa prærogatiua quâ vincit liberum arbitrium, electósque discernit à reprobis; vel agere tantùm de illa, dum agit de vocatione déque eius congruitate: ergo sub nomine vocationis congruæ veram atque internam Christi gratiam comprehendit. Assumptum hoc probatur percurrendo ea quæ dicuntur in laudem gratiæ Dei in illa quæstione, & quasi numerando victorias quas de libero arbitrio refert Augustino iudice. Prima contentio inter gratiam & liberum arbitrium est illa, quâ id agitur vt bona voluntas in solidum tribuatur homini, esto Deo sit deinde tribuenda gratia qua datur nobis fa-

Digitized by Google

cultas bene operandi. Auguſtinus in hac contentione victricem facit gratiam, ratione cuius Deo quoque tribuendam pronunciat bonam voluntatem his verbis quæ antea relata ſunt, *vt velimus, & ſuum eſſe voluit, & noſtrum, ſuum vocando, noſtrum ſequendo.*

Secunda contentio eſt, in quâ pugnatur contra illud Pauli, *non eſt volentis neque currentis, ſed miſerentis Dei*, ea ratione, quia ſicut voluntas hominis ſola non ſufficit vt iuſtè rectéque viuamus niſi adiuuemur miſericordia Dei, ſic miſericordia Dei ſola non ſufficit niſi conſenſus noſtræ voluntatis addatur; vt perinde dici poſſit non miſerentis eſt Dei, ſed volentis hominis: ac dicitur, non volentis eſt hominis ſed miſerentis Dei. In hac contentione victoria diuinæ gratiæ tribuitur ab Auguſtino his verbis. *Illud autem neſcio quomodo dicatur, fruſtra Deum miſereri niſi nos velimus. Si enim Deus miſeretur, etiam volumus: ad eandem quippe miſericordiam pertinet vt velimus. Deus enim eſt qui operatur in nobis & velle, & operari pro bona voluntate. Nam ſi quæramus vtrum Dei donum ſit voluntas bona: mirum ſi negare quiſquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona* VOCATIONEM, SED VOCATIO VOLVNTATEM BONAM; PROPTEREA VOCANTI DEO RECTE TRIBVITVR QVOD BENE VOLVMVS, NOBIS VERO TRIBVI NON POTEST QVOD VOCAMVR. *Non igitur ideo dictum eſt putandum non volentis neque currentis ſed miſerentis eſt Dei, quia niſi eius adiutorio non poſſumus adipiſci quod volumus; ſed ideo potiùs quia niſi eius vocatione non volumus.*

Tertium liberi arbitrij cum diuina gratia duellum eo prætextu committitur, quia eſto, prærequiratur diuina vocatio vt in nobis excitetur bona voluntas; tamen in poteſtate noſtra eſt illi conſentire, vel non conſentire: & hoc intelligitur ex eo quòd multi vocati non eligantur, nimirum quia non ſequuntur vocationem: quod ſimiliter facere poterant illi qui pro ſua libera

Digitized by Google

voluntate sequuntur, & eliguntur. cùm ergo vt vocatus obtemperet positum sit in eius voluntate, rectè dici potest non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis, quia misericordia vocantis non sufficit, nisi vocati obedientia subsequatur. Vt hanc petitionem liberi arbitrij Augustinus irritam reddat, confugit ad distinctionem congruæ atque incongruæ vocationis, & quod vult certò ac definitè concludere, per modum problematis proponit *An forte illi qui hoc modo vocati non consentiunt possent alio modo vocati accommodare fidei voluntatem, vt & illud verum sit, multi vocati, pauci electi; vt quamuis multi vno modo vocati sint, tamen quia non omnes vno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem qui ei capiendæ reperiuntur idonei: & illud non minus verum sit, igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei,* QVI HOC MODO VOCAVIT, QVOMODO APTVM ERAT EIS QVI SEQVVTI SVNT VOCATIONEM? En tibi congruam vocationem illam, nimirum quæ ita est opportuna aptitudini, & affectioni vocati, hoc est præsenti illius dispositioni, vt sequatur consensus voluntatis. Iam audi incongruam. *Ad alios autem vocatio quidem pervenit, sed quia talis fuit qua moueri non possent, vt eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi.* Incongrua scilicet dicitur cui non congruit aptitudo, & affectio, hoc est præsens vocati dispositio vt sequatur effectus. Ex hac autem distinctione per modum interrogantis proposita, vide quid concludat Augustinus, & quomodo gratiam de libero arbitrio triumphantem reddat. *Verum est ergo, multi vocati, pauci electi. Illi enim electi qui* CONGRVENTER VOCATI: ILLI AVTEM QVI NON CONGRVEBANT, NEQVE CONTEMPERABANTVR VOCATIONI, *non electi, quia non sequuti, quamuis vocati. Item verum est non volentis neque currentis, sed miserentis Dei, quia etiamsi multos vocet, eorum tamen miseretur* QVOSITA VOCAT QVOMODO EIS VOCARI APTVM EST VT SEQVANTVR,

Digitized by Google

Falsum est autem si quis dicat, igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis, quia nullius Deus frustra miseretur: CVIVS AVTEM MISERETVR SIC EVM VOCAT, QVOMODO SCIT EI CONGRVERE VT VOCANTEM NON RESPVAT? Clarissimè hîc exprimitur mens Augustini. Nempe, cùm illi qui non sequuntur vocationem potuerint ita vocari, vt sequerentur: & illi qui sequuntur etiam ita, vt non sequerentur; specialem esse Dei misericordiam sequentibus concessam, non sequentibus negatam, quòd cùm libertima esset rerum dispositio, & vocationum distributio, illum prouidentiæ modum prætulerit quo istis contingebant vocationes congruæ, quibus contingere poterant incongruæ; illis verò è cõtrariò: nec esse cur isti, dum vidẽt illos non sequi vocationem, ad suam voluntatem attendant vt glorientur, sed ad Dei misericordiam illam specialem, & omne ipsorum meritum præuenientem, quæ si deesset, vel eadem esset omnium fortuna, vel istorum deterior. Hanc autem specialem misericordiam illos non respexisse ex eo satis intelligi quòd non consenserint. Cùm enim nunquam frustra sit, ex non consensu ipsorum intelligi defectum illius misericordiæ quæ consentientes respexit, ergo debere istos tollere altius oculos mentis, à sua obedientia, & illorum inobedientia ad diuinam misericordiam, ac dicere, *non est volentis neque currentis, sed miserentis Dei*, quia quamuis volentes sequantur, & voluntate libera, hoc tamen tribuendum est illi misericordiæ, quæ sic vocauit, cùm vocare aliter posset. Hæc est tertia diuinæ gratiæ victoria.

Sed quod proprium est eorum qui causa cadunt, liberum arbitrium, licet iam victum, murmurat tamen, & quærit, cùm non deessent Deo vocationes quæ si darentur futuræ erant congruæ in Esau reprobo, sicut fuerunt in Iacob electo; cur Esau non sit ita vocatus vt vellet obedire? Respondet Augustinus, verum esse

quod assumitur, & Esau potuisse ita vt dicitur vocari, si Deo placuisset. *Cùm enim*, inquit, *alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem; eadémque res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliúmque moueat, alium non moueat: quis audeat dicere defuisse Deo* MODVM VOCANDI *quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret, voluntatémque coniungeret in qua Iacob iustificatus est?* Vt autem interrogationi respondeat, cur Esau negata est illa vocatio, recurrit ad peccatum, & ad Dei iustitiam, quâ fit vt nulla ei fiat iniuria dum negatur bonum quo indignus est. Et ea occasione fusè disserit de peccato originali iustóque Dei odio in peccatores. Et quia ne sic quidem compesci potest humanæ rationis murmur: & cùm eodem peccato inuolueretur etiam Iacob, quæritur cur non eandem tulerit pœnam, & cur illi facta sit gratia potiùs quàm fratri primogenito, os obstruit Augustinus illis Apostoli verbis: *O homo tu quis es qui respondeas Deo?* & illis, *non est iniquitas apud Deum.* Atque vt ostendat ex hoc capite commendandam esse Dei gratiam erga illum qui cùm sit æqualiter reus, tamen non æqualiter punitur. *Conqueritur*, inquit, *iustè de peccatoribus tanquam de his quos peccare ipse non cogit, simul etiam vt hi quorum miseretur* HANC QVOQVE HABEANT VOCATIONEM, *vt dum conqueritur de peccatoribus, compungantur corde, atque ad eius gratiam conuertantur. Iustè ergo conqueritur & misericorditer.* Hæc est alia quædam diuinæ gratiæ victoria de murmuratoribus relata.

Ex his omnibus concludit Augustinus hanc vnam esse intentionem Apostoli *vt qui gloriatur, in Domino glorietur.* Et quia liberum arbitrium iterum rebellat, vt etiam in seipso gloriari possit, iterum etiam cõprimitur cogitúrque cedere diuinę gratię his verbis. *Liberũ voluntatis arbitrium plurimum valet, imo verò est quidem, sed in venundatis sub peccato quid valet?..... Præcipitur vt rectè viuamus, sed quis potest bene viuere, & rectè operari nisi iustificatus ex fide? Præcipitur vt credamus ..... sed quis po-*

Digitized by Google

teſt credere, niſi ALIQVA VOCATIONE, *hoc eſt aliqua rerum teſtificatione tangatur? quis habet in poteſtate tali viſo tangi mentem ſuam quo eius voluntas moueatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur aliquid quod non delectat eum? Aut quis habet in poteſtate vt vel occurrat quod eum delectare poſsit, vel delectet cùm occurrerit? Cùm ergo nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, inſpiratur, hoc eſt præbetur gratia Dei, non nutu noſtro & induſtria aut operum meritis comparatur.* Vbi vides quam catenam nectat Auguſtinus. Opponunt liberi arbitrij patroni, ad hoc illud valere vt bene viuamus. at, inquit Auguſtinus, non bene viuitur niſi à iuſtificatis ex fide. Valebit ergo, inquiunt, ad fidem, quæ ideo nobis præcipitur quòd ſit neceſſaria. Sed, inquit Auguſtinus, fidem habere non poſſumus *ſine vocatione & teſtificatione.* Eſto, inquiunt, prædicationem admittimus in qua eſt & vocatio, & teſtificatio. At, inquit Auguſtinus, niſi cum externa prædicatione concurrat interius *viſum quoddam* quo mens *tangatur*, nihil fit. Hoc autem eſt vocationem externam coniunctam eſſe debere cum interna mentis illuſtratione, & quidem tali quâ voluntas moueatur; voluntas enim non amplectitur obiectum niſi priùs ad illud moueatur aliqua eius delectatione, hoc eſt aliqua complacentia in eius bonitate, & hoc eſt vocationem non prodeſſe niſi ſit congrua. Eſto, dicent illi, non proſit niſi ſit congrua, quid tum? Nimirum, inquit Auguſtinus, cùm nemo habeat in poteſtate diſtributionem illam vocationum, & rerum diſpoſitionem ex qua ſequitur vt vni contingat vocatio congrua, alteri incongrua, & viceverſa; recurrendum eſt ad Dei miſericordiam, quâ factum eſt vt opportuno tempore veritas diuina reuelaretur, ita vt occurreret tale viſum quo ſic tangeretur mens eius qui credit, vt eius voluntas moueretur ad amplectendam fidem: & hoc eſt vocationem illius fuiſſe congruam ex ſpeciali Dei miſericordia, non ex libero arbitrio. Quia liberum arbitrium non fecit vt eſſet hæc

distributio vocationum potius quàm alia. Atque ita necesse est vt hîc etiam liberum arbitrium succumbat, & diuinæ misericordiæ gratiam fatcatur.

Denique videntur illi qui causam agunt liberi arbitrij, posse adhuc pugnare contra grâtuitam illam Dei misericordiam, quòd non possit sine aliqua ratione ex parte hominum electione illa, & discretione vti, ex pariter indignis hunc congruè, illum incongruè vocando: debere igitur supponi ex parte ipsorum motiuum aliquod. Augustinus reiectis alijs quæ videri possent hoc motiuum suppeditare, vt sunt maius ingenium, minora peccata, honestæ, vtilésque doctrinæ, *Restat ergo*, inquit, *vt voluntates eligantur, sed voluntas ipsa nisi aliquid occurrerit quod delectet atque inuitet animum, moueri nullo modo potest. Hoc autẽ vt occurrat non est in hominis potestate.* Atque vt exemplo confirmet quod dicit, ostendátque bonas eorum qui eliguntur voluntates non præcedere gratiam vt esse possint motiuum, & ratio eiusmodi electionis, *Quid volebat Saulus*, inquit, *nisi vt inuaderet, & traheret, vinciret & necaret Christianos? Quàm rabida voluntas, quàm furiosa, quàm cæca!* Ecce tibi non bonam quæ eligi posset, sed malam quæ deberet reprobari Pauli voluntatem, quâ non obstante congrua vocatione vocatus est, vt Augustinus declarare pergit, *Qui tamen vna desuper voce prostratus, occurrente vtique tali viso quo mens illa & voluntas refractâ sæuitiâ retorqueretur, & corrigeretur ad fidem, repentè ex Euangelij mirabili persecutore mirabilior prædicator effectus est.* En tibi vocem externam cum interno viso congruo Pauli conuersionem operante.

Si hæ non sunt illæ victoriæ quas Augustinus intelligit, quando dicit in hac quæstione laboratum esse pro libero arbitrio, *sed diuinam gratiam vicisse*; nullæ vsquam sunt. Sed vt ex dictis constat, hæ sunt omnes victoriæ *congruæ vocationis*: Ergo Augustinus sub nomine congruæ vocationis gratiam comprehendit: ergo malè illum

Digitized by Google

lam interpretantur qui extrinſecam tantùm vocationem intelligunt, excluſâ gratia *quâ mollitur cor, & frangitur.* Nec refert quòd vno aut altero loco *delectationis* meminit, quia conſtat meminiſſe illius tanquam alicuius ex vocatione conſequentis, hoc eſt ex tali *viſo*, quo ita mens *tangatur*, vt voluntas moueatur: vel quo voluntas *delectetur*, & rationem beneficij & gratiæ ponere potiſſimum in *occurſu talis viſi.* Atqui Baiani fatentur viſum hoc, & quicquid ad intellectum pertinet, ſignificari nomine vocationis: igitur vocatio gratiam ſignificat apud Auguſtinum in hoc loco. Iam cùm vocatio gratiam deſignet, dicatúrque rectè atque ad mentem Auguſtini vocatio congrua, videant illi quàm rectè negent dici debere gratiam congruam.

Confirmatur ex eo quòd Auguſtinus congruæ huic vocationi tribuit quod nonniſi gratiæ internæ ac propriiſſimè dictæ qua cor mollitur, & frangitur, conuenire poteſt, vt cùm ſupponit eſſe *effectricem bonæ voluntatis*; & quòd dicitur de ſpiritu & littera *Deus agere interius vbi nemo videt*, VISORVM SVASIONIBVS VT *velimus*, agere enim interna ſuaſione idem eſt atque interna vocatione. Id autem quo Deus agit interiùs vt velimus, propriiſſima gratia eſt. Ergo propria ratio gratiæ conuenit internæ vocationi. Nimirum ea eſt etiam propriiſſimè illuſtratio illa cœleſtis, quo nomine tum Patres, tum Concilia gratiam intelligunt. Et quidem ita vt ea ſit in nobis principium & prima radix beneficij ſupernaturalis, vnde ratio beneficij gratuiti deriuatur in motionem illam quæ fit in voluntate. Cap. 34. & lib. 83. q. 68.

Denique poſſunt etiam adduci pleraque alia quibus conſtat Auguſtinum in hac quæſtione inter gratiam & vocationem non diſtinxiſſe, vt cùm agens de Cornelio *Nullomodo*, inquit, *ita operaretur niſi credidiſſet: nullo modo autem credidiſſet, niſi vel ſecretis per viſa mentis aut ſpiritus vel manifeſtioribus per ſenſus corporis admonitionibus* VOCARETVR Nimirum inhæret perpetuò verbis Rom. 1.

Digitized by Google

Apostoli *non ex operibus, sed ex* VOCANTE *dictum est; quia maior seruiet minori.* vnde infert, ergo ante omne meritum est gratia.

§. III.

Implicata Baianorum doctrina & confusa de congruitate externæ tantùm vocationis.

De gratia Salu. lib. 2. cap. 31.

RATIO qua probant Nou-Augustiniani Augustinum hìc agere de congruitate tantùm externæ vocationis; & hanc *ideo alicui congruam esse dicunt quia affectibus eius adaptata est*; & friuola est, & male colligitur ex illis Augustini verbis, *Quia non omnes vno modo affecti sunt*, ideo licet multi vno modo vocentur, vocationem tamen non esse omnibus congruam. Nec capio quomodo congruere possit commentatio quam subtexunt, nòn solùm cum verbis Augustini, sed secum ipsa, cùm inferunt, *externa est igitur vocatio & congruitas eius. Nam interna vocatio, ipsos affectus quibus congruit vocatio, non inuenit, sed inserit: quod vt intelligatur animaduertendum est ipsos affectus quibus congruit vocatio, & per quos idonei sunt homines vt sequantur vocationem vel eam capiant, vt eam capere apti sint, prout Augustinus loquitur, per ipsam gratiam insonante foris vocatione intrinsecus inspirari: illis autem inspiratis mox incipit placere quod promittitur & iubetur; displicere quod vetatur. Et ita fit capax vocationis, & ita fit ad eam sequẽdam idoneus; ita denique, vt Augustinus loquitur, incipit ipse congruere, & contemperari vocationi;* Quæ verba dico sententiam continere implexissimam vt perturbatissimam.

In primis illud Augustini non *omnes vno modo affecti sunt* malè omnino interpretantur de affectibus voluntatis qui per internam vocationem *inseruntur*; hoc enim est rerum ordinem inuertere. Siquidem affectus voluntatis sequuntur ex congruitate vocationis, non congruitas vocationis ex affectibus: nec idonea redditur

Digitized by Google

cauſa, cur aliqua vocatio ſit congrua, quia illi reſpondet talis affectus: ſed potius quòd illa congrua ſit, hoc eſt loco & tempori data, ideo reſpondent illi tales affectus: & ideo illud Auguſtini *non omnes vno modo affecti ſunt*, non de affectibus voluntatis, ſed de affectionibus intelligendum eſt, ſeu propenſionibus naturalibus aut acquiſitis, qua fit vt aliquid congruat meticuloſo quod non congruit audaci; & iracundo quod non congruit manſueto; & bilioſo, quod non congruit phlegmatico, & ſic de alijs.

Deinde quid eſt quod dicunt, vocationem internam *inſerere* ipſos affectus voluntatis? hoc enim eſt propriiſſimum actualis gratiæ officium: ac proinde interna vocatio propriiſſima eſt actualis gratia; & conſequenter quomodo illa votatio congrua dicitur ab Auguſtino, ita etiam actualis gratia congrua dici poteſt. Quod tamen aduerſarij refugiunt.

Et quòd dicunt non *inuenire* affectus illos, ſed *inſerere*, an in eo diſtingui volunt à vocatione externa, quod hæc non *inſerat* ſed inueniat? Omnino id volunt, ideo enim congrua eſt quòd inueniat hominem hoc vel illo modo affectum. Quod ſi verum eſt, quomodo ſtat quod ſubiungunt, *ipſos affectus quibus vocatio congruit per ipſam gratiam intrinſecus inſpirari vocatione foris inſonante*? Quomodo inſpiratur vocatione foris inſonante, ſi vocatio inſonans iam inſpiratos iuuerit, quatenus inuenit hominem ijs affectibus affectum, ideóque congrua dicitur?

Quartò ænigma eſt etiam quod ſequitur, *Illis autem inſpiratis mox incipit placere quod promittitur & iubetur: & diſplicere quod vetatur.* Illi affectus numquid vel ſunt, vel ſupponunt iam talem aliquam complacentiam aut diſplicentiam? Quomodo igitur illis inſpiratis incipit placere quod placebat prius? confirmatur hæc contradictio, ex eo quod dicunt effectus illos *inſpirari per gratiam*. Gratia enim inſpirans voluntati aliquem affe-

Digitized by Google

ctum apud hos auctores est delectatio circa illud obiectum quod amplectendum proponitur. Ergo hoc ipso quod est gratia, iam incipit placere, quandoquidem incipit delectare: & tamen, inquiunt, inspiratis per gratiam affectibus, incipit placere quod promittitur & quod iubetur. Si prius delectabat, numquid & prius placebat? Tales plerique labyrinthi occurrunt apud hosce Theologos, quibus facile intelligi potest illos tamdiu, & tam pertinaciter inhærendo scriptis Augustini diuturnam lusisse operam; sed suo, non Augustini defectu. Atque hæc fuit prima ratio quâ illi gratiæ congruæ, & incongruæ distinctionem impugnarunt.

§. IV.

Abhorrere non solùm à communi Ecclesiæ sensu sed etiam à mente Augustini quod dicunt, si dicenda sit congrua vera per Christum gratia, nullam esse incongruam.

De gra. sal. l. 2. c. 32. SED impugnant secundò; quia esto interna quoque gratia dici possit congrua, nulla tamen est quæ vocari possit incongrua quòd nulla sit quæ non habeat effectum suum, & quidem *adæquatum*: hoc est, quæ non faciat totum quod apta est facere. Illa enim quæ imperfectam tantùm conuersionem operatur, & velleitates solùm aliquas, vellem conciliari Deo, vellem relinquere occasionem *peccandi*, & similes, illa, inquam, habet suum effectum adæquatum quia operatur quidquid operari apta est; & nulla est alia quæ careat effectu: ac proinde, si quæ vocatio incongrua dicenda est, illa tantùm est externa, & forinsecus sonans; & si quæ gratia interna propriè dicta congrua dicenda est, eiusmodi est interna omnis, veráque per Christum gratia. Quæ doctrina, vt vides, eò pertinet, vt negetur gratia sufficiens prout ab efficaci distinguitur: postquam nulla

Digitized by Google

eſt quæ non ſit efficax reſpectu illius effectus, reſpectu cuius eſt ſufficiens, nulla quæ ſit ſufficiens reſpectu illius effectus reſpectu cuius non eſt efficax.

Hæc ſententia impugnatur imprimis ijs omnibus quæ afferri ſolent ad conuincendum eorum errorem qui negant gratiam ſufficientem, quæ hîc repetenda non ſunt: illud tantùm inculcandum eſt, vocationem illam externam quam vocant incongruam, non modò incongruam dici debere, ſed etiam nugacem,& illuſoriam, & quolibet potius nebulone circumforaneo dignam, quàm Deo infinitæ fidelitatis atque ſapientiæ. Quid enim eſt vocare ad aliquid faciendum, quando virtus neceſſaria nec ſupponitur, nec datur, nec offertur niſi nugari atque illudere miſero? hoc, inquit, ille meretur; mereatur certè, ſitque dignus illuſione illa, ſed proprio vnamquamque rem appella nomine, dicque illudi ei qui vocatur,& Deum qui vocat illuſorem eſſe. Quid enim aliud in ea ſententia cogitari poteſt? Eſto ſuo merito ſint alicui præciſæ manus ambæ: ſit ille ſuo merito proiectus in puteum: ſi quis deſuper funem porrigat hortetúrque vt apprehendat, eleuandus ſi tenuerit, ille non cenſebitur nugari & inſultare perdito? O Baiani & hoc Deo affingitis, quod non niſi de nequiſſimo circulatore fingi poteſt?

Sed quid dicetis de illo qui iuſtus eſt,& Deo gratus: & tamen vi tentationis impellitur, & cadit? nam hic quoque caret gratia ſufficienti ad ſtandum: & tamen externa vocatione admonetur, excitatur vt ſtet,terretur, arguitur, niſi ſtet. Non illuditur illi, ſi nec habet vires ad ſtandum neceſſarias; & de iuuando nihilo magis cogitet Deus,quàm de conuertendo diabolo? Et quid eſt aliud hortari tunc vel præcipere, quàm fluctuantem inter vndas, & impeditum compedibus, ac manicis ferreis, hortari,ac iubere,vt enatet? Sunt hæ,inquiunt, Semipelagianorum obiectiones. Imo verò, inquam, ſunt obiectiones mortalium omnium quibus ſupereſt ſciu-

Digitized by Google

tilla rationis: nec si hæc obiecere Semipelagiani, vt Semipelagiani obiecerint, sed vt homines non penitus amentes: nec aliter errauerint, quàm quia & Augustino, & Ecclesiæ Catholicæ imponebant eam doctrinam ex qua hæc sequerẽtur: sequuntur autem manifestè ex doctrina Nou-Augustinianorum, qui latissimè aberrant, si putant se consumptis apud Augustinum viginti duobus annis dictaturam assequutos, & ius imperandi humanis ingenijs has insanias reuera falsas.

Sed hoc tantum premo. Monstratum esse, Augustinum sub nomine congruæ vocationis complecti etiam internam gratiam. Iam quod inferunt: esto illud, omnis ergo erit congrua, & incongrua nulla; dico manifestam habere oppositionem cum Augustini cogitatione. Qui cùm dicat Deum vti scientia quam habet, vt eligat opportunitates, & idonea tempora congruarum huiusmodi gratiarum, nonne hoc ipso clarissimè significat contingentiam esse aliquam in illa coniunctione congruitatis cum gratia, qua fieri possit vt quæ vno tempore atque vni homini congrua est, alteri non sit. Quid necesse est captare tempora, vel hominum dispositiones vt gratia possit esse congrua; si nulla est quæ non sit necessariò talis? Detur quo libuerit tempore, & cui libuerit homini; congrua erit; & habebit effectum. Et quia comparant hanc gratiam cum ea qua Christus suscitauit Lazarum, & filium viduæ; nonne risum excitaret qui diceret Deum spectare in suscitandis hominibus varias mortuorum dispositiones, vt ipsius voluntas effectum consequetetur? Attendere v.g. num ex hydrope, an ex pleuritide mortui fuerint qui ad vitam reuocantur, an ex vulnere, an ex morbo? cui bono huiusmodi obseruationes: quocunque modo mortui fuerint clamet *Lazare veni foras* &, *Adolescens tibi dico surge*, & resederunt qui erant mortui. Augustinus tamen contrarium sentit: & cùm variæ sint dispositiones hominum, Deum qui scit quid cuique congruat, miserei

Digitized by Google

dicitur illius quem eo modo vocat *quem scit congruere vt vocantem non respuat* eligendo ex varijs modis, & relictis inefficacibus vnum ex efficacibus accipiendo, cuius congruitas illi nota est quis autem locus esse potest vel huic scientiæ, vel huic electioni, si omnis modus efficax est cui coniungitur interna gratia, nullus autem est efficax cui illa non coniungatur? & quid valet quod addit de Esau, cùm alius autem sic moueatur ad fidem, non defuisse Deo modum quo etiam Esau moueretur, si eo vti voluisset? Quid enim est alius sic, alius autem sic, si omnes vno eodémque modo mouentur præsente interna gratia: & nulli vllo modo mouentur ea absente? Nimirum hæc ostendunt Nou-Augustinianos multo labore consumptos, vt sua sensa apud Augustinum inuenirent, non verò vt discerent quæ sunt Augustini.

CAPVT XI.

Vindicatur item illud quod sumitur ex lib. 12. de Ciu. c. 6. de duobus hominibus æqualiter dispositis, & affectis corpore, & animo, æqualitérque tentatis.

§. I.

Prima Baianorum interpretatio repugnat Augustini verbis atque sententiæ.

RETINENDVM etiam est aliud Augustini testimonium minimè ambiguum ad probandum humanæ voluntatis sub interna Dei gratia indifferentiam. Desumitur illud ex 12. de Ciuitate Dei, vbi supponuntur duo homines eodem modo dispositi corpore, & animo paritérque affecti, qui videant vnius corporis pul-

Digitized by Google

chritudinem, quâ visâ vnus illorum ad illicitè perfruendum moueatur, alter in voluntate pudica stabilis perseueret,& quærit Augustinus. *Quid putamus esse causæ vt in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala ..... An caro intuentis in causa est? Cur non & illius? An vero animus? Cur non vtriusque?* Et quia dicere aliquis posset hunc fuisse tentatum occulta suggestione, non illum, vt hoc quoque impedimentum ab ista quæstione tollatur, supponit ambos eadem tentatione tentari, & vnum ei cedere atque consentire, alterum eundem qui fuerat perseuerare: cuius rei causam cùm alia non occurrat, hanc affert: *Quid aliud apparet, nisi alterum voluisse, alterum noluisse à castitate deficere?* Supponit igitur Augustinus potuisse cadere illum qui stetit, sed noluisse: & stare potuisse illum qui cecidit, sed cadere maluisse.

De gr Salu. Li. cap. 33. Huius testimonij reiectis alijs solutionibus duas potissimùm assignant Nou-Augustiniani. Primam fatentur non esse genuinam, sed tamen non esse contemnendam; nimirum, Augustinum hîc non quærere causam standi, sed cadendi: & eò rem reducere, vt qui cadit non nisi propria voluntate putetur cecidisse. Quod non impedit ne qui stetit censeatur adiutus peculiari auxilio gratiæ Dei vt firmiùs quàm alter staret. Quòd autem Augustinus supponit æqualiter affectos animo, & corpore; hoc sine incommodo de naturali constitutione intelligi posse: neque impedire quominus dispares adiutorio afferantur. Quæ solutio nihil aliud probat quàm Nou-Augustinianos sic esse animo constitutos, vt quiduis aliud affingere malint Augustino, quàm apertissimam apud illum veritatem intueri.

Primò Augustinus, inquiunt, *non quærit causam standi, sed cadendi.* Quæso legite, *quid putamus esse causæ vt in illo fiat*, IN ILLO NON FIAT VOLVNTAS MALA? in illo non fieri voluntatem malam, non est illum stare? Et consequenter quærere quid sit causæ cur in illo non fiat voluntas mala, non est quærere causam cur stet: seu causam

Digitized by Google

cauſam ſtandi? Dicere ſi caro eſt cauſa caſus vnius, cur non vtriuſque? Si animus, cur non vtriuſque: non eſt quærere cauſam *vtriuſque*? Et volunt Baiani vt in rebus obſcurioribus homines ipſis credant qui in tam manifeſtis vel fallunt vel falluntur?

Deinde cùm Auguſtinus ſupponat æqualiter tentatos, *vt hoc impedimentum*, inquit, *tollatur*: nonne clariſſimè ſignificat nolle ſe ſupponere quidquam, quo in illis duobus hominibus impediatur antecedens paritas in potentia conſentiendi vel diſſentiendi: & conſequenter iuſta ratio dubitandi, de alia cauſa diſparis affectus, quàm quia vnus voluit, alter noluit? Quid autem prodeſt quòd Auguſtinus tollat impedimentum inæqualis tentationis, ſi retinet impedimentum inæqualis virtutis quæ per auxilium ſubminiſtratur? nonne tam nulla fit ratio dubitandi, & inquirendi ſuppoſita inæqualitate in auxilio, quàm ſuppoſitâ inæqualitate in tentatione? Et vide an non Pſeudo-Auguſtiniani vocari poſſint qui tam abſurdam fingunt Auguſtini dubitationem. Siquidem iuxta horum Theologorum doctrinam dicendum erit Auguſtinum dubitare & cauſam quærere, cur ex duobus hominibus æqualiter diſpoſitis, æqualitérque tentatis, ita tamen vt vnus fulciatur auxilio inſuperabili contra tentationem, alius auxilio deſtituatur; cur, inquam, ex illis duobus hominibus, vnus ſtet, alius verò cadat? Nonne difficilis eſt quæſtio, & grauis admodum cauſa dubitandi? Et hæc difficultas digna eſt Auguſtini hæſitatione, & conatu in inuenienda ſolutione? Auguſtinus *orbis magiſter*, *Hercules Chriſtianorum*, *Doctor Doctorum*, & *Coryphæus*, *Angelicus*, *Seraphicus*, ſatagit vt reſpondere poſſit, cur ex duobus hominibus ille qui ſuſtinetur ne cadat, ſtet; & ille qui non ſuſtinetur, cadat?

Sed creſcit adhuc abſurditas ex doctrina Nou-Auguſtinianorum, iuxta quam Auguſtinus non potuit ſupponere quod ſuppoſuit, nimirum æquales eſſe ten-

Digitized by Google

tationes in stante, & cadente. Cùm enim ipsi philosophentur eodem modo de delectationibus concupiscentiæ quæ per tentationes excitantur respectu eorum qui cadunt, quo philosophantur de delectationibus gratiæ in ijs qui tentationibus resistunt: & perinde censeant insuperabiles esse motus concupiscentiæ, si desit gratia, ac sunt insuperabiles eiusdem gratiæ motiones; euidens est, sicuti nec supponunt nec supponere possunt, æqualem gratiæ motionem, in eo qui cadit, & in eo qui stat; ita nec posse supponere æqualem concupiscentiæ motionem in eo qui stat, & in eo qui cadit. In stante igitur supponenda est victrix, & insuperabilis gratia, in cadente victrix & insuperabilis concupiscentiæ impetus, sine vlla prorsus gratia: & hæc erit quæstio quam Augustinus anxiè tractat, & de solutione sollicitus est; Cur ex duobus hominibus ille qui iuuatur insuperabili gratia contra tentationem, stet; ille qui pulsatur insuperabili tentatione, & omni gratiæ adiumento destituitur, cadat? Baiani hæ nugæ impediuere vnquam ingenium Augustini? & fuit operę pretium hæc piscari profunda illa viginti duorum annorum, vt dicitis, *immersione inscriptis Augustini*? O malè constitutam operam!

Et quid est quod dicunt: vel quid ad institutum facit, *ipsum adiutorium quod facit velle, cum ipso velle intimè coniunctum esse: & cum eo quodam modo idem censeri*? Nonne etiam ipsa delectatio quæ facit consentire tentationi, cum ipso consensu intimè coniuncta est, & cum eo similiter vnum facit? Impeditne hoc quo minus verum sit, semper Augustinum in eorum sententia quærere cur ex duobus ille qui victricem habet gratiam, stet, & ille qui victricem habet tentationem sine vllis ad standum viribus cadat? verùm quia ipsi etiam putant hanc solutionem non esse genuinam, quamuis contemnenda non sit, aliam excutiamus.

Digitized by Google

§. II.

Secunda etiam responsio manifestè falsum assumit, Augustinus loquitur de hominibus in statu naturæ lapsæ constitutis.

SECVNDO igitur respondent Augustinum hîc non loqui de naturæ lapsæ statu, sed de statu innocentiæ hominum, & Angelorum, in quibus prima voluntas mala, & bonæ voluntatis permansio, non ex adiutoris, sed ex voluntatis diuersitate nascebatur. Hic enim quæri causam primæ omnino voluntatis malæ, & ad hanc quæstionem illustrandam ponere Augustinum in duobus æqualitatem corporis, & animi, paritatémque tentationis cæterarúmque circumstantiarum ; *Sed ita vt & hic multis insinuet modis se de prima mala voluntate prosequi disputationem suam*, vnde colligunt, non solùm nihil hinc inferri posse pro indifferentia volũntatis sub gratia in statu naturæ lapsæ, cuius longè alia ratio est quàm status naturæ integræ; quin potius eorum sententiam qui eam adstruunt iugulari, quatenus eo ipso quòd vtuntur hoc argumento, constat ipsos non distinguere inter gratiam vtrique statui conuenientem contra tam apertam Augustini doctrinam.

Hæc solutio nihilo melior est priore, Augustinus, inquiunt, loquitur de statu innocentiæ, & de prima voluntate mala tum Angelorum tum hominum. Baiani legite. *Si aliqui duo æqualiter affecti animo, & corpore videant vnius corporis pulchritudinem, qua visa vnus eorum ad illicitè perfruendum moueatur, alter in voluntate pudica stabilis perseueret.* In statu innocentiæ ante lapsum Adami, & Euæ fuerunt ne duo, quorum vnus viso pulchro corpore moueretur ad illicitè perfruendum, alter stabilis permaneret ? Non, inquis, sed potuissent esse si status ille permansisset. At Augustinus quæritne causam mali, quod potuisset esse,

Digitized by Google

an mali quod fuit? 2. hic loquendi modus, *Quid putamus esse causæ vt in illo fiat, in illo non fiat voluntas mala*, significat ne rem quæ poterat esse, si Adamus non peccasset; an potius rem quæ modò ac in præsenti rerum statu contingens est? 3. Quòd dicit vnum viso illo corpore *moueri ad illicitè perfruendum*, nonne satis indicat concupiscentiæ motum qualem modo experiri homines solent; & qualem experiri non poterant in statu innocentiæ? 4. Si hoc pertinet ad statum innocentiæ, quidni & quod est in sequentibus capitibus in quibus idem argumentum tractatur? & tamen constat agi de hominibus prout sunt in præsenti statu. Vt v. g. quod est in cap. 8. *Itaque scio in quo sit mala voluntas, id in eo fieri quòd si nollet non fieret: & ideò non necessarios, sed voluntarios defectus iusta pœna consequitur. Deficitur enim non ad mala sed malè ..... Neque enim auri vitium est auaritia, sed hominis peruersè amantis aurum Neque luxuria est vitium pulchrorum suauiúmque corporum, sed animæ peruersæ amantis corporeas voluptates ..... Nec iactantia vitium est laudis humanæ, sed animæ peruersè amantis laudari ab hominibus ..... Nec superbia vitium dantis potestatem, &c. Ac per hoc qui peruersè amat cuiuslibet naturæ bonum, etiam si adipiscatur, ipse fit in bono malus, & miser meliore priuatus*: hæc quis intelligat de statu qui fuisset si Adamus non potuisset, & non potius de statu qui nunc est? & tamen in hisce capitibus, inquiunt ipsimet Nou-Augustiniani, *per easdem lineas reciprocat disputationem suam de prima voluntate, collimans perpetuò ad scopum intentionis susceptæ: & quærens vtrum cum illa voluntate mala creati sint, an à bona voluntate deficiendo mutati.* Quemadmodum ergo hîc per ea quæ contingunt in statu naturæ lapsæ, semper consequentia mala intelligi vult quæ fuerit causa primi mali, cur non & illic vbi agitur de duobus æqualiter affectis animo, & corpore?

Digitized by Google

Deinde quod dicunt quærere Auguſtinum primæ malæ voluntatis cauſam, veriſſimum eſt, ſed veriſſimum etiam eſt quòd addunt, *tantùm primæ omnino*, hoc eſt voluntatis malæ Angelorum tantùm. Nam mala hominum voluntas non fuit prima mala, præceſſerat enim malitia voluntatis Angeli: nec dici poteſt quærere cauſam primæ malæ voluntatis in quolibet genere creaturarum liberarum; videlicet Angelicæ, & humanæ, ſed primæ *omnino* reſpectu omnium generum. Nam de prima mala voluntate hominum hîc non agit, ſed in ſequenti libro; & ſi de ea ageret, ageret de voluntate guſtandi pomũ vetitũ, cuius tamen nullam facit mentionem; & non de voluntate duorum aſpicientium pulchram mulierem, quod in ſtatu innocentiæ nunquam contigit. Et hoc ſignificat Auguſtini diſcurſus ille, *ſi eſt aliqua res efficiens malæ voluntatis, aut habet, aut non habet aliquam voluntatem; ſi habet, aut bonam profecto, aut malam: ſi bonam, quis ita deſipiat, vt dicat quòd bona voluntas fecit voluntatem malam ....., ſi autem res iſta quæ putatur facere voluntatem malam, ipſa quoque habet voluntatem malam, etiam eam quæ fecerit res conſequenter interrogo: atque vt ſit aliquis inquirendi modus,* CAVSAM PRIMAE VOLVNTATIS MALAE INQVIRO NON EST ENIM PRIMA VOLVNTAS MALA, QVAM VLLA FECIT ETIAM VOLVNTAS MALA, *&c.* quæ oſtendunt inquiri cauſam voluntatis malæ ita primæ, vt non ſupponant priorem etiam alterius ordinis; quomodo voluntas hominis peccantis, vt iam dixi, prima eſſe nequit. Non ergo cauſam illius inquirit, ſed cauſam malæ voluntatis Angelorum, quæ prior fuit non ſolùm in ſuo genere, ſed abſolutè reſpectu cuiuſcumque alterius generis, fuit enim cauſa malæ voluntatis hominum, & hoc oſtendit vel ipſa capitis huius inſcriptio, quæ eſt. *Quæ cauſa ſit Beatitudinis Angelorum bonorum, & quæ cauſa ſit miſeriæ Angelorum malorum*: & toto libro diſputatur de Angelis tantùm, eo quòd ſupponatur primum pecca-

Digitized by Google

tum seu primum malum quod in mundo fuit, in Angelis fuisse. Illius autem primi mali causa inuenta, de qua semper Augustino cum Manichæis controuersia fuit, facilè est inuenire causam malorum consequentium.

Ergo quod dictum est de duobus hominibus, eandem pulchritudinem spectantibus, nullomodo eò tendit, vt inueniatur causa primæ malæ voluntatis hominum: sed vt ex ijs quæ videmus ipsi vel experimur in hoc statu, coniectura fiat, quod tali quodam modo potuerit incipere malum in Angelis. Ita vt quemadmodum voluntas auari mala fit, eo quòd aurum peruersè amet; & voluntas lasciui, quòd peruersè amet corporeas pulchritudines, & sic de aliis; ita credatur potuisse incipere prima mala voluntas Angeli eo ipso quòd peruersè amarit suam excellentiam. Et sicut in duobus qui supponuntur antecedenter æquè dispositi ad bonum & malum, intelligimus vnum pro sua libertate perstare in innocentia, & proposito castitatis; alium pro sua libertate excidere ab ea, ita vt huius disparitatis non sit quærenda vlterior aliqua ratio, vel determinatio ad malum, ita disparitatis illius quæ Angelos distinguit, aliis perseuerantibus, aliis cadentibus, non esse quærendam vlteriorem vel superiorem aliquam causam, seu determinationem ad cadendum, sed standum in ipsorum libertate, quâ factum est, vt cùm multi starent, alii tamen cadere voluerint peruerso sui ipsorum amore. Proponit igitur Augustinus id quod iam fit in hominibus, vt ostendat quid initio factum sit in Angelis.

Nec obstat quod Baiani obiiciunt, S. Augustinum dum loquitur de antecedenti paritate illa duorum hominum, non meminisse delectationis concupiscentiæ per quam homines iam impelluntur ad malum, & dicere, *nihil esse homines*, ante illam malam voluntatem *præter naturam bonam*, relictis multis alijs vitijs quæ lapsam comitantur. Nam quòd attinet ad concupiscen-

Digitized by Google

etiam, ſufficienter illam expreſſit, vt iam dixi,& quamuis non exprimeret , eo ipſo tamen quòd ſuppoſuit duos illos homines æqualiter eſſe affectos animo & corpore,complexus eſt omnia quæ requiri poterant, & quæ diſtinctiùs exprimere ſuperfluum erat.Iſta enim diſputatio de origine mali Manichæos potiſſimum ſpectabat, qui peccatum originale, & natam exinde corruptionem non admittebant, vt Auguſtinus aliás monet, vnde minutiùs illa omnia recenſere nil erat aliud quàm dare occaſionem nodum in ſcirpo, vt dici ſolet, quærendi: præterea nihil faciunt ad ſoluendam quæſtionem, cùm ſupponantur paria in duobus hominibus, & quærenda ſit alia cauſa quæ ſuppoſita paritate illa diſparitatem faciat qua vnus conſentit ad malum potiùs quàm alius: & ideò ſuperfluam quoque fuiſſe tentationis expreſſionem Auguſtinus ſignificat dum dicit, *Andicẽdum eſt alterum eorum occulta maligni ſpiritus ſuggeſtione tentatum, quaſi non eidem ſuggeſtioni., & qualicumque ſuaſioni propria voluntate conſenſerit? hanc igitur conſenſionem,hanc malam quam malè ſuadenti attribuit voluntatem , quæ in eo res fecerit quærimus.* Hoc enim eſt dicere ſuperfluum eſſe allegare tentationem , cùm ſuperſit ſemper difficultas inueniendi cauſam cur vnus ei conſentiat, & non alius ex tentatis æqualiter? ſimiliter dicere ſuperfluum eſſet concupiſcentiæ meminiſſe, cùm ſemper quærendum ſuperſit, cur vnus illi obediat & non alius: & ſuperfluum eſſet ignorãtiæ meminiſſe , cũ ſemper ſuperſit quærendũ , cur vnus ex illa detrimentũ accipiat, & non alius. Et ſic de cæteris quæ paria in ambobus ſupponuntur , ex quibus conſtat Auguſtinum hoc vnum obtinere velle , vt quidquid ſit de concupiſcentia, de ignorantia, de malis inclinationibus, omnibuſque naturæ vitiis, agnoſcatur principium antecedenter indifferens,& tamen determinatiuum & electiuum,ad quod referatur quòd vnus peccet, & non alius; quo ſemel obtento nullus deinceps ſupereſt labor in

Digitized by Google

inueniendo principio illius primi mali quo diuisi sunt Angeli Quia scilicet in illis quoque fuit principium illud indifferens, & electiuum, quo cæteris antecedenter paribus facta est consequens disparitas peccantis à non peccante.

At, inquis, Augustinus dicit, ante malam voluntatem non esse in illis hominibus *nisi naturam bonam.* Ita est, quia natura rationalis & libera, etiam si sit natura lapsa peccatis per baptismum, aut pœnitentiam deleris, non est nisi natura bona: nec fit formaliter & propriè mala nisi per aliud peccatum propriè dictum, idque mortale, quod nihil cogit admittere aut supponere antecedenter in illis duobus hominibus; vnde etiam excluditur quod addunt, Augustinum loqui de peccato quod incipit, dum ait, *inueniet voluntatem malam non ex eo esse incipere quia natura est, sed ex eo quia ex nihilo facta est*: cùm enim supponatur homo mundus à peccato, & in proposito castitatis viuens, necesse est vt initium aliquod detur illi peccato per quod ille status mutatur, etiam si olim quoque fuisset sub eodem vel simili peccato, quia hoc iam non attenditur. Dicitur autem peccatum incipere ex eo quòd natura de nihilo facta est. Quia natura creata inde trahit mutabilitatem suam, & vim illam vertendi se à bono in malum, vnde principium est omnis peccati. Hæc est Augustini doctrina cui Nou-Augustiniani dicuntur *se immersisse*, & quidem improuidè, quòd non deberent nescire fieri posse, vt in optima etiam aqua qui natare nesciunt, immersi submergantur & pereant,

CAPVT

CAPVT XII.

S. Hieronymus à calumnia Nou-Augustinianorum liberatur.

§ I.

Quod Baiani damnant in Hieronymo, Catholicam admittit interpretationem, & Caluini tantùm regulis aduersatur.

NON satis fuit Nou-Augustinianis SS. Patres quotquot Origenem & Augustinum interiecti sunt, atque adeò Ecclesiam ipsam vniuersam, cuius eadem fuit toto illo tempore, hoc est ducentis circiter annis, cum Sanctis illis Patribus fides, inquinare iniecto Semipelagianismi opprobrio: in ipsos quoque Augustini coætaneos, & in bello Pelagiano commilitones calumnia grassata est, atque ipsius potissimùm Hieronymi temerare gloriam est aggressa. Sic enim loquuntur, *Ex quo profectum est, vt Massilienses D. Augustini doctrina velut noua non parum offenderet quod & præcedentium Patrum authoritas & sensus Ecclesiasticus repugnare videretur. Proinde non abs re fuerit paulò diligentiùs indagare quinam antiquorum ante Massilienses, & Augustinum in opinionem illam lapsi sint. Occurrit hîc inter primos D. Hieronymus,* QVI SENTENTIAM ILLAM ITA CLARE DISERTEQVE PROFITETVR, VT NON VIDEAM QVO PACTO EXCVSARI POSSIT. Et allatis Hieronymi verbis, ex tertio libro contra Pelagianos; *Quid manifestius*, inquit, *dici potest?* Iterúmque alio testimonio producto: *Ita*, inquiunt, *D. Hieronymus etiam aduersus Pelagianos dimicans nihil diuinæ gratiæ derogari putat, si sibi primas partes liberum arbitrium vendicaret.* Vides Hieronymum non suspicione tantùm aut in speciem, sed *manifesta* conuictione, ab hoc Auctore iudicari la-

Lib. 7. de hæres. Pelag. cap. 4. & 17.

psum esse in errorem Semipelagianorum. Neque id sicut Augustinus, olim tantùm, & ante exortam Pelagianam hæresim, cuius occasione re melius discussa intellectáque, sententiam mutarit; sed verò etiam admodum senem, & paucis ante mortem annis, & intellectâ Ecclesiæ sententiâ contra doctrinam Pelagij, & lectis etiam aliquibus Augustini libris contra eiusdem Pelagij doctrinam scriptis, quibus veræ, ac medicinalis gratiæ necessitas explicatur, vt constat ex hoc libro 3.

Loca illa Hieronymi quæ imaginarium hunc lapsum continent sic habent. *Iustitia labore & industria, ac diligentia,* ET SEMPER SVPER OMNIA DEI CLEMENTIA *custoditur, vt nostrum sit rogare, illius tribuere quod rogatur, nostrum incipere, illius perficere, nostrum offerre quod possumus, illius implere quod non possumus.* Et deinde; *Vbi misericordia & gratia est, liberum ex parte cessat arbitrium, quod in eo tantùm est, vt velimus atque cupiamus, atque placitis tribuamus assensum. Iam in Domini potestate est, vt id quod cupimus, quod laboramus. ac nitimur, illius ope, & auxilio implere valeamus.* Nihil necesse est addere Hieronymum his locis non negare internam & actualem gratiam Dei ad vllũ actum bonum bonámque volũtatem: quia ipsa statim inspectione constat nullam hîc expriimi gratiæ huiusmodi negationem, quæ si nihilo magis fuisset expressa in iis quos antea damnauimus Semipelagianis, & ipsi quoque absoluti essent, ex imposita omnibus obligatione interpretandi quantum fieri potest aliorum dicta factáve in bonam partem: & minimè consequens sit, vt si quis diuinæ gratiæ non meminit, statim illam neget. Sed neque dici potest S. Hieronymum illam omittere, *cùm super omnia Dei clementiam* requirat, quod ex antecedentibus, & consequentibus magis confirmari posset si esset necesse.

Neque est quòd quisquam obiiciat, antithesi illa *nostrum est rogare, illius tribuere,* significari nostrum tantùm esse rogare, itaut implicita contineatur gratiæ negatio.

Digitized by Google

Quemadmodum in ſimili antitheſi Auguſtini explicatum antea eſt. Quia non eſt ſimilis antitheſis iſta cum Auguſtiniana. Dicebat Auguſtinus, *quod ergo credimus noſtrum eſt. Quod autem bonum operamur, illius eſt qui*, &c. Vbi vides oppoſitionem eſſe inter duo quæ à nobis fiunt, nos enim credimus, nos etiam operamur. Cùm ergo opponeretur modus quo operamur, modo quo credimus: in eo quòd modus quo operamur ſit ex diuina gratia, quæ nobis operandi facultatem, & volũtatem inſpirat: conſequẽs erat vt modus quo credimus, eandem gratiam excluderet. Et ideò S. Auguſtinus correcta iam ſententia antitheſim illam de medio tollit, cùm dicit *vtrumque noſtrum eſſe, & vtrumque Dei.* At in antitheſi Hieronymi opponitur hoc quod eſt, *rogare*, cum eo quod eſt *Deum tribuere quod rogamus.* v. g. Rogamus vt det nobis auxilium gratiæ ad tentationem vincendam, hoc noſtrum eſt, quatenus libero arbitrio cooperamur gratiæ mouenti nos ad orationem, ſed ad auxilium diuinæ gratiæ quod nobis tribuitur ad vincendã tentationem, nullomodo concurrimus per liberum arbitrium; ſed merè paſſiuè nos habemus, ſtat ergo in hoc antitheſis quòd Dei ſolius ſit tribuere quod petimus; quòd rogamus non ſit Dei ſolius, ſed etiã ſit noſtrũ. Eodem modo *Dei ſolius eſt perficere quod cœpimus*, quia licet concurrat ſemper in exercitio virtutum noſtra voluntas, conſummatio tamen, & complementum operis diuini tam multa includunt, quæ ſunt Dei ſolius, vt rectiſſimè dici poſsit noſtrum quidem eſſe cum diuina gratia incipere, ſed expectandam ab illo ſolo noſtri operis perfectionem, quatenus ad eum pertinet quòd cogitationes conſtanter congruas ſuggerit in occaſionibus peccandi, quòd auertit pericula, quòd dæmonem continuo frænat, quod concupiſcentiæ moderatur ne ſupra modum ſæuiat, quòd implendi quæ rectè concupita ſunt, tempus & occaſio, & vires ſuppetant, & tandem quòd animũ ita compoſitũ à corpore mors opportuna

Digitized by Google

ſeparet. Hoc ſenſu illius *ſolius* eſt perficere quod ipſi cum ordinaria quam dat gratia rectè incipimus. Eodémque modo illius *ſolius* eſt implere, quod nos cum eius auxilio poſſumus offerre: & hoc eſt quod dicit *ex parte ceſſare liberum arbitrium, vt miſericordiæ gratiæque locum det*: quia qua parte quidpiam Deo ſoli tribuitur, liberum arbitrium nihil habet. Itaque minimè dubium eſt, quin Hieronymus his locis nullomodo neget neceſſitatem diuinæ atque internæ gratiæ dono creationis, & naturalibus bonis ſuperadditæ; quod poſſet ex adiunctis confirmari: ſed minimè neceſſarium eſt, præſertim cùm diſputemus cum ijs qui cæteros Semipelagianos etiam vbi expreſsè negant internam gratiam, illam tamen admittere contendunt.

Ergo in eo tantùm videtur illis Semipelagianus S. Hieronymus, quia gratiam quidem internam admittit, ſed cui liberum ſit voluntati vel obtemperare, vel repugnare. Et ego etiam libenter aſſentior aſſerentibus talem à S. Hieronymo gratiam approbatam eſſe: atque hoc vt alia deeſſent ſatis indicari contendo verbis illis quibus dicit, *noſtrum eſſe vt velimus, & cupiamus, & placitis tribuamus aſſenſum*: ſed quòd aliunde certiſſimis argumentis cõſtet Hieronymum perquàm orthodoxum fuiſſe, miniméque de Semipelagianiſmo ſuſpectum; inde neceſſariò cogi dico, eos qui de diuina gratia ita modò philoſophantur; non niſi per calumniam, & ignorantiam antiquæ doctrinæ poſſe dici putariue Semipelagianos, niſi apud eos qui Semipelagianiſmum ex Caluini regulis metiuntur.

§. II.

Iniuriæ Hieronymo illatæ contradicit Apoſtolica ſedes & Concilium Romanum ſub Gelaſio.

De gratia Salu. lib. 2. cap. 12.

ATQVE vt manifeſta fiat eiuſce rei probatio, videndum eſt quid tandem ferat error Semipelagianorum ille quem imaginantur de gratia indifferenti. Reſ-

Digitized by Google

pondent aduerſarij. *In primis illi damnati dicuntur meritæ cenſuræ ſeueritate tanquã diuinæ gratiæ deſtructores, & liberi arbitrij præſumptores.* Hoc igitur etiã pertinet ad doctrinã Hieronymi, iuxta benignã quã de illo Nou- Auguſtiniani cõceperunt opinionem. Dicitur inſuper re ipſa, quãuis à neſciẽtibus ac deteſtantibus, *occlamari Chriſto ſaluatori, Recede à nobis, quid te medicum iactas? Non eſt opus nobis tuo medicinali adiutorio.* Et hoc quoque cadet in Hieronymum. Dicunt præterea eum qui non intelligit gratiam illam quam Hieronymus non intellexit, *quantumuis fide rectus, & Catholicus ſit, velit nolit opinione Pelagianum eſſe. Tam enim delicatum eſſe hoc diuinæ gratiæ myſterium, vt quemadmodum Apoſtolus Iacobus de præceptis dixit, quicunque totam legem ſeruauit, &c. ita, & hic quicunque totam Chriſti gratiam, & fidei puritate, & ſententiæ ſinceritate prædicauerit; ſi vel in minimo ab indiuiſibili veritate aberrauerit, naturæque viribus ſuffragetur, non in qualiſcunque hallucinationis errorem;* SED IN IPSAM PELAGIANISMI VORAGINEM INCIDISSE OMNIVMQVE ADEO PELAGII ERRORVM, QVIBVS, ET NATVRAM, ET GRATIAM SVFFOCAVIT, REVS ESSE CONVINCI POTEST. Reus ergo conuinci poteſt Hieronymus omnium errorum Pelagij, tamquam ipſa Pelagianiſmi voragine abſumptus. Præf. in lib. 1. de gr. Sal.

Dicunt Auguſtinum non agnouiſſe, nec agnoſcere potuiſſe gratiam iſtam ab Hieronymo cognitam, & quam vocãt *potentialem, niſi regulas omnes fundamentales, quibus innixus naturam gratiæ medicinalis tradidit & explicuit, vellet interimere.* Igitur Hieronymus interemit. Hoc autem ſic iterum explicant: *Quapropter quiſquis iam alia diuinæ gratiæ adiutoria infirmis hominibus afferre nititur, quæ deſerant ſi velint, & in quibus permaneant ſi velint: cum quibus tamquam ſufficientibus operentur ſi velint; nihil aliud imprudens facit, niſi vt originalis peccati virus euacuet, illæſas liberi arbitrii vires eſſe, Chriſtum fruſtra veniſſe, & gratis mortuum eſſe perſuadeat.* Igitur Hieronymus peccatum Ib. lib. 2. cap. 27.

Digitized by Google

originale tollit, naturæ læsionem languorémque ignorat, crucis gratiam euacuat. Dicunt Pelagianos, & Semipelagianos prædicasse gratiam *spuriam*. Igitur illam adulterauit S. Hieronymus.

De gr. sal. l. 1. c. 1.

Atqui hæc in primis contradicunt manifestis summorum Pontificum testimonijs de Orthodoxa fide Hieronymi, etiam in ijs quæ ad vires liberi arbitrij, & gratiæ necessitatem pertinent. Manifesta enim sunt verba Pelagij cap. *Sancta Romana*, hoc est in Concilio Romano 70. Episcoporum quæ sic habent: *Item Ruffinus vir religiosus plurimos Ecclesiastici operis edidit libros, nonnullas etiam scripturas interpretatus est. Sed quonium Beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrii libertate notauit, illa sentimus quæ prædictum B. Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis quos vir sæpiùs memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit. Item Origenis nonnulla opuscula quæ vir Beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus, reliqua autem omnia cum Auctore suo dicimus esse renuenda.* Putant Baiani eo se passim argumento nos vrgere, quòd Augustini doctrinam approbarint summi Pontifices, & cum illis Ecclesia vniuersa: nec quidquam habent in ore frequentius quàm Innocentium, Zosimum, Cælestinum, Hormisdam, Ioannem, &c. Nos verò, & approbatam concédimus Augustini doctrinam, & negamus nos approbatæ repugnare. Ipsi qui apertissimè profitentur se damnare doctrinam Hieronymi, quid dicunt ad similem doctrinæ illius approbationem? Non propono illis Vrbanum Octauum, non Pium quintum, aut Gregorium XIII. non denique qui modò Ecclesiæ præest Innocentium X. quia illi recentioribus istis opponunt antiquos, iubéntque nos eorum qui loquuntur, & quos audimus, manifestissimas declarationes interpretari ex eorum scriptis qui mortui sunt, hoc est ex mortuis discere quid sentiant viui: & ex mutis quid loquentes dicant: denique de præsentibus, & quæ sen-

Dist. 15.

Digitized by Google

sibus nostris exposita sunt, iudicare nos volunt ex præteritis, & ex ijs quæ non sunt, cognoscere ea quæ sunt. Sed tamen pareamus ineptæ legi. Gelasius ex antiquis illis Pontificibus vnus est, vixit sæculo sexto, ante Hormisdam, Felicem, Ioannem, & alios qui solent obiici S. Augustini approbatores. Nec solus loquitur, sed cum Concilio 70. Episcoporum, ex quibus facilè intelligitur quis esset sensus non Romanæ tantùm, sed & adiunctarum Ecclesiarum. Adde quæ retulimus antea ex Epistola eiusdem Gelasij ad Picenos Episcopos, vbi Hieronymum vocat alterum cum Augustino lumen Magistrorum Ecclesiasticorum. Lib. 1. c. 8.

Cum Gelasio verò loquuntur ex consequentibus quotquot ius Canonicum, cui est inserta definitio illa Gelasii, approbarunt. Quid igitur de Hieronymo pronunciat Gelasius? Quid sensere qui Ecclesiam sequuti sunt? *Illa sentimus*, inquiunt, *quæ prædictum Beatum Hieronymum sentire cognoscimus* in iis quæ ille de arbitrii libertate contra Ruffinum notauit. Quid autem notare potuit contra Ruffinum Hieronymus, quàm quod ipse sentiebat? Atqui sensus ipsius erat Semipelagianus perinde atque Ruffini, vt Baiani supponunt. Idem igitur sensit Gelasius. Idem Ecclesia Gelasio consentiens? potuit ne Hieronymus assertor esse gratiæ diuinæ contra Ruffinum, qui contra Pelagium *destructor* est? Potuit ne contra Ruffinum infirmitatis liberi arbitrii confessor esse, qui contra Pelagium virium illius *præsumptor* est? Potuit ne contra Ruffinum Orthodoxus esse, qui contra Pelagium imprudentia lapsus *Pelagianus* fuit absorptúsque *Pelagianismi voragine & errorum illius omnium, quibus, & naturam, & gratiam suffocauit, reus*? Regulas omnes fundamentales quibus innititur doctrina de gratia medicinali contra Pelagium, *interemit*: & illam confirmauit contra Ruffinum? *Spuriam* tantùm gratiam defendit contra Pelagium; & germanam asseruit contra Ruffinum? *læsionem* liberi arbitrii nesci-

Digitized by Google

uit contra Pelagium; & eandem contra Ruffinum confessus est? Quòd si consentiens est & vniformis doctrina Hieronymi, quid facit Gelasius? quid facit Ecclesia Gelasio consentiens dum approbat doctrinam Hieronymi de libero arbitrio contra Ruffinum? Approbat *destructionem* gratiæ? Approbat *præsumptionem* sanitatis liberi arbitrii? Approbat *spuriam* gratiam? Approbat demum *omnes errores Pelagii*? & tota voluitur in caput, & in *voraginem Pelagianismi* præcipitatur? Baiani quid dicitis?

Sed non solùm approbat Gelasius Hieronymi doctrinam contra Ruffinum, approbat & contra Pelagium. Quid enim est quod dicit, *& non solùm de Ruffino, sed etiam de vniuersis quos vir sapiens memoratus zelo Dei, & fidei religione reprehendit.* Inter vniuersos illos Pelagius est, *quem vir sapiens zelo Dei, & fidei religione reprehendit* illo trium librorum dialogo. An ergo ibi approbatur vbi omnium errorum Pelagii fit reus? vbi cadit in Pelagianismi voraginem? Baiani quid dicitis?

Sed & illud notate quod additur, *Origenis opuscula suscipi quæ Beatus Hieronymus non repudiauit.* Vestrum est illud, *Origenes Pelagianorum omnium origo.* Quod si Hieronymus eadem labe infectus fuit, quis illi tutò commiserit examen operum Origenis, & discretionem? quis fidere poterit ipsius emendationibus? Et si dum Pelagium insectatur, Pelagianus tamen fit, quis adeo insaniat, vt Orthodoxum factum putet dum Origenem legit, hoc est dum haurit ex ipsa Pelagianismi vt dicitis origine? hoc verò esset Origenem in aqua sordida lauare: & tamen purgata putat Gelasius opuscula illa quæ Hieronymus emendauerit. Ergo si quæ supersunt ingenui sensus Christianique pudoris reliquiæ, agnoscenda est atque humiliter deprecanda viro sanctissimo illata iniuria: & quando constat nihilo minorem esse ipsius quàm S. Augustini approbationem in iis quæ spectant

De hæres. Pel. l. 2. c. 5.

Digitized by Google

ſpectant ad doctrinam liberi arbitrij ; concludendum eſt ſanam quoque atque integram eſſe Hieronymi de viribus liberi arbitrii ſententiam : & quia verum vero non poteſt eſſe contrarium, non eſſe illam ab Auguſtini ſententia per Eccleſiam ſimiliter approbata diuerſam. Rurſus quia non dubitant Nou-Auguſtiniani , quin S. Hier. gratiam prædicarit, cui liberum eſt obtemperare, vel reſiſtere ; cogitur minimè id repugnare D. Auguſtino, poſtquam ei non repugnat ſententia Hieronymi; & quod inde vltimò ſequitur, S. Hieronymum temerè atque iniquè damnatum , & S. Auguſtinum malè à Nou-Auguſtinianis intellectum.

His adde quod præmitti potuerat, Damaſum Papam agere ſolitum cum Hieronymo veluti cum magiſtro, præſertim dum germanam ſcripturæ ſacræ intelligentiam requirebat. Et ſunt, opinor, Pelagianorum etiam controuerſiæ ad eam regulam exigendæ , in qua ſi fallit Hieronymus, quid Damaſo fiet qui Magiſtrum errantem ſequutus eſt? Ep. 124. apud Hier.

§. III.

Contradicit & Auguſtinus & Proſper.

QVOD vt magis adhuc confirmetur, interrogemus ſecundò ipſummet ſanctum Auguſtinum , à quo Nou-Auguſtiniani prædicant ſe doceri omnem veritatem. Quid igitur ſentit Auguſtinus de doctrina Hieronymi in iis præcipuè quæ ſpectant ad confutationem Pelagianiſmi? Ille & viuum conſulit & mortuum laudat ſine vlla vſquam exceptione. Per veſtram fidem Baiani, hoc faceret Auguſtinus , ſi cum Caſſiano loqueretur, aut Fauſto? Audite quid ſcribat ad Innocentium Romanum Pontificem: nec ſolùm ipſe, ſed Concilium Mileuitanum 62. Epiſcoporum: *Pelagius , ſicut à quibuſdam fratribus noſtris* miſſæ *loquuntur Epiſtolæ, Hieroſolymis conſtitutus nonnullos fallere aſſeritur. Verumtamen multò plu-*

Digitized by Google

res qui eius sensus indagare potuerunt, aduersus eum pro gratia Christi, & Catholicæ fidei veritate confligunt; PRAECIPVE SANCTVS FILIVS TVVS FRATER ET COMPRESBYTER NOSTER HIERONYMVS. Hieronymus ergo ex Augustino vnus ex illis est quem Pelagius *non fallit*: vnus ex illis *qui penitus indagat* errores Pelagij: vnus ex illis qui pro gratia Dei pugnant, & *pro veritate fidei Catholicæ*. Pro veritate autem Catholicæ fidei pugnat, qui vno errore factus est *reus omnium* quos Pelagius admisit? pro gratia pugnat qui nonnisi *spuriam* agnoscit? Non fallitur à Pelagio qui trahitur ab ipso in *Pelagianismi voraginem*? & illius indagauerit doctrinam, qui non aduertit quantus error lateat sub illa imagine indifferentis gratiæ? Baiani quid dicitis?

Addo quod dicit Augustinus in Epistola 28. sed addenda potius esset Epistola integra, quæ licet peculiariter tractet de origine animæ, tamen & hæc eadem quæstio ad peccatum originale spectat, ideóque minimè proponenda erat homini, qui propter errorem de gratia indifferenti peccati originalis *virus* putaretur *euacuare*, & occasione peculiaris huius quæstionis, satis ostendit Augustinus quantopere fidat doctrinæ Hieronymi, & quàm non putet ipsum esse reum omnium errorum Pelagii. En quid loquatur: *Nihil equidem molestius fero in omnibus angustiis meis quas patior in difficillimis quæstionibus, quàm in tam longa tuæ charitatis absentia; vt vix possim meas dare, vel recipere Epistolas tuas, per interualla non dierum, non mensium, sed aliquot annorum: cùm si fieri posset quotidie præsentem te habere vellem, cum quo loquerer quidquid vellem.* Baiani, Augustinus cum homine ita ageret in Pelagianismi voraginem lapso? Pergit: *Ecce venit ad me religiosus iuuenis Catholica pace frater, ætate filius, honore compresbyter Orosius ..... Docui hominem quod potui, quod autem non potui, vnde discere posses admonui: atque vt ad te iret hortatus sum.* Informandum an deprauandum dirigit Augustinus Orosium ad Hierony-

Digitized by Google

mum, qui dum Pelagium impugnat, quantumuis fide Catholicus, opinione tamen *volens nolens factus est Pelagianus*?

Auguſtinus, inquis, neſciebat tunc qualis eſſet Hieronymi doctrina; decipiebatur ergo præſumendo veram, quæ tamen erat erronea. Sed cuius prudentiæ fuit & ſuam & aliorum fidem incognitæ alterius doctrinæ commendare? Numquid verò idem dicetis de eo quod ſcribit Auguſtinus contra Iulianum mortuo iam pridem Hieronymo? Atqui tunc etiam ſine vlla ſuſpicione vel exceptione illum laudat, & ſignificat ſe meditatò hon obiicere Iuliano quæ ſcripſerat Hieronymus contra Pelagium, ſed quæ dixerat olim ante cognitos errores Pelagij, quaſi non dubitaret quin omnino profligata eſſet in poſterioribus hiſce diſputationibus Pelagij ſententia. *De illo autem S. Presbytero*, inquit, *qui ſecundùm gratiam quæ data eſt ei, ſic in Eccleſia laborauit, vt eruditionem Catholicam multum in Latina lingua multis & neceſſariis litteris adiuuaret; non ſolet Pelagius iactitare, niſi quòd ei tanquam æmulo inuiderit. Sed nolo ex hoc tibi videatur de iſtorum Iudicum numero retrahendus. Non enim eius ſententiam poſui* QVAM TEMPORE INIMICITIARVM CONTRA VESTRVM TENVIT, ET DEFFENDIT ERROREM, *ſed quam poſuit in ſcriptis ſuis liber ab omni ſtudio partium, antequam veſtra damnabilia dogmata pullularent.* Atque ita S. Hieronymum cum alijs ſanctis Patribus Orthodoxis & fidei minimè ſuſpectæ recenſet, quod certè non faceret, ſi crederet capitalem errorem eſſe quem ille docebat de gratia cui voluntas reſiſtere poteſt. 2. Con. Iul. cap. 10.

Tertiò malè ſentiunt de Hieronymi ingenio, ſi qui putent ipſum non ſatis aſſequutum Auguſtini doctrinam, cuius iam aliquot libros contra Pelagium ſcriptos viderat, vt conſtat ex fine libri tertij; & alios deinde vidit quinquennio illo quo ſuperſtes fuit Concilio Dioſpolitano, cuius quoque mentem ſat penetrauit.

Digitized by Google

Quid ergo est quòd nec vitauit errorem illum, nec emendauit vnquam? pace Baianorum dixerim, ille neque minori erat perspicacia, vt intelligeret qua de gratia quæstio verteretur, nec minore quàm ipsi sanctitate vt agnitum errorem corrigeret. Et tamen non solùm in libris contra Pelagium, sed in plerisque quas scripsit deinde Epistolis, significat se apprimè Augustino consentire, & in eadem cum illo *sylua ligna cædere.*

Quartò de S. Prospero dubitari non potest quin & ille distinctissimè nosset quæ gratia sit à Catholicis confitenda, & quid de illa diu ante Hieronymus scripsisset. De ingr.c.1. Vide autem quid canat dum recenset Domitores Hydræ Pelagianæ.

Tunc etiam Bethlæi præclari nominis hospes
Hebræo simul & Graio Latióque venustus
Eloquio, morum exemplum, mundique magister
Hieronymus, libris valde excellentibus hostem
Dissecuit, noscique dedit quo turbine veram
Vellent exortæ lucem obscurare tenebræ.

Poterat Prosper ignorare eundem quem in Massilienſibus & in Cassiano tam acriter impugnabat, errorem fuisse quoque traditum ab Hieronymo? Si non ignorabat, poterat illum inter debellatores hæresis Pelagianæ recensere, qui *virus* originalis peccati imprudens euacuaret? Qui persuaderet illæsas liberi arbitrij vires, & consequenter Christum frustra mortuum? Qui *regulas omnes fundamentales* quibus nititur medicinalis gratiæ veritas, interimeret? Qui denique sectatores doctrinæ suæ secum traheret in *voraginem* Pelagianismi? Egregium verò mundi *magistrum* & *libros excellentes* quibus error ille contineretur, qui defensores redderet *reos omnium Pelagii errorum*. Et ille an fuisset impune *dissectus* ab Hieronymo, qui dissectorem suum implicuisset eadem damnatione? Tenebras etiam quomodo dissipasset, dum fumum prætenderet damnatæ opinionis? O Baiani aut approbate Hieronymum;

Digitized by Google

aut Prosperum condemnate, simúlque etiam Augustinum.

§. IV.

Contradicit perpetuus ad hunc diem Ecclesiæ sensus.

QVINTÒ interrogandi sunt Baiani quis ante exortum nouum Augustinum suspectam aliquando habuerit Hieronymi de diuina gratia sententiam. Orthodoxos Auctores intelligo. Nam scio illam non fuisse probatam Caluino, sed quis aliquando Catholicorum Hieronymum errore lapsum credidit in doctrina de diuina gratia? Vtor eodem iure eadémque ratione qua Baiani Molinam insectantur. *Neque enim*, inquiunt, *ab Augustini temporibus vsque ad tempora Molinæ in Catholica Ecclesia dubitatum fuit quin Augustinus rectè de diuina gratia senserit & humanæ voluntatis libertatem prædicatione gratiæ extinxerit.* Ita illi. Quo loco non satis intelligo cur tempore Molinæ definierint illam S. Augustini approbationem. Si enim eo ipso persuadere cupiunt Molinam putauisse non esse rectam Augustini de diuina gratia sententiam, vel humanæ voluntatis libertatem Augustinianæ gratiæ prædicatione extinctam fuisse; impostura mera est, quam odium, & maleuolentia fabricarunt. Sed quòd illi falsò de Molina confingunt in Augustino, nos ipsorum confessione muniti retorquemus in Hieronymo. Dicant ergo quis vsque ad tempora Noui Augustini, qui vt vidimus Hieronymum palam insimulat erroris Semipelagianorum, vllam eiusce rei suspicionem ostendit? Quomodo autem excusari poterit, vel tot Authorum, quot tulere tredecim secula, imperitia, oscitantia, stupor, in omittenda tanti erroris censura? Quinimo quomodo constabit necessaria Ecclesiæ totius prouidentia in impediendo ne fidelibus fraudi esset auctoritas tanti nomi-

Præf. in l. 8. de gr. salu.

Digitized by Google

nis quantum semper fuit Hieronymi, vel certè ipsius Noui-Augustini, vt mitissimè loquar, audacia, in temeranda Hieronymi gloria tot sæculis inclyta? Iam nihil causæ est cur quisquam miretur tot in Molinam iacta, conuitia tótque virulentas in eos quos vocant Molinistas declamationes. Non poterant illis parcere qui sanctos Patres tam iniuriosè habent. Et decorum est tales habere socios & comparticipes acceptarum iniuriarum.

§. V.

Contradicunt ipsimet Baiani, secúmque pugnant.

SEXTÒ saltem secum ipsi consentirent dum accusant Hieronymum. Cogente enim veritate, quæ solet esse malè philosophantium fortuna, idem affirmant ipsi, & negant. Perspicua sunt allata iam testimonia quibus dicunt gratiam tantùm Semipelagianam agnitam esse ab Hieronymo. Vocant enim Semipelagianam quæ cum indifferenti voluntatis agendi modo conciliatur, & hanc dicunt diuersam esse, imò & oppositam veræ ac medicinali Christi gratiæ. Sed audi quid etiam in contrarium dicant: *Quamobrem quicunque animaduertit omnia quæ de adiutorio gratiæ medicinalis ex Augustino diximus, de gratia quadam potentissima, quam efficacem recentiores suo sensu vocant, esse intelligenda, consequenter hoc etiam animaduertere debet, non aliam Christi gratiam medicinalem in scriptis eius reperiri. Proinde fatendum sibi esse, quod aliam nobis procudendo, nouũ gratiæ genus Christianis afferat, quod* NEC AVGVSTINVS, NEC VLLVS LATINORVM PATRVM, QVI DE GRATIAE ADIVTORIO CVM PELAGIANIS EX PROFESSO DECERTARVNT, *nec Ecclesia in Conciliis Generalibus vel Prouincialibus ab Apostolica sede probatis, agnouit vnquam nec agnoscere potuit: nisi principia quibus ipsa per antiquos Patres medicinalem Christi gratiam defendit, funditus euertantur.* S. Hieronymus erat opinor vnus quidam ex Patribus Latinis, decertauit etiam contra

1. De gr. Sal. c. 2.

Pelagianos ex professo in citato iam dialogo: & tamen in illo eodem Semipelagianam tantùm admisit gratiam, vt Baiani dicunt, quod est nouum illud genus gratiæ non ita *potentissimæ*, quin ei liberum arbitrium resistere possit, procudisse. Ergo Baianis Auctoribus, & aliquis & nullus ex Patribus Latinis qui contra Pelagium ex professo decertarunt, gratiam agnouit ab illa potentissima differentem. Baiani quid dicitis?

Sed audi quid præterea dicunt; disputant de necessitate diuinæ gratiæ ad singulos actus, gratiæ inquam, *actualis, & potentissimæ.* De illa enim agere se dicunt. *Hanc verò gratiam*, inquiunt, *si quis adhuc dubitet vtrum ad singulos actus nostros in Ecclesiæ Catholicæ sensu detur,* AVDIAT ILLE S. HIERONYMVM *cum Pelagio disputantem, vt videat ab eo omnes penitus tergiuersationis ansas amputari: quid enim cum aliquo colore contradici potest, quominus Dei auxilium ad singulas actus nouum ab illo sancto asseratur quando ad Ctesiphontem dicit, &c* Tum describunt longa ex Epistola ad Ctesiphontem & ex primo libro Dialogi contra Pelag. testimonia Hieronymi, quibus allatis, *non arbitror*, inquiunt, *esse operosiore dissertatione, sed solum lectione atque attentione opus ad intelligendum quid in eiusmodi verbis, & Hieronymus, & Augustinus atque Pelagiani velint.* Vides afferri testimonium Hieronymi, vt intelligatur quis olim fuerit Ecclesiæ Catholicæ sensus de necessitate actualis gratiæ contra Pelagium. Vides Hieronymum cum Augustino coniungi ad idem probandum; & consequenter cùm Augustinus agat de vera gratia, quæ paulò ante dicta est esse *potentissima*, de eadem quoque intelligendum esse Hieronymum. Quod adhuc confirmatur, quia de illa gratia intelligendum dicunt Hieronymum qua metuebant Pelagiani ne libertas arbitrij destrueretur; & non putant quenquam potuisse timere ne destrueretur libertas arbitrij ea gratia, *cuius veluti armorum diuinitus concessorum vsus & non vsus in eorum potestate, & propria vo-*

Lib. 1. c. 1. de gr. sal.

Digitized by Google

luntate remaneret. Ergo de illa Hieronymus agit quæ non relinquit huiusmodi indifferentiam: & omnino ridiculum esset eodem iugo copulare cum Augustino Hieronymum ad probandam medicinalis, & veræ gratiæ necessitatem ad singulos actus, si ille veram gratiam, iste *spuriam* tantùm traheret. Veram igitur agnoscit Hieronymus in Epistola ad Ctesiphontem, & in primo contra Pelagianos libro; iuxta Baianos, & contra eosdem Baianos in tertio excusari non potest, quominus credatur Semipelagianorum gratiam, quæ *spuria* est, & *nulla*, & *Christi passionem*, & *vim peccati originalis euacuat*, admisisse. Baiani quid dicitis?

CAPVT XIII.

Appendix ad Sacerdotem immeritissimum.

§. I.

Immeritissimus Sacerdos iudicio Sorbonæ opponit imaginaria testimonia.

CVm nouem Doctores à Comitiis generalibus Sorbonæ prima mensis Iulii superioris anni 1649. deputati ad censendam Noui-Augustini Theologiam septem propositiones seposuissent, quæ sunt veluti totius doctrinæ bases ac fundamenta & censura sua confixissent, inter illas hæc quarta fuit. *Semipelagiani admittebant præuenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus: etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quòd vellent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. Eius verò censuræ fuit hæc.*

Huius propositionis prima pars est falsa, & temeraria: secunda verò quæ asserit hæreticum esse admittere gratiam cui possit voluntas resistere, est hæretica.

Pupugit ea res nouæ Theologiæ Rabinos omnes, atque vt hoc iudicium impedirent, factione primum atque

que tumultu conuentum turbare conati ſunt, tum verò libellis editis vbi propugnari non potuit, fucare damnatam doctrinam variiſque obducere pigmentis ſtuduerunt. Eſt inter eos quidam qui commentarium edidit in ſingulas illas propoſitiones, qui quia noluit alio nomine deſignari quam *Immeritiſſimi Sacerdotis*, coëgit me vt eodem ego ſigno illum denotarem, Deum enixè precatus, vt errore correcto nomen etiam in melius commutare poſſit: videamus ergo quid inuenerit *Immeritiſſimus Sacerdos* ad eludendam ſuperioris propoſitionis cenſuram.

Iudicium ille ſuum prodit exorſus à ſplendidiſſimo mendacio. *Si è ſcholis*, inquit, *iſta theſis eliminanda eſt; ergo & Doctores eliminandi Thomiſtici ſunt, qui illam tam ſæpè, tam conſtanter, tantâ animorum contentione ſub ipſis oculis ſummi Pontificis Clementis VIII. protulerunt, aſſeuerarunt, comprobarunt.* Et nequis eum ſine teſte fallere criminaretur, citat ad marginem *acta congregationum Romæ habitarum coram Papa Clemente VIII.*

Primò dicendum erat quænam ſunt eiuſmodi acta, vbi ſunt, quis ſcripſerit, quis fidem præſtiterit, cauerit-que, ne in dubium reuocari poſſint; deinde quid dicant, & quo loco. Sed nihil horum hominem moratur, ſcriptum apocryphum, nullius nominis, nullius auctoritatis, nullius fidei, nullius pretii, eadem fronte parique fiducia citat, ac ſi eſſet Euangelium Sancti Matthæi.

§. II.

Sancti Thomæ ſcholam offendit graui impoſtura.

VIDEAMVS tamen deinde acta illa quid ferant. Doctores, inquit, Thomiſticos ſub oculis Clementis VIII. ſæpe conſtanter, magnáque animorum contentione protuliſſe, aſſeueraſſe, comprobaſſe propoſitionem illam, *ideo hæreticos fuiſſe Semipelagianos*,

Digitized by Google

quòd interiorem gratiam talem admitterent cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare. Sed cùm duæ sint partes, *resistere*, & *obtemperare*, non dicebant opinor ex ea parte hæreticos fuisse Semipelagianos, quòd admitterent gratiam cui voluntas posset obtemperare. Erant igitur hæretici tantùm ex alia parte, quòd voluntas posset resistere, seu quòd ita obtemperaret, vt posset etiam resistere. Resistere autem & dissentire hoc loco synonyma sunt. Ergo hæreticum putabant admitti gratiam cui voluntas illa obtemperaret, vt posset dissentire. Et quia non negabant Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 5. & can. 4. loquutum esse de gratia efficaci, & consequenter de gratia cui voluntas obtemperat, sequitur Doctores Thomisticos *magna constantia, magna contentione animorum, & sæpe sub oculis Clementis VIII. protulisse, asseuerasse, comprobasse, hæreticum esse* id quod Concilium Tridentinum affirmat, dari scilicet gratiam cui voluntas sic obtemperat, vt possit dissentire si velit; & hoc constare ex actis Congregationum. Abi bone Sacerdos. *Immeritum* enim nolo ampliùs vocare, ne credar verum dicere. Sed caue accedas ad altare inexpiatus à mendacio, & à calumnia Doctoribus Thomisticis illata.

Verùm ille temperamentum adhibet, cùm suggerit, ita commodè posse concipi positionem illam, vt nullus sit censuræ locus. Si dicantur Semipelagiani *materialiter saltem fuisse in hoc hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse cui proximè, & directè posset humana voluntas resistere, vel obtemperare*; hac ratione *communis pacis & fraternæ charitatis* ergò si quis emolliat dictam assertionem, nihil obesse putat quominus sustinenda proponatur. Est omnino Sacerdos pacificus, dum hoc nobis concedit communis pacis ergò, vt habeamur *saltem materialiter hæretici*, spe nimirum mutandæ sententiæ: nam si perstamus in illo errore, quomodo vitare poterimus ne *formaliter* etiam hæretici videamur?

Digitized by Google

Thomiſtici autem Doctores docet quo ſenſu ſint loquuti, quando tam aſſeueranter confirmabant nullam modò gratiam eſſe cui voluntas poſſit reſiſtere, nempe *proximè & directè*: atque ita innuit etiam quomodo ſit intelligendum Tridentinum, dum aſſerit voluntatem diſſentire poſſe ſi velit Deo mouenti; vt ſit ſenſus, poſſe *remotè* tantum, *& indirectè*. Amabo te mi Sacerdos, ede in publicum acta illa quæ teſtantur hanc fuiſſe Thomiſtarum doctrinam, ſaltem effice, vt eorum aliqui tuæ interpretationi ſubſcribant, & fidem faciant, hanc eſſe Thomiſticæ ſcholæ ſententiam; *Remotè* tantum poteſt voluntas diſſentire Deo mouenti? Quid eſt *remotè*? quid eſt non *proximè*? hic videlicet ſenſus eſt; Quando eſt gratia non poteſt diſſentire voluntas; ſed poſtquam abiit impulſus gratiæ, ſucceſsitque impulſus concupiſcentiæ, tunc poteſt. Et ideo quando eſt gratia, remotè tantùm diſſentire poteſt, quia expectandum eſt vt gratia recedens gubernacula tradat ſuccedenti concupiſcentiæ, vt ſit diſſenſus: quo tempore dicetur etiam indirectè tantùm diſſentire, ſeu reſiſtere: quia non exiſtenti nihil directè reſiſtit; indirectè autem reſiſtitur gratiæ quæ non eſt, quando inclinatur voluntas ad contrarium eius ad quod illa moueret ſi eſſet. Hæc ipſiſſima eſt doctrina quam hic Theologus Thomiſticis Doctoribus attribuit.

Sed eſt interrogandus an putet vanam eſſe quæ hactenus recepta eſt ab omnibus, etiam à Nouo-Auguſtino cogitationem, illo Tridentini loco, vbi dicitur liberum arbitrium diſſentire poſſe Deo mouenti, excluſam eſſe damnatámque Caluini doctrinam? Et cùm hoc conceſſerit, quod negare non poteſt, quin ſe omnium ſibilis exponat, qui de hiſce controuerſiis aliquid norunt; erit iterum interrogandus, vnde habeat adeo beſtiam fuiſſe Caluinum, vt hoc negaret quod ipſe aſſerit? Negauit ne Caluinus mutuas eſſe vices in hac vita tum gratiæ tum concupiſcentiæ? Negauit ne illum qui ho-

die obtemperat diuinæ inſpirationi, eſſe inconſtantem, & fragilem, & poſſe die craſtina boni propoſiti oblitum appetitui ſeruire? Ergo fatetur iuxta præmiſſam interpretationem, diuinam gratiam eſſe talem cui liberum arbitrium *remotè* atque *indirectè* poſſit diſſentire. Ergo ſi Tridentinum nihil aliud ſignificat, dum putatur damnare Caluinum, illum abſoluit: & Thomiſtici Doctores ſi eam *protulerunt*, *aſſeuerarunt*, *comprobarunt* doctrinam, vt hic Sacerdos putat, ſtrenuè pugnarunt pro Caluino, & quidem coram Clemente VIII. Summo Pontifice. Vide quæ myſteria coëgit reuelare *ſtudium communis pacis*. Næ hic Theologus dignus eſt quem communibus ſuffragijs conſtituamus Plenipotentiarium ad pacem vniuerſalem, conciliaturum cum Geneua Romam & perſuaſurum Catholicis vt non inter ſe modò, ſed & cum Caluino ſint concordes.

§. III.

Eius peritia in rebus Theologicis.

HOc præmiſſo mendacio Thomiſticis Doctoribus iniurioſiſſimo; *Ad rem*, inquit, *accedamus. Aio præmiſſam propoſitionem* (quam ſcilicet damnant Sorbonici) *Semipelagianorum conceptis verbis, & validiſſimis argumentis facilè confirmari.* Atque vt hoc probet, affert Gennadii verba illa quæ ſuperiùs examinata ſunt. Addit alia Fauſti, quibus illud, *vos ſemper Spiritui Sancto reſiſtitis*, interpretatur de internis inſpirationibus; nec Patribus parcit, nec vllis Sanctis, alijſque Doctoribus, qui putauere nos quandóque reſiſtere Spiritui ſancto interius mouenti, ſed omnes eadem inuoluet calumnia Semipelagianiſmi, & opinionis hæreticæ, ſaltem materialiter. his breuiter poſitis, *Veniamus*, inquit, *ad argumenta ex puriſsimis hauſta imiſque fontibus Chriſtianæ Theologiæ.* Veniamus, inquam, ſed cùm quæſtio hiſtorica ſit, qua tantùm diſputatur quid ſenſerint Semipe-

Digitized by Google

lagiani, & quare fuerint damnati; Deus bone cui vſui eſſe poſſunt argumenta petita *ex puriſsimis imiſque fontibus Chriſtianæ Theologiæ*? Putabam ſeruanda eſſe confirmandis fidei myſterijs, articulis v. g. Trinitatis adorandæ, vel diuinæ Incarnationis. Res enim in Eccleſia geſta, cuiuſmodi eſt hæreſis Semipelagianorum, numquid erat potiùs monumentis antiquitatis, & temporum memoria confirmanda? viſum eſt tamen huic Doctori huc deriuandos puriſſimos fontes Theologiæ, & ſpes eſt probaturum propediem ex hiſtoricis Theologica, qui modò hiſtorica vult probare ex Theologicis.

Re tamen vera bonus Sacerdos oſtenditſe ne nomen quidem intelligere rerum Theologicarum. Quis vbi puriſſimos imoſque fontes Theologiæ audiuit, non expectaſſet aperienda Scripturarum arcana, Decreta Conciliorum & Canones admouendos, Oracula Pontificum explicanda, proferenda conſentientia SS. Patrum teſtimonia, traditionem Eccleſiaſticam allegandam, & communem ſenſum fidelium? Ille nihil horum cogitauit, ſeu quia non nouit eiuſmodi fontes, ſeu quia non putauit inde hauriendum eſſe Theologis. Octo rationibus probat Semipelagianos admiſiſſe internam gratiam: & ideo damnatos quòd putarent illi poſſe reſiſti. Quæ nihil aliud ſunt, quàm octo coniecturæ, ſi tamen numerari, ac diſtingui poſſunt quæ vnius, eiuſdémque rei diuerſa tantùm explicatione differunt, vt videatur non modò in Theologicis, ſed etiam in Dialecticis hoſpes, & peregrinus.

Digitized by Google

§. IV.

Rationes friuolæ quibus probare conatur quod intendit de gratia Semipelagianorum.

PRIMA ratio sic incipit. *Cùm origo, summa, caput, principiumque* &c. vides ex illa synonymorum conglobatione vocabularium habuisse præ oculis cùm Theologica scriberet. Et fortè hic illi vnus est ex purissimis illis imisque fontibus Theologiæ Christianæ. Sed quò tandem hæc spectant? En tibi totam argumentationis medullam. Nulla fuit causa cur Semipelagiani negarent gratiam congruentem cum indifferentia liberi arbitrij: ergo non negarunt. Probatur antecedens. Quia pugnabant tantùm contra prædestinationem immobilem, & *fatum*, inquit, *adamantinum*: ergo &c. en tibi rationem hausta ex purissimis imisque fontibus Theologiæ. Solutio patet ex antea dictis. Nempe quòd dicit nullam fuisse causam cur Massilienses eiusmodi gratiam negarent. Si causam intelligit iustam, & legitimam, est verum; sed nihil concluditur, nisi supponat habuisse illos iustam & legitimã causam cur essent hæretici. Si verò causam intelligat apparentem, & illudentem ingenio malè præoccupato, est falsum; huiusmodi enim multas habuisse antea monstratum est. Quòd additur pugnasse illos contra prædestinationem immobilem est verum; sed intelligenda est prædestinatio quam definit Augustinus gratiæ præparationem. Nolebant enim præparatam à Deo gratiam quæ omnia humana merita præueniret. Contra *fatum* etiam *adamantinum* pugnabant, non quòd ab Augustino assereretur, qui disertè potiùs illud negat; sed quòd illi somniabant in Augustini doctrina malè intellecta contineri. Hinc nihil sequitur ad probandum id quod intendit.

Secunda ratio. Catholici pugnabant tantùm vt ad-

Digitized by Google

ſtruerent gratiam quæ inſuperabili virtute inſuperabilem Dei prædeſtinationem exequeretur. Ergo Maſſilienſes repugnabant vt illam tantùm gratiam eriperent. Nugæ. Gratia quæ datur reprobis in ſanctitate aliquandiu viuentibus, eſt vera Chriſti gratia, & tamen non eſt inſuperabilis prædeſtinationis inſuperabili virtute executiua. Vno verbo conſtat ex dictis falſiſſimum eſſe antecedens. Et vide an hoc quoque argumentum hauſtum ſit ex puriſſimis imiſque fontibus Theologiæ Chriſtianæ.

Tertia ratio, pugnabant tantùm Catholici pro gratia per quam Deus non expectat humanas voluntates, ſed gratia per quam non expectat hominum voluntates eſt determinans, ergo. Falſa eſt minor, & in maiori deprauatur Auguſtini ſententia, qui diſertè explicat ideo apud Semipelagianos Deum expectare humanas voluntates, quia datur gratia ſecundùm meritum præcedentis voluntatis: ita nimirum vt meritum à gratia independens prius ſit: ideóque dicit in illos cadere illud *quòd priores dent, vt retribuatur ipſis.* Idémque ſenſus eſt Concilii Arauſicani. Ergo à Semipelagianis toto cœlo diſtant, qui nullum agnoſcunt meritum, nullam bonam voluntatem quam gratia non præcedat. Hoc enim non eſt expectare humanam voluntatem, ſed præuenire.

Quarta ratio. Liquet ex Auguſtino cæteriſque Patribus inter Catholicum, & Semipelagianum dogma nullum eſſe medium, ſed eſſet medium, ſi Semipelagiani negaſſent gratiam indifferentem. Nam, inquit, Catholici non aliam agnoſcebant, quàm efficacem, & determinatam, inter quam & nullam media eſt gratia indifferens. Reſp. maior gratis aſſumitur: ſed tamen tranſeat, probatio minoris eſt petitio principij, & hauritur ex puteo Caluini. Catholici agnoſcebant gratiam ſufficientem, & quæ hominum vitio careret effectu. Determinantem verò & ita efficacem, vt non poſſet

Digitized by Google

ei liberum arbitrium resistere, nullam agnoscebant; vel Tridentinum dissentit à Catholicis.

Quinta ratio ridicula est, ijsdémque laborat vitijs, immo cum quarta coincidit. *Semipelagiani*, inquit, *vt passim videre est, ita solebant argumentari: Bona opera seu bonam voluntatem, aut ex libero arbitrio, aut ex gratia determinante oriundam esse.* Igitur sub libero arbitrio indifferentem gratiam comprehendebant: alioqui debuisset tripartita esse diuisio, dicendo bonam voluntatem aut ex libero arbitrio, aut ex gratia indifferenti, aut ex gratia determinante oriundam esse. Vides hoc ipsum esse quod paulò ante dictum est, nullum relictum esse medium inter Semipelagianum dogma, & dogma Catholicum. Sed quidquid sit, amabo te, ô bone vir, quos libros legisti vbi passim occurreret illud argumentum Semipelagianorum? occultam habeas Bibliothecam oportet, & libros cæterorum mortalium oculis inaccessos, quos scilicet piscatus sis in *imis* illis tuæ Theologiæ *fontibus*. Sed qua fronte commenta hæc profers, & qua fiducia? Expectabimus, vt ostendas nobis illud argumentum Semipelagianorum vbi nam scriptum sit. Secundò vt soluas ea quibus probatum est antea, per liberum arbitrium nihil aliud intellexisse Semipelagianos, quàm facultatem rationalem vi creationis cum omni homine inseparabiliter coniunctam, ac proinde gratiam omnem indebitam excluisse. 3. Vt iterum probes ab vllo Catholicorum fuisse vnquam agnitam gratiam illam ita determinatam, vt humana voluntas non possit ab ea dissentire.

Sexta ratio, Catholicos inter, & Semipegianos de sola gratia pugnatum est quæ humana merita profligaret, sed gratia cui voluntas resistere potest, non profligat, sed statuit humana merita: Ergo nulla erat de tali gratia controuersia. Resp. Ex omnibus paginis librorum de prædestinatione SS. & de bono perseuerantiæ constare pugnatum esse tantùm de gratia quæ daretur secundùm

ſecundùm merita, hoc eſt quæ merita humana ſequeretur, Maſſilienſibus illam tantùm admittentibus, Catholicis autem confitentibus gratiã quæ non ſolùm ſequeretur humana merita, ſed etiam præueniret: Gratiam autem quæ profligat humana merita ex ipſa conſequentia, nego ab vllo Catholicorum aliquando approbatam, ſed tantùm à Caluino, in cuius *puriſsimis imiſque fontibus* labra proluiſſe ſi videri nolit hic Sacerdos, ſententiam reuocet, & agat pœnitentiam.

Septima ratio, confeſſi ſunt Semipelagiani indifferentem gratiam, qualis fuit in Adamo, minimè ſibi diſplicere; ergo efficacem tantùm, & determinantem impugnabant. Reſpondeo comparationem illam inter gratiam Adami, & gratiam hominis lapſi numquam veniſſe in diſputationem, niſi dum ageretur de perſeuerantia: & cùm Auguſtinus prædicaret gratiam prædeſtinatorum, qua infallibiliter continetur donum perſeuerantiæ vſque in finem, Semipelagianos fatalis neceſſitatis ſpecie territos oppoſuiſſe ex falſa imaginatione, nullum ergo relinqui locum prædicationi, exhortationi, correptioni, &c. Et ideo contenti erant gratia ad perſeuerandum qualem fatebantur Adamo conceſſam, qua ſcilicet contineretur poteſtas perſeuerandi, non autem donum ipſum, & effectus perſeuerantiæ. Sed iam quæſtio eſt de neceſſitate gratiæ ad primam credendi voluntatem, quam Maſſilienſes nec in homine ſtante, nec in lapſo vnquam confeſſi ſunt eſſe neceſſariam: ſed nec admiſere vnquam talem neceſſitatem ad concipiendas ſingulas perſeuerandi voluntates. Quamuis enim faterentur neceſſariam eſſe gratiam ad perſeuerandum, non tamen ad deſiderium perſeuerantiæ, vt antea monſtratum eſt. Falſum ergo quod aſſumitur in argumento.

Eadem ſolutio valet ad octauam rationem quæ in idem reuoluitur cum ſeptima; probandum ſcilicet, ex ſententia Maſsilienſium neceſſariam fuiſſe ſtanti ho-

Digitized by Google

mini gratiam, tum ad initium fidei, tum ad singula perseuerandi desideria, quod probari non potest. Et absurdum visum est Catholicis, quòd Massilienses non alia quærerent præsidia homini languenti, infirmo, & saucio vt perseueranter bene operaretur, quàm ea quæ concessa erant stanti, sano, & integro.

His subnectit tumultuariò, & confusè nescio quas alias seu rationes, seu declamationes quibus aërem verberat, & nihil præterea. Augustinum citat lib. de Gra. cap. 10. dum Pelagio denunciat *confitendam gratiam, qua futuræ gloriæ non solùm magnitudo promittitur, verùm etiam creditur & speratur: nec solùm reuelatur sapientia, verùm etiam, & amatur: Nec suadetur solùm omne quod bonum est, sed persuadetur.* Quis repugnat? citat illud de bono perseu. *Hoc scio neminem contra istam prædestinationem quam secundùm scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.* Quis contra disputat? Et illud, *hanc esse immobilem veritatem prædestinationis, & gratiæ.* Quis eam veritatem labefacit? Et illud *Orat Ecclesia vt increduli credant. Deus ergo conuertit ad fidem: Orat vt credentes in fide perseuerent, ergo dat perseuerantiam vsque in finem. Hæc Deus facturum se esse præsciuit: ipsa est prædestinatio Sanctorum.* Quis contradicit? hinc sequitur, inquit, talem esse gratiam, vt humana voluntas non possit ei resistere. Consequentia Caluini est, & si est hæreticum *saltem materialiter* illam negare, Tridentinum *saltem materialiter* est hæreticum. Audet hoc cogitare Catholicus Sacerdos? & vocat *purissimos fontes* Christianæ Theologiæ quæ sunt cisternæ dissipatæ, quæ continere non valent aquas nisi corruptas, & fœtidas. Bonam illi mentem Deus optimus maximus impertiatur, vt intelligat, quando tam infeliciter Theologica tractat, consultius fore si Breuiario attendat atque rubricis.

Cap. 19.

Cap. 17.

Cap. 7.

Digitized by Google

LIBER VLTIMVS.

DE AVTHORITATE SANCTI Augustini, præsertim in iis quæ ad diuinam circa homines prouidentiam spectant: vbi monstratur hactenus creditum à plerisque sanctis eruditisque viris in iis quæ ad diuinam circa homines prouidentiam spectant, certa tantùm capita doctrinæ Augustinianæ necessariò tenenda esse.

AD Tribunal sancti Augustini disputatum hactenus est, & liberata fides quam obligaueram implendi propositam ab Aduersariis conditionem, hoc est probandi quidquid ille probaret, improbandi quidquid improbaret. Puto iam æquo Lectori ex ipsa rerum euidentia satis constare, nihil esse quod Iansenistæ possint ab Augustino sperare præsidij, nihil quod Orthodoxi debeant timere. Vna supereſt adhuc tractanda quæstio, nimirum quanta fuerit huiusce conditionis æquitas, & quanta necessitas subeundi legem illam. Quam quia illi putant esse ab Ecclesia impositam, audire iuuat præcipuos quosdam eiusdem Ecclesiæ Principes, Pastoresque celeberrimos & Doctores scientissimos sensuum Ecclesiasticorum, minimèque suspectos. Quorum authoritati ac dignitati si cedere nolint Aduersarij, consentio vt in hac etiam lite vnicus sedeat iudex Augusti-

nus. Spero enim Lectorem facilè intellecturum Nou-Auguſtinianos in hac quoque controuerſia mirabiliter implicare ſuas cogitationes, dum tanto niſu perſuadere conantur neceſſarium eſſe in omnibus Auguſtino conſentire neganti neceſſarium eſſe ſibi conſentire in omnibus & permittenti pleráque liberæ hominum diſputationi quæ illi certæ ac definitæ veritatis eſſe contendunt. Eſt verò eô innocentior hæc diſputatio, quòd iam conſtet quicumque ſit eius exitus, æquitati cauſæ noſtræ nihil præiudicari. Nam ſi conſtiterit in omnibus ſtandum eſſe iudicio Auguſtini, monſtratum eſt hactenus Ianſeniſmum diu antequàm excluderetur, ab eo fuiſſe damnatum: Sin ſecus, erit ſic etiam noſtra victoria, quando intelligetur nos ab eo iudicio quod Aduerſarij elegerant, & cuius declinandi ius nobis erat, ſuperiores euaſiſſe. Ergo quid alij ſentiant in propoſita quæſtione primùm audiamus: tum deinde videamus quid certò concludi poſsit ex ipſius Auguſtini principijs.

CAPVT I.

Cæleſtinus ſummus Pontifex.

AGMEN ducet, vt par eſt, Summus Pontifex Cæleſtinus primus, is cuius potiſsimum commendatione nititur ea quam tanti facimus omnes authoritas Auguſtini. Ergo ille in Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ, quam ſcripſit vt inſurgentes in Auguſtinum Pelagianorum reliquias coerceret, iis recenſitis ex definitionibus Romanorum Pontificum Innocentij & Zozimi, & ex Carthaginenſi Concilio, quibus continetur doctrina de neceſsitate gratiæ: eadémque neceſsitate confirmata ex praxi Eccleſiæ in orationibus de baptiſmi ritibus, ſic concludit, *Profundiores verò difficilioréſque partes occurrentium* (aliàs, *intercurrentium*) *quæ-*

ſtionum, quas latiùs pertractarunt qui hæreticis reſtiterunt, ſicut non audemus contemnere, ita non neceſſe habemus adſtruere: quia ad confitendam gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahendum eſt, ſatis ſufficere credimus quidquid ſecundùm prædictas regulas Apoſtolicæ ſedis nos ſcripta docuerunt, vt prorſus non opinemur Catholicum quod apparuit præfixis ſententiis eſſe contrarium.

Quo loco deſignari Auguſtinum illis verbis, *quas latiùs pertractarunt qui hæreticis reſtiterunt*, aduerſarii quoque fatentur. Sed dubium eſt quæ ſint *profundiores illæ difficilioréſque partes intercurrentium quæſtionum*. Aliqui enim quæſtiones illas interpretantur quas Auguſtinus diſputando & in omnem partem ſe pro aſſequenda veritate vertendo in medio reliquit indefinitas. Qualis eſt, inquiunt, latebroſa illa de animæ origine: & illa, Quo pacto anima ſiue ex traduce, ſiue ex carne, maculetur. Cur hic non alius, hic iſto, alter alio modo vocetur ad gratiam. Cur iſte rapiatur ne malitia mutet intellectum, alter iam bonus relinquatur dum cadat & pereat. Cur melior cadat, & qui bonitate inferior eſt perſeueret. Quomodo peccatum peccato puniatur. Cur malit Deus domare ſuperbiam quàm impedire ne ſit. Cur perſeueraturis non perſeueraturi miſceantur, &c. Harum quæſtionum partes ab Auguſtino fuſiùs tractatas eas eſſe dicunt quas Cæleſtinus nec contemnere audet, nec neceſſe habet adſtruere. minimè verò comprehenſam eo numero quæſtionem illam, *vtrum prædeſtinatio ad gloriam fiat ante vel poſt præuiſa merita*.

Sed primò perſpicuum eſt Cæleſtinum agere cum Semipelagianis qui minimè negabant peccatum originale, vt conſtat ex Proſpero in Epiſtola ad Auguſtinum, *hæc enim ipſorum*, inquit, *definitio ac profeſſio eſt, omnem quidem hominem Adamo peccante peccaſſe*. Et Hilarius in ſua pariter Epiſtola ad Auguſtinum, *conſentiunt*, inquit, *omnem hominem in Adam periiſſe*. Et Auguſtinus ipſe

Digitized by Google

mox citandus idem agnoscit. Et ideo primum Cælestini decretum in hac Epistola non ad originale, sed ad eius effectum pertinet, ad contractam scilicet ex eo impotentiam benè viuendi, seque ad iustificationem disponendi. Aliunde verò certum est quæstionem illam de propagatione animarum ex traduce occurrere tantùm disputantibus de peccato originali: Ergo immeritò ponitur inter illas quæ intercurrunt ea quæ vel Augustinus cum Semipelagianis disputat, vel Cælestinus contra illos definit.

Secundò, illæ aliæ quæstiones, cur hic homo non alius, hic isto, alter alio modo vocetur ad gratiam & similes, vbinam gentium dici possunt ab Augustino fusè tractatæ? Quoties occurrunt, aliud ne respondet Augustinus, quàm, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Quis cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit?* Et, *numquid dicit lutum figulo*, &c. Nolle igitur tractare quæstionem aliquam, & proponenti obstruere os, idem erit ac *fusè illam tractare*? Sed & quid magnum dixerit Cælestinus, & quo sensu, cùm dixit se quæstiones huiusmodi *nec audere contemnere, nec necesse habere adstruere*? Hocne intelligi potest de quæstionibus ab Augustino repudiatis? Quid periculi est si contemnat? quis etiam ab illo petit vt adstruat?

Tertiò. Expendo Cælestini verba illa quibus dicit se profundiores difficiliorésque partes intercurrentium quæstionum quas fusè tractauit Augustinus nec audere contemnere, nec necesse habere adstruere. Hoc enim idem est ac videri sibi tantùm esse tribuendum authoritati Augustini vt non contemnat partes quæstionum ab eo tractatarum, vel potius partes quæstionum ab eo tractatas: non videri autem sibi tantùm esse tribuendum, vt sit necessarium easdem partes adstruere. Quibus verbis designatur cuiuslibet quæstionis vna pars v. g. pars affirmans: vel certè pars negans. Vna enim tantùm adstrui potest. Et sensus hic solùm erit

Digitized by Google

idoneus; ſe cuiuſlibet illarum quæſtionum partem ab Auguſtino determinatè aſſertam, aut determinatè negatam, nec audere contemnere, nec tamen velle definire. Quòd ſi deſignentur partes quæſtionum, vt dicunt, indeciſæ: atque ab Auguſtino minimè determinatæ; quid ſaporis haberet Cæleſtini profeſſio illa quâ dicit ſe nec audere contemnere, nec putare neceſſarium definire? An eſt periculum vt quis iniuriam interpretetur Auguſtini, ſi Cæleſtinus vel contemnat partem quæſtionis alicuius ab eo indeciſæ, vel illam non adſtruat? Perſpicua igitur mens ſummi Pōtificis de qua dubitare non poteſt niſi qui perturbatum habet & caligantem intuitum, iſta eſt. Cùm Semipelagiani circa diuinæ gratiæ neceſſitatem tantùm errarent, & Auguſtinum calumniarentur; ſe ad deſtruendum errorem illum & calumniam diluendam ex vniuerſa eius doctrina, quæ quidem ad hoc caput ſpectat octo vel nouem poſitiones, quas paulò ante expreſſerat, à ſuis prædeceſſoribus Innocentio & Zozimo confirmatas, iterum definire; atque hoc modo Auguſtinianæ authoritati Pontificiam rurſus addere, hoc eſt ſupremam. Alias autem poſitiones ab Auguſtino ſimiliter aſſertas, ſe ita in medio relinquere, vt neque velit contemnere propter authoritatem Auguſtini, nec neceſſarium putet definire. Vnde expendo quartò iſta etiam Cæleſtini verba quæ immediatè præcedunt prædictas poſitiones, *Quòd ſi non nimiùm eſt contentioſus, cognoſcat omnium diſputationum connexionem ex hac ſubditarum authoritatum breuitate pendere: nullamque ſibi contradictionis ſupereſſe rationem, ſi cum Catholicis credat & dicat, in præuaricatione Adæ, &c.* His enim verbis apertè ſignificat cum eo qui approbat ſubiectas definitiones, & ea quæ neceſſariam cum illis connexionem habent, non eſſe de cætero neceſſariò diſputandum: quòd ſcilicet quidquid ille vel affirmet vel neget, eiuſmodi ſit, vt ei contradicere Catholici minimè cogantur. Quod confirmatur ex Epiſtolæ concluſione quâ dicit, ideo ſe nolle adſtruere

profundiores illas ac difficiliores partes intercurrentium quæstionum. *Quia ad confitendam gratiam Dei, cuius operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus quidquid secundùm prædictas regulas Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt: vt prorsus non opinemur Catholicum quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium.* Quasi diceret, cùm eò tantùm spectet Romanæ Sedis consilium & prouidentia, vt Massilienses isti, quorum causa hæc sancimus, *nihil penitus subtrahant diuinæ gratiæ*, ne illum quidem morbi sensum & desiderium medicinæ quod gratuito & supernaturali auxilio præmittunt; *prædictæ regulæ seu præfixæ sententiæ* ita sufficiunt, vt sicut non debet videri Catholicum quod eis repugnat; ita neque quod non repugnat videri debeat erroneum, aut à sensu Catholico alienum. Vnde sequitur., si quid vel ab Augustino vel ab alio quodam Ecclesiastico tractatore assertum aut negatum sit, quod non repugnet regulis illis atque sententiis; esse hoc inter ἀδιάφορα numerandum, & quæ libero Catholicorum consensui atque dissensui permissa sunt.

Atque ita quamuis, exempli causa, daremus id, quod minimè verum est, scientiam mediam fuisse ab Augustino reiectam; vt necessarium indè argumentum duceretur quo negare illam cæteri cogerentur, videndum esset an sit vna ex intercurrentibus illis quæstionibus quas Cælestinus ad disputandum permisit: an habeat necessariam cum definitis propositionibus connexionem. Si primum, libera semper fuerit & minimè periculosa defensio scientiæ mediæ. Si secundum, damnanda est. Idémque dici potest de prædestinatione ad gloriam quæ fit ex præuisis meritis, dummodo supponat prædestinationem ad gratiam quæ præcedat absolutam omnem meritorum præuisionem. Quamuis enim præferenda sit ea sententia quæ talem modum prædestinationis omnino negat; tamen vt damnata etiam censeatur illa quæ affirmat, videndum erit quàm

sit

sit necessariò connexa cum articulis à Cælestino definitis. Si enim non sit, quamuis Augustinus in contrarium propendeat, permittenda tamen erit huius quæstionis determinatio liberæ disputantium electioni: quod censuit etiam Cardinalis Baronius vt postea dicetur.

Atque hinc patet chimæricam esse quam aliqui sibi fingunt connexionem inter omnia quæ ad Dei gratiam pertinent Augustini pronunciata, quo fiat vt vno destructo ruere omnia necesse sit: & ideo dicunt nullos fuisse vnquam aut esse potuisse reipsa Semipelagianos; quòd oporteat omnem de diuina gratia doctrinam Augustini respuere, atque ita totum haurire Pelagianismum, qui particulam illius aliquam respuat. Patet, inquam, commentitiam esse illam colligationem. Si enim esset, non latuisset summum Pontificem qui distinguit, vt iam ostenſtratũ, est in Augusti. doctrina necessariam à non necessaria. Non latuisset etiam Prosperum Augustini discipulum, qui Massilienſium dogmata vocat *reliquias Pelagianæ prauitatis*, cùm tamen constet reliquias dici non posse vbi continetur tota res. Non latuisset ipsummet Augustinum, qui de Massilienſibus ita loquitur. *Peruenerunt autem isti fratres nostri, proquibus sollicita est pia charitas vestra vt credant cum Ecclesia Christi peccato primi hominis obnoxium nasci genus humanum: nec ab isto malo nisi per iustitiam secundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiam vt præueniri voluntates hominum Dei gratiâ fateantur: atque ad nullum opus bonum vel incipiendum, vel perficiendum sibi quemquam sufficere posse consentiant,* REPERTA ERGO ISTA IN QVAE PERVENERVNT, PLVRIMVM EOS A PELAGIANORVM ERRORE DISCERNVNT, &c. Quo potuere illi fratres peruenire, si est ita indiuisibilis Pelagianorum doctrina vt aut totum aut nihil ex illa possit detrahi? Et quomodo plurimum discernuntur Massilienses isti & Pelagiani, si solo nomine discerni pos-

Iansſ. lib. proœ. c. 26.

Ep. ad Aug. De prædest. SS. c. 1.

Digitized by Google

sunt, re autem ipsa non possunt? Et qui fieri potuit vt Augustinus tricies & ampliùs examinatus non intelligeretur cùm hæc diceret; nec impediret ne nulli putarentur esse nisi solo nomine Semipelagiani? Pecuarios scilicet imitantur isti Theologi, qui pecora integra nonnisi cum scabiosis venalia ad forum mittunt. Ita enim isti cum verisimis sententijs nectere conantur, vt mitissimè loquar, absurdas & minimè Augustinianas, neque vnas approbari reiectis alijs patiuntur. Nascimur omnes infecti originali peccato, verissimum est: cremantur ergo in inferno infantes illi qui ab aquis salutaribus moriuntur illoti. Negamus crudelem consequentiam. Hæc, inquiunt, ita sunt connexa vt dispungi nequeant. Non datur gratia secundùm merita, sed præuenit potiùs omne meritum omnémque voluntatis motum liberum. Libentissimè hoc profitemur. Non est igitur, inquiunt, alia hominum libertas quàm quæ violentam & coactitiam necessitatem excludit, hoc negamus. Sed prætexunt hîc etiam occultam inter vtrumque necessitudinem. Prædilecti sunt antecedenter omnes prædestinati. Benè habet Damnatorum ergo, inquiunt, nullus est qui Sanguini Christi quidquam debeat, quippe qui nullam vnquam habuit eos qui pereunt saluandi voluntatem, nullumve quod sufficeret auxilium contulit. Et si quis resistat, arcanos obtendunt nodos inter vtramque sententiam, qui quia minimè sunt perspicacibus etiam ingenijs visibiles, fidem exigunt nec probatarum rerum nec probabilium, polliciti quæ modò non intelliguntur ijs reuelanda qui post multas preces, & longa ieiunia, & triceſimam operum Augustini lectionem illuminabuntur. Sed ô inanes preces & ieiunia frustra suscepta, si non alium peperere fructum quàm vt falsa veris, absurda probabilibus, & tenebras luci iungerent. Nos verò, Auctore Cælestino, distinguimus inter necessarias & indifferentes Augustini sententias, omnémque huic

Digitized by Google

lumini contrariam lucem tenebras reputamus. Et quamuis satis supérque foret vnius summi Pontificis definitio; iuuat adiungere insigniores aliquot Cardinales, alioſque Præsules ac Doctores.

CAPVT II.

Insigniores aliquot Cardinales.

OCCVRRIT in primis Cardinalis Baronius antiquitatis, vt opinor, ac sensuum Ecclesiasticorum satis peritus, qui Cælestini mentem ita interpretatur vt nostram faciat, & cum aduersariorum mente pugnantem è diametro. Postquam enim retulit verba illa Cælestini, *profundiores autem, &c.* subdit, *His, inquam, profitetur profundiores quæstiones illas de prædestinatione Sanctorum, nequaquam ab Apostolica sede definitas, illáque tantùm esse stabilitas quæ ad condemnationem errorum satis posse sufficere viderentur.* Quæ verba ità referuntur in editione Conciliorum, Parisiensi anni 1636. in notis ad Epistolam Cælestini, ac deinde in editione Regia repetuntur. *Profitetur Cælestinus Pontifex profundiores illas de prædestinatione Sanctorum quæstiones ab Apolica sede nequaquam definitas esse, illáque tantum stabilitas fuisse quæ ad condemnationem errorum sufficere posse videntur.* Hîc ergo quæro quæ sint illæ Auctorum quæstiones de prædestinatione, quarum liberam affirmandi aut negandi facultatem Cælestinus facit, interprete Baronio: & quarum definitio minimè necessariam habet connexionem cum errorum condemnatione? Non est, inquiunt, quæstio illa, præcedátne prædestinatio an sequatur præscientiam meritorum. Quænam igitur est? vtrum animæ, inquiunt, ex traduce propagentur. Hæccine est quæstio de prædestinatione? Addunt, Quare prædestinati non prædestinatis miscentur? Quare hic prædestinetur & non alius? &c. Sed quis

Bar. to. 5. an. 431.

Digitized by Google

non videt Auctores in iis quæstionibusnon immorari eáſque reiicere, potius quàm ſoluere? An ergo de quæſtionibus quæ reiici ſolent intellexit Baronius id quod dixerit Cæleſtinus de quæſtionibus quæ latiùs pertractari ſolent? At quæſtio de prædeſtinatione ante præuiſa, illa eſt potiſſimùm quam Auctores verſant, & cuius in vtramuis partem definitio integram eſſe ſinit à Cæleſtino decretam errorum condemnationem. Age enim, conſtituamus illam partem quæ plus fauet libero arbitrio, diçamúſque ante præuiſa merita homines ad gratiam prædeſtinari, poſt præuiſum autem bonum vſum gratiæ prædeſtinari ad gloriam, quid inde ſequitur contra regulas à Cæleſtino poſitas? prorſus nihil. Hæc igitur vna eſt ex quæſtionibus quas adſtruere non vult Cæleſtinus, ſi credimus Baronio.

Cui præluxit alius item Cardinalis, ingenio pietate atque eruditione clariſsimus Sadoletus: qui dum illud interpretatur quod eſt in Epiſtola ad Rom. *Quos præſciuit, &c.* Auctorum partes varias circa doctrinam de prædeſtinatione ita refert. *Ex altera quoque parte, &*

Lib. 1. in Ep. ad Rom.

» *ſi ab ea ſtat Doctor maximus, idémque grauiſsimus & ſanctiſsimus vir* (Auguſtinum deſignat) *tamen durum admodum mihi videtur, quodque illabi non facilè queat ad ſenſus noſtros, ſi omnino à nobis nihil ſit quod valeat ad obtinendam gratiam in pari conditione cunctorum, ita quoſdam eligi vt cæteri in calamitate & damno deſtituantur ..... Itaque Græci & Doctores Latini reliqui quibus vetuſtas addidit authoritatem, meo iudicio moderatiores, qui ſic nobis aliquid tamen relinquunt vt totum quod habemus virtutis & meriti ad Dei gratiam nihilominus referant. Quorum neque doctrina illorum eruditione qui ſecus ſentiunt, neque ſanctitas ſanctitate eſt inferior.* Et quia dialogo diſputat Sadoletus, & hæc dicentem induxerat Iulianum fratrem, ſubdit ſe in eorum numero eſſe qui poſteriorum ſententiam ſequuntur nouiſque rationibus impugnat antecedentem prædeſtinationem. *Verùm*, inquit, *vt ſtatim*

Digitized by Google

de principio notam tibi faciamus ſententiam noſtram, nos de „
illorum numero ſumus qui aliquid etiam in nobis eſſe poſitum „
volunt.; quatenus tamen cum illis conſentire ſine fraude & „
ſine detrimento veræ fidei poſſimus. Atque vt modò ipſe di- „
cebas, ſi in pari conditione, &c. . . . . Sic illud addo ne in eo- „
dem quidem facto intelligi à nobis eius ſapientiam, ſi nulla „
cauſa ac ratione diſcrimen faciente alios improbet. Et de hac „
eadem ſententia ſubdit poſtea. *Hæc ſententia his recenti-* „
bus hæreticis (iam caput extulerat Lutherus) *occaſionem* „
præbuit vt de ſermo iam non amplius de libero arbitrio aude- „
rent conſcribere. Impii illi quidem. Verumtamen qui in au- „
thoritate Sanctorum hominum ſe putent deliteſcere. Quæ „
ego nequaquam adduco vt tollam prædeſtinationem
ante præuiſa merita, quæ mihi ſemper viſa eſt probabi-
lior; ſed vt oſtendam magnorum virorum iudicio &
Auguſtinianam illam eſſe & ſeparabilem à neceſſaria
contra Pelagianos & Semipelagianos doctrina.

Vtriqueiſtorum præluxit tertius Cardinalis ſancti- 2. Sent. diſt.
tate ac doctrina iuxta Eminentiſsimus S. Bonauentura 33. q. 2. ar. 3.
qui ſic loquitur. *Ad illud quod primò obiicitur in contra-* „
rium de verbis Auguſtini, dicendum quòd Auguſtinus in ver- „
bis illis non intendit dicere quòd paruuli ſenſibiliter crucien- „
tur; ſed intendit eorum pœnam manifeſtare quantum ad ca- „
rentiam viſionis Dei & quantum etiam ad vilitatem loci: & „
hoc valde abundanter exprimit, PLVS DICENS ET MI- „
NVS VOLENS INTELLIGI. *Nec ſine cauſa loquitur ſic,* „
hoc enim facit ad extirpandam illam hæreſim quæ dicebat par- „
uulos nulla pœna puniri. Vnde ſicut in moribus documentum „
eſt quod qui vult ab vno extremorum peruenire ad medium, „
quaſi debet declinare ad aliud extremum, ſicut docet Philoſo- „ 2. Eth.
phus. Sic etiam B. Auguſtinus vt illam hæreſim extirparet quæ „ c. 8.
dicebat paruulos ab omni pœna immunes & ad medium redu- „
ceret, videlicet ad pœnam carentiæ viſionis Dei, ſimpliciter aſ- „
ſeruit eos cum aliis peccatoribus æternaliter damnari. „

Addo quartum Cardinalem & in ſacrarum littera- 1. Par. q. 70.
rum interpretatione & in ſcholis exercitatiſsimũ Caie. art. 3.

Digitized by Google

tanum, doctrinæ Thomisticæ studiosissimum defensorem, qui sic loquitur. *Sustinent autem verba hanc glossam, quia quando contra Auerroem erat sermo, fas erat declinare in oppositum*, VT AVGVSTINVS CONTRA PELAGIANOS FACIT. Impugnauerat S. Thomas in Summa con. Gẽtes Auerrois animam assistentem tanto impetu vt ferri se fingeret ad dicendum etiam ipsum cœlum animatum esse illâ qua mouetur intelligentiâ, vt formâ. Quod quia emendauit deinde in 1. p. cùm docet intelligentiam cœlo connũgi tantùm vt motorem mobili; Caietanus qui ea loca conciliare ex instituto conatur, licuisse dicit D. Thomæ dum insectatur Auerroem, id quod etiam fecit Augustinus dum pugnat cum Pelagianis, declinare scilicet in oppositum : hoc est excedere lineam necessariæ veritatis. Vt sit nimia quædam seueritas & iniqua vexatio, quæ medium illud in quo veritas sedet, transgredi iubet, si præeat Augustinus.

Lib. 1. c. 70

2. 70. ar. 3.

Sequitur & quintus, atque is non purpura modò ac dignitate, sed ingenio, sed eruditione, sed erectis ex continuo cum hæreticis bello trophæis, in paucis Eminentissimus Cardinalis Perronius, cuius hæc sunt verba. „ *Sat monui in quarta mearum Obseruationum, nos admo-*
„ *dum distinguere proprias. S. Augustini opiniones dum loqui-*
„ *tur vt priuatus Doctor: & eiusdem narrationes quibus loqui-*
„ *tur vt testis vsus communis Ecclesiæ: vel ea dicit quæ Docto-*
„ *rum ætatis suæ communi consensui conformia sunt: Ab vnis*
„ *siquidem argumentari nos tantum probabiliter; ab aliis, de-*
„ *monstratiue.* Qui probabilem tantùm esse dicit Augustini sententiam dum loquitur vt priuatus Doctor, & demonstratiuam dum consentit cæteris Patribus; satis indicat minimè necessarium esse adhærere Augustino, nisi vbi cæteris Patribus ille concinit : & posse distingui placita eius, vt alia sint liberæ optionis, alia necessariæ approbationis, de quo plura deinde.

Repl. Obs. 2. cap. 1. *Il a este affirmé en la quatriesme de mes Obseruations que nous mettons grãde difference entre les opinions priuées de S. Augustin, quand il parle comme Docteur particulier : & les rapports de S. Augustin quand il parle comme tesmoin de l'vsage com-*

Operæ pretium est Nou-Augustinianis reformatoribus opponere alium quoque sed recentiorem Augusti-

Digitized by Google

num, ac ſextum Cardinalem. Is eſt Auguſtinus Valerius Cardinalis & Epiſcopus Veronenſis, *Vir, vt* ait Spondanus, *ingenio, eloquentiâ, prudentiâ, atque humanarum diuinarúmque literarum ſententiâ eruditiſſimis, ac plurimis editis ſcriptis clariſſimus.* Adde rerum etiam gerendarum fuiſſe admodum peritũ, ideóque in magnis Eccleſiæ negotijs adhiberi ſolitum, primùm à S. Carolo Borromæo, deinde à Romanis Pontificibus. Is in ſua Rhetorica Eccleſiaſtica quam ſcripſit eodem S. Carolo Borromæo Auctore, quámque eiuſdem iuſſu edidit, vt teſtatur Petrus Morinus in Epiſtola ad S. Carolum, quam præfixit ſecundæ Editioni, vbi dicit hoc opus à S. Carolo ortum & ex eius ſententia authoritatéque *ſuſceptum, inchoatum, & abſolutum*, vt ideo videri poſſit ac debeat vnum hoc teſtimonium eſſe duorum virtute ac ſanctitate Eminentiſſimorum Cardinalium; igitur Auguſtinus Valerius Cardinalis in ſua Rhetorica Eccleſiaſtica hæc Clericos monet. *Beati Auguſtini ſcripta Clerici cautè admodum legant. Ita enim acumine ingenii præſtitit, & de rebus difficilibus tam ſubtiliter diſputauit, vt non mediocri ingenio præditi viri eius libros legentes in errores aliquando lapſi ſint. Sed eius libros pulcherrimos de doctrina Chriſtiana, & egregios ſermones quos habuit dum Epiſcopus ad populum concionaretur, ſæpe & diligenter legant.* Quid eſt cautè admodum legendum eſſe Auguſtinum, quàm non eſſe eius doctrinam ex ſimplici verborum intuitu, & prima quæ ſtatim occurrit ſpecie ſententiæ metiendam? Et hoc quid aliud eſt, quàm id ipſum quod monentem audiuimus Bonauenturam, Auguſtinum *plus dicere aliquando & minus velle intelligi?* Sed dum ſtudium Clericorum intra libros de doctrina Chriſtiana & ſermones ad populum continendum monet; an probat eorum conſilium qui polemicas tantum Auguſtini lucubrationes & crudas contra Pelagianos ac Semipelagianos diſſertationes ruralibus parochis ſuggerunt ad inſtruendam plebem? Porrò periculum illud erroris quod ſuſ-

mun de l'Egliſe ou quãd il dict choſe conforme au commun cõſentemẽt des Docteurs de ſon ſiecle, & que des vnes nous argumẽtons ſeulemẽt probablemẽt, des autres demonſtrationnement.

lib. 3. c. 42.

picatur nisi cautè admodum legatur Augustinus, vide qua ratione vitandum censeat, cum dicit. *Sed hi & multi alii Sanctorum hominum libri hac adhibita cautione legendi sunt, vt quæ ex illis collecta fuerint non proferantur, nisi quæstionibus aliquorum qui in doctrina Scholastica sint versati (ex quibus S. Thomam Aquinatem S. Ecclesiæ filium dilectum & carissimum discipulum doctorémque egregium deligendum putauerim,) examinata fuerint.* Quid ad hoc, ô Baiani Scholastico-mastiges? Sepelienda Scholastica est, vt vnus regnet Augustinus, an Augustinus legendus ad lucem Scholasticæ, atque ad eius amussim exigendus? Sed de hoc antea déque D. Thoma.

CAPVT III.

Præsules alij omnium nationum celeberrimi.

NOTA enim est ex dictis sententia Cardinalium Eminentissimorum tum antiquorũ, tum recentium Bonauenturæ, Sadoleti, Caietani, Veronensis, Baronij, Perronij atque etiam Borromæi; Auctorum omni exceptione maiorum. Subnectam insignia quædam clarissimorum Præsulum nomina, qui ex omnibus ferè nationibus Ecclesiam Dei scriptis suis illustrarunt.

Occurrit ex Gallia Genebrardus Aquensis Archiepiscopus qui Concilio Tridentino interfuit. Is enim ita loquitur in Epistola ad Carolum Nonum quam præfixit operibus Origenis. *Sic idem qui supra Augustinus fuit iniquior interdum libero arbitrio, quòd Pelagianos haberet in procinctu, nihil aliud extollentes quam vires liberi arbitrij, Dei autem gratiæ minimum tribuentes.* Vellem & hoc, & alia quædam quæ subiungam mitius concepta, sed refero tantùm non probo, si quidquam iustæ offensionis causam det.

Indidem occurrit Claudius de Xaintes Ebroicensis Episcopus in libro Atheismorum Caluini titulo de prædestinatione,

Digitized by Google

deſtinatione, vbi opinionem Auguſtini contra præſcientiam, *nouam* vocat, additque poſtea S. Auguſtinum *implicuiſſe* ipſum ſeſe, tandémque quòd ad reprobos ſpectat, rediiſſe ad conſenſum Patrum antiquiorum qui nolunt reprobos niſi ex præſcientia peccatorum à Deo prędeſtinante reiectos. Et deinde, *Vt demum meam ipſe ſententiam aperiam, quam ſubmitto iudicio Eccleſiæ Catholicæ, videtur S. Auguſtinus dum ardet contra Pelagianos, neglexiſſe conſentientem maiorum doctrinam, in ſcriptura benè fundatam, nulláque in re Pelagianiſmo conſonam, aptiorem præterea conſcientiis ædificandis, dum excitantur hominum labores & ſancti conatus adiuuante Dei gratia.* Atque hæc de prædeſtinatione ad gloriam antecedente. De reprobatione verò ſimiliter antecedente poſtea repetit quod præmiſerat, Auguſtinum retractaſſe huiuſmodi ſententiam, & tamen nocuiſſe conſequentibus temporibus quæ in ea tractanda dixerat. Non apponam verba ipſa, quia mihi videntur etiam paulò duriora.

Pour reſolution de ma Foy, la ſoumettant au jugement de l'Egliſe Catholique, j'eſtime que S. Auguſt. d'vne ardeur cõtre les Pelagiens s'eſt vn peu trop precipité à mépriſer la ſciẽce & le conſentement de ſes anceſtres, attẽdu qu'ils ont bon fondement en l'Eſcriture, & qu'ils ne conuiennent en rien auec le Pelagianiſme; qu'ils edifient plus les conſciences & les excitent à trauailler à biẽ faire moyennant la grace de Dieu.

Ex Italia offert ſeſe Cornelius Muſſus Epiſcopus Bituntinus, qui fuit concionator Concilij Tridentini, cuius hæc ſunt verba in cap. 5. Epiſtolæ ad Rom. *Non ergo vos moueat Auguſtinus vel tantillum. Hoc eſt enim illi peculiare, vt cùm aliquem expugnat errorem, tanta vehementia illum exaggeret vt alteri oppoſito cauſam præbere videatur. Ita cùm Arrium inſectatur, videtur fauere Sabellio: cùm Sabellium, Arrio: cùm Pelagium, Manichæis: cùm Manichæos, Pelagio. Quod admodum ponderare oportet; ita fiet vt nunquam ex Auguſtino errandi occaſionem accipiatis, qui ſanè omnium hæreſum malleus extitit fortiſsimus.* Et deinde. *Sed mittamus vt ex animo loquatur D. Auguſtinus. Igne, inquit, cruciantur infantes non baptizati: Quid inde? Num habentes Ambroſium, Hieronymum, Scotum, Thomam, Bonauenturam, Ricardos, Albertos, Guillelmos, Alexandros, Petros, Durandos,*

Digitized by Google

„ *vni Augustino adhærebimus tantam & Doctorum & San-*
„ *ctorum Patrum cateruam reiicientes? Absit vt propter vnius*
„ *Augustini authoritatem à sanctis Patribus, adde à pietate &*
„ *à ratione discedam:* DISPLICEREM ET IPSI AVGVSTINO,
„ SI TOT TANTISQVE REIECTIS PATRIBVS, ILLI VNI
„ ADHAERERE M.

Ambrosij Catharini iudicium esset meritò suspectum, si quam profitetur interdum in Augustino deserendo libertatem vsurparet solus. Sed tanta cæterorum Doctorum conspiratio satis ostendit, Catharinum in ea re non vt Catharinum qui suo sæpè ingenio nimium indulsit, sed vt Ecclesiæ Catholicæ Archiepiscopum & Doctorem id sensisse hac in parte quòd nequaquam abhorreret à communi sensu eorum etiam cum quibus egit in Tridentino, cui interfuit.

Ex Hispania occurrit Alphonsus Tostatus, Abulensis Episcopus, vir nomine iam suo scholis omnibus & amatoribus scientiarum notissimus. Quem constat nonnunquam à S. Augustino in sacris quæstionibus & interpretatione Scripturæ dissensisse, eo præiudicio quod exprimitur to. 1. in Iosue fol. 18. col. 3. ad marginem, *Amicus Augustinus, sed magis amica veritas Scripturæ.* Sed quòd ad nostrum institutum pertinet, apponere lubet quibus ille principiis muniretur vt eiusmodi facultatem vsurparet: id quod intelligetur ex Defensorio par. 2. cap. 18. „ *Et primum dicendum quòd nos vene-*
„ *ramur omnia scripta B. Augustini tanquam viri sancti*
„ *& hominis doctissimi & sanctissimi inter viros Ecclesiasti-*
„ *cos & sæculares: & tamen in hac parte non assentimur ei.* Et
„ deinde, *In hoc autem nullam iniuriam ei facimus: nec ali-*
„ *quid de authoritate aut reuerentia eius tollimus.* SED FACI-
„ MVS SICVT IPSE NOS DOCVIT FACERE: &
„ *tantam ei reuerentiam exhibemus quantam ipse sibi & aliis*
„ *æqualibus impendi voluit, & quantum ipse viuens aliis quos*
„ *se excellentiores iudicabat & profitebatur exhibuit.* Allatisque Augustini verbis ex Epistola ad Vincentium & ad

Digitized by Google

Hieronymum, quæ referuntur etiam in Decretis diſt. 9. cap. *Ego illis ſolis. Ecce*, inquit, *qualiter ſolùm vult Auguſtinus debere adhiberi firmam fidem libris canonicis..... In ſcripturis autem hominum ſingularium, qui loquuntur vt homines, quantæcumque ſapientiæ & ingenii ſint, & quantæcumque ſanctitatis, non eſt danda authoritas, ſed ſcimus eos potuiſſe errare: ideo licet ipſi aliquid aſſerant, non eſt credendum neceſſariò quòd ita ſit; ſed poſſumus magis aliis credere, ſi videamus quòd meliùs probent. Ratio huius diuerſitatis eſt quòd omnes illi qui ſcripſerunt libros contentos in Canone Bibliæ, locuti ſunt per Spiritum Sanctum..... Cæteri autem quorum ſcripta non continentur in Canone Bibliæ, licet eſſent viri ſanctiſſimi, ſcripſerunt vt homines, probando & improbando quantùm vires ingenii & exercitatio in doctrina illos potuit adiuuare..... De omnibus ergo his iudicamus quòd humano ingenio ſolo ſcripſerunt omnia opuſcula ſua Conſtat tamen omnia humana ingenia faciliter poſſe decipi: ideo nulli hominum fidem damus niſi in quantum benè probat. Alioquin vocemus eum Prophetam, id eſt diuinorum ſecretorum conſcium, quod Auguſtinus nunquam ſibi ipſi vſurpauit: nec de ſe credi voluit. Non ergo eſt neceſſe nobis quæcumque Auguſtinus dixerit credere: & quòd poſtquam ipſe aliquid aſſeruerit* QVALECVMQVE ILLVD SIT, NON MANEAT NOBIS VLTERIVS ALIA INQVISITIO, AN VERVM VEL *falſum ſit, etiam ſi manifeſtiſſima argumenta contra ſe habeat. Ita eſt in præſenti, &c.*

Vide Lector quid in vniuerſum ac ſine exceptione vlla ſentiat Abulenſis de authoritate S. Auguſtini: & an putet dandam eſſe nemini facultatem in aliquo repugnandi ex omnibus quæ ille contra Pelagianos & Semipelagianos ſcripſit. Sed quia ſtatim ſequitur exprobratio illa, Ergo tu te Auguſtino præponis, putans te aliquid ſcire quod ille neſciuerit, vide quid reſpondeat.

Sed imperita prorſus & calumnioſa eſt iſta argumentatio. Non enim nos conferimus Auguſtino, imo nec eius diſcipulos

Digitized by Google

„ *dignos esse profitemur, quod vtinam aliquando esse mereamur.*
„ *Sed nec ista argumentatio valet, scilicet iste homo scit aliquam*
„ *conclusionem quam Augustinus nescivit, ergo est sapientior*
„ *Augustino. Quia fieri potest quòd aliquis homo non magnæ*
„ *sapientiæ, nec ingenii circa Physicam, aut Metaphysicam, aut*
„ *Mathematicam, sciat aliquam conclusionem quam Augustinus*
„ *nescivit: & tamen forte scientia illius hominis continebit*
„ *tantùm centum conclusiones, & S. Augustini continebit fortè*
„ *plus quàm centum millia conclusionum. Et ita quotidie expe-*
„ *rimur, quòd vnus homo paruæ peritiæ novit aliquid quod non*
„ *novit vir peritissimus: & tamen ex hoc non iudicatur iste pe-*
„ *ritior illo. Ita in præsenti conclusione fieri potuit. Nec ista so-*
„ *lùm est, sed & plurimas conclusiones invenit modernorum*
„ *ætas, quas nondum invenerat nec excogitaverat antiquitas.*

En quo Auctore & quo defensore purgari possit piaculum illud quod Aduersarij toties exprobrant Molinæ, dum de ratione conciliandæ cum diuina prouidentia humanæ libertatis superiori sæculo vsurpari cœpta, incidit sermo. Sed quia etiam irridere solent Baiani atque respuere similitudinem Nano-Gigantis, quæ aliquoties proposita est; iuuat ostendere vnde fuerit desumpta. Pergit Tostatus.

„ *Et sicut quidam peritus medicus dixit, homines nostri tem-*
„ *poris ad antiquos comparantur, sicut pusillus homo positus collo*
„ *Gigantis ad ipsum. Nam pusillus ibi positus videt quidquid*
„ *videt Gigas, & insuper plus: & tamen si deponatur de collo*
„ *Gigantis, parum aut nihil videbit ad Gigantem collatus. Ita*
„ *& nos firmati super ingenia antiquorum, &c.*

Supereſt illa ratio quam Baiani prætendere solent defensioni damnatarum sententiarum, & quâ toties eludere conantur recentes quatuor Pontificum definitiones: nimirum S. Augustini doctrinam fuisse olim Ecclesiæ Catholicæ approbatione *consecratam*, vel vt alij iam loquuntur, *canonizatam*. Ita enim illi loquuntur, vt obtineant sacrilegij instar esse si quis quidpiam ex omnibus S. Doctoris pronuntiatis conuellere vllo modo

Digitized by Google

vel quatere auſit, in iis præſertim controuerſiis quæ ad gratiam & liberum arbitrium atque ad diuinam prædeſtinationem ſpectant. Videamus ergo quomodo hinc quoque à Toſtato pellantur. Et ſufficient ad hoc monſtrandum vel ipſæ capitum inſcriptiones, quæ ſic habent. *Capitulum* 81. *in quo reſpondet Auctor ad quandã rationem principalem de approbatione librorum Auguſtini: & inducit multas rationes euidentes, ad probandum quòd cùm Eccleſia approbat aliquem librum, non facit quòd detur ei fides neceſſariò, velut ſi contenta in eo fuiſſent determinationes Eccleſiæ. Cap.* 82. *Quòd quando Eccleſia approbat opera alicuius Doctoris, non approbat omnia contenta in illis: nec aſſerit omnia illa eſſe vera, imò nec vnam propoſitionem. Et ponuntur ſeptem cauſæ quare Eccleſia nunquam approbauit ſic opera alicuius Doctoris, quòd dicat debere aſſentire illis neceſſariò tanquam definitionibus ſuis. Cap.* 85. *Quando contra dictum Auguſtini vel alicuius Doctoris approbati inuenitur aliqua authoritas Bibliæ, quæ non poſsit exponi pro parte ſua, an debeamus dicere quòd Auguſtinus verum dicit, & tamen nos non intelligimus authoritatem illam. Et quando inuenitur ratio neceſſariò oſtendens contra eum; an debeamus dicere quòd neſcimus reſpondere ad rationem, & illa, quòd non concludit: & quòd non eſt hîc captiuandus intellectus, & quare hoc?* Ita vero concludit hoc caput. *Conſtat verò quòd Auguſtinus potuit errare & in multis erranit, quorum quædam ipſe retractauit, alia retractare non potuit, vt ſupra declarauimus.* Item. *Apparet euidentiſsimè ex dictis quòd non eſt iſta bona conſequentia, ſcilicet, hoc dicit aliquis Doctor approbatus ab Eccleſia in libro approbato: ergo hoc eſt verum. Quia multa poſſunt eſſe falſa: nec derogat hoc authoritati Eccleſiæ. Imò iſta propoſitio eſt vera, ſcilicet, neceſſe eſt aliqua approbata ab Eccleſia eſſe falſa. Quod patet quia manifeſtum eſt quòd Eccleſia approbauit omnia opera B. Hieronymi & B. Auguſtini, & tamen iſti duo ſæpe contradicunt ſibi, &c.* Hæc Toſtatus, qui, vt vides, diu antequam naſcerentur Baiani præuiderat quidquid illi erant allaturi ad ornandam ſpeciẽ illam Auguſtinianæ

Digitized by Google

authoritatis, quam ſuis erroribus obducunt, & diſſoluerat.

Ferdinandus Valloſillus Lucenſis Epiſcopus & doctrinæ S. Thomæ profeſſor, à Philippo ſecundo Hiſpaniarum Rege vt intereſſet Concilio Tridentino miſſus, in ſuis Aduertentiis Theologiæ Scholaſticæ, multis locis ſatis indicat liberam eſſe ab Auguſtino interdum diſcedendi copiam, vt quæſito 13. in 2. Tom. Chryſoſtomi, dum quærit cauſam prædeſtinationis & reprobationis. Et quæſito 18. in 3. Tom. S. Auguſtini vbi diſputat an poſſint aliæ virtutes eſſe ſine fide, & ſic loquitur. „ *Adhoc nos reſpondemus, quia in re S. Thomas conuenit cum* „ *Scholaſticis modernis, & nomine tantùm differunt. Nam quan-* „ *tum ad rem, omnes concedimus quòd actus virtutis acquiſitæ ſine* „ *fide & ſine charitate poteſt eſſe moraliter bonus. Non enim S.* „ *Thomas conſentit cum Gregorio Ariminenſi* NEQVE CVM „ B. AVGVSTINO, *quòd omnes actus infidelium ſint peccata.* Et quæſito 25. in 3. to. Auguſtini, vbi concludit timorem ſeruilem tum bonum tum meritorium eſſe, quamuis Auguſtinus videatur illi aliud ſenſiſſe, in quo fortè Valloſillus deceptus eſt, vt alibi monſtratur. Et quæſito 10. in 10. to. vbi dicit Auguſtini ſententiam de cauſa reprobationis diſplicuiſſe pleriſque veterum Patrum. Et quæſito 30. in 4. to. vbi reſponſionem ad oppoſitam ſibi authoritatem Auguſtini, in ea quæſtione, num liceat vxori de conſenſu mariti fornicari, ſic exorditur. *Pro B. Auguſtino reſpondemus, quòd quid ſecundùm veritatem tenendum ſit, definiuimus.*

His adde Hieronymum Oſorium Luſitanum Syluenſem Epiſcopum eruditiſſimum virum & eloquentiſſimum, qui etiam interfuit Concilio Tridentino. Hic contra prædeſtinationem antecedentem & prædefinitiones actuum humanorum ſic diſputat. *In quo quidem* „ *non video cur non ſanctorum ferè omnium veſtigia ſequar,* „ *qui de hac quæſtione copioſiſsimè diſputarunt. Vt enim à Cle-* „ *mente & Origene & Euſebio ad Hieronymum peruenias: aut*

Lib. 9. de Iuſt. ipſo initio.

Digitized by Google

vt verius dicam, ab Apostolorum temporibus ad Augustinum „ *vsque seriem hominum clarissimorum oratione recenseas; om-* „ *nes videbis in hac sententia fuisse, vt Deus ab æterno tempore* „ *secundùm quod nouerat euenturum id quod erat in hominum* „ *potestate relinquendum, ita de singulis hominum personis statuis-* „ *se ..... In hac eadem sententia fuit Augustinus vt illius scri-* „ *pta declarant; sed aliquando tandem à reliquis omnibus atque à* „ *seipso discessit. Cùm autem multi post illum nefas esse ducerent* „ *à viro sanctissimo atque doctissimo dissentire: neque tam ratio-* „ *num momenta ponderarent quàm authoritatem sequerentur:* „ *neque quid alij viri non minore doctrina & authoritate præ-* „ *diti dixissent, acutè animaduerterent; effectum tandem est, vt* „ *nulla sit in scholis sententia, neque maiore contentione, neque* „ *minore rationum præsidio defensa.* Ac deinde. *In quo qui-* „ *dem valde admirandum est, quid illis in mentem venerit, ve-* „ *reri ne cum Pelagio facerent, si cum Basilio, vel Ambrosio, vel* „ *Hieronymo, vel Chrysostomo vel aliis viris sanctissimis* „ *atque doctrinæ gloria præstantibus, idem sensissent.* Ex Ger- „ mania demum cæterarum nationum Episcopis concinit Ioannes Faber Episcopus Viennensis hom. 9. de pec. orig. vbi negat pœna sensus abortiuos plecti, *Licet Augustinus*, inquit, *vt hæreses Pelagii monachi, Iuliani & aliorum extingueret,* EXCESSIVÈ *locutus sit, vnde detestabiliorem redderet errorem, more prudentis acriter contra mendaces pro veritate pugnantis.*

CAPVT IV.

Præcipui Doctores diuersorum Ordinum & Nationum.

IAM addi possunt alij Doctores: atque in ijs S. Thomas, qui dum disputat de pœna peccati Originalis ad propositam in contrarium Augustini sententiam respondet *largè accipiendum* quòd tum ille tum Gregorius dicunt de cruciatu infantium non baptizatorum, De malo 5. art. 2. a. 3.

Digitized by Google

ita vt ſpecies ſumatur pro genere, hoc eſt, ita vt dum cruciari dicuntur, intelligantur tantùm puniri; ſanctos autem illo modo loquendi vſos vt deteſtabilem redderent errorem Pelagianorum, qui aſſerebant in paruulis nullum peccatum eſſe, nec vllam eis pœnam deberi: Quibus verbis modeſtiſſimè quidem, ſed perſpicuè tamen ſignificat S. Thomas, & Auguſtinum aliquando plus dixiſſe quàm credi neceſſe ſit, & exceſſum illum ex odio ſequutum Pelagianiſmi, quo factum ſit, quemadmodum antea ex aliis referebamus, vt Auguſtinus declinarit in oppoſitum. His adde quæ dicit 2. 2. q. 10. ar. 12. in corp. & quæſt. 11. ar. 2. ad 3. Quæ ſi Baiani obſeruarent, nullus ſupereſſet ex authoritate S. Auguſtini prætextus ad repugnandum communi Eccleſiæ ſenſui, & Pontificum Romanorum definitionibus.

4. diſt. 33. quæſt. 11. ad 2.

Clariùs id expreſſit Scotus Bonauenturam ſequutus, cùm dicit: *Ad primum argumentum reſpondet D. Bonauentura dicens, quòd Auguſtinus* EXCESSIVE *loquitur de illis pœnis, ſicut frequenter faciunt ſancti ..... Quia ſicut in moribus ſecundùm Philoſophum via deueniendi ad medium eſt aliqualiter procedere vltra medium versùs extremum 2. Eth. ita frequenter ſancti extinguendo extra ſe hæreſes pullulantes,* EXCESSIVE *loquuti ſunt, volentes declinare ad aliud extremum. Et ita multùm ponderandum eſt, contra quos hæreticos ſancti ſunt loquuti, ſicut Auguſtinus contra Arrium videtur quaſi declinare ad Sabellium: & è conuerſo ſimiliter videtur contra Pelagium declinare ad Arrium*, dicendum fortè Manichæum, hîs duarum Scholarum principibus ita ſentientibus ſuperuacaneum ſit enumerare quinam ex diſcipulis conſenſerint; iuuat tamen vnius aut alterius teſtimonium apponere.

Ioannes Viguerius in Academia Toloſana quondam Profeſſor ex ordine S. Dominici, poſt alias ſolutiones quibus ſatisfacere conatur authoritati S. Auguſtini, hanc etiam proponit, *Præterea, in hoc non tenetur D. Auguſtinus. Vnde Gennadius de viris illuſtribus, de eodem Auguſtino*

6. de pece. g.

Digitized by Google

guſtino loquens ait, licet minus capacibus dubitationem de „
abortinis fecerit; error tamen illius, vt ſuperiùs dixi, multo ſer- „
mone contractus, luctâ hoſtium exaggeratus, necdum hæreſis „
quæſtionem dedit. Per quæ verba dat intelligere D. Auguſti- „
num in hac opinione erraſſe, ſed ipſum hæreticum non fuiſſe, eo „
quòd non fuit pertinax, imò retractauit in Epiſtola ad Iulia- „
num..... Præterea Decretalis Maiores, de Baptiſmo, in qua eſt „
determinatum eos non pati pœnam ſenſus, tempore D. Augu- „
ſtini nondum edita erat. Quia idem Auguſtinus qui ſupra mo- „
dum Eccleſiam reuerebatur, ſi edita fuiſſet, oppoſitum non „
dixiſſet. En vt Viguerio videtur ab Eccleſia determi- „
natum eſſe aliquid contra doctrinam Auguſtini in ijs quæ ſpectant ad controuerſias Pelagianorum.

Franciſcus Horantius Ordinis Minorum, vir admodum eruditus, qui Concilio Tridentino interfuit, ibique lucubrationem inſignem illam de locis Catholicis per interualla ſeſſionum compoſuit, vnáque cum Concilio abſoluit, vt ipſe narrat lib. 4. cap. 3. vbi regulas tradit in antiquis Patribus ſeruandas; poſtquam monuit moris fuiſſe vt SS. Patres dum vnam hæreſim impugnant, aliqua dicerent ex quibus occaſionem hæreſis alia ſumeret, idque ipſi etiam Auguſtino eueniſſe: ideóque tenendam hanc regulam vt putemus *SS. Patres non aliter intelligi ſe velle quàm quo modo Eccleſia Catholica id ipſum intellexit* de quo ipſi agunt. Itáque ſeriò conſiderandum quo tempore & qua occaſione illi ſcripſerint, poſtea ſubdit, *In re maximè ardua erravit Cyprianus,* „ *at non multò poſt ab Hieronymo, Auguſtino, cæteriſque Patri-* „ *bus S. Martyr correctus eſt, vicitque Stephani æqualis illius* „ *de non rebaptizandis hæreticis ſententia. Hieronymus etiam* „ *in quibuſdam hallucinatus eſt, ſed à poſterioribus, imò à ſui ſæ-* „ *culi hominibus eſt notatus.* IDEM AVGVSTINO LONGÈ „ DOCTISSIMO CONTIGIT. SED QVO FEROR? „ CVI NON? „

In Ep. ad Carolum.

Dominicus Bannez poſtquam retulit Auguſtini ſententiam illam quâ cauſam reprobationis petit ex ori-

Digitized by Google

2. p. quæst. 23. art. 5. ginali peccato, concludit. *Hæc sententia Augustini non modicam habet difficultatem.* Et deinde alterâ etiam sententiâ repræsentatâ. *Quapropter, vt postea dicemus, non est minus probabilis, imò forte probabilior secunda illa sententia quàm prima D. Augustini.* Et postquam reiecit modos omnes quos potuit confingere ad Augustini sententiam defendendam, sic soluit difficultatem illam: *Est denique de hac re nostrum iudicium, si quid valet. Crediderim enim quòd Augustinus tantùm fuit sollicitus destruere errorem Pelagianorum asserentium merita præscita causam esse prædestinationis & electionis. Et quia si consideretur quod præscientia malorum operum Esau fuit causa reprobationis ipsius, videbatur Augustino statim fieri consequens quòd etiam futura bona opera Iacob fuerint causa prædestinationis ipsius; propterea semper negauit præscientiam malorum operum Esau causam fuisse reprobationis ipsius. Sed quoniam hæc consequentia non est necessaria, vt iam ostendimus .... propterea manifestum est quòd non est eadem ratio prædestinationis & reprobationis, vt si detur causa reprobationis ex parte nostra, detur etiam prædestinationis.* SI ITAQVE D. AVGVSTINVS VOLVISSET ATTENDERE MALITIAM HVIVS CONSEQVENTIAE, NVMQVAM POSVISSET QVOD VNIVERSALITER ORIGINALE PECCATVM SOLVM EST CAVSA REPROBATIONIS OMNIVM REPROBATORVM HOMINVM .... *Cæterum testimonium Apostoli ad Romanos .... quo conuincitur Augustinus .... facilem habet solutionem,* &c. Hæc Bannez, quæ plerique non videntur satis aduertisse dum Molinæ audaciam exaggerant indicantis aliquid lucis Augustino defuisse, in concilianda cum creata libertate diuinorum decretorum & auxiliorum efficacia.

Dominicus Sotus qui Concilio Tridentino interfuit, initio cap. 14. lib. 1. de nat. & gr. *Augustinus plus iusto videtur torquere paruulos: vnde qui eius sententiæ subscribant perpauci sunt: & tortores paruulorum nuncupantur.* Moxque reiectis iis quæ lenire sententiam Augustini

Digitized by Google

aut benignè exponere videbantur, ſubdit: *Et ideo non* „
eſt dubium quin Auguſtinus miſit infantes in ignem æternum „
..... Salua tamen ſemper authoritate præclariſsimi Au- „
guſtini compendio plures ſunt qui parvulos omni prorſus pœna „
ſenſus liberant, in qua ſententia fuit Magiſter ſententiarum, „
& S. Thomas, & fermè Theologi. Iterúmque ſententiam „
illam *perquam rigidam ac trucem vocat.* „

Sixtus Senenſis præf. in librum 5. Biblioth. *Arde-* „
bant præterea veteres illi tanto ſinceræ pietatis & Catholicæ „
defenſionis ardore, vt dum vnum errorem omni virium conа- „
tu deſtruere adnituntur, ſæpe in alterum oppoſitum errorem vel „
deciderint; vel quodammodo decidiſſe videantur, agricolarum „
more qui incuruum teneræ arboris ſtipitem corrigere volentes, „
immodica nonnunquam attractione modum excedunt, plan- „
tamque ipſam in contrariam diuerſámque deducunt formam. „
Sic Dionyſius Corinthiorum entiſtes, vt Baſilius in ep. ad Ma- „
ximum Epiſcopum ſcribit, dum vehementiùs acriúſque anni- „
teretur oppugnare Sabellium aſſerentem vnam Patris & Filii „
perſonam, non ſenſit ſe nimio contentionis ſtudio in contra- „
rium ferri vitium, & vtriuſque ſubſtantiæ differentiam & „
inæqualitatem defendere. Sic D Auguſtinus cùm toto ſpiritu „
ac verborum ardore pro defenſione diuinæ gratiæ pugnat ad- „
verſus Pelagianos, liberum arbitrium cum iniuria diuinæ gra- „
tiæ extollentes, in alteram quaſi foueam dilabi videtur, minúſ- „
que interdum tribuere quàm par ſit liberæ hominis voluntati. „
Bartholomæus Medina 1. 2. quæſt. 109. ar. 2. ſub. finem. „
Sine dubio, inquit, *ſententia eſt Auguſtini quòd homo in pu-* „
ra natura habet naturalem virtutem operandi, quam non habet „
in lapſa. Non placet tamen Doctoribus. Et deinde. *Maneat* „
fixa & certa illa ſententia Theologorum, quòd homo in puris „
naturalibus & in ſtatu naturæ corruptæ non differunt quan- „
tum ad ſufficientiam operandi opera rationi naturali conſen- „
tanea, quia in vtroque vires humanæ ſunt æqualiter diſpoſitæ „
& affectæ. Verùm non ſunt illi homines æqualiter affecti & „
diſpoſiti quantùm ad meritum. Etenim homo in puris natu- „
ralibus non eſt in peccato: nec eſt auerſus à Deo & à fine vl- „

Digitized by Google

» *timo: at homo in natura lapsa est in peccato, & auersus à fine*
» *vltimo.* Atque hac ratione hic Auctor indubitatam Augustini doctrinam hoc in puncto & Doctoribus contrariam esse fatetur & sibi, sine vllo fidei violatæ, vel spretæ antiquitatis scrupulo.

Albertus Pighius contra Caluinum tam multis ostendit liberam esse Theologis Augustini deserendi facultatem in hisce quæstionibus de gratia & libero arbitrio, déque prædestinatione ac reprobatione, vt iustum citationis modum excedam si referre omnia velim. lib. 2. cap. 3. postquam constantem dixit antiquorum Patrum de libero arbitrio sententiam, *vnus fere Augustinus*, inquit, *ob feruentem tum disputationem Pelagii & Cælestii, qui tantum tribuebant libero arbitrio vt diuinæ gratiæ iniuriam facerent, si quisquam omnium hac in re variè & perplexè loqui visus est, ita vt aduersus illos eidem alicubi videatur iniquior eo quidem consilio quod sequuntur ii qui curua lignorum ad rectitudinem conantes reducere, ea vltra rectitudinem flectunt & incuruant in oppositum. Quamquam etiam ille seriò & apertè semper consenserit aliis, quemadmodum post intelliges.*

De lib. arb.

» Lib. 3. postquam attulit quoddam Augustini argumentum contra Pelagium, *Hæc siquidem*, inquit, *Augustini, sed disputantis sunt & in illo conflictationis calore vbi aduersarii assumpta omnia tametsi vera sint, quibuscumque tamen modis ac mediis apparentibus impugnare conamur, quo pluribus modis illum vicisse videamur, si dissoluere nequeat.* omitto honoris causâ quod de Augustino subiungit.

Ib. contendit veram Augustini sententiam de libero arbitrio requirendam esse potius ex aliis eius libris, quàm ex ijs quos scripsit contra Pelagium, in quibus ait fuisse illum libero arbitrio nimis aduersum, quæ quidem ego refero, sed non probo.

Et lib 5. de prædest. ac reprobatione speciem illam improbans Domini duorum seruorum æqualiter reo

Digitized by Google

rum æqualitérque obfirmatorum in malo, alterum damnantis, alterum donantis libertate, ſubdit: *Non moror quòd Auguſtino alicubi videatur ita Deum electos diſcernere à reprobis, vt in exemplo propoſitum eſt .... vt enim ego ita de Deo credam & ſentiam, non permittit infinita eius bonitas & ſapientia. Æquè tamen gratiæ ſuam rationem & dignitatem aſſero, quæ vt meritis reddi non poteſt ſi eſſe debeat quod dicitur; ita bono ſapientique Domino certa debet conſtare ratio cur vni eam impartiat, neget alteri.* Et mox. *Huius te Lector monere volui vt ſcires* AVGVSTINI NOS NON LATERE, SED NON PROBARE HAC IN RE SENTENTIAM. Non referam quæ dixit libro ſexto vbi tractat de electione ac reprobatione ante præuiſa merita, quod mihi videantur in S. Doctorem acerbiùs quàm vellem eſſe dicta.

Lib. 8. vbi de Iacob & Eſau, *Proinde D. Auguſtinus in hoc pelagus liberiore ſæpiùs curſu inuectus, tametſi ad omnem vndecumque exorientem ventũ diſputationis vela pandat: nec certũ inſtitutúmque aliquem curſum perſequatur & teneat, ſed explorabundus vagetur quocumque impetus tulerit, nunc hîc impingens nunc illic: libro tamen ad Simplicianum hanc ipſam quæſtionem & variè & diligenter euentilans, quamuis vbique ipſa rei difficultate perplexus terreatur,* NIHILOMINVS VI IPSA VERITATIS COACTVS, IN NOSTRAM HANC CONCEDIT SENTENTIAM, VT INTELLIGEREMVS SVB HOCIVDICE LIBEROS ESSE AVGVSTINI DISCIPVLOS, NVLLA SEQVENDI MAGISTRI NECESSITATE COACTOS.

Hæc ego inter alia id genus multa quæ habet duxi proponenda, vt intelligamus non nimis inuerecundos fore, ſi qui fortè non ita ſe faciles exhibeant in ijs omnibus admittendis quæ videri cuipiam poſſint propoſita fuiſſe ab Auguſtino.

Ioannes à Bononia Panormitanus, poſt collatam cum Sorbonicis primùm, inter quos adeptus erat gradum Baccalaurei formati, deinde cum Louanienſibus, ter- Lib. de æterna Dei prædeſt. tit. Quorum-

Digitized by Google

dam ſententiam.

tiò demum cum doctiſſimis viris in Concilio Tridentino, cui etiam interfuit, vt ipſe narrat, doctrinam ſuam, allatis duabus Auguſtini expoſitionibus ad illum locum Apoſtoli, *Deus vult omnes homines ſaluos fieri*, ſubdit: *At cùm ſcriptum ſit alio loco, non eſt voluntas ante patrem veſtrum vt pereat vnus de puſillis, non videtur hic modus dicendi ſufficiens.* Rurſus, *Non eſt veriſimile Apoſtolum hoc ſenſiſſe, &c.* Ac deinde toto opere defendit eam quæ mitior eſſe creditur inter Scholaſticos de prędeſtinatione ſententiam, hoc eſt, Auguſtino, vt putatur communiter, contrariam.

Cap. 2. n. 4. par. 8.

Ioannes Driedo inſignis Academiæ Louanienſis profeſſor, in qua fuerat etiam quondam cariſſimus Adriani ſexti diſcipulus, in libro de captiuitate & redemptione generis humani diſertè affirmat: *Neque ſentire contra diuinam gratiam, neque ſi fallatur, perniciosè falli* eum, qui quamuis Auguſtinus aliter ſentiat, generalem agnoſcit erga omnes homines cùm primum ad vſum rationis peruenunt, bonitatem, vt eos iuuet peculiaribus auxilijs. Et lib. 1. de gr. & lib. arb. poſtquam Auguſtini ſententiam de cruciatu paruulorum contulit cum oppoſita, controuerſiam ita dirimit. *Hactenus ſententiã venerabilium patrum ſuper afflictione paruulorum qui non peccauerunt actione propriæ voluntatis, recitauimus, ſubmittentes nos ſtudioſorum Chriſtianorum iudicio, vtra harum ſententiarum ſit acceptabilis, cùm neutra videatur efficaciter ex Scriptura ſacra demonſtrabilis. Ex Scripturis ſacris ab Auguſtino adductis ſuper hac re non expreſsè & efficaciter concludi poteſt infantes ſine baptiſmo decedentes ſupplicio ſempiterni ignis eſſe cruciandos.* En vt inefficaces fatetur adductas ab Auguſtino ex Scriptura ſacra probationes; vtque optioni ſtudioſorum permittit vt illum aut ſequantur, aut deſerant.

Cap. 2. par. 8.

Driedoni Magiſtro ſuo conſentit omnino Ruardus Taper Decanus Louanienſis ad ſeptimum ar. Lutheri, vbi eamdem quoque ſignificat eſſe ſententiam Adriani.

Digitized by Google

Verba eius ſunt poſt allatas contrarias opiniones de auxilio ſufficienti omnibus adultis exhibito, *Alia tamen opinio*, inquit, *magis conſentanea eſt Auguſtino, quòd non omnibus Deus concedit tale auxilium, ſed, &c.* Et deinde, *Harum tamen opinionum prior videtur magis commendare diuinam bonitatem, vt pote quæ ſit ſui ipſius diffuſiua, vt nulli denegetur auxilium ſufficiens ad ſalutem.* Et mox, *Quæ autem earum ſit verior, difficillimum, vt diximus, eſt iudicare: Diximus antè ſuperiùs piè credendum eſſe & valde probabile, quod cuilibet adulto habenti vſum liberi arbitrii communicatur ſufficiens adiutorium quantum eſt ex parte Dei, quo poſsit credere, &c.* Et ſubinde ipſa quoque Driedonis verba repetit; *Non perniciosè falli qui ſic ſentiat: nec in hæreſim Pelagii conſentire: & nullum in eo eſſe periculum hæreſis Pelagianæ.* Eodem ſpectat quod dixit paulò ante Auguſtinum non eſſe interpretatum cap. 5. Epiſtolæ ad Rom. de electione Iacob & Eſau, ſecundùm ſenſum aliorum Patrum, imò eos arguiſſe qui ſic interpretantur, tanquam non aſſequutos illic verum Apoſtoli ſenſum: & tamen, *Illâ etiam aliorum Patrum interpretatione veriſsimam afferri ſententiam, & ex aliis locis Scripturæ euidenter demonſtrabilem.* Atque ex his facile intelligi poteſt quis fuerit olim ſenſus Academiæ Louanienſis: & an nullos admiſerit aut probauerit Auctores, quàm qui iuraſſent in Auguſtini verba.

4. Sent. qu. 1. de præd.

Nam de Pariſienſi conſtat; tum ex eo quòd Eraſmus refert præf. in S. Hilarium, eos qui ſuo tempore in Scholis regnabant Theologicis (regnum autem illud florebat potiſſimum apud Sorbonam) libera vſos interdũ ab Auguſtino diſcedendi facultate; tum maximè ex proceſſu contra fr. Ioannem à Monteſono, cuius excerpta Magiſtro ſententiarum addita ſunt. Ibi enim Sorbonici Doctores cum inductione oſtendiſſent Patres quoque maximè probatos docere interdum aliqua minus vera, ita concludunt, *de Auguſtino & aliis pluribus approbatis Doctoribus ſimile poſſe oſtendi*: Et de hac cenſu-

Digitized by Google

ra, quæ D. Thomam etiam inuoluit, dici non poteſt quod dicit Collegium Salmanticenſe de alia quadam ſimili, nempe *recenti ac viridi indicio* fuiſſe conceptam, eodémque poſtea *matureſcente retractatam*; laudandóſque Sorbonicos Doctores qui *palinodiam recantarunt*. Poſterior enim iſta eſt recantatione illa & retractatione, atque ideo etiam maturior. Vnde videas quid ſentiendum de quadam alia reſponſione eorumdem Auctorum, quâ dicunt non eſſe annumerandum Ioannem Arboreum Doctorem Sorbonicum inter patronos ſcientiæ mediæ, quaſi nulla eſſe poſſit eius authoritas *qui refert ſententiam Auguſtini & ipſam reiicit.* Nimirum eadem ratione concluderent nihili faciendam & Sorbonæ totius & præcipuorum hominum & cæterorum quos enumerauimus Doctorum, Præſulum, Cardinalium, Pontificum, authoritatem, qui Auguſtini aliquando & quibuſdam in quæſtionibus reiiciendi vel exemplum dant, vel copiam faciunt. Nam quòd addunt approbatam eſſe ab Eccleſia dóctrinam Auguſtini de gratia & prædeſtinatione, hoc ipſum eſt quod diſputatur: ſit ne nimirum ſic approbata, nulla vt ſit eius particula quam liceat in dubium reuocare, poſtquam Cæleſtinus iis definitis *quæ neceſſaria ſunt ad condemnationem errorum*, negat ſe velle adſtruere cætera, hoc eſt ipſam etiam, vt interpretatur Baronius, de prædeſtinatione quæſtionem, vt omittam ea quæ ad hoc argumentum Abulenſis antea reſpondit, & quæ fuſiùs poſtea dicenda ſunt. Sed ne in eo quidem ſatis accuratus fuit Scriptor Collegij Salmanticenſis, quòd dicit Arboreum eo loci referre ac reiicere ſententiam Auguſtini, vbi ille profitetur velle ſe *Auguſtini ſententiâ ſuam illuſtrare doctrinam*. Nim. lib. 4. Theoſophiæ.

To. 1. in 1. p. Tr. 3. de ſciē. Dei diſp. 10. num 133

Rectiùs poterant Arboreum citare in Epiſtolam ad Rom. cap. 3. dum exponit illa verba, *vbi eſt gloriatio tua? excluſa eſt; per quam legem? factorum? non, ſed per legem fidei.* Ibi enim interpretationem quam refert ſecundam, agnoſcitque

Digitized by Google

agnoſcitque ex Auguſtino lib. de ſp. & lit. cap. 10. deſumptam, *ieiunam* vocat & *explodendam* cenſet. Et tamen liber ille ab Auguſtino contra Pelagianos ſcriptus eſt, & locus Pauli contra eoſdem illic vrgetur. Accenſendus igitur eſt Arboreus Doctoribus alijs, neceſſitatem perpetuæ adhæſionis ad Auguſtinum negantibus.

Nimirum illis facem prætulerat celeberrimus Academiæ Pariſienſis Cancellarius Ioannes Gerſon tr. de examinatione doctrinarum conſideratione 1. Vbi dum diſtinguit multiplicem doctrinarum approbationem per Eccleſiam vel per Concilium, *Quædam*, inquit, *approbantur certitudinaliter, &c. quædam verò ſolùm permittuntur vt legantur*: NON QVIA SINT MIXTAE FALSITATES: *ſed habent aliunde plurimas vtiles doctrinas, ſicut ſunt ſcripta multorum Doctorum.* ET ITA AVGVSTINVS SVA SCRIPTA RECIPI VOLEBAT. *Noli inquit, meis literis quaſi Canonicis ſcripturis deſeruire.* Et iterum. *Negare non poſſum nec debeo, ſicut in ipſis maioribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis quæ poſſunt iuſto iudicio & nulla temeritate culpari.* Hæc Gerſon; ex quibus cõfirmari poteſt quod diximus de iudicio Sorbonicorũ.

His adde Petrum de Aragonia in Academia Salmanticenſi publicum Profeſſorem ex Ordine Eremitarum S. Auguſtini, in opere illo quod ſpecialem habet commendationem à Superioribus Ordinis, quóque ipſe fatetur expreſſos ſudores operáſque *præſtantiſsimorum virorum fratris Ioannis de Gueuarra, & fratris Luiſii Legionenſis, quos ſeu Hiſpaniarum Magiſtros mirantur omnes, & ipſe tamquam diſcipulus amat & veneratur.* In Opere inquam illo, quo non vnius tantùm, ſed plurimorum eiuſdem Ordinis Doctorum ſenſus explicatur; poſtquam concluſione ſecunda definiuit *hominem extra gratiã poſitum ſiue fidelem ſine infidelem, poſſe ſine auxilio ſpeciali Dei aliquid benè moraliter operari*, fatetur deinde contrariam ſententiam quæ fuit Gregorij Ariminenſis, ipſius etiam Auguſtini fuiſſe, itáque tandem concludit. *Ex dictis er-*

Pref. ad Lect.

22. Qu. 1o. ar. 4. §. Circa vltimum.

§. ſed cõtra.

Digitized by Google

go infertur sententiam D. Augustini fuisse, quòd homines nullum bonum opus moraliter efficere possunt sine gratia Dei, quod idem affirmabat Gregorius. Atque ita palam profitetur Petrus Aragonius se ab Augustino dissidere, dignior laude futurus, si, vt poterat, in suas eum partes pertraxisset.

lib. 5. Propu. cap. 6. Adde & Gabrielem Pennotum virum clarissimum ex Ordine Canonicorum Regularium S. Augustini, qui » sic loquitur ; *Secundò principaliter dicendum videtur non* » *omnia quæ scripsit Augustinus contra Pelagianos & Semipe-* » *lagianos aut in eorum erroribus redarguendis, aut in assertio-* » *nibus Catholicis probandis, aut in locis diuinæ scripturæ expo-* » *nendis ad fidem Catholicam ita pertinere, vt credendum sit* » *omnem Augustini rationem esse exactam demonstrationem,* » *omnem responsionem esse dogma fidei, omnem expositionem* » *locorum sacræ scripturæ esse certam regulam & infallibilem* » *ipsas diuinas scripturas interpretandi; sed illud solum esse dog-* » *ma fidei quod ipse Augustinus tanquam dogma fidei ab om-* » *nibus tenendum & credendum pronunciat.* Atque hoc deinde probat exemplo & authoritate S. Thomæ & Thomistarum, Caietani, Bannis, Aluaris, & concludit; » *Puto igitur Augustinum & alios Diuos non fictâ sed verâ &* » *solidâ laude esse colendos & laudandos, non autem nostris* » *mendaciis & adulationibus egere aut delectari.* Iterum. *Et* » *primò obseruandum est quod cap. præcedenti monuimus, non* » *omnes sententias Augustini ex libris contra Pelagianos &* » *Semipelagianos depromptas facere argumentum firmum & ir-* » *refragabile ad aliquam veritatem Catholicam comprobandam,* » *&c.* Vide Lector quo moderamine in commendanda S. Augustini doctrina vtantur etiam illi qui ex instituto eius cultores, imitatores & alumni sunt in vtroque Ordine Canonicorum & Eremitarum. Vt perspicere liceat quàm sit superstitiosa hodiernorum Baianorum religio, qui specioso errorum prætextu solum Augustinum in ore, in oculis, in corde habere se fingunt, quippe cuius doctrina, vt ipsi prædicant, *Euangelica, Apostolica,*

To. 2. lib. prooem. cap.

Catholica, & irrefragabilis authoritatis sit: & totius Eccle- 13. 14. 15.
siæ nomine scripta, cui primus ille diuinæ gratiæ & Noui Te- &c.
stamenti fide crediti intelligentiam aperuerit, antea, videlicet annis circiter quadringentis cæcutienti. Atque hæc prędicant ipso nequicquam Augustino reclamante, qui se discipulum Ecclesiæ perpetuò profitetur, à qua lucem quam alijs communicaret acceperit.

Apponam vltimò testimonium Guillelmi Estii, nec Baianis inuisi, nec Baio infensissimi, qui in 1. Sent. dist. 14. §. 14. sic loquitur. *Quòd si nihilominus adhuc contendat aliquis Augustini verba quæ obiecta sunt, huc inflecti non posse: putétque eum reuera alterius esse sententiæ; tum respondebimus ea quæ de adiutorio primi hominis & Angelorum obscuriùs, & vt videtur, extra scripturæ authoritatem ab eo disputata sunt, ad hoc vt ex comparatione gratiæ nostræ per Christum reparationis magis emineret; non debere præiudicare doctrinæ quæ apud alios Patres, ipsumque S. Thomam in huiusmodi rebus exactissimum Doctorem expressior reperitur.* Idem alibi cùm retulisset Augustini sententiam variis locis ab eo disputatam, & quidem dum pugnat contra Pelagianos, qua negat sanctos quosdam in vtero materno gratiam sanctificationis consequutos; illam apertè reiicit, etiam si fateatur tanquam indubitatam & per se manifestam fuisse ab Augustino traditam: & Bernardum atque Ambrosium præfert oppositum sentientes, tam constanter, vt videri sibi dicat ea de re minimè dubitandum, post sanctorum illorum authoritatem & communem, vt ipse putat, Doctorum Scholasticorum consensum. Hoc igitur habemus Estio Auctore, licere nobis improbare aliquid ex iis quæ Augustinus affirmatè docuit dum disputat cum Pelagianis, si modò consentiant communiter Scholastici, quo modo consentire Baiani non negant in negandis plerisque ipsorum placitis, neque desit vnius aut alterius è Sanctis Patribus, cuiusmodi fuere S. Ambrosius & S. Bernardus, suffragium, quod etiam Baiani non deesse faten-

Digitized by Google

tur, dum dicunt non tantùm vnum aut alterum, sed omnes Patres ab Origene ad Augustinum ideo fauisse Semipelagianis, quia fauent doctrinæ quæ iam à multis sæculis inter Scholasticos communis est. Sed quod refert de S. Bernardo, facit vt proprium ei locum tribuamus in hoc Catalogo eorum qui nonnumquam ab Augustino volentes scientéque dissentiunt.

Veniat ergo post vltimum S. Bernardus qui nominari debuit ante primum. Veniat inquam præstantissimo vir ingenio, sed tamen suauissimo & à litigandi ac contradicẽdi consuetudine remotissimo, nisi si quando cogeret causa veritatis. Quanti faceret vir sanctissimus antiquiorum sanctorum authoritatem ostendit id quod scribit ad Hugonem de S. Victore, qui eius sententiam exquisierat circa nouas scioli cuiusdam opiniones. *Non*
Ep. 77. *quærimus*, inquit, *pugnas verborum, nouitates quoque vocum iuxta Apostolicam doctrinam euitamus. Patrum tantum opponimus sententias ac verba proferimus, & non nostra. Nec enim sapientiores sumus quàm Patres nostri.* Inter hos Patres quibus se addictum profitetur, Augustinum in primis recenset atque Ambrosium. *Ab his duabus*, inquit, *columnis, Augustinum loquor atque Ambrosium, crede mihi difficile auellor. Cum iis, inquam, me aut errare aut sapere fa-*
Serm. 80. in Cant. *teor.* Et Augustinum propria commendatione *validissimum* vocat *malleum hæreticorum.* Vnde etiam colligas familiarem isti fuisse, quòd parum probabile sit illum ignotæ sibi columnæ tam facile incumbere solitum. Vt omittam quòd relata illâ sententiâ quâ sensit Augustinus internam cordis conuersionem ad Deum externam
Ep. cit. baptismi susceptionem posse supplere, vir minimè iactabundus negare audet fuisse vspiam ab eo retractatam, quamuis retractasset exemplum quod subiecerat S. Latronis, ea ratione, quòd incertum esset an fuisset baptizatus. Igitur S. Bernardus tam religiosus S. Augustini cultor, tam studiosus lector, tam idoneus arbiter Ecclesiasticæ ac necessariæ doctrinæ, peculiarem tamen

Digitized by Google

eius ſententiam, quâ negat S. Ioannem Baptiſtam accepiſſe plenam in vtero materno ſanctificationis gratiam, reiicit in Epiſtola ad Canonicos Lugdunenſes: & principio quo nitebatur Auguſtinus, quòd ſcilicet nemo *renatus* dici poſſit priuſquam *natus*, contrarium opponit, aitque poſſe aliquem priùs ſanctum eſſe quàm natum. Vt minimè dubium ſit, quin etſi Auguſtinum Bernardus non nominet, habuerit tamen dum hæc ſcriberet præſentem. Et tamen hæc dixerat Auguſtinus in libris de peccatorum meritis & remiſſione, qui ſcripti ſunt contra Pelagianos & in Epiſtola ad Dardanum, in qua, vt ipſe dixit in retractationibus c, *contra hæreſim Pelagianam noſtra intentio vigilabat*, quod & à S. Bernardo intellectum eſt, dum ſignificat pertinere quæſtionem iſtam ad doctrinam de peccato originali. Conſtat ergo exemplo S. Bernardi tales eſſe quas dixerat duas illas columnas, vt non ſit neceſſariò timendum, ſi quis ita diuellatur ab Auguſtino vt tamen innitatur Ambroſio, etiam in iis quæ contra Pelagianos Auguſtinus diſputauit: neque nullum videri poſſe aliquando *validiſsimi hæreticorum mallei* incertum ictum.

Lib. 2. cap. 27. Ep. 57. lib. 1. c. 48.

Hactenus enumerauimus eos Auctores qui ſignificant non eſſe neceſſariam in omnibus contra Pelagianos & Semipelagianos Auguſtini doctrinam. Eſt autem longè maior eorum multitudo qui reipſa hoc probant, præſertim ſi non falluntur Nou-Auguſtiniani. Sumpto enim principio quod illi dant, atque altero item principio per ſe noto, per euidentem conſequentiam ſequitur, Catholicum Scriptorem eſſe omnino nullum, ſiue Thomiſtam, ſiue Scotiſtam, ſeu Nominalem, ſeu Realem, ſeu Controuerſiſtam, ſeu Scripturalem, aut alium quemlibet, qui quacumque ratione de fidei doctrina diſputarit, qui reipſa non ab Auguſtino diſſentiat in aliquo. Age enim, aſſume maiorem iſtam ab Aduerſarijs poſitam, Ab Auguſtino diſſentit quicumque admittit gratiam ſufficientem vlli reproborum datam: item,

Digitized by Google

Qui non fatetur abortiuos cremari cum Dæmonibus: item, Qui putat Christum Dominum pro reproborum vllo quidquam passum: item, Qui putat vllo vel minimo dolore tangi posse hominem originali peccato carentem: item, Qui bonum esse dicit ac meritorium dolorem peccatorum ex timore damnationis æternæ conceptum: item, Qui aliam admittit libertatem, quàm quæ excludit necessitatem coactionis, &c. Assume, inquam, illam maiorem & minorem istam Auctorum inspectione atque lectione manifestam. Atqui S. Thomas, atqui Scotus, atqui Maior, atqui Abulensis, atqui Victorius, atqui Hosius, atqui Xantesius, atqui Perronius, atqui omnes aliquid eorum admittunt: ergo omnes in aliquo dissentiunt ab Augustino, & quidem in iis quæ ille contra Pelagianos disputauit. Quo in numero comprehendendi sunt etiam summi Pontifices, atque inter eos Innocentius tertius cap. *Maiores*, de Baptismo & eius effectu, vbi clarè distinguit pœnam damnatorum ob solum peccatum originale à pœna damnatorum propter actualia & personalia, quòd isti torqueantur æterno igne, illi careant Dei visione. Adrianus quoque Sextus, iuxta id quod retulimus antea ex Ruardo Tapero, iungendus erit.

His Auctoribus tot & tantis, quorum Catalogum eruditus Lector obseruationibus suis augere facile poterit; quis vel audaciæ vel temeritati meritò tribuat, quòd aliquis in iis quæ modò feruent disputationibus, Augustini verba quædam mitiùs esse interpretanda significet, his semper sepositis quæ sunt à Cælestino definita & ab Affricanis Conciliis, hoc est, his sepositis *quæ faciunt ad condemnationem errorum*? Minimè id quidem, vt iam constat ex superioribus libris necesse est, nec periculi quidquam subest, si iudice Augustino pugnemus: sed & si dicere cogeremur aliquando quod dixit Bonauentura, Augustinum plus dixisse ac minus intelligi voluisse, itáque doctrinam nostram aptaremus ad id

Digitized by Google

quod voluit, non omnino ad id quod dixit, ſcelus eſſet adeo tetrum, vt purgari non poſſet tantæ authoritatis luce, hoc eſt, trium Summorum Pontificum, ſex Cardinalium, ex omni numero eruditiſſimorum & ferè ſanctiſſimorum, tot deinde Antiſtitum, tot Doctorum omnium Scholarum, Ordinum, & Nationum, quorum magna pars interfuit Concilio Tridentino, & tandem celeberrimarum toto orbe Chriſtiano Academiarum?

Nam quòd obiicere aliqui ſolent Clementem VIII. iuſſiſſe tempore diſputationum de Auxiliis, vt Auguſtini potiſſimum ſententia exquireretur, facile ſoluitur. Neque enim id præcepit eo præiudicio, quaſi nefas duceret vlla in re diſſentire ab Auguſtino, repudiatâ etiam Cæleſtini diſtinctione illa inter propoſitiones quas eſſet & quas non eſſet neceſſe adſtruere. Neque idem eſt velle vt diſputantes Auguſtini ſententiam inquirant, & velle omnino vt in omnibus eam ſequantur. Sed cùm ea quæ neceſſariam materiam fidei continent, apud Auguſtinum habeantur, à Cæleſtino vt vidimus notata, & à Conciliis Affricanis: & ea etiam quæ liberæ diſputationi permittuntur; inquirenda fuit Auguſtini ſententia, vt intelligeretur vtrum ea quæ diſputabantur tangerent conſtituta iam dogmata nec ne, an potiùs ſpectarent ad quæſtiones indifferentes. Adde cùm conſtet ex mente S. Bonauenturæ, Auguſtinum aliquando *minus voluiſſe & plus dixiſſe*, fuiſſe cur iuberet Summus Pontifex, vt eius ſententia inueſtigaretur: nempe vt retineretur quod perſpicuum eſſet illum voluiſſe; non autem quidquid conſtaret eum dixiſſe.

CAPVT V.

Idem est sensus ipsiusmet Augustini.

QVANDO ea conditione disputamus vt stemus Augustini iudicio, inquirendum est hoc quoque, censuerit ne Augustinus placita omnia sua, etiam illa quæ dum Pelagianos insectatur exposuit, amplectenda esse necessariò. Nam cùm ad idem genus pertineat, putare liberæ optionis esse quæ illi visa sunt ad credendum necessaria; & putare necessaria vitando Pelagianismo, quæ ille posuit in libera discipulorum electione; nihilominus periculosum est totam Augustini doctrinam eiúsque particulas omnes *Catholicam, Apostolicam, atque irrefragabilem* esse contendere, quod faciunt Nou-Augustiniani; quàm in vniuersum ei nuntium remittere, vsurpatâ quotiescumque libuerit contradicendi facultate. Ergo videndum an satis iustus fuerit timor Episcopi Biruntini, dum veretur *ne Augustino displiceat*; si legem subeat quam imponere Baiani volunt : an sit verum quod monuit Abulensis, præscribere ipsummet Augustinum, vt sit aliquis opinionum ipsius delectus: & an sit temeraria Pennoti suspicio, qui superfluum quemdam atque immoderatum Augustini cultum & affectatam adorationem doctrinæ illius interpretatur, vt pote deterrentis assentatores huiusmodi, nec minori voce tonantis quàm Angelus ille in Apocalypsi, *vide ne feceris.*

Supra.

Dicimus ergo in primis, necessariæ contra hæreticos doctrinæ ab Augustino certos terminos esse præfixos, ita vt quod vlteriùs excurrit, necessarium non sit. Id verò manifestè colligitur ex multis locis. Et primò ex lib. de prædest. SS. cum dicit: *Tria sunt, vt scitis, quæ maximè* „ *aduersus Pelagianos Catholica defendit Ecclesia; quorum est* „ *vnum, gratiam Dei non secundùm merita nostra dari, quoniam*

Cap. 2.

Dei

Dei dona ſunt & Dei gratia etiam conferuntur merita vniuerſa iuſtorum. Alterum eſt, in quantacumque iuſtitia, ſine qualibuſcumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem viuere. Tertium eſt, obnoxium naſci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obſtrictum niſi reatus qui generatione contrahitur, regeneratione ſoluatur. En quò reducat Auguſtinus omnes Pelagianorum controuerſias, & quid potiſſimùm contra illos Catholica defendat Eccleſia: vtrique videlicet ſit ſatis, & Eccleſiæ, & Auguſtino, ſi agnoſcatur gratia quæ omnia prorſus merita præueniat: ſi negetur in hac vita Sanctorum impeccantia: ſi peccatum originale, & quæ ſequitur inde baptiſmi neceſſitas, admittatur: & ad hæc capita reducuntur quæ diſtinctiùs enumerantur tum à Cæleſtino octo vel nouem regulis ſuperiùs poſitis, tum ab ipſo etiam Auguſtino alijs in locis, vt in ep. ad Paulinum, vbi confeſſionem à Pelagio exprimendam præformat: tum à Concilijs contra Pelagianos coactis, Carthaginenſi, Mileuitano, &c. Horum verò quid negant ij qui v. g. prædeſtinationem ad gloriam tuentur poſt præuiſa tantùm merita ex gratia comparata: vel qui ſcientiam mediam defendunt: vel qui peccari negant cum ignorantia inuincibili, &c. ſatisfaciunt igitur Auguſtino, ergo facultatem ab illo habent, vt in cæteris id ſentiant quod ipſis probabilius videbitur.

Idem habet Auguſtinus contra duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium, vbi tres illos capitales errores Pelagianorum ex quintuplici laude manaſſe dicit, nimirum ex laude creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude Sanctorum. *In his omnibus*, inquit, *quidquid dicunt de laude creaturæ atque nuptiarum ad hoc referre conantur, vt non ſit originale peccatum. Quidquid de laude legis & liberi arbitrii, ad hoc vt gratia non adiuuet niſi meritum; ac ſic gratia iam non ſit gratia. Quidquid de laude Sanctorum, ad hoc vt vita mortalis in Sanctis videatur non habere peccatum: nec ſit eis neceſſarium pro*

Lib. 3. cap. 8. & 9 & lib. 4. cap. 2. 3.

Digitized by Google

„ *dimittendis debitis suis precari Deum. Ista nefaria & damna-*
„ *bilia dogmata in hāc tripartita diuisione quisquis mente Ca-*
„ *tholica exhorret, illius quinquepartitæ latebras insidiásque de-*
„ *uitet.* Quis verò non exhorreret nefaria illa dogmata, quamuis in aliqua alia quæstione minus diceret quàm Augustinus, vitaret igitur Pelagianorum *dogmata* & haberet *mentem Catholicam*, & tamen ab Augustino in aliquo dissentiret. Quomodo autem vitari possint docet postea exemplo Sanctorum Patrum Cypriani & Am-

Cap. vlt.

„ brosij, *virorum*, inquit, *Sanctorum & Doctorum, & fama*
„ *totius Ecclesiæ constante Catholicorum, qui & creaturam Dei,*
„ *& nuptias ab illo institutas, & legem per sanctum Moysem*
„ *datam & liberum arbitrium naturæ hominis insitum, & san-*
„ *ctos Patriarchas & Prophetas debitis ac congruis prædica-*
„ *tionibus laudant.* En tibi quintuplicem laudem à Patri-
„ bus redditam *Et tamen*, inquit, *asserunt originale pecca-*
„ *tum: Asserunt gratiam Dei super liberum arbitrium omne an-*
„ *tecedentē meritum: Asserunt sanctos ita iustè in hac carne vi-*
„ *xisse, vt eis esset necessarium, quo dimittuntur quotidiana pec-*
„ *cata, orationis auxilium.* En tripartitam diuisionem
„ trium capitalium veritatum quibus hæresis Pelagiana tota confutatur, & quæ cum illa quinquepartita rectè cohæret. Et quia iam ostenderat multis ac perspicuis testimonijs, tres illas veritates fuisse ab illis Patribus traditas; quasi hoc sufficeret Pelagianismo sepeliendo, & æquiualeret ijs quæ distinctiùs fuerant recensita & decreta in Episcopali iudicio contra Pelagium, pergit
„ Augustinus, *Quid est ergo quòd dicunt de simplicibus Episco-*
„ *pis sine congregatione Synodi in locis suis sedentibus extorta*
„ *subscriptio est? Numquid Beatissimis & in fide Catholica ex-*
„ *cellentissimis viris Cypriano & Ambrosio, ante istos, aduersus*
„ *istos extorta subscriptio est?* QVA EORVM IMPIA DOG-
„ MATA TANTA MANIFESTATIONE, SVBVERTVNT VT
„ QVAE *contra eos manifestiora dicamus, vix nos inuenire possi-*
„ *mus?* Fac ergo esse qui dicat, Ecce, cōsentio Patribus illis, & quintuplicem laudem illam ad tres istas veritates re-

Digitized

duco, itáque iudicio etiam Episcoporum subscribo; ille non vitauerit *latebras* quintuplicis illius laudis iudicio Augustini? ille debebit adhuc timere Pelagianorum *insidias*? ille suspectus esse poterit *dogmatum impiorum*? Est igitur harum trium veritatum confessione securus ab hæresi Pelagiana & si dissentiat in aliquo alio ab Augustino, non ideo erranti Pelagio adhæserit.

Et quia ex his tribus capitibus, quod pertinet ad necessitatem diuinæ gratiæ humana merita præuenientis, illud est de quo potissimùm inuestigandum est quid requirat Augustinus, ipsum audiamus. *Item quòd aduersus Manichæos laudant liberum arbitrium, adhibentes propheticum testimonium, Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis: si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos consumet; quid eis hoc prodest, quandoquidem non tam contra Manichæos defendunt, quàm contra Catholicos extollunt liberum arbitrium? Sic enim volunt intelligi quod dictum est, si volueritis & audieritis me,* TANQVAM IN IPSA PRAECEDENTE VOLVNTATE SIT CONSEQVENTIS MERITVM GRATIAE: *ac sic gratia iam non sit gratia quæ non est gratuita cùm redditur debita. Si autem sic intelligerent quod dictum est, si volueritis, vt* ETIAM IPSAM BONAM VOLVNTATEM ILLVM PRAEPARARE CONFITERENTVR, *de quo scriptum est, præparatur voluntas à Domino,* TANQVAM CATHOLICI *vterentur hoc testimonio, & non solam hæresim veterem Manichæorum vinceret, sed nouam Pelagianorum conterevent. Quid eis prodest, quòd in laude ipsius liberi arbitrii gratiam dicunt adiuuare vniuscuiusque bonum propositum?* HOC SINE SCRVPVLO ACCIPERETVR CATHOLICE DICTVM, *si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito iam merces secundùm debitum, non secundùm gratiam redderetur: Sed intelligerent & confiterentur* IPSVM BONVM PROPOSITVM QVOD *consequens adiuuat gratia,* NON ESSE POTVISSE IN HOMINE SI NON PRAECEDERET GRATIA.

Loco cit. cap. 6.

Cap. 47. Et lib. de gratia Christi contra Pelagium. *Quapropter* „ *quantum attinet ad istam de divina gratia & adiutorio que-* „ *stionem; tria ipsa quæ apertissimè distinxit attendite, posse,* „ *velle, esse, possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo consen-* „ *serit nobis non solam possibilitatem in homine, etiamsi nec* „ *velit nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem & actionem,* „ *id est, vt benè velimus & benè agamus, quæ non sunt in ho-* „ *mine nisi quando benè vult & benè agit;* SI, VT DIXI, „ CONSENSERIT ETIAM IPSAM VOLVNTATEM ET „ ACTIONEM DIVINITVS ADIVVARI, VT SINE ILLO „ ADIVTORIO NIHIL BENE VELIMVS ET AGAMVS: „ *eámque esse gratiam Dei per Iesum Christum Dominum no-* „ *strum, in qua nos sua non nostra iustitia iustos facit, vt ea vera* „ *sit nostra iustitia quæ nobis ab illo est;* NIHIL DE ADIVTO- „ RIO DEI QVANTVM ARBITROR INTER NOS CON- „ TROVERSIÆ RELINQVETVR.

Ex his cùm perspicuè constet, Augustinum nihil aliud reprehendere in Pelagianis, (quod quidem ad hoc controuersiæ caput pertineat) quàm quod dicerent, *in ipsa præcedente voluntate meritum esse consequentis gratiæ*: neque aliud ab illis postulare, quàm vt bonam voluntatem bonámque actionem præcedere dicatur gratuitum Dei auxilium, & nulli merito debitum, quo voluntas præparetur: atque hoc confitentes *Catholicos* esse dicat scripturarum interpretes, extremarum hæresum destructores, Manicheæ scilicet & Pelagianæ: censendósque *loqui Catholicè*, idque *sine scrupulo*, nec *habere se deinceps controuersiam cum eis vllam* circa adiutorium gratiæ Dei; cùm, inquam, perspicuum sit hoc tantùm velle Augustinum, quærere lubet, num alius aliquid insuper dicat nec ne? si dicit aliquid insuper, rem dicit suo ipsius iudicio non necessariam, & quæ negari possit à Catholicis *Catholicè ac sine scrupulo & controuersia*. Si non dicit aliquid vlterius; nihil ergo dicit contra Suarem, contra Molinam, contra Lessium & alios eiusdem doctrinæ viros. Nullus enim illorum est qui non sit mo-

Digitized by Google

ri paratus, vt defendat nullum esse in humana voluntate liberum motum, qui spectet ad salutem & vitam æternam, quem non præcedat necessarium diuinæ gratiæ adiutorium, internum, indebitum, gratuitum, & beneficio protectionis externæ, prædicationis, creationis, & conseruationis superadditum. Ex allatis autem Augustini testimonijs euidenter constat hoc solùm requiri.

Confirmantur hæc ex Epistola Prosperi ad Augustinum, vbi Pelagianæ prauitatis reliquiæ omnes ad hæc capita reducuntur. *Si principium salutis malè in homine* „ *collocatur: si diuinæ voluntati impiè voluntas humana præ-* „ *fertur, vt ideo quis adiuuetur quia voluit; non ideo quia adiuua-* „ *tur velit: si originaliter malus receptionem boni non à sum-* „ *mo bono, sed à semetipso inchoare male creditur: si aliunde* „ *Deo placetur nisi ex eo quòd ipse donauerit.* Hæ sunt *omnes* „ *fibræ virulentiæ Pelagianæ* ex Prospero, quas stirpitus euellit quicumque necessitatem admittit diuinæ gratiæ interius mouentis & præuenientis omne meritum. Et si quis addat, debere gratiam illam non quocumque modo mouere, sed tali: nec qnocumque modo connecti cum operatione libera, sed infallibili necessitate fundata in efficacia diuinæ prædefinitionis independenter etiam à scientia conditionata; si quis, inquam, hoc addat; quis non videt consequenter additum id esse, ac præter apertam citatis locis Augustini & Prosperi confessionem, ac proinde tale, cui *sine scrupulo & controuersia à Catholicis Catholicè* contradici possit?

Et si quis instet Augustinum alijs locis id exprimere; quis non videt, si hoc esset, nihil aliud sequuturum, quàm vt dicit S. Bonauentura illis locis, Augustinum plus dicere, iis autem quæ sunt à nobis allata minus velle: cùm tamen velit omnia quæ sunt necessaria ad perfectam Catholicæ veritatis confessionem? Nam quæ potest esse ratio cur in locis quæ à nobis producta sunt, diuinemus Augustinum ampliùs velle quàm ver-

Digitized by Google

ba ferant? Et in iis quæ sunt ab Aduersariis producenda, non velle minus, præsertim cùm adeo perspicua nostra sint? Et quis Pelagianorum non meritò queratur se ab Augustino delusum in locis iam allatis, si postquam adducti fuerint ad conditionem ab eo propositam, vt inter Catholicos numerentur sine scrupulo, confessi nimirum adutorium Dei gratuitum, indebitum, internum, supernaturale, necessarium antecedenter & indispensabiliter ad omne meritum; dicat Augustinus hoc non sufficere, séque subintellexisse adiutorium tali vel tali modo mouens, & ex tali vel tali voluntate & præcognitione datum? Quid? nonne hæc est alia quædam controuersia? Qua igitur fide dixerit *nullam supereſſe controuerſiam* cum eo qui prius illud concessisset? Erras, inquit Augustinus, quòd in bona voluntate ponas meritum consequentis gratiæ, & *Catholicus* fies *sine vllo scrupulo*, si agnoscas consequentem ex gratia bonam voluntatem. Ecce, inquam, errorem depono. Nego in vlla prorsus voluntate meritum esse consequentis gratiæ quam non præcedat gratia prior, interna, indebita, supernaturalis. *Catholicus* ergo sum & *Catholicè* sentio *sine scrupulo*. Non, inquit Augustinus, aliud adhuc restat. O te! Quare igitur dicebas id quod proposuisti sufficere? Hîc recurrent arcani nodi, atque insolubilia coniugia omnium ab Augustino dictorum, quæ antea risimus Auctore ipso etiam Augustino, & à Cælestino, tantáque nube testium aliorum, nihil vt timere debeamus à radiis aduersariorum, præsertim Baianorum. Atque hæc est prima ratio qua intelligi potest ex mente ipsiusmet Augustini non omnia quæ ab eo dicuntur in Pelagianorum controuersiis esse necessariò amplectenda, postquam ille huiusmodi necessitatem ex multis quæ dicit ad pauca redigit.

Supereſt secunda ratio qua id ipsum colligitur, ex discrimine quod assignat inter Canonicos & non Canonicos scriptores. Toties enim & tam disertè significat

Digitized by Google

Sanctos Patres in eo differre à Scriptoribus Canonicis, quòd præscribere nullam possint assentiendi necessitatem, vt si cui hoc non probatur, necesse sit ipsum aut ignorare Augustini mentem, aut repudiare iudicium. Duo eius loca iam citauit Gerson, alterum ex libro 3. de Trinitate, alterum ex lib. 4. de anima & eius origine. Sed sunt pleraque alia nihilo minùs perspicua. Nam in Epistola ad Hieronymum postquam illusionis periculum denuntiauit, si cum amico doctiore ita disputemus, vt quidquid dixerit necesse sit approbare, subiũgit: *Ego enim fateor charitati tuæ solis eis Scripturarũ libris qui iam Canonici appellantur, didici hunc timorem honorémque deferre, vt nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam: ac si aliquid in eis offendero literis quod videatur contrarium veritati, nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem; vel interpretem non assequutum esse quod dictum est; vel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego,* VT QVANTALIBET SANCTITATE DOCTRINAQVE PRAEPOLLEANT; *non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt; sed quia mihi vel per illos Auctores Canonicos, vel probabili ratione, quòd à vero non abhorreat persuadere potuerunt. Nec te, mi frater, sentire aliud existimo: prorsus, inquam, non te arbitror sic legi tuos libros velle tanquam Prophetarum vel Apostolorum, de quorum scriptis quòd omni errore careant dubitare nefarium est. Absit hoc à pia humilitate & veraci de temetipso cogitatione.* Vbi vides primò: Quomodo Augustinus minimè necessarium putet, dum in scriptis non Canonicis occurrit aliquid quod videtur contrarium veritati, recurrere ad aliquam ex tribus illis suspicionibus, quòd mendosus sit codex, vel falsus interpres, vel lector tardus aut stupidus. Nempe quia sine vlla cuiusquam iniuria dici posse putat Auctorem errasse. Vides secundò quomodo censeat omnium huiusmodi Auctorum non Canonicorum examinandam esse doctrinam, non solùm ad scripturæ, sed etiam ad *probabilis rationis* trutinam, con-

Ep. 19.

Digitized by Google

tra Nou-Augustinianorum consilia, qui quòd sibi conscij sint absurdam atque irrationalem esse quam spargunt doctrinam, ne conuinceantur, sequacibus suis effodiunt rationis oculum, causati doctrinam humanis rationibus esse corruptam. Vides tertiò quantopere alienum putet à pia Ecclesiastici Doctoris humilitate, & veraci de seipso cogitatione, quòd velit aut putet libros suos erroris expertes esse. Fuit igitur etiam ipsius Augustini & pia hæc humilitas, & verax de seipso cogitatio: ac proinde qui de ipsius scriptis aliter sentiunt, mendacem faciunt, quæ verax supponi debet eius cogitatio.

Ep. 48. Idem dicit in Epistola ad Vincentium, vbi scripta Catholicorum Episcoporum, vt Hilarij, negat ita legi, *tanquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus*, inquit, *vt non dedignemur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere, & si quid aliter sapitis, &c.* Est igitur etiam Augustinus in eorum numero contra quos sentire licet, & quos contingit aliquando sapere aliter quàm veritas postulat.

Ep. 111. Idem in Epistola ad Fortunatianum his verbis. *Neque enim quorumlibet disputationes quamuis Catholicorum & laudatorum hominum velut Scripturas Canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis improbare atque respuere, si forte inuenerimus quòd aliter senserint quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab aliis intellecta vel à nobis.* TALIS EGO SVM IN SCRIPTIS ALIORVM, TALES VOLO ESSE INTELLECTORES MEORVM. Hîc etiam Augustinus vniuersim loquitur de Scriptoribus Ecclesiasticis sanctisque Doctoribus, seque ipsum includit vt vides, eorum numero, de quibus loquitur, cuius nimirum liceat aliquam opinionem improbare ac respuere tanquam à veritate alienam. Vt autem constet esse alienam à veritate vide vnde cognosci velit.

Ex

Digitized by Google

Ex aliis videlicet, atque etiam ex propria cuiuſque legentium meditatione, adiuuante Deo. Licet ergo ex Auguſtino Auguſtini doctrinam aliorum Scriptorum iudicio cenſendam exponere: licet & proprio, idque ſaluâ honorificentiâ. Neque adeo peruerſum eſt hoc conſilium, vt habere non poſſit adiutorem Deum. Vbi ſunt igitur, vbi ſunt illi nouæ Theologiæ Rabini, qui ſcribere auſi ſunt Concilium etiam Tridentinum ad tribunal Auguſtini examinandum? Non vrgeo illos Eccleſiæ Catholicæ, ſi tamen vllam eſſe credant, præiudicio, quo conſtat annis ferè nonaginta, quot à finito Concilio fluxere, nuſquam niſi apud hæreticos dubitatum de Tridentinis ſanctionibus in re dogmatica. Non interrogabo examinis huius Tridentini per Auguſtinum quis futurus ſit certus iudex & idoneus arbiter. Tantum hoc poſtulo, vt poſtquam omnia vni Auguſtino credi volunt; illi hoc vnum etiam credant, exceptis Canonicis nullum eſſe Scriptorem cuius doctrina non poſſit improbari ac reſpui ad arbitrium aliorum vel multorum vel vnius inſpirante Deo examinata.

Idem libro vndecimo contra Fauſtum. *De his libris di-* Cap. 5.
ci poteſt aliquid eos habere non conſonum fortaſſe occultiori & »
ad cognoſcendum difficiliori veritati ..... qui non præcipien- »
di authoritate, ſed proficiendi exercitatione ſcribuntur à nobis. »
INTER HOS ENIM SVMVS, *quibus idem Apoſtolus* »
dicit, Et ſi quid aliter ſapitis id quoque vobis Deus reuelabit. »
Quod genus literarum non cum credendi neceſsitate, ſed cum »
iudicandi libertate legendum eſt. Et poſtquam de authori- »
tate Canonicarum Scripturarum ſimilia dixit ijs quæ »
iam relata ſunt ex Epiſtola ad Hieronymum, ſubdit: *In* »
opuſculis autem poſteriorum, quæ libris innumerabilibus conti- »
nentur, ſed nullo modo illi ſacratiſsimæ Canonicarum Scriptu- »
rum excellentiæ coæquantur; etiam in quibuſcumque eorum »
inuenitur veritas, longè tamen eſt impar authoritas. Ita- »
que fortè propterea diſſonare putantur à vero, quia »

» *non vt dicta sint intelliguntur; tamen liberum ibi habet lector*
» *anditórque iudicium, quo vel approbet quod placuerit, vel*
» *improbet quod offenderit.* ET IDEO CVNCTA HVIVS-
» MODI NISI VEL CERTA RATIONE, EX ILLA CANO-
» NICA AVTHORITATE DEFENDANTVR .... SI
» CVI DISPLICVERIT AVT CREDERE NOLVERIT,
» NON REPREHENDITVR. Hîc etiam, vt vides, Augustinus plenam dat à libris non Canonicis dissentiendi facultatem, si cui videatur non esse verum quod dicunt. Duplicem autem assignat rationem qua videri possit non esse verum quod dicunt: vel quia Canonicæ authoritati opponitur, quo nomine sine dubio Ecclesiasticam quoque comprehendit, quippe quâ solâ de ipsis etiam Scripturis Canonicis securi sumus, vt idem docet: vel quia opponitur certæ rationi: vt intelligamus huiusmodi scripta examinari posse etiam ad radios naturalis luminis, contra quam Nou-Augustiniani frustra prohibeant.

Cap. 3. Idem lib. 2. de Bapt. contra Donatistas vbi postquam de sacrarum Scripturarum authoritate eadem repetijt, *Episcoporum autem, inquit, literas quæ post confirmatum Canonem vel scriptæ sunt vel scribuntur, & per sermonem fortè sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris: & per aliorum Episcoporum grauiorem authoritatem, doctiorémque prudentiam: & per Concilia, licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est.* En tibi cuiuslibet Scriptoris non Canonici opera triplici examini exposita, cuiuslibet alterius etiam non Episcopi qui sapientiùs & eruditiùs videri possit de eadem re scripsisse. 2. aliorum Episcoporum in contrariam opinionem concurrentium. 3. & Conciliorum. Vt hîc iterum compellari possint, qui Concilia pronuntiant examinanda per Augustinum volentem nolentem, cùm ipse potius contendat omnem Scriptorem non Canonicum per Concilia ex-
nandum. Atque hoc fieri dicit Augustinu-
pho sacrilegæ superbiæ, sine vlla inflata cernice

Digitized by Google

vlla contentione liuidæ inuidiæ, cum ſanctâ humilitate, cum pace Catholicâ, cum charitate Chriſtiana. Et cùm tam fœdè Auguſtino contradicant Baiani; ſuis tamen erroribus præſidium ab eius authoritate non tam petere quàm furari conantur.

Idem lib. 4. con. duas Epiſtolas Pelagianorum, vbi teſtimoniis Sanctorum Cypriani & Ambroſii quæ producturus erat, hanc cautionem præmittit. *Non quo Canonicis libris à nobis vllius disputatoris æquetur authoritas, tanquam omnino non ſit quod meliùs ſeu veriùs ab aliquo Catholico, quàm ab alio itidem Catholico ſentiatur; ſed vt admoneantur qui putant iſtos aliquid dicere, &c.* Vides quomodo nullum putat eſſe Catholicum quo non poſſit alius item Catholicus aliqua in re meliùs ſentire. Nempe quia nullus omnino eſt, qui falli non poſſit, quamcumque materiam ad diſputandum ſumpſerit. Et quia minimè conſequens eſt, vt ſi doctiſſimus quiſpiam in aliquo fallitur, cæteri omnes minùs docti eadem in re fallantur, quaſi verò inemendabilis eſſet humanitus error doctiſſimi; cum fieri poſſit vt ſaluâ doctrinæ maioris prærogatiuâ, indoctior aliquid videat quod fugit doctiorem; inde fit, vt doctiſſimus quiſque Catholicus emendari poſſit à minus docto, plura quidem neſciente quæ doctiori manifeſta ſunt; ſed tamen & aliquid ſciente quod illum latet. Cap. 2.

Adduci poteſt etiam illud quod eſt in primo contra Iulianum, vbi cùm circa fidei fundamenta neceſſarium exiſtimet conſentire quemlibet vnum Epiſcopum cum multitudine aliorum, negétque propterea ſe vllam Chryſoſtomi rationem habiturum, ſi in tali quadam diſputatione diſſentiret, addit: *Alia ſunt in quibus inter ſe aliquando etiam doctiſſimi atque optimi regulæ Catholicæ defenſores, ſaluâ fidei compage non conſonant, & alius alio de vnâre meliùs aliquid dicit & veriùs.* Cap. 6.

Ex his omnibus locis liquidò conſtat, nullum eſſe Auctorem non Canonicum ex mente Auguſtini,

quem legere non oporteat cum ea præsumptione quòd in aliquo falli possit. Secundò liberam esse Lectoribus copiam hoc ipsum discutiendi, an scilicet fallantur. Tertiò, quatuor esse regulas quibus in hoc examine liceat vti, vt de illa fallacia constet, Scripturam, sensus aliorum Scriptorum, Concilia, quibus etiam Ecclesiæ sensus comprehenditur, & lumen naturalis rationis. Quartò suspicione illa vel discussione nullã fieri iniuriam Sanctis Patribus, sed saluam esse quæ illis debetur honorificentiam, quamuis inde sequatur ipsorum doctrinæ improbatio. Quintò, nihil esse causæ cur improbatio hæc & dissensio tribuatur vel sacrilegæ superbiæ, vel arrogantiæ ceruicosæ, vel contentiosæ inuidiæ. Hæc omnia perspicua sunt in allatis Augustini testimoniis, quorum acceptandorum necessitas, authoritate iuris Canonici confirmatur in distinctione nona vbi eorum pleráque referuntur & comprobantur. Hinc autem constat nullam esse necessitatem Augustino in omnibus adhærendi.

CAPVT VI.

Baianorum responsio refellitur.

Apol. 1. Ianf. art. 9.

NOV-AVGVSTINIANI duo respondent. Primum est, non debere nos Augustinum consulere vt sciamus quantum sit eius authoritati tribuendum, quippe cùm certum sit pro ea quâ erat animi modestiâ, nihil de semetipso potuisse nisi modestè ac demisse vel prædicare vel sentire. Secundum, Augustini doctrinam præsertim in materia de prædestinatione, & diuina gratia ad salutem necessaria fuisse à summis Pontificibus & Ecclesia vniuersa approbatam illáque approbatione *consecratam*. Sed neutrum satisfacit. Non primum. Nam esto, non oporteat Augustinũ consulere vt sciamus quantum eius testimonio debeatur; an non oporter

consulere vt sciamus quantum debeatur auctori non Canonico in vniuersum? An propterea quòd ipse homo sit, non credemus illi de homine in vniuersum philosophanti? Petimus ergo à Baianis quanti facienda sit Augustini doctrina dicentis fallibilem esse Scriptoris non Canonici authoritatem, & hanc esse illius differentiam à Canonico, quòd sine peccato vel iniuria cuiusquam, suspecta esse quandoque possit. Si negant esse probandam; fidem fallunt, & positos à se terminos primi transgrediuntur, Augustinum deferendo: Si probandam fatentur, cùm negare non possint quin Augustinus sit intra numerum Auctorum non Canonicorum; restat aut fateantur sine peccato vel iniuria cuiusquam dubiam aliquando videri posse illius authoritatem atque sententiam. Esset enim ridiculus qui ea quæ ille dicit de fallibilitate Scriptoris non Canonici, intelligenda diceret cum exceptione ipsiusmet Augustini. Non solùm quia peccaret contra regulam illam; *Quod quisque iuris in alterum statuit, &c.* sed etiam quia fallibilitatem Scriptoris non Canonici Augustinus non aliunde petit quàm ex eo quòd sit non Canonicus, seu quòd scribendo non subdit prouidentiæ illi singulari cui subsunt Scriptores Canonici, qui quæcumque scribunt, Spiritu Sancto dictante scribunt, cui os & manum commodant per ipsos loquenti & scribenti. Ergo cùm illa ratio ipsum etiam Augustinum inuoluat, nullus hîc esse locus exceptioni vlli potest. Deinde iam vidimus Augustinum coniungere cum *pia humilitate veram sui ipsius cogitationem*, quòd difficile sit intelligi veram esse humilitatem quæ falsa persuadet. Est igitur cur ipsum quoque audiamus dum præscribit quantum & sibi & aliis Sanctis Patribus sigillatim tribuendum sit.

Tertiò. Dum Augustinus suam doctrinam permittit examini Lectorum suorum & discipulorum, vt quid probandum sit quidue improbandum eligant; necessarium est argumentum, non putare ipsam esse doctri-

Digitized by Google

nam fidei, neque aliud continere quàm, vt volunt Baiani, fundamentales veritates & baſes credendorum. Nam ſi hoc putaret, peſsimè conſuleret ſuis diſcipulis, permittendo vt de rebus fidei dubitarent. Quid ſi Auguſtinus non putauit doctrinam ſuam omnem eſſe doctrinam fidei, neceſſarium eſt argumentum quo concludatur nec talem eſſe. Quia peſsimè conſuleret ipſe ſibi, exiſtimando non eſſe doctrinam fidei, quæ tamen eſſet; & conſequenter dubitabilem profitendo de qua certum eſſe illum oporteret. Reliquum eſt igitur vt dicamus Auguſtinum de ſua doctrina vel certum vel dubium in tantum fuiſſe, in quantum intelligebat maiorem aut minorem eſſe illius connexionem cum Scriptura, cum ſenſu Eccleſiæ, cum definitionibus Conciliorum & reſponſis Sedis Apoſtolicæ: & in ea collatione ſtatuiſſe ipſum omne fundamentum certitudinis vel incertitudinis. Aberrat ergo & ab exemplo & à mente Auguſtini, qui non eandem init viam; deque illius doctrina fallaciter certus eſt, qui non tenet eaſdem quas ille tenuit certitudinis cauſas.

Ad id quod ſecundo loco Baiani reſpondent, Auguſtini doctrinam Eccleſiæ approbatione fuiſſe conſecratam, Obiicimus primò. Vel ita eſt conſecrata vt Auguſtinus è numero Scriptorum non Canonicorum extractus tranſierit in numerum Canonicorum, vel non: Si primum, errat totus Chriſtianiſmus qui contrarium ſentit non modo à tempore Scholaſticorum, ſed à mille ducentis annis. Si ſecundum, ergo illa omnis Eccleſiæ approbatio relinquit adhuc Aug. intra numerum Scriptorum fallibilium quibus ſine cuiuſquam iniuria repugnare liceat. Nempe iam nos docuit Gerſon & Abulenſis quò pertineat hæc approbatio; non enim eò vt intelligamus Auguſtinum nullis eſſe humanis defectibus obnoxium, ſed rarioribus & leuioribus, quo modo cæterorum quoque Sanctorum laudes intelliguntur. Et certè cùm eadem ſit iudiciorum & affectuum alea,

Digitized by Google

& Augustinus tanta contentione pugnet contra Pelagianos, vt obtineat nullum esse quantumuis sanctum cui non sit opus dicere, dimitte nobis debita nostra, ob quotidianos voluntatis lapsus, nescio quid Baianis in mentem venerit, vt Augustiniani videri velint, cùm tanto nisu persuadere conantur esse aliquos qui iudicio nunquam labantur.

Et ideo Obiicimus secundò, eosdem illos Summos Pontifices qui doctrinam Augustini approbarunt ea se posuisse quæ necessaria illis visa sunt, alias autem quæstiones intercurrentes, nec contemnere, nec adstruere voluisse. Hoc enim Cælestinus apertè significauit, vt retulimus antea. Et Felix, quem etiam referunt Baiani inter approbatores Augustini, propterea quod Canones Arausicanæ Synodi extractos ex libris Augustini & ipsius etiam verbis conceptos, ad Episcopos Galliæ miserit, extractione illa monstrauit quid esset necesse ab omnibus recipi ex vniuersa illius doctrina, nempe id quod Canonibus illis exprimitur, permissa Lectoribus iudicii libertate circa cæteras quæ intercurrunt controuersias. Obiicimus 3. quod fusè monstratum est antea lib. 1. approbatam fuisse Augustini doctrinam simul & aliorum SS. PP. vnde sequitur cadere approbationem hanc in id quòd est Augustino cum aliis Patribus commune, non in id quòd est proprium, si quid tale sit.

Obiicimus 4. eo ipso quòd approbata est Augustini doctrina fuisse approbatam quam ille fecit necessariarum ad conseruandam fidem & vitandos errores sententiarum restrictionem. Ergo cùm ille certa tantùm capita distinguat, qui admittit Catholicus est sine scrupulo: nec alia cum eo restat controuersia, fuerit consequenter hoc ipsum à Summis Pontificibus dum Augustinum approbant, approbatum. Ergo vi huius approbationis nulla fieri debet controuersia iis qui capita a selecta recipiunt, etiam si alia quædam reiiciant:

Digitized by Google

nempe quod sine scrupulo Catholici sint & Catholicè sentiant iuxta ea quæ paulò ante ex Augustino relata sunt; alioqui plus approbassent quàm intendisset Augustinus. Et ita soluitur etiam quod dicunt Hormisdam scripsisse in Epistola ad Possessorem Episcopum, ex iis potissimum libris quos Augustinus scripsit ad Hilarium & Prosperum, intelligi *quid de arbitrio libero & gratia Dei, Romana, hoc est, Catholica, sequatur & asseueret Ecclesia*, postquam enim mittimur ad libros de bono perseuerantiæ & de prædestinatione Sanctorum, qui scripti sunt ad Prosperum & Hilarium, hoc vnum putare debemus pertinere ad Romanam & Catholicam fidem, quod Augustinus intendit totis illis libris. Quid autem intendat non possumus aliunde melius intelligere, quàm ex propositione controuersiæ disputandæ initio librorum illorum, & ex conclusione qua disputationem claudit. Ergo quid intendat Augustinus toto libro de prædestinatione Sanctorum patet ex cap. 1. vbi quidquid Prosper & Hilarius suggesserant de Massilienſium errore hoc verbo comprehendit, *gratiam Dei dari secundùm merita*, quod non est aliud, quàm esse aliquod meritum nostrum, cui gratia necessaria non sit, eò quòd eam præcedat. Et quia necessaria negabatur gratia tam ad initium fidei, quam ad perseuerantiam; in priore libro qui est de prædestinatione Sanctorum, priorem partem probandam sibi proponit, vnde dicit: *Priùs itaque fidem quâ Christiani sumus, donum Dei esse debemus ostendere.* Similiter in libro posteriore, qui est de bono perseuerantiæ. *Iam*, inquit, *de perseuerantia disputandum.* Et mox, *Asserimus ergo donum Dei esse perseuerantiam, quâ vsque in finem perseueratur in Christo.* Hæc thesis est toto libro confirmanda.

Cap. 2.

Cap. 3.

Iam vide quid concludat ex toto libro de prædestinatione Sanctorum. *Multa diximus & fortasse iam dudum potuimus persuadere quæ volumus*, & repetitâ Massilienſium sententiâ, *Propter quod instituimus quantum p*

Cap. vlt.

tuim

tuimus, vt etiam ipsum initium fidei donum Dei esse ostenderemus. En totum Augustini consilium, libro illo priore de prædestinatione sanctorum; librum autem de bono perseuerantiæ ita concludit, *Sed quid plura? satis docuisse me existimo, vel potius plus quàm satis, dona Dei esse & incipere in Domino credere,* quod præstitum est in priore libro de prædestinatione Sanctorum, *& vsque in finem in Domino permanere,* quod est argumentum huius secundi de bono perseuerantiæ. *Cætera verò bona,* inquit, *ad vitam piam quâ Deus rectè colitur pertinentia, etiam ipsi propter quos hæc agimus, donum Dei esse concedunt.* Manifestum igitur est Augustini menti his in libris satisfactum ab eo qui fateatur, & gratiam esse necessariam ad initium fidei, nec eius meritum sequi, sed præire; & donum Dei esse perseuerantiam. Ergo qui nos ad hos libros mittit Summus Pontifex audituros quid Romana, hoc est Catholica, doceat Ecclesia de gratia & libero arbitrio, discere nos hoc tantùm iubet. Ergo si quæ alia intercurrant, dum hæc confirmantur ab Augustino, nec habeant necessariam connexionem cum iis quæ potissimum intenduntur; non est mentis Pontificis vt eis firmiter adhæreamus si nihil aliud cogit: quia nec est mentis ipsiusmet Augustini. Cap. vlt.

Et confirmatur ex Epistola Prosperi ad Augustinum. Postquam enim multa disseruit de doctrina Massilienſium, quidquid in ea vitiosum videbatur his verbis colligit: *Si principium salutis malè in homine collocatur: Si diuinæ voluntati impiè voluntas humana præfertur, vt ideo quis adiuuetur quia voluit, non ideo quia adiuuatur velit: si originaliter malus acceptionem boni non à summo bono sed à semetipso inchoare malè creditur, si aliunde Deo placetur, nisi ex eo quod ipse donauerit,* vbi vides variis modis rem vnicam significari, nempe gratiam quæ necessaria est tum ad credendum, tum ad perseuerandum dari secundùm meritum, quod sit à priore gratia independens, hæc est *virulentiæ fibra qua reliquiæ Pelagianæ prauitatis*

Digitized by Google

„ *nutriuntur*, ſtirpitus euellendæ, ſi quid tenendum ſit „ Auguſtinus definierit: vnde ſubdit: *Tribue nobis in hac „ cauſa, Papa Beatiſſime, Pater optime, quantum donante Domi- „ no potes, diligentiam pietatis tuæ obſecro, vt quæ in iſtis quæ- „ ſtionibus obſcuriora, & ad præcipiendum difficiliora ſunt, „ lucidiſſimis expoſitionibus digneris aperire.* Nihil modò nobis obſcurum eſt, nihil ad percipiendum difficile in illis quæſtionibus, vna eſt omnium ſolutio quam tradidit Auguſtinus, quámque lubentes amplectimur, & qua credimus, & perſeuerantiæ donum quo finaliter ſaluamur, donum Dei eſſe, nec cadere ſub vllum meritum noſtrum quod non fuerit ex anteriori gratia conſequens. Hic eſt ſcopus Auguſtini, vt patet, & hoc ſolum eſt ad quod diſcendum nos ad libros de prædeſtinatione Sanctorum & de bono perſeuerantiæ Hormiſdas remiſit.

Obiicimus 5. ſimiliter approbatam Hieronymi doctrinam à Gelaſio Papa atque etiam à Damaſo, vt conſtat ex dictis lib. 1. & lib. 7. quo tamen non obſtante Baiani eam reiiciunt & damnant.

Obiicimus 6. Pontifices doctrinam Auguſtini approbando nihil amplius dixiſſe quàm quod dixerunt approbando etiam doctrinam D. Thomæ, vt patet ex ipſorum Bullis. Ergo quo iure poſtulant Baiani vt ſententiam noſtram conformemus ad amuſſim Auguſtinianæ Theologiæ, eodem iure ab eis poſtulari poſſe vt ſuam ipſi conforment ad amuſſim Theologiæ Thomiſticæ: cui tamen ſubiici minimè volunt. Ideo enim putant exemplo D. Thomæ comprobari, vix fieri poſſe vt idem ſimul in Scholaſtica Theologia excellat & in poſitiua, qua continetur intelligentia ſacræ Scripturæ, Conciliorum, & Sanctorum Patrum, vt dicetur poſtea. Quò pertinet id quoque quod dicit Vincentius Lenis in Epiſtola prodroma. *S. Thomam in prioribus operibus* cap. 14. „ *ſuis, magis ſimpliciter & Theologicè: in poſterioribus, vbi iam* „ *Philoſophia Peripatetica expolitior & conſummatus eſſet;*

Digitized by Google

magis Philosophicè loquutum. Valdè scilicet profecit D. Thomas huius Doctoris iudicio, & vt debuit progressus est ab imperfectioribus ad perfectiora, quando exorsus à Theologo desiit in Philosophum, more Galatarum, quos Apostolus dicit *spiritu cœpisse vt carne consummarentur.* Nimirum ex his patet Nou-Augustinianos minimè iurare velle in D. Thomæ placita, nihilo minùs approbati à Summis Pontificibus & ab Ecclesia, quàm ipse D. Augustinus. Gal. 3.

Obiicimus 7. Romanos Pontifices doctrinam Augustini approbantes nihil ampliùs dixisse, quàm quod dixit Augustinus ipse dum approbat alios Sanctos Patres quos citat contra Pelagianos: Ergo si propter illam Romanorum Pontificum approbationem non licet dubitare de vlla doctrinæ Augustinianæ particula; sequitur & propter ipsam Aug. eo modo iam approbati vlteriorem approbationem, non licere dubitare de vlla etiam doctrinæ aliorum Patrum particula. Probatur antecedens primò ex loco iam allato libri 4 contra duas Epistolas Pelagianorum. Vbi Augustinus postquam omnem Catholicorum cum Pelagianis controuersiam reduxit ad tria illa capita de peccato originali, de necessitate gratiæ præuenientis omne meritum, & de contingentibus in Sanctorum etiam vita peccatis, probat singula, ex Cypriano & Ambrosio: *Sanctis*, inquit, *& doctis & famæ totius Ecclesiæ contestante Catholicis viris & in fide Catholica excellentissimis, qui tanta manifestatione dogmata Pelagianorum impia subuerterunt vt vix inueniri possint quæ contra eos manifestiora dicantur.* Esse virum sanctum, doctum & tota Ecclesia contestante Catholicum, in fide Catholica excellentissimum, omnia Pelagianorum dogmata subuertisse: & tantâ manifestatione vt vix quisquam dici possit manifestiùs: hoc verò est scripsisse quod abundè sufficiat ad hæresim illam suffocandam, quod Innocentius de Augustino dixit; Hoc esse vnum ex optimis Magistris Ecclesiæ, virum

Digitized by Google

sanctæ recordationis, quem ne rumor quidem siniſtræ ſuſpicionis vnquam aſperſerit, quod dixit Cæleſtinus. Nec dubium quin ab eo qui ſic ſcripſerit poſsit cognoſci quid Romana, id eſt Catholica ſequatur & aſſeueret Eccleſia de gratia & de libero arbitrio, quod Hormiſdas, neque fieri poterit vt Eccleſia Romana non ſequatur & probet eius doctrinam, quod Ioannes ſecundus. A viro autem ſancto, docto, in fide Catholica excellentiſsimo, qui omnia controuerſiæ alicuius capita comprehenderit & manifeſtiſsimè deciderit, quare non meritò probatur regula in eiuſdem controuerſiæ diſputationibus ſequenda, quod fecit Clemens Octauus, ſi creditur diario Doctoris Leboſſu, de cu us fide grandis reſtat diſputatio? Quare non poſsit ab eiuſmodi Doctore inſtructio peti ad concipiendam erroris contrarii damnationem, vt Zoſimus, vt Bonifacius, vt Felix huius nominis quartus petiiſſe dicuntur ab Auguſtino? Quidquid ergo vel dixere, vel fecere Romani Pontifices ad commendationem Auguſtini, hæc enim ſunt omnia quæ referri ſolent, ipſomet teſtante Auguſtino, in Cyprianum atque Ambroſium cadit.

Confirmatur ex eo quod de iiſdem SS. Patribus præmiſerat Auguſtinus, *famâ celeberrimâ & ingenti gloriâ tra-*
Ib.cap.8. *ctaſſe Canonicas literas, eloquia diuina ſequutos eſſe:* & de Cypriano nominatim, *memorabilem fuiſſe Eccleſiarum in*
Ib cap.9. cap. 11. *verbo veritatis inſtructorem*: & de Ambroſio *eſſe hominem Dei, Catholicum & ab ipſo Pelagio in veritate fidei laudatum:* & rurſus de ambobus conſtare ex eorum teſtimoniis quam teneret Auguſtinus fidem *eſſe veram veréque Chriſtianam atque Catholicam, & olim traditam & ad ſuum vſque tempus ſeruatam atque retentam: & deinceps propitio Deo retinendam atque ſeruandam.* Vt hinc etiam dupliciter obſtrui poſsint ora Baianorum dicentium Auguſtinum ex reuelatione didiciſſe quæ docuit de prædeſtinatione, errantibus bonâ fide Patribus qui eum præceſſerant,
Sup. lib. 1. de quo antea fuſiùs; Item, poſt Auguſtinum obliteratas

Digitized by Google

veritates Catholicas, quod Augustinus meliora sentiens de Ecclesiæ infallibilitate futurum negauit, vt patet ex allato testimonio.

Tantumdem dicit Augustinus & de his ipsis & de aliis Patribus tum Græcis tum Latinis, in libris contra Iulianum, & in libro de bono perseu. cap. 19. Ex quibus liquidò constat quantum Augustino tribuendum Ecclesia censuit, tantum aliis quoque Patribus tribuendum esse Augustinum ipsum censuisse. Ergo si stante Augustini testimonio illo, licet tamen singularem cuiuspiam ex aliis Patribus cogitationem in hisce disputationibus non sequi; licebit etiam stante illa Ecclesiæ vel Summorum Pontificum approbatione, non omni adhærere Augustini sententiæ.

Atque hinc patet quàm cautè legendum sit quod dicit Apologista Iansenii art. 9. contra secundam concionem illustrissimi Vabrensis Episcopi, dum scribit Augustinum quidem ad stabiliendam fidem peccati originalis attulisse Patrum testimonia contra Iulianum, sed in his quæ spectant reconditiores quæstiones de prædestinatione credidisse, non esse necessarium consulere Patrum dicta, quos nulla cogebat necessitas cum nondum natis Pelagianis disputare. Debuit enim addere quod sequitur in Augustino, *Quod procul dubio facerent Patres si respondere talibus cogerentur, vnde factum est vt de gratia Dei quid sentirent breuiter quibusdam Scriptorum suorum locis, & transeunter attingerent.* Quibus verbis Augustinus satis ostendit etiam in hac quæstione sensus eorum fuisse Catholicos, vt pote paratissimorum respondere oppugnantibus veritatem, vt hinc pateat meram esse calumniam eámque admodum tetram quod dixit Nouus-Augustinus, illorum de prædestinatione sententiam fuisse *perfectè Semipelagianam.* Non debuit etiam Apologista dissimulare, quamuis hoc loco negáret Augustinus *esse necesse scrutari opuscula Sanctorum Patrum, & breuiter illos ac transeunter ista tractasse;*

Apoc. 1.

Digitized by Google

Vsum tamen esse in hac etiam quæstione dum respondet Prospero & Hilario, eorum testimonio, vt constat ex cap. 19. de bono perseuerantiæ, vbi Cyprianum, Ambrosium & Nazianzenum producit. Vnde nihil necesse erat Apologistam distinguere inter quæstionem de peccato originali & de prædestinatione, de qua loquitur Augustinus, quasi verò putauerit necessaria esse testimonia Patrum stabiliendæ doctrinæ originalis, non verò stabiliendæ doctrinæ prædestinationis. Nam si rigida intelligatur necessitas, nihilo minùs stabiliretur fides peccati originalis, silentibus Patribus, ex Scriptura & communi sensu & praxi Ecclesiæ, quàm fides prædestinationis. Sin autem tantùm quædam vtilitas; constat perinde vsui fuisse Patres Augustino ad confirmandam prædestinationis fidem, atque ad confirmandam fidem peccati originalis: & quamuis pauca scripsissent; eorum tamen testimonia visa illi esse *clara & quæ debeant sufficere.*

De bono perseu. c. 19.

Iam quod Apologista quæstionem de prædestinatione reconditiorem vocat ad differentiam quæstionis de peccato originali, viderit ipse quo fundamento nitatur. Manifestum enim est prædestinationem hanc de qua loquitur Augustinus, & contra quam negat quenquam nisi errando disputare posse, non esse aliud quàm præparationem gratiæ antecedentis hominum merita, cuius veritas nihilo reconditior est quàm peccatum originale. Nec consequenter loqueretur Augustinus, si adeo reconditam putaret, cùm dicit non esse opus scrutari opuscula sanctorũ Patrum. Quando enim magis opus esse potest ista scrutatione, quàm vbi magis est abscondita veritas quæ quæritur? hinc potiùs labori parcendum erat, dum statuitur fides peccati originalis, siquidem eius veritas magis exposita est. Sed ex his patet quod vnum intendimus, aliorum Patrum doctrinam sic approbari à S. Augustino in controuersijs Pelagianorum, quo modo ipsiusmet Augustini ap-

Ib. c. 18.

Digitized by Google

probatur à Summis Pontificibus: ac proinde Auctore Augustino eandem esse necessitatem adhærendi cæteris Patribus, quæ potest esse adhærendi Augustino auctoribus Summis Pontificibus.

Obijcimus 8. Omnibus illis approbationibus quas obtendunt Nou-Augustiniani, doctrinã Augustini vniuersim approbari; nullam verò esse quæ cadat in omnia & singula eius placita; quod si aliqua talis esset, non negabunt opinor expressiorem fore & efficaciorem in omnibus consentiendi necessitatem. Quid igitur facient si reperiatur in natura rerum alius quidam liber, cuius *omnia & singula in eo contenta* authoritate Sedis Apostolicæ per Bullam ad perpetuam rei memoriam editam & promulgatam approbentur; & qui tamen contineat præcipua quædam axiomata Nouo-Augustino contraria? Hîc enim verò expectanda erit eorum responsio. Sed quis est huiusmodi liber, & cuius Auctoris? Est, inquam, talis quidam liber in rerum natura, & Auctoris sancti. Sed quis est? libellum potius dicere debui, quòd sit mole paruus & specie contemptibilis: sed qui tamen virtutis plurimum habet. Quis verò tandem & cuius est? Contrahant licet frontem Baiani & toruùm intueantur, sorbenda pilula est. Liber est Exercitiorum spiritualium S. Ignatij, quem Paulus tertius seuerè examinatum à Cardinali Burgensi Inquisitore maiori, à Philippo Saluciarum Episcopo Vrbis Vicario in spiritualibus, ab Ægidio Foscaratio Ordinis S. Dominici Magistro sacri Palatij, sic approbauit, vt dicat se *documenta & exercitia prædicta ac* OMNIA ET SINGVLA IN EIS CONTENTA *auctoritate prædicta tenore præsentium ex certa scientia approbare, collaudare ac præsentis scripti patrocinio communire, an.* 1548. vltimo Iulij, eodem scilicet die quem destinauerat Deus ad Ignatium ipsum in cœlum euocandum.

Quæ à me minimè referuntur, vt vel Ignatium Augustino, vel Paulum III. superioribus opponam Pon-

Digitized by Google

tificibus, abſit. Quippe cùm contendam potiùs, Baianis repugnantibus, ipſis conſentire. Sed quòd conſtet in hoc libello aliqua eſſe quæ capitalibus Baianorum principiis opponuntur, ſcire velim quid ſint reſponſuri tam diſertæ támque explicitæ approbationi, qui minùs expreſſam explicitámve ſuis obtendunt erroribus?

Et primò quid dicent ad ſeptimam ex prioribus regulis de diſcernendis ſpiritibus, qua continetur perſpicua gratiæ ſufficientis, *monſtri* ſcilicet illius ab Auguſtino, ſi ſuperis placet, contriti confeſſio, cùm dicitur, *Poſſe nos haud dubio obſiſtere inſultibus inimici noſtri* ASSISTENTE NOBIS IVGITER *præſidio diuino*, ſeu, VT eſt in autographo, *Aſſiſtente nobis præſidio diuino* QVOD SEMPER MANET, &, *dum ſubtrahit Dominus priſtinum charitatis feruorem, relinqui nihilominus gratiam* QVAE AD BENE OPERANDVM ET AD CONSEQVENDAM SALVTEM SATIS ESSE QVEAT?

Secundò quid dicent ad 17. ex regulis quæ traduntur ad rectè ſentiendum cum Eccleſia Catholica, cùm dicitur de diuina gratia *diffusè loquendum, ſed iuxta modum conuenientem noſtris præſertim temporibus tam periculoſis: ne & liberi arbitrii vſus & operum bonorum efficacia tollatur*? Quomodo enim temporibus Caluini tollebatur liberi arbitrii vſus, niſi quia dicebatur diuina gratia tametſi voluntatem non cogeret, mouere tamen tanto impetu, vt eâ ſuppoſitâ non eſſet poſtea electionis noſtræ conſentire vel diſſentire? Quo modo etiam tollebatur operum efficacia, niſi quia negabantur eſſe meritoria quæ agendi neceſſitate illa eſſent expreſſa? Putabat igitur Ignatius & ad conſeruandam contra illius temporis hæreticos liberi arbitrii Catholicam doctrinam, & quæ inde ſequitur bonorum operum curam, neceſſariam eſſe poteſtatem diſſentiendi à Deo mouente, ac proinde immediatam voluntatis indifferentiam cum diuina gratia componendam eſſe: quo deſtruitur totius Baianiſmi princeps Machina. Et ideo proximè

Digitized by Google

proximè dixerat *prædicandæ & inculcandæ gratiæ Dei non vsque adeo insistendum, vt serpere inde possit auditorum animis lethalis error, negatâ liberi arbitrii nostri facultate.* Facultatem enim arbitrii ad sequendum gratiæ ductum Caluinus non negabat : ergo quam negabat, erat facultas ad dissentiendum: eaque immediata & proxima, remotam enim & mediatam etiam concedebat. Hic est igitur *lethalis error* Ignatio, qui Nouo-Augustino fundamentalis est veritas.

Quid dicent tertiò ad decimam octauam earumdem regularum, cùm dicitur valde commendandus diuinæ maiestatis timor, *Non solùm filialis, qui pius est ac sanctus maximè,* VERVM ETIAM SERVILIS, *vt pote admodum vtilis homini ac sæpenumero necessarius?* Quomodo enim valde commendandus est ille timor: & quomodo admodum vtilis, qui non caret peccato, postquam caret motiuo charitatis, nec fit ex gratia per Christum; vt censuisse Baianos probatum est.

Quid dicent quartò ad vndecimam, vbi dicitur *plurimi facienda Scholastica Theologia: & putandum D. Thomæ, Bonauenturæ, Magistro sententiarum & aliis recentioribus Theologis peculiare esse, dogmata ad salutem necessaria exactius tradere, atque definire*, idemque præstare suis temporibus quod Hieronymus, Augustinus, Gregorius præstiterant item suis ? Quis enim magni facere velit vel scientiam illam vel eos Doctores, qui fidei doctrinam adeò corrupere, vt sententiæ fundamentales & bases fidei, fuerint in Ecclesia Dei penitus *obliteratæ* atque ideo proscriptæ seu prohibitæ à Romanis Pontificibus, quod scandalo essent populo Christiano, Scholasticorum persuasionibus in contrarios errores inducto ? Hic enim est sensus Noui-Augustini vt antea monstratum est.

Quid dicent quintò ad decimam tertiam, quâ præscribitur vt *adeò simus vnanimes adeóque conformes Ecclesiæ Catholicæ, vt parati simus, id quod oculis nostris apparet* Supra lib. 5.

Digitized by Google

album nigrum dicere, si illa nigrum definierit? Hæc enim quàm sint consentanea & moribus & cogitationibus Baianorum, per se constat, & alibi monstratur.

Et quia generatio hæc & consensione capitum & consanguinitate doctrinæ latè patet. Quid dicent Sextò ad secundam regulam, quâ *laudabilius creditur octauo quoque die, aut saltem quolibet mense, seruatis interim debitis conditionibus Eucharistiam sumere?* hoccine admittent qui abstinentiam diuini huius cibi vsque ad finem vitæ, tanquam opus perfectissimum & maximè omnium satisfactorium, persuadere nituntur? Quid ad quartam quâ iubemur *statum religiosum laudare plurimum & virginitatem præferre matrimonio?* fidem facit censura Sorbonæ, quam sint hæc à placitis Nou-Augustinianorum abhorrentia, sicut & illud quod est in regula quinta, *de comprobandis religiosorum votis.* Iam quod præscribit decima, vt *superiorum decreta, mandata, traditiones, ritus, & mores studiosè probemus*; quomodo iis probari potest, qui disciplinam Ecclesiasticam, ea potissimum parte, quæ spectat vsum Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, adeo corruptam arbitrantur, vt nisi aboleantur hodierni ritus antiquorum reuocatione, periculum sit impœnitentiæ finalis omnium mortalium? Hæc omnia & Nou-Augustinianis admodum aduersantur, & eo tamen libello continentur, cuius *omnia & singula* auctoritate sua communiuit sedes Apostolica. Dicant igitur quid sentiant de huiusmodi approbatione, & erit facile ad inueniendum quid responderi possit illi, quàm reciprocè prædicant doctrinas S. Augustini.

Libro singulari de Ecclesia præsentis temporis.

Atque ex his intelligere potest tota illa natio Baianorum, minimè mirum esse si ex Ignatij familia potissimum extitere, qui se ipsorum consiliis & conatibus opponerent. Cùm enim hæreditaria esset, quam petebant, eorum doctrina, non potuere qui eam ab incunabulis vitæ religiosæ, cum lacte sanctæ institutionis suxerant, hoc veluti patrimonium contra inuasores

Digitized by Google

non tueri totis viribus. Nec ſperare debent fore aliquado in hac familia, qui ſe partibus illorum adiungat, niſi ſpurium & degenerem. Quòd ſi præuiderant eorum magiſtri, dum illi Societati bellum indixere adeo crudele, altero doctrinam, altero vitam maledictis omnibus inſectando, & infamibus calumniis, næ illi non improuidi omnino fuerint nec inconſulti: & potuit eſſe quædam ratio cur iudicarent ac dicerent, quod meditabantur, doctrinæ ac diſciplinæ nouitatem in Eccleſiam inducere, non ſucceſſurum, niſi Ieſuitas perditum irent. Sed quando iam cognitum eſt cenſurâ librorum & doctrinæ Baianorum damnatione, non eſſe hanc Ieſuitarum cauſam, ſed Eccleſiæ, cuius fides & auctoritas per latera Ieſuitarum petitur; eſt quod ſibi de iſta vexatione Ieſuitę gratulentur, & decora putent, quæ à Baianis accepere vulnera. Nec aliud ſupereſt quàm modeſtiæ quoddam neceſſarium officium: ne tam glorioſæ defenſionis laudem vel ſibi vendicent ſoli, vel præcipuo quodam iure participare præ cæteris velint.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX RERVM
ET VERBORVM.

ABSOLVTIO Sacramentalis quis actus sit. 136
Absolutio in Pœnitentiæ Sacramento quid supponat. 134
Actio bona Dei auxilio præceditur. 892
Actus quis sit dispositio ad iustificationem. 112. quis designetur ab attritione secundùm Baianos. 102
Adam quando factus spiritualis. 462. in quo differat ab eo qui est modò prædestinatus. 753. quo sensu miser ante lapsum, iuxta Baianos. 528. quomodo immortalis, & quomodo mortalis 434, eius posteri ad quam pœnam iustè damnati sint. 596. illius culpâ fieri vt eius posteri gratia destituantur, sufficienti secundùm Baianos. 164. eius peccatum solum fuisse propriè peccatum, cætera verò, quæ committuntur minimè asserunt Baiani. 500. eius adiutorium non tale fuisse, ac Angelorum, asserunt Baiani. 746 illius malum meritum fieri naturam filiorum ex illo genitorum. 486
Adiutorium Christi in quo sit necessarium, 774
Adiutorium naturalis ordinis dari. 525
Adiutorium ad credendum necessarium à Massilienſibus & Baianis admissum. 765
Adiutorium Adami & Angelorum non idem. 746
Adoptionis gratia quid sit, iuxta Baianos. 405
Adulterium sinceritatis esse, quando quis in se resilit sperando, quinam dicant. 325
Æquitas diuinæ iustitiæ quomodo defendatur ab Aug. 133
Affectus an sit aliquis secundùm rectam rationem elicitus. 520
Affectus in Deum rectè tendentes quinam sint. *ibid.*
D. Ambrosius à quibusnam dictus Manichæus. 8, cum Augustino & Hieronymo per omnia conformis 55
Amor concupiscentiæ, cur ab hæreticis damnetur. 312
Amorem Dei castum deberi naturæ rationali quinam asserunt. 404
Angelus ante lapsum quo sensu miser, iuxta Baianos. 528
Angeli qualem habuerint in prima creatione gratiam. 440 quo sensu sint filij Dei. 429. quomodo liberi 251. 252. *& seq.* quænam fuit prima causa eorum malæ voluntatis. 821
Angeli damnati an fuerint ab initio mali. 451. an potuerint ab initio suæ creationis peccare. 452
Angelorum productio in quo fuerit inuoluta, iuxta Aug. 430. eorum voluntatem fuisse indifferentem ad perseuerandum, vel non perseuerandum. 744

Digitized by Google

Angelos fuisse damnatos cum nullum præcessisset peccatum originale. 498
Anima quomodo bona, & quomodo non bona. 111. 118
Animam habere facultatem, adiuuante creatore, seipsam excolere. 520. habere à Deo posse, si velit, ad beatitudinem tendere. 531. quotuplices sint eius incarnationes. 485
Animum semper malè diligere quidquid diligit, quinam asserant. 116
Antiquitas, vnum doctrinæ catholicæ argumentum. 36
Apostoli quam habuerint facultatem peccata remittendi secundùm hæreticos. 333
Apostoli factum Ecclesiam persequentis quale fuerit. 591
Appendix ad Sacerdotem immeritissimum. 840
Arbitrium voluntatis liberum, quodnam sit secundùm Baianos 93. *Vide* Liberum arbitrium.
Arbitrij libertas vera & propriè dicta, quid sit iuxta Baianos, 700
Argumentari quinam soleant ex spiritu diffuso per omnia Augustini opera. 511
Argumentatio solemnis S S. F P. contra hæreticos. 34
Argumentum præcipuum quo Pelagiani impugnabant peccatum originale. 25
Argumenta quibus Baiani status purè naturalis possibilitatem impugnare conantur. 513 514 *& seq* diluuntur. 516
Argumenta Baianorum soluuntur. 131
Aigumenta doctrinę catholicæ quot sint. 36
Astutia humanis mentibus insita quæ. 2
Attritio quid sit secundùm Concilium Tridentinum. 98. 102. in quo differat à contritione. 99 quomodo vocetur à multis. 315. quis dicat eam facere hominem hypocritam, & magis peccatorem. 319 quodnam habeat motiuum. 103. à quibusnam fuerit distincta à contritione. 104. cur à Luthero impugnata. *ibid*
Attritio quam Trident. dicit sufficere cum Sacramento, quot conditiones habere debeat. 321 322
Attritionem esse donum Spiritus sancti mundum inhabitantis. 137
Audaciæ insignis argumenta. 449
Augustinus & cum antiquioribus Patribus, & cum Doctoribus Scholasticis committendus, 3. *& seq* quid obiiciat Iuliano Pelagiano de Sanctorum Patrum doctrina. 8. *& seq* probat nouam esse Pelagianorum doctrinam. 11. *& seq*. probat suam doctrinam esse antiquam, & ab antiquioribus Patr. acceptam. 13 quomodo opugnet hæresim Pelagianorum ex S. Ambrosio. 15. suam doctrinam sanctis Patribus attribuit. 16. nec Patres Græcos, illius iudicio, Pelagianis & Semip. præluisse. 21 sub qua specie Patres sui antecessores aspiciat. 21. 22 secundùm doctrinam Baianorum, vel condemnandus, cum cæteris hæreticis, vel cæteri hæretici cum illo absoluendi. 38. *& seq*. quo sensu esset dicendus hæreticus. 39. à quo errore non potuerit extricari secundùm Baianos. 45. in quo sequendus, & in quo deserendus. 48. quinam eius commendationem destruant, & eius authoritatem euacuent. *ibid*. cur laudetur à Cælestino. 48. à Gelasio Papa lumen Ecclesiæ dictum. 49. quoniam fuerint illius discipuli germani secundùm Baianos. 53. cum aliorum Patrum deserere mentem quinam dicant. 61. morem illi semper fuisse omnia ex communi Ecclesiæ sensu metiri. 78 dum approbat pœnæ timorem à Baianis dissentit. 106. Spectabat potissimum interioris gratiæ inimicos. 109. longe discrepat à Baianorum opinionibus. 139. à Baianis depranatus. 148. *& seq*. illius testimonia pro sufficiente gratia ad seruanda Dei præcepta. 111 *& seq*. quid exigebat à Pelagianis de Dei mandatis. 155. docet gratiam sufficientem singulis à Deo dari ad Dei mandata seruanda. 157. *& seq*. qua fuerit illius sententia de gratia, potest facile cognosci ex eius discipulis. 170 cur habuerit contentionem cum Pelagi-

Digitized by Google

ris. 174. illi Baianos contradicere colligitur ex Prospero. 178. & ex illius plurimis testimoniis. 181 & ex argumento quo vti solet contra Donatistas. 186

Augustinus pro Conc. Trid. contra Baianos circa indifferentiam liberi arbitrij. 112 asserit homines posse facere quod omittunt. 218 eius doctrina in libro de spiritu & littera expenditur. 220. quomodo explicet hæc verba, *Deus vult omnes saluos fieri*, &c. 222. diuinæ iustitiæ defendit æquitatem. 223. illius testimonia pro indifferentia liberi arbitrii 234. agnoscit indifferentiam etiam in voluntate obstinatorum. 245. nusquam propitius Baianis 255 minimè opponendus decretis Pontificum. 263 *& seq.* restitit Baianis. 285 cur miserit ad Innocentium suum librum de natura & gratia. 268. cur ad Bonifacium Papam dirigat disputationē contra duas epistolas Pelagianorum. 271. quid dicat contra Donatistas de libero arbitrio. 271. omnia illius opera ab omnibus summis Pontificibus approbata. 282. illum in se notitiæ veræ Theologicæ limites fixisse asserunt Baiani 307. mōstratur à Baianis hodiernis hæreticis consentire. 313 illum asserere quod hæretici & Baiani negant. 384. asserit gratiam proprie dictam non deberi merito. 424. quid dicat de infantium miseriis. 442. eius dubium de infantibus sine baptismo morientibus. 445. 447. duo respondit Manichæorum quærelis de pœnis infantium. 446. quid dicat de peccantibus Angelis. 451. plus probare Baianos quàm ille intendat. 452. cur fateatur capere non posse quomodo dæmones beati fuerint ante peccatum. 453. quid censeat de creatione animæ rationalis. 457. asserit Deum laudandum quamuis ignorantia & difficultas essent primordia hominis naturalia. 471. in Epistola ad Hieronymum, vel non attente lectus, vel non intellectus, 477. quàm infeliciter explicetur à Baianis eius locus ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordiis. 481. illius locus in Psalmum 70. expenditur. 497. *& seq.* à Baianis opponitur Conciliorum & Pontificum decretis. 501. asserit mala naturalia non repugnare innocenti naturæ in adultis. 533. illius doctrinæ basis præcipua de concupiscentia. 538. qua ratione potuerit inferre peccatum originale ex naturalibus malis puerorum. 546. omne peccatum censet debere esse voluntarium. 571. amplectitur generale pronuntiarum Scholasticorum contra Baianos. *ibid. & seq.* improprie tantùm peccata vocat, quæ non sunt voluntaria committēti. 574. asserit nos tantum peccatum originale traducere ab Adam. 579. illius dona de infantium & puerorum actione. 562. loquens de ignorantia sæpe intelligendus est, quæ superari potest adhibita diligentia. 595. causam perimit Baianorum etiam vbi eum putant propitium. 598. illius testimonium expenditur de nat. & grat. cap. 67. 623. illum indistinctè negare ignorantiam & ea quæ fiunt ex ignorantia, esse peccata, asserit Iansenius. 628. illius tota controuersia cum Pelagianis. 633. antiquum illius errorem ibi quærunt Baiani vbi non est. 665. emendat suum antiquum errorem de Gratia. 668. *& seq.* in quo exprimat Massilienſium errorem iuxta Baianos. 672. in quibus libris approbet quod dixerat in prioribus 683. in quo libro non excedebat Semipelagianos, iuxta Baianos. 694. inter illum & Massilienses quænam erat disputatio. 732. in quo & quomodo inania eius opera essent. 770. Christi adiutorium in quo dicat esse necessarium. 774. illius vindicantur quædam testimonia. 776. quam illius doctrinam dicant Pelagianam Baiani. 777. nec in Pelagianos, nec in Semipelagianos quadrare posse expressam ab illo sententiam. 778. illius doctrina quantum distet à Pelagianorum mente. 779. illius germana doctrina de Dei gratia & vocatione. 784. *& seq.* quam admittant

Digitized by Google

vocationem. 795. in quo dicatur errauisse à Baianis. 796. & seq. illius sententia de congrua & incongrua vocatione. 800. agit de congruitate internæ & veræ gratiæ. 801. illius mens clarissima de vocatione congrua & incongrua. 804. sub nomine congruæ vocationis gratiam comprehendit. 808. quid tribuat congruæ vocationi. 809. quid complectatur sub nomine congruæ vocationis. 814. loquitur de hominibus in statu naturæ lapsæ constitutis. 814. & seq. malæ voluntatis Angelorum causam quærit. 821. illius doctrinam fuisse approbatam à summis Pontificibus. 830. quid sentiat de doctrina S. Hieronymi. 833. de illius authoritate, præsertim in iis quæ ad diuinam circa homines prouidentiam spectant. 851. eius mens de Massilientibus. 857. illius sententiæ indifferentes quomodo distinguãtur à necessariis. 859. & seq. illius opera cur cautè sint à clericis legenda. 863, 864. quòd consentiat omnibus Doctoribus ostenditur. 888. & seq. quò reducat omnes Pelagianorum controuersias. 889. quid reprehendat in Pelagianis. 892. illius doctrinam Ecclesiæ approbatione fuisse consecratam. 902. quandonam excesserit lineam veritatis. 862. eius opiniones dum loquitur vt priuatus doctor, in quo differant ab iis in quibus loquitur, vt testis Ecclesiæ. *ibid.*

Augustino contradicere eos qui PP. antiquos Semipelagianismi accusant. 5

Author peccati quis sit secundùm hæreticos. 326, 327

Auxilium ad credendum necessarium à Baianis & Massilienſibus admissum. 765

Auxilium nobis necessarium Deus non denegat. 147

Auxilij distinctio ab Aug. tradita. 747, 750

Auxilia negare naturalia quid sit. 525. quænam non negent Catholici. 526

B

BAiani in quo turpiter hallucinati sint. 18, 19, 20. si verum dicant quid sequatur. 38. quo sensu Aug. faciant hæreticum. 40, 41. quomodo absoluant Semipelagianos. 26. quid ex Augustino didicerint. 32. quosnam Patres vocent Semipelagianos 51, 52. in quo videantur ipso Caluino iniquiores. 43. quænam principia quæri velint à nobis. 88. quas quæstiones improbant Theologicas. 89. in quo secum pugnent. 120. monstrant D. Augustinum hodiernis hæreticis consentire. 313. Pelagianis suffragantur & malè coniungunt rationes supernaturalis & naturalis. 414. & seq. in quo errore versentur cum Manichæis, & Pelagianis. 435. in quo destruant germanum gratiæ supernaturalis conceptum ab Aug. expressum & traditum. 436. ad quam putant regulam omnia reformanda. 97. quid censeant de timore pœnæ. 99 quibusnam obuiarint Patribus. 49. in quo turpiter errent. 50. 52. Ecclesiæ infallibilitatem petunt dum Scholasticos insectantur. 73. in quo sapientiores esse possent. 77 quanti se existiment. 102. quid sentiant de timore seruili. 111. & seq. 120. 121. 122. 124. quomodo distinguant timorem pœnæ à timore seruili. 122. quodnam liberum arbitrium admittant. 382. æque hæretici ac Lutherus & Caluinus. *ibid.* cur nolint audire distinctionem naturalis ac supernaturalis gratiæ. 754. asserunt suam doctrinam inauditam esse apud Scholasticos. 395. indifferentiam reducunt ad statum ante peccatum. 396. damnant quod Louanienses olim absoluerunt. 660. Deum faciunt tyrannum impossibilia punientem, & Christum mendacem dum negant, &c. 184. in quo latissimè suam explicent eloquentiam, 275. in quo maximè errent. 276. inania eorum effugia contra Bullam duorum Pontificum. 277. Pelagianis consentiunt & naturæ vires contra gratiæ necessitatem extollunt. 116. quid sentiant de authore peccati. 319. quomodo anathematizent suam fidem. 279. deserunt legitimam & necessariam in interpretanda fidei

Digitized by Google

doctrina regulam. 180. secum pugnant *ibid.* quo pacto Romanorum Pontif. exsufflent decreta. 287. 288. in quo consentiant cum hæreticis contra Ecclesiam. 404. querimur de prædestinatione antecedente, quę per gratiam indifferentem est exequenda. 715. quam distinctionem afferant inter id quod est *proprium voluntatis*, & id quod est *propria voluntatis*. 787. imponunt Augustino. 796. verba Tridentini truncant, sententiam dissimulant, & contrariam affingunt. 142. *& seq.* negant indifferentiam, quam adstruit Trid. agendi vel non agendi. 196. quam doctrinam dicant esse Pelagianam. 777. vrgentur authoritate Tridentini de indifferentia ad bonum vel malum. 206. cur hæreant propositionibus quas sciunt anathemate damnatas. 268. quo sensu euaderent victores. 272. quid sentiant de amore concupiscentiæ. 325. fatentur non esse impossibilem statum puræ naturæ. 490. quàm infeliciter explicent Augustini locum ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordiis. 481. quid de possibilitate mandatorum diuinorum censeant. 240. *& seq.* quid proficeantur de effectu Sacramenti Pœnitentiæ. 336. quid intendant asserentes per charitatem posse iustum plenius obseruare mãdata Dei. 319. imponunt Caluino, nec suam ab illius doctrina distinguere possunt circa voluntatem gratiæ pedissequam. 371. affirmant quęcumque desiderant ad veram diuinæ gratiæ confessionem contineri in prioribus D. August. operibus. 686. *& seq.* quid habeant commune cum hæreticis. 294. quid sentiant de Sacerdotis absolutione. 138. quam explicationem dent verbis Tridentini de libero arbitr. 207. non possunt satisfacere Concilio Tridentino. 211. accusant erroris in fide generalis Scholarum Catholicorum pronuntiata. 561. *& seq.* falsam asserunt quæstionem philosophicam de indifferentia liberi arb. à Trid. prætermissam. 193. secum pugnant deferentes generale pronuntiatum Scholasticorum. 568. quod damnant in Hieronymo, Catholicam admittit interpretationem, & Caluini regalis aduersatur. 815. in quo differant ab hæreticis. 335. quid censeant de Sacramento Pœnitentiæ. 133. dicunt veritatem à Scholasticis Doctoribus fuisse obrutam. 291. 292. in quo hæreticis consentiant. 341. illorum mysteria. 342. quomodo argumententur de vi diuinæ Prouidentiæ. 407. quænam peccata dicant esse vera. 408. Hieronymo contradicunt secumque pugnant. 838. Scholam D. Thomæ offendunt graui impostura. 841. suffragantur Luthero contra Catholicam doctrinam. 561. *& seq.* quid probare voluerint de Massilientibus. 663. antiquum Augustini errorem. 161. quęrunt vbi non est. 665. quibus argumentis impugnare conentur status purè naturalis possibilitatem. 513. *& seq.* diluuntur. 516. Pelagianos cum Semipelagianis confundunt. 649. *& seq.* dum Augustinianæ gratiæ Caluinianam substituunt, Massilienses absoluunt. 739. quid censeant de liberi arbitrij indifferentia. 189. *& seq.* quid opponant 263. *& seq.*

Baianorum solatium quàm inane sit 310. eorum sententiam destruere gratię supernaturalis conceptum à S. Aug. expressum. 414. ad quid reducatur tota eorum doctrina de libero arbitrio, 383. de doctrina Caluini bene sentire coguntur. 384. negant indifferentiam ab hæreticis pariter negatam. 388. eorum conformitas cum hæreticis de libero arbitrio. 391. etiam in modo philosophandi. 393. eorum Theologia confusa & secum pugnans circa pœnarum timorem. 109. eorum quis sit scopus. 126. eorum Theologiæ dogmata quænam sint. 92. eorum suspecta præambula in gratiam Caluini contra Trid. 366. eorum doctrina D. Augustinum cum hæreticis condemnandum, vel hæreticos cum illo absoluendos esse. 38. *& seq.* eorum interpretatione illius testimonii

Digitized by Google

Aug. *de duobus hominibus æqualiter ſumptis*, &c. 815. eorum ſolutiones de loco Aug. ex primo Retract. interſe & cum veritate pugnare. 483. eorum inania obiecta contra Bullam Vrbani VIII. 194. eorum reſponſio conuincitur ob multiplicem cum eorũ principiis repugnantiam. 364. eorum cognatio cum hæreticis. 336. 337. eorum induſtria notanda. 118. eorum errores. 500. *& ſeq.* eorum argumenta ſoluuntur. 131. eorum principia quænam ſint. 167. eorum præcipua machina. 614. eorum implicata doctrina & confuſa de congruitate æternæ tantùm vocationis. 810. abhorrere non ſolùm à communi Eccleſiæ ſenſu, ſed etiam à mente Auguſtini quod dicunt ſi dicenda ſit congrua vera per Chriſtum gratia nullum eſſe incongruam. 812. eorum ſubterfugium præcluditur de triplici gratia à Maſſilienſibus admiſſa. 728. eorum obiecta ex D. Auguſtino quomodo diluenda 172. eorum & hæreticorum eadem doctrina 546. eorum doctrina, de verbis ab Aug. allatis *Deum in peccatis creaturæ eſſe laudandum.* 492. *& ſeq.* videre eſt qualis ſit eorum Theologia. 493. *& ſeq.* 498. eorum ſententiæ de voluntatis libertate, ſeu de libero arbtr. quàm ridiculæ. 203. eorum cogitationes de authoritate Eccleſiæ, & Conciliorum ſuſpectæ. 94. *& ſeq.* eorum doctrina de pœnitentia cum hæreticis congruit. 318. illorum lumina. 319. eos conſentire Luthero in quo fuit condemnatus *ibid.* eorum ratiocinatio de poſſibilitate ſtatus purè naturalis, quibuſnam principiis maneat confracta. 527. eorum doctrina de libero arbitrio. 198 in quo differat à doctrina Trid. 201 eorum illorum de auxiliis diuinæ gratiæ myſterium in quo concludatur. 695 ſecum pugnant & quærunt veram gratiam, vbi negant eam reperiri 695. eorum placitum de ſtatu puræ naturæ. 471. eorum ſolutiones ſoluuntur. 250. illorum reſtituitur reſponſio 900 *& ſeq.* quibuſnam obſtruantur eorum ora. 908
Gratiam reſtituit Auguſtinus. 265
Baianos reformare Gennadij doctrinam ad typos Caluinianæ. 655. ſui propoſiti immemores. 651. eos peruersè interpretari, quod illi dicebant, Adamum integris viribus adiutum à gratia volentem. 645. eos manifeſtè contradicere Conc. Tridentino. 617. eos hallucinari dum controuerſiam de poſſibilitate ſtatus purè naturalis, ad ſcopum Aug. tantum referre putant. 555 *& ſeq* eos non legiſſe Auguſtinum in epiſtola ad Hieron. vel non intellexiſſe, 477. eos Auguſtino contradicere colligitur ex Proſpero. 178. idem conuincitur ex plurimis ipſiuſmet Auguſtini teſtimoniis. 181. & ex argumento quo vti ſolet Auguſtinus contra Donatiſtas. 186. eos repugnare Aug manifeſtæ ſententiæ de poſſibilitate medij inter ſapientiam & ſtultitiam 464. eos à controuerſiæ cardinibus aberrare. 768. triumphare dum ſecum pugnant & pro Caluino 776. *& ſeq* eos abuti diſtinctione ſequenti: de auxilio *quo*, & de auxilio *ſine quo non*. 747. eos à Caluino non differre quoad facultatem liberi arb. ad eligendum inter bonum & malum. 367. eos plus probare quàm intendat Auguſtinus. 492. *& ſeq* eos eamdem inire viam, quam cœperat Caluinus 62. quid ſentiant de Scholaſticis Doctoribus 63 eos argumentari ex ſpiritu diffuſo per omnia Auguſtini opera 511. illos eandem tenere viam, quam Lutherus tenuit dum Eccleſiam deſerere voluit 94. eos dicere loca D. Auguſtini eſſe corrupta, quibus reſpondere non poſſunt. 506 *& ſeq* eos magis reprehendendos quàm Caluinus. 379. eos ſententiam Auguſtini ſicut & Tridentini deprauare. 148. *& ſeq.* eos de Maſſilienſium ingenio atque virtute nimium bene ſentire. 703 eos Auguſtini damnare opuſcula hactenus approbata 671. eos fidem tollere dum approbant propoſitiones ab Epiſcopis Romanis damnatas. 272. eos cum hæreticis & libertinis in Scholaſticorum odio & contemptu conſpirare 65. *& ſeq.* eos proponere pro certis & exploratis quæ dubia ſunt apud S.

Digitized by Google

Aug. 441. eos dissentire ab Augustino timorem pœnæ approbante 106. eos nihilominus negare liberum arbitrium quam Caluinum. 381. eos malè sentire de doctrina S. Hieronymi. 835
Baianum. fundamentum quodnam sit. 93
Baij propositiones cur à Pontificibus Romanis damnatæ. 284. à Sorbona vt hæreticædamnatæ sunt. 301
Baptismus à Christo institutus. 135. ad quid. *ibid.* quid prosit adultis secundùm Baianos. 135
Baptismus & Pœnit. quid significent. 136
Baptismi effectus in infantibus. 499
Baptizatum omni carere peccato, non omni malo. 504
Baptizatos recenter cur iussos dicere in prima communione corporis Christi, *dimitte nobis debita*, &c. 613
Beatitudo quotuplex iuxta Baianos. 527
Beatitudo imperfecta in quo consistat secundùm Baianos. 460
Beati quomodo liberi. 250. *& seq.*
Beneficium à Deo, primo homini datum quotuplex. 432. quodnam dicatur indumentum gratiæ iuxta Aug. 434
Benignitas ante te, malignitas ante te, compara & elige, ait D. Aug. 242 676
Bonum simpliciter morale quid sit. 117
Bonum naturæ conueniens posse differri ad tempus salua prouidentiæ æquitate. 516
Bulla Vrbani VIII. subreptitia à Ianseniistis dicta. 297

C

CAbala reformatrix Ecclesiæ Romanæ. 297
Cæcitas cordis an peccatum sit. 583. 631.
Caïnus cur inexcusabilis fuerit. 171
Cælestinus Papa quid censeat de quæstionibus de Prædestinatione. 859. cur laudet Augustinum. 48. quid censeat de diuina gratia. 852
Caluinus cur hæreticus 381. per quid illius doctrina de libero arb. despiciatur. 388. tollendo indifferentiã agendi, vel non agendi censetur ab omnibus errauisse 364. quid sentiat de libero arb. 361 *& seq.* quid sentiat de libertate arbitrij. 739. de quo accuset Doctores Scholasticos. 394. quid negabat in libero arbitrio. 913. quid de Scholasticis senserit. 67. quid assentiat & quid neget de libero arbitrio. 194. quid sentiat de possibilitate obseruandi Dei mandata. 360. quid sentiat de Sacramentis nouæ legis. 331. minus reprehendendus quàm Baiani. 378. in quo erret secundùm Baianos. 372. in quo differat à Molinæo. 339. in quo videatur Baianis instior. 43. doctrina de peccato. 581. eum fuisse ab Ecclesia damnatum, quòd negarer esse in homine boni & mali electionem. 656
Caluinistæ in quo differãt à Pelagianis in opinione de Gratia. 740
Capitula quatuor, quibus Ecclesia Catholica Pelagium eiusque sequaces vicit. 54
Carnis obedientiam erga spiritum quinam asserant esse naturalem homini. 405
Carnis concupiscentiam in baptismo sic dimitti, vt quamquam tracta sit à nascentibus, nihil noceat renascentibus. 504.
S. Carolus Borromæus quid sentiat de Doctoribus Scholasticis, & eorum doctrina. 80
Cassianum non negasse gratiam internam. 654
Catholicum quid sit, quid sit necesse. 37
Cautiones quibus vtuntur Baiani, vt impediant, ne cogantur fateri quam gratiam admittebant Massilienses. 757
Charitatis & sapientiæ ianua & initium. 113
Chimera quam componunt Baiani. 574
Christus se dedit redemptionem pro peccatis totius mundi, quomodo explicetur à Baianis. 187. cùm fuerit crucifixus pro omnibus, cur non omnes saluentur. 175. quomodo liber. 250. 251. mendacem faciunt Baiani. 184. eum mortem pro omnibus subiisse negant Baiani. 176. asserũt S. Paulus & sanctus Ioannes. 177. eum pro omnibus mortuum. 339. 340. 342. *& seq.* eum mortuum pro iis [illegible]

Digitized by Google

eius beneficium non recipient. 354. eum non pro fidelibus tantùm, sed etiam pro vniuerso mundo mortem gustasse. 60. semetipsum dedisse redemptionem pro omnibus nullo excepto. 178
Christi sanguis fuit Iudæ pretium. 188
ChristianorumHercules quis sit. 817
Claudius de Xaintes Episcopus Ebron. quid censeat de Gratia. 865
Clerici cur cautè legere debeant opera S. Aug. 863
Cogitationes antichristianæ Baianorum. 341. quantùm sint prouidæ. 336. 337
Cogitationes Baianorum de authoritate Ecclesiæ, & Conciliorum suspectæ 94
Cognatio Baianorum cum hæreticis. 336. 337
Communio sanctissimi Corporis Christi frequens quale sit medium. 84
Comparatio hominis stantis, & hominis lapsi in cuiusnam rei respectu fieri possit. 643
Conceptio immaculata B. Virginis, cur nundum sit dogma fidei. 567
Condemnatio Pelagiani erroris, cuiusnam authoritati tribuenda. 270
Concilium Mileuitanum, cur recurrat ad Papam in causa Pelagii. 266
Concilium Arausicanum vnde colligat quæ necessaria sunt ad confutandos errores Pelagianorum & Semipelagianorum. 50
Concilium Valentinum quid dicat de vocum nouitate, & de gratia, & de libero arbitrio. 530
Concilium Constantinopolitanum quid censeat de Patribus quos Baiani Semipelagianos vocant. 51. & quos per omnia sequuntur. 52
Concilium Tridentinum à Baianis depravatum. 148. de quo timore loquatur Canone quinto. 111. quanti faciat D. Thomam Aq. & eius doctrinam. 81. quid sentiat de timore pœnæ. 98. à Baianis malè interpretatum. 100. & *seq.* quid censeat de mandatorum diuinorum possibilitate. 140. & *seq.* quid sentiat de libero arbitrio. 361. & cur damnauit Lutherum & Caluinum. 382. quid sentiat de liberi arbitrii indifferentia. 189. & *seq.* quid dicat in eos qui Dei mandata prædicant impossibilia. 345. quid censeat de Deo omnes saluare volente. 175
Concilii apud Carisiacum habiti verba de Christo pro omnibus mortuo. 343
Concilii Tridentini authoritas vrget Baianos de indifferentia ad bonum vel malum. 206
Concilii generalis eandem esse infallibilitatem ac totius Ecclesiæ. 258
Conciliorum decretis opponitur Aug. à Baianis. 501
Concordantia quanta sit inter Patres antiquos. 56
Concupiscentia quotupliciter mala. 52. sic diminitur, vt non noceat iustificatis per baptismum. 504. quodnam sit malum. 583. cur dicatur mala. 543. quo sensu dicatur peccatum. 575. quid in nobis agat. 137. non nocet sibi non consentientibus. 589
Concupiscentię & ignorantiæ cum innocentia parvulorum conciliatio. 542. & *seq.*
Concupiscentiæ amor ab hæreticis damnatus. 322
Concupiscentiæ motus improuisi an sint peccata. 570
Concupiscentiam respectu Dei quinam dicant esse amorem vitiosum. 325
Concupiscentiam posse inesse naturæ rationali. 539
Concupiscentiam non nocere parvulis post baptismum morientibus. 501
Concupiscentiam & ignorantiam, illesa Dei sanctitate, potuisse esse primordia hominum naturalia. 536
Conformitas Baianorum cum hæreticis in doctrina de libero arb. 391. etiam in modo philosophandi. 393
Confusio hæreticorum circa opinionem de Gratia. 740
Consensio vnum Catholicæ doctrinæ argumentum. 36
Consensus vnanimis doctrinæ Patrum quæ ad vitandum Semipelagianismum est necessaria. 56
Consentire, vel non consentire diuinæ gratiæ, esse voluntatis proprium. 705
Contradictiones Concil. Trid. & Baianorum de libero arbitrio. 201
Contritio quid sit secundum Lutherum.

Digitized by Google

album nigrum dicere, si illa nigrum definierit? Hæc enim quàm sint consentanea & moribus & cogitationibus Baianorum, per se constat, & alibi monstratur.

Libro singulari de Ecclesia præsentis temporis.

Et quia generatio hæc & consensione capitum & consanguinitate doctrinæ latè patet. Quid dicent Sextò ad secundam regulam, quâ *laudabilius creditur octauo quoque die, aut saltem quolibet mense, seruatis interim debitis conditionibus Eucharistiam sumere?* hoccine admittent qui abstinentiam diuini huius cibi vsque ad finem vitæ, tanquam opus perfectissimum & maximè omnium satisfactorium, persuadere nituntur? Quid ad quartam quâ iubemur *statum religiosum laudare plurimum & virginitatem præferre matrimonio?* fidem facit censura Sorbonæ, quam sint hæc à placitis Nou-Augustinianorum abhorrentia, sicut & illud quod est in regula quinta, *de comprobandis religiosorum votis.* Iam quod præscribit decima, vt *superiorum decreta, mandata, traditiones, ritus, & mores studiosè probemus*; quomodo iis probari potest, qui disciplinam Ecclesiasticam, ea potissimum parte, quæ spectat vsum Sacramentorum Pœnitentiæ & Eucharistiæ, adeo corruptam arbitrantur, vt nisi aboleantur hodierni ritus antiquorum reuocatione, periculum sit impœnitentiæ finalis omnium mortalium? Hæc omnia & Nou-Augustinianis admodum aduersantur, & eo tamen libello continentur, cuius *omnia & singula* auctoritate sua communiuit sedes Apostolica. Dicant igitur quid sentiant de huiusmodi approbatione, & erit facile ad inueniendum quid responderi possit illi, quàm reciprocè prædicant doctrinas S. Augustini.

Atque ex his intelligere potest tota illa natio Baianorum, minimè mirum esse si ex Ignatij familia potissimum extitere, qui se ipsorum consiliis & conatibus opponerent. Cùm enim hæreditaria esset, quam petebant, eorum doctrina, non potuere qui eam ab incunabulis vitæ religiosæ, cum lacte sanctæ institutionis suxerant, hoc veluti patrimonium contra inuasores

Digitized by Google

non tueri totis viribus. Nec ſperare debent fore aliquado in hac familia, qui ſe partibus illorum adiungat, niſi ſpurium & degenerem. Quòd ſi præuiderant eorum magiſtri, dum illi Societati bellum indixere adeo crudele, altero doctrinam, altero vitam maledictis omnibus inſectando, & infamibus calumniis, næ illi non improuidi omnino fuerint nec inconſulti: & potuit eſſe quædam ratio cur iudicarent ac dicerent, quod meditabantur, doctrinæ ac diſciplinæ nouitatem in Eccleſiam inducere, non ſucceſſurum, niſi Ieſuitas perditum irent. Sed quando iam cognitum eſt cenſurâ librorum & doctrinæ Baianorum damnatione, non eſſe hanc Ieſuitarum cauſam, ſed Eccleſiæ, cuius fides & auctoritas per latera Ieſuitarum petitur; eſt quod ſibi de iſta vexatione Ieſuitę gratulentur, & decora putent, quæ à Baianis accepere vulnera. Nec aliud ſupereſt quàm modeſtiæ quoddam neceſſarium officium: ne tam glorioſæ defenſionis laudem vel ſibi vendicent ſoli, vel præcipuo quodam iure participare præ cæteris velint.

FINIS.



Digitized by Google

INDEX RERVM
ET VERBORVM.

ABSOLVTIO Sacramentalis quis actus sit. 136
Absolutio in Pœnitentiæ Sacramento quid supponat. 134
Actio bona Dei auxilio præceditur. 892
Actus quis sit dispositio ad iustificationem. 112. quis designetur ab attritione secundùm Baianos. 102
Adam quando factus spiritualis. 462. in quo differat ab eo qui est modò prædestinatus. 753. quo sensu miser ante lapsum, iuxta Baianos. 528. quomodo immortalis, & quomodo mortalis 434, eius posteri ad quam pœnam iustè damnati sint. 596. illius culpâ fieri vt eius posteri gratia destituantur, sufficienti secundùm Baianos. 164. eius peccatum solum fuisse propriè peccatum, cætera verò, quæ committuntur minimè asserunt Baiani. 500. eius adiutorium non tale fuisse, ac Angelorum, asserunt Baiani. 746 illius malum meritum fieri naturam filiorum ex illo genitorum. 486
Adiutorium Christi in quo sit necessarium, 774
Adiutorium naturalis ordinis dari. 525
Adiutorium ad credendum necessarium à Massilienſibus & Baianis admissum. 765
Adiutorium Adami & Angelorum non idem. 746
Adoptionis gratia quid sit, iuxta Baianos. 405
Adulterium sinceritatis esse, quando quis in se resilit sperando, quinam dicant. 325
Æquitas diuinæ iustitiæ quomodo defendatur ab Aug 133
Affectus an sit aliquis secundùm rectam rationem elicitus. 520
Affectus in Deum rectè tendentes quinam sint. *ibid.*
D Ambrosius à quibusnam dictus Manichæus. 8, cum Augustino & Hieronymo per omnia conformis 55
Amor concupiscentiæ, cur ab hæreticis damnetur. 322
Amorem Dei castum deberi naturæ rationali quinam asserant. 404
Angelus ante lapsum quo sensu miser, iuxta Baianos. 528
Angeli qualem habuerint in prima creatione gratiam. 440 quo sensu sint filij Dei. 429. quomodo liberi 251. 252. *& seq.* quænam fuit prima causa eorum malæ voluntatis. 821
Angeli damnati an fuerint ab initio mali. 451. an potuerint ab initio suæ creationis peccare. 451
Angelorum productio in quo fuerit inuoluta, iuxta Aug. 430. eorum voluntatem fuisse indifferentem ad perseuerandum, vel non perseuerandum. 744

Digitized by Google

Angelos fuiſſe damnatos cum nullum præceſſiſſet peccatum originale. 498
Anima quomodo bona, & quomodo non bona. 111. 118
Animam habere facultatem, adiuuante creatore, ſeipſam excolere. 520. habere à Deo poſſe, ſi velit, ad beatitudinem tendere. 531. quotuplices ſint eius incarnationes. 485
Animum ſemper malè diligere quidquid diligit, quinam aſſerant. 116
Antiquitas, vnum doctrinæ catholicæ argumentum. 36
Apoſtoli quam habuerint facultatem peccata remittendi ſecundùm hæreticos. 333
Apoſtoli factum Eccleſiam perſequentis quale fuerit. 591
Appendix ad Sacerdotem immeritiſſimum. 840
Arbitrium voluntatis liberum, quodnam ſit ſecundùm Baianos 93. *Vide* Liberum arbitrium.
Arbitrij libertas vera & propriè dicta, quid ſit iuxta Baianos, 700
Argumentari quinam ſoleant ex ſpiritu diffuſo per omnia Auguſtini opera. 511
Argumentatio ſolemnis 8 S. F P. contra hæreticos. 34
Argumentum præcipuum quo Pelagiani impugnabant peccatum originale. 15
Argumenta quibus Baiani ſtatus purè naturalis poſſibilitatem impugnare conantur. 513 514 *& ſeq* diluuntur. 516
Argumenta Baianorum ſoluuntur. 131
Aigumenta doctrinę catholicæ quot ſint. 36
Aſtutia humanis mentibus inſita quæ. 2
Attritio quid ſit ſecundùm Concilium Tridentinum. 98. 102. in quo differat à contritione. 99 quomodo vocetur à multis. 315. quis dicat eam facere hominem hypocritam, & magis peccatorem. 319 quodnam habeat motiuum. 103. à quibuſnam fuerit diſtincta à contritione. 104. cur à Luthero impugnata. *ibid*
Attritio quam Trident. dicit ſufficere cum Sacramento, quot conditiones habere debeat. 311 312
Attritionem eſſe donum Spiritus ſancti mundum inhabitantis. 137
Audaciæ inſignis argumenta. 449
Auguſtinus & cum antiquioribus Patribus, & cum Doctoribus Scholaſticis committendus, 3. *& ſeq* quid obiiciat Iuliano Pelagiano de Sanctorum Patrum doctrina. 8. *& ſeq* probat nouam eſſe Pelagianorum doctrinam. 11. *& ſeq*. probat ſuam doctrinam eſſe antiquam, & ab antiquioribus Patr. acceptam. 13 quomodo opugnet hæreſim Pelagianorum ex S. Ambroſio. 15. ſuam doctrinam ſanctis Patribus attribuit. 16 nec Patres Græcos, illius iudicio, Pelagianis & Semip. præluſiſſe. 21 ſub qua ſpecie Patres ſui anteceſſores aſpiciat. 21. 22 ſecundùm doctrinam Baianorum, vel condemnandus, cum cæteris hæreticis, vel cæteri hæretici cum illo abſoluendi. 38. *& ſeq*. quo ſenſu eſſet dicendus hæreticus. 39. à quo errore non potuerit extricari ſecundùm Baianos. 45. in quo ſequendus, & in quo deſerendus. 48. quinam eius commendationem deſtruant, & eius authoritatem euacuent. *ibid*. cur laudetur à Cæleſtino. 48. à Gelaſio Papa lumen Eccleſiæ dictum. 49. quoniam fuerint illius diſcipuli germani ſecundùm Baianos. 53 cum aliorum Patrum deſerere mentem quinam dicant. 61. morem illi ſemper fuiſſe omnia ex communi Eccleſiæ ſenſu metiri. 78 dum approbat pœnæ timorem à Baianis diſſentit. 106. Spectabat puriſſimum interioris gratiæ inimicos. 109. longe diſcrepat à Baianorum opinionibus. 139. à Baianis depranatus. 148. *& ſeq*. illius teſtimonia pro ſufficiente gratia ad ſeruanda Dei præcepta. 111 *& ſeq*. quid exigebat à Pelagianis de Dei mandatis. 155. docet gratiam ſufficientem ſingulis à Deo dari ad Dei mandata ſeruanda. 157. *& ſeq*. quæ fuerit illius ſententia de gratia, poteſt facile cognoſci ex eius diſcipulis. 170 cur habuerit contentionem cum Pelagi-

Digitized by Google

mis. 174. illi Baianos contradicere colligitur ex Prosper. 178. & ex illius plurimis testimoniis. 181 & ex argumento quo vti solet contra Donatistas. 186

Augustinus pro Conc. Trid. contra Baianos circa indifferentiam liberi arbitrij. 212 asserit homines posse facere quod omittunt. 218 eius doctrina in libro de spiritu & littera expenditur. 220. quomodo explicet hæc verba, *Deus vult omnes saluos fieri, &c.* 222. diuinæ iustitiæ defendit æquitatem. 223. illius testimonia pro indifferentia liberi arbitrii 234. agnoscit indifferentiam etiam in voluntate obstinatorum. 245. nusquam propitius Baianis 255 minimè opponendus decretis Pontificum. 263 *& seq.* restitit Baianis. 281 cur miserit ad Innocentium suum librum de natura & gratia. 168. cur ad Bonifacium Papam dirigat disputationē contra duas epistolas Pelagianorum. 271. quid dicat contra Donatistas de libero arbitrio. 271. omnia illius opera ab omnibus summis Pontificibus approbata. 282. illum in se notitiæ veræ Theologicæ limites fixisse asserunt Baiani 307. mōstratur à Baianis hodiernis hæreticis consentire. 313 illum asserere quod hæretici & Baiani negant. 384. asserit gratiam proprie dictam non deberi merito. 424. quid dicat de infantium miseriis. 442. eius dubium de infantibus sine baptismo morientibus. 445. 447. duo respondit Manichæorum quærelis de pœnis infantium. 446. quid dicat de peccantibus Angelis. 451. plus probare Baianos quàm ille intendat. 452. cur fateatur capere non posse quomodo dæmones beati fuerint ante peccatum. 453. quid censeat de creatione animæ rationalis. 457. asserit Deum laudandum quamuis ignorantia & difficultas essent primordia hominis naturalia. 471. in Epistola ad Hieronymum, vel non attente lectus, vel non intellectus, 477. quàm infeliciter explicetur à Baianis eius locus ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordiis. 481. illius locus in Psalmum 70. expenditur. 497. *& seq.* à Baianis opponitur Conciliorum & Pontificum decretis. 501. asserit mala naturalia non repugnare innocenti naturæ in adultis. 533. illius doctrinæ basis præcipua de concupiscentia. 538. qua ratione potuerit inferre peccatum originale ex naturalibus malis puerorum. 546. omne peccatum censet debere esse voluntarium. 571. amplectitur generale pronuntiarum Scholasticorum contra Baianos. *ibid & seq.* improprie tantùm peccata vocat, quæ non sunt voluntaria committēti. 574. asserit nos tantum peccatum originale traducere ab Adam. 579. illius dona de infantium & puerorum actione. 562. loquens de ignorantia sæpe intelligendus est, quæ superari potest adhibita diligentia. 595. causam perimit Baianorum etiam vbi eum putant propitium. 598. illius testimonium expenditur de nat. & grat. cap. 67. 623. illum indistinctè negare ignorantiam & ea quæ fiunt ex ignorantia, esse peccata, asserit Iansenius. 628. illius tota controuersia cum Pelagianis. 633. antiquum illius errorem ibi quærunt Baiani vbi non est. 665. emendat suum antiquum errorem de Gratia. 668. *& seq.* in quo exprimat Massilienſium errorem iuxta Baianos. 672. in quibus libris approbet quod dixerat in prioribus 683. In quo libro non excedebat Semipelagianos, iuxta Baianos. 694. inter illum & Massilienses quænam erat disputatio. 732. in quo & quomodo inania eius opera essent. 770. Christi adiutorium in quo dicat esse necessarium. 774. illius vindicantur quædam testimonia. 776. quam illius doctrinam dicant Pelagianam Baiani. 777. nec in Pelagianos, nec in Semipelagianos quadrare posse expressam ab illo sententiam. 778. illius doctrina quantum distet à Pelagianorum mente, 779. illius germana doctrina de Dei gratia & vocatione. 784. *& seq.* quam admittant

vocationem. 795. in quo dicatur errauiſſe à Baianis. 796. & ſeq. illius ſententia de congrua & incongrua vocatione. 800. agit de congruitate internæ & veræ gratiæ. 802. illius mens clariſſima de vocatione congrua & incongrua. 804. ſub nomine congruæ vocationis gratiam comprehendit. 808. quid tribuat congruæ vocationi. 809. quid complectatur ſub nomine congruæ vocationis. 814. loquitur de hominibus in ſtatu naturæ lapſæ conſtitutis. 814. & ſeq. malæ voluntatis Angelorum cauſam quærit. 821. illius doctrinam fuiſſe approbatam à ſummis Pontificibus. 830. quid ſentiat de doctrina S. Hieronymi. 833. de illius authoritate, præſertim in iis quæ ad diuinam circa homines prouidentiam ſpectant. 851. eius mens de Maſſilienſibus. 857. illius ſententiæ indifferentes quomodo diſtinguãtur à neceſſariis. 859. & ſeq. illius opera cur eauté ſint à clericis legenda. 863, 864. quòd conſentiat omnibus Doctoribus oſtenditur. 888. & ſeq. quò reducat omnes Pelagianorum controuerſias. 889. quid reprehendat in Pelagianis. 891. illius doctrinam Eccleſiæ approbatione fuiſſe conſecratam. 902. quandonam exceſſerit lineam veritatis. 862. eius opiniones dum loquitur vt priuatus doctor, in quo differant ab iis in quibus loquitur, vt teſtis Eccleſiæ. ibid.

Auguſtino contradicere eos qui PP. antiquos Semipelagianiſmi accuſant. 5

Author peccati quis ſit ſecundùm hæreticos. 326, 327

Auxilium ad credendum neceſſarium à Baianis & Maſſilienſibus admiſſum. 765

Auxilium nobis neceſſarium Deus non denegat. 147

Auxilij diſtinctio ab Aug. tradita. 747, 750

Auxilia negare naturalia quid ſit. 525. quænam non negent Catholici. 526

B

BAiani in quo turpiter hallucinati ſint. 18,19,20. ſi verum dicant quid ſequatur. 38. quo ſenſu Aug. faciant hæreticum. 40, 41. quomodo abſoluant Semipelagianos. 26. quid ex Auguſtino didicerint. 31. quoſnam Patres vocent Semipelagianos 51, 52. in quo videantur ipſo Caluino iniquiores. 43. quænam principia queri velint à nobis. 88. quas queſtiones improbant Theologicas. 89. in quo ſecum pugnent. 120. monſtrant D. Auguſtinum hodiernis hæreticis conſentire. 313. Pelagianis ſuffragantur & malè coniungunt rationes ſupernaturalis & naturalis. 414. & ſeq. in quo errore verſentur cum Manichæis, & Pelagianis. 435. in quo deſtruant germanum gratiæ ſupernaturalis conceptum ab Aug. expreſſum & traditum. 436. ad quam putant regulam omnia reformanda. 97. quid cenſeant de timore pœnæ. 99

quibuſnam obuiarint Patribus. 49. in quo turpiter errent. 50. 52. Eccleſiæ infallibilitatem petunt dum Scholaſticos infectantur. 73. in quo ſapientiores eſſe poſſent. 77 quanti ſe eſtiment. 102. quid ſentiant de timore ſeruili. 111. & ſeq. 120 121. 122. 124. quomodo diſtinguant timorem pœnæ à timore ſeruili. 122. quodnam liberum arbitrium admittant. 382. æque hæretici ac Lutherus & Caluinus. ibid. cur nolint audire diſtinctionem naturalis ac ſupernaturalis gratiæ. 754. aſſerunt ſuam doctrinam inauditam eſſe apud Scholaſticos. 395. indifferentiam reducunt ad ſtatum ante peccatum. 396. damnant quod Louanienſes olim abſoluerunt. 660. Deum faciunt tyrannum impoſſibilia punientem, & Chriſtum mendacem dum negant, &c. 184. in quo latiſſimè ſuam explicent eloquentiam, 275. in quo maximè errent. 276. inania eorum effugia contra Bullam duorum Pontificum. 277. Pelagianis conſentiunt & naturæ vires contra gratiæ neceſſitatem extollunt. 126. quid ſentiant de authore peccati. 329. quomodo anathematizent ſuam fidem. 279. deſerunt legitimam & neceſſariam in interpretanda fidei

Digitized by Google

doctrina regulam. 280. secum pugnant *ibid.* quo pacto Romanorum Pontif. exsuffient decreta. 287. 288. in quo consentiant cum hæreticis contra Ecclesiam. 404. queruntur de prædestinatione antecedente, quę per gratiam indifferentem est exequenda. 715. quam distinctionem afferant inter id quod est *proprium voluntatis*, & id quod est *propria voluntatis*. 787. imponunt Augustino. 796. verba Tridentini truncant, sententiam dissimulant, & contrariam affingunt. 142. *& seq.* negant indifferentiam, quam adstruit Trid. agendi vel non agendi. 196. quam doctrinam dicant esse Pelagianam. 777. vrgentur authoritate Tridentini de indifferentia ad bonum vel malum. 206. cur hæreant propositionibus quas sciunt anathemate damnatas. 268. quo sensu euaderent victores. 272. quid sentiant de amore concupiscentiæ. 315. fatentur non esse impossibilem statum puræ naturæ. 490. quàm infeliciter explicent Augustini locum ex primo Retract. de ignorantia & difficultate naturalibus primordiis. 481. quid de possibilitate mandatorum diuinorum censeant. 540. *& seq.* quid profiteantur de effectu Sacramenti Pœnitentiæ. 336. quid intendant asserentes per charitatem posse iustum plenius obseruare mãdata Dei. 359. imponunt Caluino, nec suam ab illius doctrina distinguere possunt circa voluntatem gratiæ pediſſequam. 372. affirmant quęcumque desiderant ad veram diuinæ gratiæ confessionem contineri in prioribus D. August. operibus. 686. *& seq.* quid habeant commune cum hæreticis. 294. quid sentiant de Sacerdotis absolutione. 138. quam explicationem dent verbis Tridentini de libero arbitr. 207. non possunt satisfacere Concilio Tridentino. 211. accusant erroris in fide generalia Scholarum Catholicorum pronuntiata. 561. *& seq.* falsam asserunt quæstionem philosophicam de indifferentia liberi arb. à Trid. prætermissam. 193. secum pugnant deferentes generale pronuntiatum Scholasticorum. 568. quod damnant in Hieronymo, Catholicam admittit interpretationem, & Caluini regalis aduersatur. 815. in quo differant ab hæreticis. 335. quid censeant de Sacramento Pœnitentiæ. 133. dicunt veritatem à Scholasticis Doctoribus fuisse obrutam. 291. 292. in quo hæreticis consentiant. 341. illorum mysteria. 342. quomodo argumententur de vi diuinæ Prouidentiæ. 407. quænam peccata dicant esse vera. 408. Hieronymo contradicunt secumque pugnant. 838. Scholam D. Thomæ offendunt graui impostura. 841. suffragantur Luthero contra Catholicam doctrinam. 561. *& seq.* quid probare voluerint de Massilientibus. 663. antiquum Augustini errorem. 161. quęrunt vbi non est. 665. quibus argumentis impugnare conentur statum purè naturalis possibilitatem. 513. *& seq.* diluuntur. 516. Pelagianos cum Semipelagianis confundunt. 649. *& seq.* dum Augustinianæ gratiæ Caluinianam substituunt, Massilienses absoluunt. 739. quid censeant de liberi arbitrij indifferentia. 189. *& seq.* quid opponant. 263. *& seq.*

Baianorum solatium quàm inane sit 310. eorum sententiam destruere gratię supernaturalis conceptum à S. Aug. expressum. 414. ad quid reducatur tota eorum doctrina de libero arbitrio, 383. de doctrina Caluini bene sentire coguntur. 384. negant indifferentiam ab hæreticis pariter negatam. 388. eorum conformitas cum hæreticis de libero arbitrio. 391. etiam in modo philosophandi. 393. eorum Theologia confusa & secum pugnans circa pœnarum timorem. 109. eorum quis sit scopus. 126. eorum Theologiæ dogmata quænam sint. 92. eorum suspecta præambula in gratiam Caluini contra Trid. 366. eorum doctrina D. Augustinum cum hæreticis condemnandum, vel hæreticos cum illo absoluendos esse. 38. *& seq.* eorum interpretatione illius testimo-

Aug. *de duobus hominibus æqualiter sumptis*, &c. 815. eorum solutiones de loco Aug. ex primo Retract. interse & cum veritate pugnare. 483. eorum inania obiecta contra Bullam Vrbani VIII. 194. eorum responsio conuincitur ob multiplicem cum eorũ principiis repugnantiam. 364. eorum cognatio cùm hæreticis. 336. 337. eorum industria notanda. 118. eorum errores. 500. *& seq.* eorum argumenta soluuntur. 131. eorum principia quænam sint. 167. eorum præcipua machina. 614. eorum implicata doctrina & confusa de congruitate æternæ tantùm vocationis. 810. abhorrere non solùm à communi Ecclesiæ sensu, sed etiam à mente Augustini quod dicunt si dicenda sit congrua vera per Christum gratia nullum esse incongruam. 812. eorum subterfugium præcluditur de triplici gratia à Massilienſibus admissa. 728. eorum obiecta ex D. Augustino quomodo diluenda 172. eorum & hæreticorum eadem doctrina 546. eorum doctrina, de verbis ab Aug. allatis *Deum in peccatis creaturæ esse laudandum.* 492. *& seq.* videre est qualis sit eorum Theologia. 493. *& seq.* 498. eorum sententiæ de voluntatis libertate, seu de libero arbtr. quàm ridiculæ. 203. eorum cogitationes de authoritate Ecclesiæ, & Conciliorum suspectæ. 94. *& seq.* eorum doctrina de pœnitentia cum hæreticis congruit. 318. illorum lumina. 319. eos consentire Luthero in quo fuit condemnatus *ibid.* eorum ratiocinatio de possibilitate status purè naturalis, quibusnam principiis maneat confracta. 527. eorum doctrina de libero arbitrio. 198 in quo differat à doctrina Trid. 201 totum illorum de auxiliis diuinæ gratiæ mysterium in quo concludatur. 695 secum pugnant & quærunt veram gratiam, vbi negant eam reperiri 695. eorum placitum de statu puræ naturæ. 471. eorum solutiones soluuntur. 250. illorum refellitur responsio 900 *& seq.* quibusnam obstruantur eorum ora. 908
iam refellit Augustinus. 265

Baianos reformare Gennadij doctrinam ad typos Caluinianæ. 655. sui propositi immemores. 611. eos peruersè interpretari, quod illi dicebant, Adamum integris viribus adiutum à gratia volentem. 645. eos manifestè contradicere Conc. Tridentino. 617. eos hallucinari dum controuersiam de possibilitate status purè naturalis, ad scopum Aug. tantum referre putant. 555 *& seq* eos non legisse Augustinum in epistola ad Hieron. vel non intellexisse, 477. eos Augustino contradicere colligitur ex Prospero. 178. idem conuincitur ex plurimis ipsiusmet Augustini testimoniis. 181. & ex argumento quo vti solet Augustinus contra Donatistas. 186. eos repugnare Aug manifestæ sententiæ de possibilitate medij inter sapientiam & stultitiam 464. eos à controuersiæ cardinibus aberrare. 768. triumphare dum secum pugnant & pro Caluino 776. *& seq* eos abuti distinctione sequenti: de auxilio *quo*, & de auxilio *sine quo non*. 747. eos à Caluino non differre quoad facultatem liberi arb. ad eligendum inter bonum & malum. 367. eos plus probare quàm intendat Augustinus. 452. *& seq* eos eamdem inire viam, quam cœperat Caluinus 62. quid sentiant de Scholasticis Doctoribus 63. eos argumentari ex spiritu diffuso per omnia Augustini opera 511. illos eandem tenere viam, quam Lutherus tenuit dum Ecclesiam deserere voluit 94. eos dicere loca D. Augustini esse corrupta, quibus respondere non possunt. 506 *& seq* eos magis reprehendendos quàm Caluinus. 379. eos sententiam Augustini sicut & Tridentini deprauare. 148. *& seq.* eos de Massilienſium ingenio atque virtute nimium bene sentire. 703. eos Augustini damnare opuscula hactenus approbata 671. eos fidem tollere dum approbant propositiones ab Episcopis Romanis damnatas. 272. eos cum hæreticis & libertinis in Scholasticorum odio & contemptu conspirare 65. *& seq.* eos proponere pro certis & exploratis quæ dubia sunt apud S.

Digitized by Google

Aug. 441. eos dissentire ab Augustino timorem pœnæ approbante 106. eos nihilominus negare liberum arbitrium quam Caluinum. 381. eos malè sentire de doctrina S. Hieronymi. 835
Baianism. fundamentum quodnam sit. 93
Baij propositiones cur à Pontificibus Romanis damnatæ. 284. à Sorbona vt hæreticædamnatæ sunt. 301
Baptismus à Christo institutus. 135. ad quid. *ibid.* quid prosit adultis secundùm Baianos. 135
Baptismus & Pœnit. quid significent. 136
Baptismi effectus in infantibus. 499
Baptizatum omni carere peccato, non omni malo. 504
Baptizatos recenter cur iussos dicere in prima communione corporis Christi, *dimitte nobis debita*, &c. 613
Beatitudo quotuplex iuxta Baianos. 527
Beatitudo imperfecta in quo consistat secundùm Baianos. 460
Beati quomodo liberi. 250. *& seq.*
Beneficium à Deo, primo homini datum quotuplex. 432. quodnam dicatur indumentum gratiæ iuxta Aug. 434
Benignitas ante te, malignitas ante te, compara & elige, ait D. Aug. 142 676
Bonum simpliciter morale quid sit. 117
Bonum naturæ conueniens posse differri ad tempus salua prouidentiæ æquitate. 516
Bulla Vrbani VIII. subreptitia à Ianseniistis dicta. 297

C

CAbala reformatrix Ecclesiæ Romanæ. 297
Cæcitas cordis an peccatum sit. 583. 631.
Cainus cur inexcusabilis fuerit. 171
Cælestinus Papa quid censeat de quæstionibus de Prædestinatione. 859. cur laudet Augustinum. 48. quid censeat de diuina gratia. 851
Caluinus cur hæreticus 381. per quid illius doctrina de libero arb. despiciatur. 388. tollendo indifferentiã agendi, vel non agendi censetur ab omnibus errauisse 364. quid sentiat de libero arb. 361 *& seq.* quid sentiat de libertate arbitrij. 739. de quo accuset Doctores Scholasticos. 394. quid negabat in libero arbitrio. 913. quid de Scholasticis senserit. 67. quid assentiat & quid neget de libero arbitrio. 194. quid sentiat de possibilitate obseruandi Dei mandata. 360. quid sentiat de Sacramentis nouæ legis. 331. minus reprehendendus quàm Baiani. 378. in quo erret secundùm Baianos. 372. in quo differat à Molinæo. 339. in quo videatur Baianis iustior. 43. doctrina de peccato. 581. eum fuisse ab Ecclesia damnatum, quòd negarer esse in homine boni & mali electionem. 656
Caluinistæ in quo differãt à Pelagianis in opinione de Gratia. 740
Capitula quatuor, quibus Ecclesia Catholica Pelagium eiusque sequaces vicit. 54
Carnis obedientiam erga spiritum quinam asserant esse naturalem homini. 405
Carnis concupiscentiam in baptismo sic dimitti, vt quamquam tracta sit à nascentibus, nihil noceat renascentibus. 504.
S. Carolus Borromæus quid sentiat de Doctoribus Scholasticis, & eorum doctrina. 80
Cassianum non negasse gratiam internam. 654
Catholicum quid sit, quid sit necesse. 37
Cautiones quibus vtuntur Baiani, vt impediant, ne cogantur fateri quam gratiam admittebant Massilienses. 757
Charitatis & sapientiæ ianua & initium. 123
Chimera quam componunt Baiani. 574
Christus se dedit redemptionem pro peccatis totius mundi, quomodo explicetur à Baianis. 187. cùm fuerit crucifixus pro omnibus, cur non omnes saluentur. 175. quomodo liber. 250. 251. mendacem faciunt Baiani. 184. eum mortem pro omnibus subiisse negant Baiani. 176. asserũt S. Paulus & sanctus Ioannes. 177. eum pro omnibus mortuum. 339. 340. 342. *& seq.* eum mortuum pro iis [illegible]

Digitized by Google

eius beneficium non recipient. 354. eum non pro fidelibus tantùm, sed etiam pro vniuerso mundo mortem gustasse. 60. semetipsum dedisse redemptionem pro omnibus nullo excepto. 178
Christi sanguis fuit Iudæ pretium. 188
ChristianorumHercules quis sit. 817
Claudius de Xaintes Episcopus Ebron. quid censeat de Gratia. 865
Clerici cur cautè legere debeant opera S. Aug. 863
Cogitationes antichristianæ Baianorum. 341. quantùm sint prouidæ. 336. 337
Cogitationes Baianorum de authoritate Ecclesiæ, & Conciliorum suspectæ 94
Cognatio Baianorum cum hæreticis. 336. 337
Communio sanctissimi Corporis Christi frequens quale sit medium. 84
Comparatio hominis stantis, & hominis lapsi in cuiusnam rei respectu fieri possit. 643
Conceptio immaculata B. Virginis, cur nundum sit dogma fidei. 567
Condemnatio Pelagiani erroris, cuiusnam authoritati tribuenda. 270
Concilium Mileuitanum, cur recurrat ad Papam in causa Pelagii. 266
Concilium Arausicanum vnde colligat quæ necessaria sunt ad confutandos errores Pelagianorum & Semipelagianorum. 50
Concilium Valentinum quid dicat de vocum nouitate, & de gratia, & de libero arbitrio. 530
Concilium Constantinopolitanum quid censeat de Patribus quos Baiani Semipelagianos vocant. 51. & quos per omnia sequuntur. 52
Concilium Tridentinum à Baianis depravatum. 148. de quo timore loquatur Canone quinto 111. quanti faciat D. Thomam Aq. & eius doctrinam. 81. quid sentiat de timore pœnæ. 98. à Baianis malè interpretatum. 100. & *seq.* quid censeat de mandatorum diuinorum possibilitate. 140. & *seq.* quid sentiat de libero arbitrio. 361. & cur damnauit Lutherum & Caluinum. 382. quid sentiat de liberi arbitrii indifferentia. 189. & *seq.* quid dicat in eos qui Dei mandata prædicant impossibilia. 345. quid censeat de Deo omnes saluare volente. 175
Concilii apud Carisiacum habiti verba de Christo pro omnibus mortuo. 343
Concilii Tridentini authoritas viget Baianos de indifferentia ad bonum vel malum. 206
Concilii generalis eandem esse infallibilitatem ac totius Ecclesiæ. 258
Conciliorum decretis opponitur Aug. à Baianis. 501
Concordantia quanta sit inter Patres antiquos. 56
Concupiscentia quotupliciter mala. 52. sic dimittitur, vt non noceat iustificatis per baptismum. 504. quodnam sit malum. 583. cur dicatur mala. 543. quo sensu dicatur peccatum. 575. quid in nobis agat. 137. non nocet sibi non consentientibus. 589
Concupiscentię & ignorantiæ cum innocentia paruulorum conciliatio. 542. & *seq.*
Concupiscentiæ amor ab hæreticis damnatus. 322
Concupiscentiæ motus improuisi an sint peccata. 570
Concupiscentiam respectu Dei quinam dicant esse amorem vitiosum. 325
Concupiscentiam posse inesse naturæ rationali. 539
Concupiscentiam non nocere paruulis post baptismum morientibus. 501
Concupiscentiam & ignorantiam, illesa Dei sanctitate, potuisse esse primordia hominum naturalia. 536
Conformitas Baianorum cum hæreticis in doctrina de libero arb. 391. etiam in modo philosophandi. 393
Confusio hæreticorum circa opinionem de Gratia. 740
Consensio vnius Catholicæ doctrinæ argumentum. 36
Consensus vnanimis doctrinæ Patrum quæ ad vitandum Semipelagianismum est necessaria. 56
Consentire, vel non consentire diuinæ gratiæ, esse voluntatis proprium. 705
Contradictiones Concil. Trid. & Baianorum de libero arbitrio. 201
Contritio quid sit secundum Lutherum.

Digitized by Google

315. quotuplici via paretur ſecundùm Lutherum. 205. quænam ſit mala ſecundùm hæreticos. 321
Contritio imperfecta quot & quales debeat habere conditiones. 321. 322. à quibuſnam fuerit diſtincta ab Attritione. 104
Contritio quæ dicitur à Scholaſticis attritio, à quo repudiatur. 315
Controuerſia de libero arbitrio Tridentinum inter & Caluinum. 194
Controuerſia tota Aug. cum Pelagianis. 633
Conuerſio Manichæorum pro qua orabat Aug. quænam erat. 687
Cornelius Muſſus Epiſcopus, quid cenſeat de Gratia & de Auguſt. 865
Corruptio quænam vitiola, & quæ minime. 484
Creatio Exiſtentiæ fuit indebita & gratuita. 429
Creator ſemper eſt laudandus in peccatis creaturæ. 452
Creatura rationalis an habeat gratiam adoptionis in ipſo ſui exordio. 461. habet facultatem ſufficientiſſimam ad eliciendum caſtum amorem. 459
Credere vel non credere, eſſe in arbitrio voluntatis humanæ. 705
Credere cur Dei ſit & noſtrùm. 789
Credendi voluntas à quo nobis tribuatur. 781

D

Dæmones quomodo liberi. 250. *& ſeq.* an fuerint ab initio mali. 451. an potuerint ab initio ſuæ creationis peccare. 452
Dæmones fuiſſe beatos ante peccatum, cur dubitet Auguſtinus. 453
Damaſus Papa quandonam agebat cum S. Hieronymo. 833
Damnatio quid tollat in natura. 486
Damnationem hominum hæreditariam vllam eſſe quis neget. 6
Debitum nullum eſſe gratuitum. 424
Decreta ſummorum Pontificum quo pacto exſufflentur à Baianis. 287
Delectationis victricis neceſſitas ad bene volendum, &c. vnde ſit. 697
Delectationem aliquam præuiam eſſe neceſſariam voluntati, vt fiat potens ad volendum, aſſerunt Baiani. 193
Delectationes quid ſint iuxta Baianos. 699
Deſertio Dei in quo poſita ſit. 152
Determinatio quid ſit. 719
Deus quomodo poſſit cenſeri diſcernere fidelem ab infideli. 724 cur tales adhiberi ſuaſiones & vocationes, vt etiam perſuadeat. 790. ſua miſericordia noſtram præuenit fidem. 670. in quo ſit author peccati à Baianis. 110 cur naturæ legem ſcripſerit in cordibus hominum. 600. in omnium conſcientia loquitur. 601. agit nobiſcum vt eum quæramus, recordemur, ſitiamus. 492. ſic homines vocat vt non determinet neceſſariò. 221. quibus modis homines ad ſalutem vocet. 181
Deus vult omnes ſaluos fieri, &c. quomodo explicetur ab Aug. 221 551. quare puniat non perſeuerantes. 171. quomodo liber 250. 251 quomodo deſerat homines. 144. quam gratiam non ſubſtrahat. 147. non deſerit niſi deſeratur, vt piè ſemper iuſtèque viuatur, vt ait Aug. de Natura & Gratia cap. 26. 152. cur infantem ſtatim moriturum producat. 464. 465. quomodo mala huius vitæ pueris innocentibus decernat. 554. quomodo velit omnes ſaluos, quomodo ita iuuet, ita vocet, vt non adiuuet liberum arbitrium. 785. quomodo operetur fidem. 787. impoſſibilia non iubet, quod negant Baiani 242. eius auxilium gratuitum & nulli merito debitum, bonam voluntatem & bonam actionem præcedere. 892. eius mandata quot modis dicantur ab hæreticis impoſſibilia. 357. *& ſeq.* eius donum an detur hominibus nec ne. 124. eius dona quomodo explicentur à Baianis 745. eius largitas quanta ſit in paruulis. 648 eius voluntatem eſſe vt quiſque in bona maneat voluntate. 170. eius voluntate nullum perire, ſed permiſſu. 660
Dei eſſe quòd velit, ſed noſtrùm eſſe quòd ſequamur. 683
Dei mandata. *Vide* mandata *vel* præcepta. 148. eius mandata eſſe omnibus poſſibilia cum eius gratia. 35. eius proprium eſt dare ſpiritum

Digitized by Google

& consentiendi potestatem vel dissentiendi. 789
Dei operatio circa Angelos & homines quotuplex, iuxta Aug. 431
Deo agente interiùs vt velimus proprissima gratia est. 809
Deum non posse esse authorem concupiscentiæ, quinam dicant, 517
Deum voluntates bonas præuenire. 739
Deum-ne pœnituerit dedisse Gratiam Angelis dum erant in via. 744
Deum velle sanare eos qui non sanantur. 626. & saluare eos qui non saluantur. 627
Deum agere cum anima rationali, vt ei credat. 183
Deum esse saluatorem omnium, maxime fidelium: quomodo intelligendum. 189
Deum velle vt omnes salui fiant explicatur à Prospero. 171, 180 ab Augustino. 183. 339. eum ita mouere voluntatem per suam gratiam, vt nostræ deinde electionis sit obtemperare vel refragari, negat Caluinus afferens hoc fuisse male creditum. 655. eum velle aliquando vt homines naticantur cum defectibus 461. eum illuminare omnes homines gratiæ suæ lumine. 186. eum non potuisse talem ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur, quinam asserant. 164, 274. eum non tantùm in peccatis creaturæ laudandum, sed etiam in miseriis ignorantiæ, &c. 491. eum dare sufficientem facultatem creaturæ rationali castum amorem eliciendi 459. illum tenere beatam creaturam creare quinam asserant. 460. eum non nos deserere nisi prius à nobis deseratur. 146. eum non misereri dando pacem peccatoribus, nisi præcesserit pœnitentia. 673 eum laudandum quamuis ignorantia & difficultas essent primordia hominis naturalia. 471. eum nullam habuisse intentionem, quæ salutem spectaret eorum, qui reipsa non saluantur: asserunt Baiani. 500 cur eis deneget gratiam. ad perseuerandum necessariam *ibid.* eum in arbitrio imæ potestate posuisse, si vellet, ad beatitudinẽ tendere 521. eum prædeterminare ad omnia flagitia asserit Caluinus, quem sequuntur Baiani. 467. 495. eum non præcipere homini quod sit humanæ voluntati impossibile. 621. eum esse authorem peccati asserunt hæretici. 327. 328. eum non aliter donare quàm quia naturæ est author, quinam id asserant. 651. eum non posse pati vllam miseriam in creatura rationali & innocenti quinam asserant. 43. eum solum præstare quod voluerimus. 798. eum talem potuisse ab initio creare hominem, qualis nunc nascitur. 411. eum posse damnare iustum. 497. eum damnasse Angelos cùm nullum precessisset peccatum originale. 498. eum tyrannum faciunt Baiani. 184. eum non deserere sua gratia semel iustificatos. 315
Diaboli artificium tentando. 609
Differentia inter Baianos & hæreticos. 335
Discipuli S Augustini, quinam secundum Baianos fuere. 53
Discretio qua discernitur fidelis ab infideli fidei formaliter tribuitur. 744
Dissensum actualem non posse iungi cum actuali monitione Dei, asserunt Baiani. 197
Distinctio quam faciunt Baiani de impotentia quàm ridicula sit. 163
Distinctio liberi & necessarii. 42
Doctores præcipui diuersorum Ordinum & nationum, quid censeant de Gratia, & S. Aug. doctrina. 871. & *seq.*
Doctores Sorbonici à quo vocentur Theologastri 66
Doctores Sorbonici à quibusnam vocentur *noui Pelagiani*. 85
Doctores Scholastici quid prosint Ecclesiæ secundùm hæreticos. 65 de quo accusentur à Caluino. 594. quibusnam vehementer inuisi. 82. eos Baianorum opiniones destruere. 63
Doctores nostri quid sentiant de Prædestinatione, & quotuplex de ea sit eorum opinio 715
Doctorum Scholasticorum quanta sit authoritas 81
Doctrina Cathol ca quo sensu ab Ecclesia damnaretur secundùm Baianos. 288. 289
Doctrina Concil. Trid. de libero arb in quo differat à doctrina Baian. 201

Digitized by Google

Doctrina de Prædestinatione quænam Semipelagiana. 41
Doctrina quænam sit à S. Carolo Borromæo dicta solida. 83
Doctrina quænam sit adultera & adulterina. 30 quomodo vera sit, à falsa discernenda. 33
Doctrina hæreticorum de libero arbitrio. 162
Doctrina quam Baiani dicunt esse Pelagianam, quænam sit. 777. & seq.
Doctrina quænam sit de mendacio præiudicanda. 40
Doctrina qua condemnatur Semipelagianorum doctrina. 51
Doctrina Pelagianorum qualis. 857
Doctrina Lutheri de constitione damnata. 316
Doctrina Massilienſium in quo differat à Thomistarum doctrina. 640
Doctrina Massilienſium de necessitate gratiæ. 641
Doctrinæ Catholicæ quot sint argumenta. 36
Doctrinæ Catholicæ & Augustinianæ præcipua basis. 138
Doctrinæ religionis orthodoxæ quinam aduersentur. 323
Doctrinæ hæreticorum quæ & quot capita. 332
Doctrinæ Baianorum contradictiones. 202. & seq.
Doctrinam S. Augustini approbatam fuisse à summis Pontificibus. 830
Doctrinam indubitatam Doctorũ Schol. esse indubitatam doctrinam Ecclesiæ. 411
Doctrinam Pelagianorum nouam esse probat Aug. 11. & seq. suam verò antiquam & orthodoxam. 13
Dogma hodiernorum hæreticorum de obseruatione mandatorum Dei. 344
Dogmata veræ religionis quæ, & quæ falsæ. 81.82
Dogmata Massilienſium quomodo vocentur à S. Prospero. 857. quid credebant, & in quo differebant à Pelagianis. ibid.
Dogmata Theologiæ Baianorum quænam sint. 92
Dolor conceptus ex beatitudinis amissione à quibusnam dicatur vitiosus. 321
Donatistæ quandonam cœperint Romanos accusare Pontifices. 295
Donum perseuerantiæ in quo consistat. 647
Donum supernaturale vt sit supernaturale quid requirat. 423.
Donum Dei an aliquod sit sine pœnitentia. 744
Duellum liberi arbitrij cum diuina gratia, quo prætextu committatur. 803

E

Ecclesia quid sit secundùm Baianos. 97
Ecclesia quo sensu Semipelagianismum exalauisset. 42. quis dixerit illam in errorem lapsam. ibid. quibusnam placitis tuendis suam oppignerarit authoritatem. 74. quo sensu diuersas possit habere opiniones. 75. quid semper de necessitate actualis gratiæ censuerit. 839. cur semper caros habuerit doctores Scholasticos. 71.72.
Ecclesia vt dicatur Catholica quid requiritur. 39. illius machinæ. 41.42
Ecclesiæ sensus ad hunc diem contradicit doctrinæ Baianorum. 837. illius indubitatam doctrinam esse eandem cum indubitata Scholasticorum doctrina. 411 eius authoritas quantum valeat. 33. eius sensus quomodo verissimus maneat cum opinandi libertate. 75. illius infallibilitas quandonam petatur à Baianis, 73. quis nobis eam certo credere præceperit. 75
Ecclesiam damnauisse negantes possibilitatem status puræ naturalis creaturæ rationalis. 409
Ecclsiam Catholicam nunquam variasse. 37. damnari à Baianis. 675
Ecclesiasticæ philosophiæ parentes. 58
Effectus gratiæ quinam sint. 689
Efficacia Sacramenti Pœnitentiæ. 133
Efficacia secundùm hæreticos quænam sit. 330. 331
Effugia Baianorum inania cõtra Bullam duorum Pontificum. 277
Electi quinam sint. 800
Episcopi quos Baiani volunt suspectos esse hæresis Massilienſium. 53
Erasmus quid sentiat de doctoribus Scholasticis. 65

Digitized by Google

Error quandonam tranſeat in hæreſim. 296
Error antiquus S. Auguſtini de Gratia. 66
Error à quo non potuerit extricari S. Aug. ſecundùm Baianos. 45
Error proprius Semipelagianorum quis 18
Error quem ſancti Aug. & Proſper reprehendunt in Maſſilienſibus. 648. 649
Error Maſſilienſium quis erat. 670
in quo Baiani verſentur cum Manichęis & Pelagianis. 435
Errorem eſſe iuxta Caluinum, credere nos poſſe reiicere gratiam à Deo nobis oblatam. 394
Errores Pelagianorum & Semipelagianorum quorumnam Patrum confutentur doctrina. 50
Errores Baianorum. 500, *& ſeq.*
Eſau quare reprobus. 185
Eſau, cur non fuerit ita vocatus, vt vellet obedire. 801. 806
Euam fuiſſe parui intellectus, & ante peccatum, ſecundùm ſenſum carnis ambulaſſe. 450
Euangelium in quo conſtet. 46
Excitationem diuinam imponere voluntati neceſſitatem conſentiendi aſſerunt Baiani. 199
Exercitus Chriſti ex quibuſnam conflatur. 17

F

Facultas dari à deo creaturæ rationali ſufficiens ad eliciendum caſtum amorem. 459
Facultas remittendi peccata quænam fuerit collata Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus ſecundùm hęreticos. 333
Fauſtus quo ſenſu non eſſet hęreticus. 33. 39
Fides vnde ſit. 669
Fides quale ſit donum dei, & an detur meritis Chriſti nec ne. 124
Fides recta fuit ſemper ab Eccleſia retenta. 76
Fides quorumnam deſtructione firmetur. 79. nulla eſſet ſi ratione niteretur. *ibid.* eius initium nobis ineſſe naturaliter quinam aſſerebant. 717
Fidei regula ab hęreticis pręſcripta, quo ſenſu eſſet iuſta. 44
Fidem Chriſtianam nunquam variaſſe 37
Fidem gratia Dei pręueniri. 724
Fidem qui negant eſſe donum Dei, negant neceſſariam eſſe ad fidem Dei gratiam. 715
Fidem qua Deo credimus, & fidem qua credimus hominibus, eſſe in noſtra poteſtate. 630
Fidem pręcedere gratiam quinam affirmarint. 667, 668
Fidem fallere Baianos dum approbant damnatas à Romanis Epiſcopis propoſitiones. 272
Finis & intentio Baianorum quis ſit. 126
Fructus quos timor pœnæ & timor ſeruilis pariunt, quinam ſint. 110. 128
Fundamentum totius Baianiſmi quodnam ſit. 93
Fundamenta doctrinæ Chriſtianæ. 306

G

Gehennæ metum quinam dicant eſſe peccatum. 101
Gelaſius Papa quomodo SS. Hieronymum & Aug. vocet. 49
Genebrardus Aquenſis Archiepiſcopus quid cenſeat de Gratia & libero arbitrio. 864
Geneuenſium doctrina de libero arbitrio. 357
Gennadius cur cautè ſequendus. 661. eius doctrinam reformari ad Caluinianæ typos à Baianis. 655. eum gratiam non negaſſe internam. 654
Gratia quotuplex iuxta Auguſtinum. 432 *& ſeq.* quotuplex ſecundùm Baianos. 689
Gratia diuina vti vel non vti pendere à libero arbitrio. 748
Gratia Chriſti neceſſaria ad orationis, & gratiarum actionis obiectum. 774
Gratia Saluatoris omnes inuenit pręuaricantes. 197
Gratia proprijſſima quænam ſit. 809
Gratia qua Chriſtus ſuſcitauit Lazarum, qualis erat. 814
Gratia vt ſit gratia quid requiratur. 425. 426
Gratia habitualis nunquam à Deo ſub-

Digitized by Google

ſtrahitur. 147
Gratia qualis Adamo data. 761
Gratia Adamo data ad perſeuerandum quomodo diſtinguatur ab Aug. ab ea, quæ modo datur prædeſtinatis. 52
Gratia primi hominis in quo differat à Chriſti gratia. 424
Gratia quam non nouit Auguſtinus quænam erat. 819
Gratia Angelis in prima creatione data qualis fuerit. 440
Gratia ſuperaddita naturę quænam erat. 731
Gratia iuſtificationis & adoptionis quid ſit iuxta Baianos. 405
Gratia ſine qua natura obtenebrata illuminari & ſanari non poteſt. 686
Gratia negata à Pelagianis & Semipelagianis qualis erat. 418
Gratia interna quinam indigeant. 643
Gratia quam Baiani dicunt eſſe inutilem, qualis ſit. 775
Gratia interna an negata fuerit à Maſſilienſibus. 612
Gratia quæ requiritur à Pelagio, & ad initium fidei, & ad cæteras bonas actiones. 730
Gratia in qua conſiſtit donum perſeuerantiæ, in quo conſummatur. 648
Gratia neceſſaria cur denegetur iis qui non ſaluantur, iuxta Baianos. 500
Gratia à Maſſilienſibus admiſſa. 767
Gratia quænam complectatur ab Aug. ſub nomine congruæ vocationis. 814
Gratia an detur ſecundùm aliquod meritum noſtrum. 27
Gratia quam Concilium Trid. agnouit qualis erat. 777
Gratia à Pelagio admiſſa quæ 424
Gratia qualis admittebatur à Maſſilienſibus ad initium fidei, 757
Gratia ſufficiens cuinam debeatur. 427
Gratia ſufficiens ad implendum quandonam deſit. 149
Gratia naturalis à quibuſnam referatur ad reliquias naturæ integræ 760
Gratia qualem habeat efficientiam, & in quo differat à natura. 745
Gratia initialis quam admittunt Baiani & Maſſilienſes, in beneficio creationis includitur. 731
Gratia hominis ægri & gratia medicinalis in quo differant iuxta Baianos. 690
Gratia medicinalis quæ ad fidem & rectè viuendum neceſſaria eſt, ad quos pertineat. 685
Gratia qualis admittebatur à Semipelagianis. 640
Gratia cur maior requiratur in homine lapſo quàm in ſtante. 647
Gratia quæ vocatur à Baianis Semipelagiana. 838. quænam ſit neceſſaria ad ſingulos actus, iuxta illos. 839. quid pertineat ad neceſſitatem diuinæ gratiæ, humana præuenientis merita. 891
Gratiæ Chriſtianæ proprium quodnam ſit ſecundùm Baianos. 676. eius proprietas quænam ſit. 425
Gratiæ medicinalis indifferentiam quantum ſatis erat ab Auguſtino fuiſſe expoſitam. 703
Gratiæ medicinalis Chriſti eſſentia quæ ſit. 697
Gratiæ efficacia ex obedientia procedit. 149
Gratiæ effectus qui? 689
Gratiæ ſupernaturalis germanum conceptum ab Aug traditum Baiani deſtruunt. 436
Gratiæ diuinæ neceſſitatem ad initium fidei aperte negant Maſſilienſes 723
Gratiæ concluſiones quiſnam Patrum primus deduxerit ſecundùm Baianos. 307
Gratiæ neceſſitas quomodo probetur ab Auguſtino contra Pelag. 14. 15. 16. *& ſeq.*
Gratiæ veræ & internæ congruitas quænam ſit. 802
Gratiæ indu[illegible]entum quodnam ſit ſecundùm Aug. mentem. 434
Gratiæ præparatio quid ſit. 20
Gratiæ propria ratio quænam ſit. 809
Gratiæ lumine omnes illuminari. 186
Gratiam Chriſti directe repugnare illi, quæ poteſt à libero arbitrio deſeri. 729
Gratiam quam Baiani vocant Auguſtinianam, nullo vſquam loco apud Auguſtinum reperiri. 741
Gratiam medicinalem agnoſcentes ſepelimus totum Pelagianiſmi errorem. 684
Gratiam eſſe duplicem oſtendunt. 353
Gratiam inter & peccatum an ſit medium.

Digitized by Google

dium. 494. 468
Gratiam quisquis habere potest qua possit saluari. 354. necessaria iustis, vt possint perseuerare. ibid.
Gratiam semper præcedere bonas voluntates. 808
Gratiam adoptionis indebitam esse & supernaturalem. 543
Gratiam non habentes ad mandata Dei exequenda quinam sint secundùm Baianos. 356. 357
Gratiam ita mouere hominem, vt non sit ei liberum resistere asserit Caluinus cum Baianis. 369
Gratiam dari fatum esse, & non secundùm merita recipientium, quinam asserebant. 713
Gratiam distingui in naturalem & supernaturalem, negant Baiani. 754
Gratiam diuinam hominibus ita dari vt possint ea vti vel non vti. 791
Gratiam internam an admiserint Semipelagiani tanquam necessariam ad initium fidei. 639. &seq.
Gratiam dari secundùm merita nostra quinam docuerint, 17
Gratiam conferri cum imperfecta dispositione à Baptismo, & Pœnitentia. 139
Gratiam quomodo voluerint destruere Manichæi & Pelagiani. 435
Gratiam Dei non dari secundùm merita recipientium. 721
Gratiam esse discretiuam bonorum & malorum. 744
Gratiam proprié dictam distingui contra naturam. 416
Gratiam non deesse iis qui quærere volunt quod ignorant. 634
Gratiam efficacem, ex præscientia futuri consensus aliquomodo dependentem, cur non sit necessarium admittere. 567
Gratiam non dari secundùm merita, ait Aug. 557
Gratiam sufficientem esse in peccatoribus ad abstinendum à peccatis, & ad mutandam in meliùs vitam. 355
Gratiam sufficientem non dari quinam asserant. 351
Gratiam sufficientem omnibus dari vt seruent Dei mandata. 157
Gratia præsente hominibus inest necessitas ad bonum, absente verò ad malum secundùm Baianos. 205
Gratiæ actuales ad quid necessariæ. 148
Gratiarum inæqualitas à quibus negetur. 714

H

HÆreditas Patrum apud quem incorrupta seruetur. 173
Hæresis Pelagianorum quomodo oppugnetur ab Aug. ex S. Ambrosio. 15
Hæresim priorem haberi in doctrina quàm ineptum. 30
Hæresis ex quo fabricetur secundùm Baianos. 92
Hæretici prius conuicti quàm noti. 12. cur vocent Doctores Sorbonicos nouos Pelagianos. 85. quo telo confossi ante D. Augustini tempora. 18. quid habeant commune cum Baianis. 294. in quo differant ab eis. 335. ad nullam de scripturis disputationem admittendi. 45. quare Theologos oderint Scholasticos. 71. in quo maxime errent circa mandatorum Dei obseruationem. 348. Hæretici negant possibilem esse statum naturæ. 401
Hæreticorum & Baianorum eadem doctrina. 346. quotuplices eorum errores. 348. omnes condemnati à Trid. 349. eorum doctrina de gratia sufficiente. 352. eorum dogma de obseruatione mandatorum Dei. 344. eorum doctrinæ capita quæ & quot 352. eorũ doctrina de libero arbitrio. 362. eorum tenebræ quo lumine dissipentur. 49. eorum confusio circa doctrinam de gratia. 746. eorum cognatio cum Baianis. 336. 337. eorum doctrina de contritione. 323. eorum doctrina quomodo vocetur à Tertull. 30. eos posse baptizare. 256. quomodo & per quid conterendi 257
D. Hieronymus sub quo Papa sit mortuus, & quo anno. 476. à calumnia Baianorum liberatur. 825. in quo Baianus videatur Semipelagianus. 828. quid dicat de ignorantia iuris naturalis in Epist. ad Algasiam. 635. eius doctrina contra Rufinum approbatur à Gelasio. 832
Hieronymo iniuriæ illatæ contradicit Romana sedes & Concilium Rom. sub Gelasio. 828

Digitized by Google

Homo fit Dei filius gratiâ, quia non est naturâ. 425. quare non possit à seipso bene facere. 522. quomodo debeat nasci, iuxta Caluinum. 400. quomodo sit Adam secundùm corpus & spiritum 457. quomodo possit esse sine peccato in hoc mundo. 238. ex quo præcepti est capax, ex illo incipit posse peccare. 466

Hominis est proprium, gratiæ Dei consentire, vel dissentire. 789

Hominem creari sine naturali hominis perfectione, quinam putant impiarie. 400. adhuc fuisse animalem quando Deus in eum insufflauit spiraculum vitæ. 462. eum diuinæ gratiæ assentiri liberè & cooperari, ita vt etiam abiicere illam possit. 657. eum non posse creari à Deo sine iustitia naturali asserit Baianus. 403

Hominem per liberum arbitrium esse & mentis suæ, & voluntatis dominum. 376

Homines inuitos non cogi Dei gratia, sed voluntarios regi vt sponte sequantur. 373. non excusari si superentur à suis tentationibus. 624. eos iudicari & damnari sine lege scripta quinam asserant. 636. eos tantùm esse peccatorum heredes, & non authores, secundùm Baianos. 166. illos in potestate habere facere si velint, & non facere si non velint. 223. eos in resurrectione mortuorum non posse viuificari nisi in Christo. 478

Homines à Dei gratia adiuuandi quia sibi non soli sufficiunt. 155. illis omnia in potestate esse cum Dei adiutorio. 157. eos posse non consentire diuinæ gratiæ si velint. 705. eos multa committere peccata à quibus liberum est abstinere. 582. quare destituantur gratia sufficienti secundùm Baianos. 164. *& seq.* cum diuino auxilio, hoc posse quod faciunt. 355. eos non esse, quod esse possunt, quia nolunt. 239. eos nec ad vitia, nec ad virtutem necessitate trahi. 154. eos facere posse quod omittunt asserit Aug. 218. eos sibi ipsis sufficere vt grauissimas & frequentissimas tentationes superent, quinam asserant. 131. eos necessariò peccare asserunt Baiani. 168. liberum esse illis abstinere à peccato asserit Augustinus contra Baianos. 169

Homines ex acceptis nihil mereri, sed ex iis tantùm quæ per se ipsi præstitissent quinam asserebant 711. cur sint obnoxij motibus improuisis. 589. eos potius Diabolo persuadenti malum, quàm Deo dissuadenti obedire. 158. cùm possint cum Dei auxilio non ei consentire. 159. eos creari cum defectibus, cur Deus permittat. 462

Homines quibus modis ad salutem vocentur à Deo. 181

Hominum esse quòd credant. & Dei esse quod operentur, qui dat Spiritum sanctum credentibus. 720

I

Ianſenius quid censeat de Sacram. Pœnitentiæ. 133. *vide* Baiani. quid dicat de Scholasticis Doctoribus. 63. 64. *vide* Baiani. quas laudes tribuat Augustino. 265

Ianſenij inanis cogitatio refutatur asserentis Augustinum indistinctè negare ignorantiam, & quæ fiunt ex ea, esse peccata. 628. eius postrema voluntas, & obsequia erga sedem Apost. quàm speciosa. 296. eius Apologista quomodo distinguat quæstionem de Prædestinatione & de peccato originali. 910

Ianſenistæ in quo Pelagianis patrocinentur, & Augustino contradicant. 423. 424. *vide* Baiani.

Ianua qua intrat charitas. 113

Iesuitas criminantur Baiani. 301

Ignorantia quale sit peccatum. 583. vnde nascatur iuxta Baianos. 406. quænam excuset à peccato iuxta Baianos. 570. inuita non ad culpam imputatur. 632. sed tantùm quæ ex ea procedunt imputantur. 633. pro qua sæpe sumatur ab Augustino. 506

Ignorantia iuris quid sit, & quid ignorantia facti. 590

Ignorantia quæ non excusat à peccato. 625

Ignorantia & difficultas etsi essent primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus. 482

Ignorantia & difficultas, vnde proco-

dant. 486
Ignorantia facti in quo distinguatur ab ignorantia iuris. 569
Igorantia necessitatis quęnam sit. 621
Ignorantia secundùm necessitatem, & non solùm secundùm voluntatem exponitur. 614
Ignorantia ad quod genus peccatorum reducatur. 631. inuincibilis an dari possit. 558. inuincibilis iuris naturalis. 559. inuincibili quidquid commissum est culpa vacat. 562. reperta in recèns baptizatis, qualis erat. 606. indigestibilis quænam sit. 457. 458. in pueris non est pœnalis *ibid.* inuincibilem excusare peccatum quis neget. 559. naturalem opponi, ei quæ est supplicium & pœna peccati. 485
Ignorantia eorum, qui intelligere non potuerunt, esse tantùm pœnam alienæ voluntatis, Adami scilicet. 196
Ignorantiam & concupiscentiam, illæsa Dei sanctitate, esse potuisse primordia hominum naturalia. 536
Ignorantiam non minus quàm coactionem & violentiam facere inuoluntarium. 569. inuincibilem non homini deputari ad culpam. 232
Ignotare inuincibiliter quid sit. 558
Illuminatorum phrasis qualis sit. 511
Illuminatorum reuelationes. 106
Impietas quare dicatur à Baianis necessaria. 170
Impotentia quam malè distinguatur à Baianis. 163
Incarnationes animæ quotuplices. 485
Indulgentiam vnam delere omnia peccata, sed remanere infirmitatem. 504. 505
Indumentum gratiæ quodnam sit iuxta Aug. 434
Infallibilitas Concilij generalis & totius Ecclesiæ eadem. 258
Infallibilitas Ecclesiæ quandonam petatur à Baianis. 75. à quibusnam destruatur. *ibid.*
Indifferentia agendi, vel non agendi negatur à Baianis. 196
Indifferentia liberi arbitrij quomodo intelligenda. 189. *& seq.* 156
Indifferentia voluntatis optimè depingitur. 235
Indifferentia voluntatis ex eligendi facultate probatur ex mente S. Aug. 240
Indifferentiam agnoscit Augustinus etiam in voluntate obstinatorum. 245. idem probatur ex Prospero. 248
Indifferentiam etiam habuisse Iudæos ad resistendum, vel non resistendum. 246
Indifferentiam agendi, vel non agendi quinam sustulerint. 364. ab hæreticis negatam, negari pariter à Iansenistis. 388. *& seq.* Deus non denegat peccata sua confitenti. 158
Infans cur producatur à Deo statim moriturus. 464
Infantes non proprietate voluntatis, sed origine reos teuentur. 577. eos esse medios inter sapientes & stultos. 467. sine baptismo morientes à Dei regno excludendi. 547. *vide* paruuli & innocentes. eorum miseriæ an sint effectus peccati. 442. *& seq.* quid sentiat August. de iis qui moriuntur sine baptismo. 445. sine baptismo morientes, cur damnentur inquirit Aug. 447
Infantibus non posse conuenire, salua Dei æquitate, dolores & quæ patiuntur incommoda, iuxta Baianos. 541
Infideles cur damnabuntur. 625. eos carere omni gratia sufficienti ad salutem asserunt Baiani. 356
Infirmitas quę non excusat à peccato. 626
In quitatem deleri in baptismate, sed remanere infirmitatem. 504
Initium sapientię quodnam sit secundùm Baianos. 123
Initium bonæ voluntatis posse ex timore pœnarum concipi. 120
Initium bonæ voluntatis vnde sit. 128. & vnde sapientiæ & charitatis. *ibid.*
Iniuria qua sanctos Patres afficiebat Iulianus Pelag. 8
Iniuria Apostolicæ sedi à Baianis illata. 307
Iniuriæ Hieronymo illatæ contradicit Apostolica sedes. 828
Iniuriam quę Augustino infertur à Baianis in Ecclesiam redundare. 675
Innocentibus pueris infligi posse aliqua mala, saluâ Dei æquitate, 552
Inquisitionem supponere cognitionem aliquam rei quę quęritur. 609
Inspiratio à quo fuerit dicta occasio sa-

Digitized by Google

Iutis. 664
Intentio Baianorum quis sit. 116
Iudæos reprobos diuinæ gratiæ resistentes potuisse non resistere. 246
Iudicium S. Caroli Borromæi de Scholasticis Doctoribus & eorum doctrina. 80. *& seq.*
Iulianus Pelagianus quam inferebat sanctis Patribus iniuriam. 8
Iustificatio nulla sine Christi gratia. 155
Iustificationis modus quis sit, an semper fuerit secundùm hæreticos. 332. 335. ille modus à Christo institutus. 136
Iustificatus per baptismum debet perseuerare si saluari velit. 499
Iustitia quomodo custodiatur. 826
Iustitiæ diuinę æquitatem quomodo defendat Aug. 233
Iustum per charitatem posse pleniùs implere mandata quid intendant Baiani id asserentes. 319,
Iustos non perseuerantes habere gratiam qua possunt perseuerare. 315. id negant Baiani. 357

L

LApis motus cur non liber. 212
Largitas bonitatis Dei quanta sit in paruulis. 648
Laudes quas Iansenius tribuit Augustino. 265
Lex naturalis vbinam scripta sit, 598. 635. cur à Deo scripta in cordibus hominum. 600
Lex quam nobis non licet ignorare quænam sit. 597
Liberum arbitrium à Deo motum & excitatum posse dissentire. 201. 205. quomodo indifferens à Deo excitatum secundùm Baianos. 208. illud nihilo magis negari à Caluino quàm à Baianis ostenditur. 381. quodnam admittatur à Baianis 382. 383. illud esse tantùm liberum ad malum ante gratiam asserunt Baiani. 198. illud posse facere bonum & malum ante gratiam, aiunt Baiani. 202. quinam illud crediderint sibi ipsis sufficere. 718. illud non adimi Dei vocatione, auxilio, &c. 725. illud liberè velle, quidquid sponte siue voluntariè vult. 364. quid sit secundùm D. Prosperum. 249. excitatum à Deo posse dissentire. 197. quandonam dicant Baiani esse liberum ad aliquid faciendum. 370. illud præuenire Dei gratiam quinam asserebant. 722. illud esse secũdùm Baianos, ita perditum vt non sit amplius liberum. 167. quid sit secundùm Origenem. 375. Liberum voluntatis arb. quodnam sit secundùm Baianos. 93. illud motum & excitatum à Deo posse consentire, vel dissentire. 365
Liberi arbitrij indifferentia quo modo intelligenda. 189. *& seq.* eius duellum cum diuina gratia quo prętextu commissum. 803
Liberi arbitrij vel naturæ affirmare sufficientiam, est negare diuinæ gratiæ necessitatem. 717. eius vsus quomodo temporibus Caluini tollebatur. 912
Libertas quotuplex sit iuxta Caluinum. 376. qualis erat in Adamo. 743
Libertas opinandi quomodo non tollat sensus Ecclesiæ veritatem. 75. in quo cõsistat & quid essentialiter requirat. 570
Libertatis nidum & cubile quinã reperierint. 392. eam non tolli sublatâ indifferentiâ, asserunt Baiani 594. eã perire putabant Pelagiani si necessaria esset gratia. 618
Locus Augustini expenditur in Psalmum 70. 497. *& seq.*
Lumina Ecclesiæ quibus hęreticorum tenebræ dissipentur. 49
Lupus seruatus à Baianis citatus, quid dicat de Patribus antiquis. 58. 59
Lupi à Baianis citati, quorum dentibus ipsimet lacerantur. 57. 58
Lutherus cur hæreticus. 382. quid sentiat de Attritione, quæ concipitur ex timore pœnæ. 314 cur Attritionem impugnarit. 104. quid censeat de Doctoribus Scholasticis. 66. quid sentiat de Sacramentis nouæ legis. 331. quomodo sensim Ecclesiam deseruerit. 94. quid dixerit de Ecclesia. 42. eius sententia de ignorantia inuincibili Ecclesiæ contraria. 558. *& seq.*
Luthero suffragari Baianos cõtra Catholicam doctrinam 561. *& seq.* cùm asserunt omnes errauisse tollendo indifferentiam agendi vel non agendi. 364
Lux quænam fuerit in primi hominis

Digitized by Google

mente, iuxta Caluinum. 375

M

MAchina à Semipelagianis introducta. 177
Machina Baianorum præcipua. 614
Machinæ Ecclesiæ Catholicæ quæ? 41. 42
Malignitas ante te, benignitas ante te, compara & elige, ait D. Aug. 242
Malitia omnium prima quæna fuerit. 821
Malitiam tantùm fuisse Adamo voluntariam, quinam asserant. 580
Malum quomodo non naturale. 484
Malum quod non volo, hoc ago, explicatur. 581. nullum inferri à Deo posse creaturæ rationali, quinam asserant. 407
Mala naturalia non repugnare naturæ innocenti in adultis, ex mente Aug. 533
Mandata Dei impossibilia secundùm Baianos. 141. ea transgredientem posse seruare si velit. 161. quot modis dicantur impossibilia. 357. *& seq.* ea esse omnibus possibilia cum eius gratia. 351, an homini iusto impossibilia in aliquibus circonstantiis. 148. eorum transgressores cur culpandi. 215
Manichæi quomodo conati sint Dei gratiam destruere. 435. eorum conuersio pro quibus orabat August. quænam erat. 687. eorum querelæ de pœnis infantium duo respondet Aug. 446. Martyrium prodesse infantibus. 456.
Massilienses in quo arguantur. 648. quis error in eis reprehendatur à S. Aug. & Prospero. 649. cur dicti Semipelagiani. 639 quid sentiebant de necessitate gratiæ. 641. eos credidisse liberum arbitr. sufficere ipsum si-i 718. diuinæ gratiæ necessitatem auertatos esse præscindendo ab eius efficacia. 707. in quo errauerint. 709. in quo non discrepabãt à Pelagianis. 730. eos inter & Augustinum qualis erat disputatio. 732. quam gratiam admittant. *ibid.* corriguntur ab Augustino. 733. quodnam admittebant auxilium ad credendum necessarium. 765. diuinæ gratiæ necessitatem ad initium fidei aperte negabant. 723. in quo errabant. 670. cur tertiæ gratiæ nõ meminerint. 736. quandonam absoluãtur à Baianis. 739. in quo differebant à Pelagianis. 857. quid intelligi voluerint per statum integræ naturæ. 763. qualem admittebant gratiam ad initium fidei. 757. 760. an negauerint gratiam internam ad initium fidei, non esse necessariam. 652. cur tantùm abhorruerint à proposito Prædestinationis ab August. constitutum. 4. quid eos primò perturbant. *ibid.* *vide* Semipelagiani. eorum doctrina in quo differat à Caluini sententia. 640. eorum error quis erat. 658. eorum dogmata quomodo vocantur à S. Prospero. 857. illorum scopuli quomodo fugiendi. 662
Medicinæ quotuplicia sint officia. 182
Medium quodnam sit inter Massilienssũ, & Caluinì sententiam. 640
Medium non esse inter bonum & malum quinam doceant. 89
Melchior Canus quid sentiat de Theologia Scholastica. 67
Mendacium ad quæ peccata pertineat 580.
Mens nulla sine gratia Dei, bona. 14
Meritum vnde incipiat secundùm Pelagianos & Semipel. 15
Meritum constare ex libero arbitrio vertibili & diuina gratia quinam asserant. 363
Meritum negari vbi iuuamur. 712
Methodus rerum diuinarum tractandarum. 67
Metum gehennæ quinam dicant esse peccatum. 101. ab iisdem fructosum dictum. 109
Misericordiam Dei solam non sufficere nisi consensus voluntatis nostræ addatur. 803
Modi quot sint diuina mysteria penetrandi secundùm Baianos. 50
Molinæ iactantia tanquam Ecclesiæ & SS. Patribus, Augustino potissimum iniurioſa, à Baianis accusatur. 716.
Molinæus in quo differat à Caluino. 339
Monitionem Dei actualem, non posse esse cum actuali dissensu asserunt Baiani. 197
Mors Christi cur fuerit pro omnibus, & non profit omnibus. 175. *& seq.*
Motus quotuplex. 228
Motus voluntatis cur liber. 222
Motus concupiscentiæ improuisi sunt peccata. 577

Digitized by Google

Munimina diuina quænam ſint. 590
Myſterium Baianorum totum de auxiliis diuinæ gratiæ in quo concludatur. 695
Myſteria diuina penetrandi quot ſint modi ſecundùm Baianos. 90

N

NAtura quotuplex iuxta Manichæos. 474
Natura rationalis quomodo media inter ſtatum peccati & ſupernaturalem. 539. in quo ſit miſera, iuxta Baianos. 528. vnde ſuam trahat mutabilitatem. 814
Natura integra quid erat. 763
Naturâ integrâ quid intelligatur. 761. à quibus dicatur ſufficientem habere virtutem ad inchoandam fidem. 731. in quo differat à gratia. 745
Naturæ conuenions bonum poſſe differri ad tempus ſalua prouidentiæ æquitate. 516. eius vires contra gratiæ neceſſitatem quinam extollant. 116. eius lex à quo fuerit ſcripta in hominum cordibus. 601
Naturæ ſi eſſent duæ, nulla eſſet gratia. 425
Naturæ ſufficientiam affirmare, vel liberi arbitrij, eſt negare neceſſitatem diuinæ gratiæ. 717
Naturæ puræ ſtatus negatur poſſibilis ab hæreticis. 1 3 398. 401
Naturam humanam pertinere ad ſtatum gratiæ, ſi careat ignorantia & concupiſcentia quinam aſſerant. 471
Naturam humanam illuminari non poſſe ſine gratia. 624
Neceſſitas coactionis reiicitur à voluntate. 226
Neceſſitas Sacramentorum Pœnitentiæ & Baptiſmi quanta ſit. 137
Neceſſitas quam S. Aug. à libero remouet arbitrio, non eſt impoſſibilis. 229
Neceſſitas victricis delectationis ad bene volendum, &c vnde ſit. 697
Neceſſitatis ignorantia quæ. 611
Neceſſitatem peccandi à Baianis admitti. 500
Neceſſitatem non eſſe cum libero arbitr. probatur ex doctrina D. Aug. 225
Neceſſitatem Sacramenti Pœnit. nullam eſſe ſecundùm Baianos. 154
Neceſſitates quot ſint ſecundùm Aug. 216. 227
Negligentia cur peccatoribus imputetur. 634
Niniuitæ quali timore fuerint concuſſi, 104
Nouus-Auguſtinus, *vide* Baiani.

O

OBedientia gratiam reddit efficacem. 149
Obedientiam carnis erga ſpiritum quinam aſſerant eſſe naturalem homini. 405
Obiectiones S. Aug. in Iulianum Pelagianum. 9
Obiectiones à Baianis factæ ex D. Aug. quomodo diluantur. 171
Obiectiones Baianorum ſoluuntur. 150
Obiecta Baianorum inania contra Bullam Vrbani VIII. 294
Obliuio num ſubiaceat peccato. 630
Obſequia Ianſenij erga ſedem Apoſtolicam quàm ſpecioſa. 296
Obſeruationem mandatorum Dei quinam dicant impoſſibilem. 344
Obſeruatores Bullæ Vrbani VIII. 197
Odium hæreticorum in Scholaſticos ab Eccleſia damnatum. 69
Officia medicinæ quotuplicia. 182
Operatio Dei circa Angelos & homines quotuplex ſit, iuxta Aug. 431
Operationis noſtræ prioritas aut præuentio ad diuinam gratiam adſtruitur. 712
Opera omnia D. Aug. ab omnibus Romanis Pontificibus ſunt approbata. 182
cur à clericis cautè legenda. 863
Opinio Lutheri de Attritione quæ concipitur ex timore pœnæ. 314
Opiniones D. Aug. vt Doctoris priuati in quo differant ab iis in quibus loquitur vt teſtis Eccleſiæ. 862
Opprobrium quod in ſanctos Patres iaculatur Iulianus Pelag. 10
Opus Prouidentiæ diuinæ quotuplex. 430
Opuſcula S. Auguſtini hactenus approbata damnant Baiani. 671
Oratores antiqui quid cenſeant de libero arbitrio. 879
Origenes quid cenſeat de libero arbitrio. 371. Pelagianorum omnium origo à

Digitized by Google

quibuſnam dicatur. 832
Originale peccatum in quo differat ab actuali. 572

P

PArvuli ſine Baptiſmo è vita diſceſſi, quali crucientur pœnâ. 861. cur quidam in regnum Dei intrent, quidam verò minime. 551. eorum mala, ignorantiam ſcilicet & concupiſcentiam, vinci Dei auxiliis per ætatis incrementa. 553. illos in reſurrectione mortuorum in Chriſto non viuificandos, qui ſine baptiſmo exierunt è vita. 478
Patris æterni voluntatem eſſe, vt nullus ſanctorum pereat. 171
SS. Patres in quo differant à ſcriptoribus Canonicis. 895. Auguſtino antiquiores potuiſſe dici Semipelagianos. 13. à quibuſnam vocati Manichæi. 8
Patres Græci, Auguſtini iudicio, Pelagianis & Semip. non præluſerunt. 21. à Baianis Semipelagiani dicti, quinam ſint. 51. 52. eorum doctrina à quibuſnam Semipelagiana dicta. 42 eorum hereditas apud quem incorrupta ſeruetur. 273
Peccare non intelligendo quid ſit. 605
Peccari tribus modis. 604
Peccandi poſſibilitas, vel non peccandi cuinam tribuenda. 774
Peccandi neceſſitas à Baianis admiſſa. 500. *& ſeq* 622.
Peccator quo ſenſu ſecundùm Baianos peccatum vtiliter adderet peccato. 125
Peccatorem omnem ex Aug. eſſe præuaricatorem. 596
Peccatores facultatem habere non peccandi & tentationibus, quibus ſuccumbunt, reſiſtendi. 624. cur ſint inexcuſabiles. 215. in quo non excuſabiles. 595. quonam timore fiant meliores. 128. per ſententiam Sacerdotis liberari. 137
Peccatum quotuplex. 232. 233
Peccatum originale quo præcipuè argumento impugnabant Pelagiani. 25. ad quod peccati genus pertineat. 584. illud tantùm homines traducere ab Adam. 579. in baptiſmo moritur. 581. vnde probetur. 546. à quibuſnam non admiſſum. 813
Peccatum non eſſe verum nec proprium à quo non eſt liberum abſtinere. 582
Peccatum quod non proprie erat peccatum quandonam fiat verè peccatum. 637
Peccatum cum reatu, & peccatum ſine reatu. 571. *& ſeq.*
Peccatum proprièdictum quodnam ſit. 577
Peccatum Adami ſolum eſſe proprium, cætera impropria, aſſerunt Baiani. 500
Peccatum eſſe mortuum quandiu non eſt appetitus intelligens. 637. quandonam ſit perniciolius. *ibid.*
Peccatum omne debere eſſe voluntarium cenſet Aug. contra Baianos. 571. quomodo vitari poſſit. 150
Peccatum ſine lege mortuum erat, exponitur. 597
Peccatum inter & gratiam an ſit medium. 464. 468
Peccatum ignorantia commiſſum improprie dici peccatum. 636. vnde dicatur incipere. 824
Peccatum mortuum quodnam ſit. 574
Peccatum reatu primi hominis factum. 575. illud exulari ignorantia inuincibili quis neget. 519
Peccatum quod diſtinguitur contra peccatum originis conſtitui per adcitamentum propriæ voluntatis. 596
Peccatum eſſe gehennæ metum quidam dicant. 101. nullum eſſe inuoluntarium. 569
Peccatum non eſſe primordium naturale. 483
Peccati reum dicere illum, quia non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſſe & inſaniæ. 235
Peccati pœna quid ſit. 575
Peccati author quis ſit ſecundùm hæreticos. 326. 327
Peccatorum omnium fieri remiſſionem in Baptiſmo perfectam ex Aug. 503. ideo non remanere in Deo voluntatem in æternum damnandi. *ibid.*
Peccatorum reconciliationem nullam fieri poſſe cum Deo ſuſceptione Sacramentorum, aiunt hæretici. 332
Peccatorum heredes eſſe & non authores quid ſit. 166
Peccatorum indulgentiam à Deo non de-

Digitized by Google

negari ea confitenti. 158
Peccatorum remiſſio non eſt effectus ſacramentorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ ſecundùm hæreticos. 334
Peccata vitari poſſe naturæ viribus quis aſſerebat. 150 impropria dicta quænam ſint. 574 per quid tollantur ſecundùm hæreticos. 332. ea remittendi quam habuerint facultatem Apoſtoli, ſecundùm hæreticos. 333. ea ante liberum conſenſum eſſe imperfecta. 585. omnia ad peccatum Adami referenda ſecundùm Baianos. 157. innumerabilia committi à neſcientibus quinam aſſerant. 592. quænam vera ſint, iuxta Baianos. 408
Peccata etſi non propriè peccata, ſufficere tamen ad dānationem, & cur id aſſerant Baiani. 500. ea eſſe materialiter creaturæ, & verè formaliterque Dei quinam aſſerant. 495
Pelagius cur ab Epiſcopis Orientis pronuntiatus Catholicus. 24
Pelagiani in quo differebant à Maſſilienſibus. 857. cur fuerint ab Eccleſia damnati. 654. corriguntur à Baianis. 700. quid cenſebant de Dei mandatis. 355. quibus præcipuè argumentis impugnabant peccatum originale. 25. cur contentionem habuerint cum D. Aug. 174. quomodo conati ſint Dei gratiam deſtruere. 435. in quo diſtinguantur à Caluiniſtis circa gratiæ opinionem. 740. quam negabant gratiā, 418. eorum doctrinam eſſe nouam probat Aug. 11. & ſeq. eorum hæreſis quomodo impugnetur à S. Ambroſ. 15. eorum errot diuinam gratiam oppugnantium, vnde ortus. 707. eorum origo quænam ſit iuxta Baianos. 832. eorum deliria afferentium fatum eſſe gratiam dari, &c. 713. 714. eorum errores quot, & vnde manarint. 889
Pelagianorum erroris damnatio cui attribuenda. 270. eorum error quis erat. 670. eorū præſumptio quænā erat. 620
Pelagianis Baianos conſentire & naturæ vires contra gratiæ neceſſitatem extollere. 126
Pelagianos tantam tribuere voluntati poteſtatem, vt auferrent orationem pietati. 618. cum Semipelagianis à Baianis confundi. 659. & ſeq.
Perficere Dei eſſe quod ipſi nos cum ordinaria quam dat, gratia, reſtè incipimus. 813
Perſecutiones in Chriſtianos quot fuere in Eccleſia primitiua. 35
Perſeuerantia quàm ſit neceſſaria baptizatis vt ſaluentur. 499
Perſeuerantiæ donum quale erat in Adamo, & quale in Prædeſtinatis huius temporis. 753. illud donum in quo conſiſtat. 247
Perſeuerare nemo poteſt niſi Dei auxilio ſuſtineatur ne cadat. 500
Pharaonis cor cur fuerit induratum 174
Philippus Melanchthon quid cenſeat de Theologia Scholaſtica. 67
Philoſophia chimærica Baianorum. 579
Philoſophiæ Eccleſiaſticæ parentes. 58
Philoſophi antiqui quid cenſeant de libertate hominis. 379
Pœna paruulorum ſine baptiſmate mortuorum qualis ſit. 861
Pœnæ proprium quodnam ſit. 584
Pœnæ tēporales vnde proficiſcuntur ſecundùm Baianos. 127
Pœnarum timorem quinam dicant eſſe peccatum. 99
Pœnarum æternarum timor vnde procedat ſecundùm Baianos. 126. 127. earū timor quo ſenſu ad iuſtitiam præparet. 121 quo ſenſu dicatur bonus, & quo minimè. 117
Pœnitentia naturalis à quo damnetur. 109
Pœnitentia à Chriſto inſtituta. 135
Pœnitentia & Baptiſmus quid ſignificent. 136. illius propria vis & efficacia. 137. illarum neceſſitas *ibid.* conferunt gratiam cum imperfecta diſpoſitione. 139
Pœnitentiæ Sacramenti efficacia. 133
Pontifices Romani fuiſſe ignorantia lapſi dicuntur à Baianis. 189. doctrinam S. Aug. approbantes quid dixerint. 906. 907. quid in gratiam Scholaſticorum fecerint. 70
Pontificum decretis opponitur Aug. à Baianis. 501
Poſſibilitatis quot ſint modi obſeruandi mandata Dei ſecundùm Baianos. 360
Poteſtas bene agendi quænam ſit in hominibus ſecundùm Baianos. 358

Præcepta

by Google

Præcepta Dei an homini iusto sint impossibilia in aliquibus circunstantiis. 148. ea transgredientem posse seruare si velit 161
Prędestinatio vnde dependeat. 19. est gratiæ præparatio. 20. non est ex pręscientia meritorum. *ibid.* quid de ea censeat Cælestinus Papa. 859. quid Sadoletus Cardinalis. 860
Prædestinationem hominum quomodo docuerint Patres ætatem Augustini antegressi. 4. eum posteriorem esse meritorum præscientiâ quis affirmet. 6
Prædestinationem Dei non se extendere ad vitia. 170
Prędestinatus in quo differat ab Adamo. 753
Præsules quidã celeberrimi, quid censuerint de gratia, & libero arbitrio. 864. *& seq.*
Præuaricationem nullam esse si non sit lex. 597
Præuaricator nullus nescius legem, nec præceptum naturale. 599
Primordium naturale quomodo dici possit, quod peccato ad naturam accedente superuenit. 483
Principium quo nituntur Baiani, Deum non posse pati vllam miseriam in creatura rationali & innocenti. 453
Principia naturalia quid non sint. 92. quid sint principia Philosophiæ Aristotelicę. *ib.*
Principia quæ à nobis quæri velint Baiani. 88
Principia Baianorum quænam sint. 167
Propositiones quæ non possunt sustineri sine blasphemiæ opinione. 535
Propositiones Lutheri à Scrbonicis Doctoribus damnatæ. 66
Propositiones damnatæ in Bulla contra Baium. 402
Propositiones damnatæ nullo pacto sustinendæ. 286. 287. à Sorbona fuerunt damnatæ vt hæreticæ. 301
Propositiones ab Episcopis Romanis damnatæ, à Baianis approbatæ. 272
Propositiones Baij cur à Pontificibus Romanis damnatæ. 284.
Propositum nullum, sine gratia Dei, bonum 14
S. Prosper qui D. Aug. arcana melius quàm Baiani sciebat, quid de Pelag. referat. 271

Q

Quærelæ Manichæorum de infantium pœnis duo respondet Aug. 446
Quærenti cur Deus adhibeat tales suasiones, talesue vocationes, vt etiam persuadeat, quid respondendum. 790
Quæstio de peccato originali, & quæstio de necessitate gratiæ, vtra magis pertineat ad fidei fundamenta. 43
Quæstio inter Ecclesiam & Massilienses quænam erat. 658
Quæstionem Philosophicam de indifferentia liberi arb. à Trid. prætermissam, falsam esse. 193
Quæstiones strigosæ quænam sint secundum Baianos. 111
Quæstiones Theologicæ quas improbant Baiani quænam sint. 89

R

Rationem nullam supereſſe veram & propriam entis supernaturalis in tota originali iustitia iuxta Baianorum positiones. 419. *& seq.*
Ratione vsum fuisse Ioannem Bapt in vtero matris. 589
Reatus generatione tractus regeneratione dimittitur. 504
Reatum omnem præteritorum malorũ sacro fonte dilui. 585
Reconciliationem nullam esse peccatorum cum Deo in noua lege docent hæretici. 32
Redemptorem esse infantibus necessarium. 547
Regula ad quam omnia reformanda putent Baiani. 97
Regula fidei ab hæreticis præscripta, quo sensu esset iusta. 44
Religio vera est qua se vnit Deo anima. 692
Religionis veræ dogmata quæ. 81
Remedium vitæ quodnam sit. 130
S. Remigius Lugdunensis Archiep. quid censeat de Patrum doctrina, quos Baiani Semipelagianos vocant. 56
Remissio perfecta & plena fit omnium peccatorum in baptismo, contra doctrinam Baianorum. 503
Reprobi quare reprobi. 804
Reproborum vocatio probatur. 185

S

Sacerdos immeritissimus iudicio Sorbonæ opponit imaginaria testimonia. 840. eius imperitia in rebus Theologicis. 844
Sacerdotis Ianseniste rationes quibus conatur probare quod intendit de gratia Semipelagianorum. 846 *& seq.*

Digitized by Google

Sacerdotes nihil posse ad peccata remittenda secundùm Baianos. 336
Sacramentum quandonam supponat remissionem peccatorum. 335
Sacramenti Pœnitentiæ efficacia. 133
Sacramenta veteris legis quid efficiebant, & quid nouæ legis efficiant. 138. 139. quid valeant in nobis secundùm Caluinum. 334. eorum efficacia secundùm Concilium Trid. 135. quę sit secundum hęreticos. 330. 331. *& seq.*
Sadoletus Cardinalis quid censeat de Prędestinatione. 860
Salus nulla sine Christi gratia. 155
Salutis promissio erant sacramenta veteris legis, nouę vero sunt dantia salutem. 139
Salutem Christianam per sacramentum Baptismi ministrari. 138
Salutis initium non esse ex Deo quinam asserebant. 723
Sanctificationis gratia quid sit secundùm Iansenistas. 405
Sanguis Christi fuit pretium Iudę. 185
Sapientię & charitatis initium secundùm Baianos. 123
Sapientiam inter & stultitiam an detur medium. 460
Scelera omnia materialiter tantum esse scelera creaturæ, Dei verò esse vera scelera, Caluinus asserit. 467
Scholasticis ab hęreticis obiecta soluuntur. 79
Scholasticis quid soleāt opponere Baiani. 73
Scripturam an ille accipiat ab Ecclesia, qui tantum illius accipit verba. 46
Semipelagiani cur fuerint ab Ecclesia damnati. 654. in quo differant à Pelagianis & Caluinistis circa opinionem de gratia. 740. cur ita dicti. 708. quo nitebantur principio. 710. in quo putauerint libertatem arbitrij destrui. 711. quomodo absoluantur à Baianis. 26. 27. eorum consensu cum Pelagianis sequitur Baianos nullam omnino internam gratiam ad initium fidei sic dictam admittere. 728. eorum perplexitas & inconstantia de gratia interna. 653. eorum prępipua & capitalis difficultas quęnam sit. 701. eorum doctrina, qua condemnatur doctrina siue error. 50. *& seq.* eorum error quisnam fuerit. 17. quisnam proprius. 18. eorum & Baianorum tota doctrina. 716 eorum error quis erat. 670. eos negasse internam gratiam ad initium fidei. 717. *& seq.*
Sensus Ecclesiasticus quomodo certissimus maneat cum libertate opinandi. 75
Sententia Augustini de congrua & incongrua vocatione. 800
Sententia eiusdem de gratia potest cognosci quęnam fuerit ex eius discipulis. 170
Sententię D. Aug. quomodo intelligendę. 861.
Sententię indifferentes S. Augustini quomodo distinguantur à necessariis. 859 *& seq.*
Sententiam Baianorum destruere conceptum gratiæ supernaturalis à S. Aug. expressum. 414
Solatium Baianorum quodnam sit. 310
Solutio obiectionum Baianorum. 250
Solutiones Baianorum in locum Aug. de primo Retract. inter se & cum Aug. & cum veritate repugnare. 463
Spiritus veritatis quid de Ecclesia certò credere pręceperit. 75
Status purę naturę quis sit. 398. illum negant esse possibilem hęretici. *ibid.* & 401
Statum purè naturalem, quinam asserant repugnare diuinę iustitię. 482
Studium Theologię quotuplex sit secundùm Baianos. 90
Studium virtutis nullum, sine Dei gratia, bonum. 14
Stultitia quale sit vitium. 469
Stultitiam inter & sapientiam an sit medium. 460
Superbia qua confidebant Pelagiani quę & quotuplex. 620
Supernaturalitas diuini amoris & beatificę visionis quę sit ex sententia Baianorum. 420
Suiceptio sacramentorum non admodum necessaria, vt hæretici asserunt. 331
Synodus Valentina Augustinum sibi sequendum proponit. 53. item Lingonensis, Tullensis. *ibid.*

T

TEmperamentum quod Baiani coguntur adhibere. 536
Tenebræ hereticorum quo lumine dissipantur. 49
Testimonia quibus vtuntur Baiani ad accusandam iuris naturalis ignorantiam, quam designent. 590

Digitized by Google

Teſtimonia D.Auguſtini quibus contradicunt Baiani. 178.181.186
Teſtimonia Auguſtini pro ſufficiente gratia ad ſeruanda mandata Dei. 151
Teſtimonia D.Auguſtini pro indifferentia liberi arbitrii. 234
Theologia poſitiua in quo conſtet. 81
Theologia in quo eſſet manca. 79
Theologia Baianorum quàm perturbata, inconſtans, confuſa & Auguſtino contraria. 493. *& ſeq.* 498
Theologia recentior quænam ſit ſecundùm Baianos. 90. quam ſuadeant relinquere. 90
Theologiæ Baianorum dogmata quænam ſint. 92
Theologiæ Scholaſticæ modus à quo ceperit. 67
Theologiam Baianorum confuſam & ſecum pugnantem circa pœnarum timorem. 109
Theologiam B.Thomæ Aquin. à Baianis non recipi. 87
Theologi Scholaſtici quantùm à Baianis & hæreticis deſpiciantur. 65. *& ſeq.*
D. Thomæ Aquinatis Theologiã non accipi à Baianis. 87. quãta ſit eius authoritas. 81. quibus afficiatur laudibus à S.Carolo Borromæo. 82. eius operã à Baianis non approbantur 280. eius Schola offenditur à Baianis graui impoſtura. 841
Thomiſtæ in quo differant à Maſſilienſibus. 640
Thomiſtarum ſolutiones de Gratia. 204
Timor Dei gratiâ excitatus liber eſt & vtilis. 101
Timor pœnarum æternarum, vnde procedat ſecundùm Baianos. 126.127
Timor quo peccatores vtiliter premunitur vt confugiant ad Dei miſericordiam. 125
Timor pœnarum quo ſenſu ad iuſtitiam præparet. 121
Timor quomodo ſit filialis, & quomodo ſit ſeruilis. 112. ad quid ſit diſpoſitio. *ibid.*
Timor pœnæ quid ſit ſecundùm Concil. Trident. 98. & quid ſecundùm Ianſeniſtas. 99
Timor quo quis pœnas timet quid ſit. 114
Timoris pœnæ author quis ſit. 107
Timoris ſeruilis fructus. 110
Timorem ſeruilem quis dicat poſſe eſſe ſine peccato contra Baianos. 119. illum eſſe peccatum ſecundùm hæreticos. 327
Timorem gehennæ, quatenus eſt homini mala, quinam aſſerant eſſe naturalem 117
Toſtatus quid cenſeat de Auguſtino & eius doctrina de Gratia. 166
Triſtitia quænam faciat hypocritam ſecundùm Lutherum. 105
Tridentini ſententia à Baianis depraua-ta. 148. *vide* Concilium.

V

VAlentina Synodus Auguſtinum ſibi ſequendum proponit. 53
Velle & nolle ſunt proprium voluntatis. 212
Velle Dei eſt, ſequi verò noſtrùm. 794
Veritas in omnibus imaginem antecedit. 30
Veritas ſenſus Eccleſiæ quomodo non tollatur ab opinandi libertate. 75
Veritatis acerrimi defenſores qui ſint. 58
Veritatem à Doctoribus Scholaſticis fuiſſe obrutam, dicunt Baiani. 291.292
Victoriam quo ſenſu Baiani reportarent. 272
Vincentius Lirinenſis quot Catholicæ doctrinæ referat argumenta. 36
Virginem Beatiſſimam ratione fuiſſe vſam in momento conceptionis. 587
Virtus quid ſit ſecundùm Aug. 519, cur non poſſit fluere ex timore pœnæ ſecundùm Baianos. 123
Virtus & vitium nihilo magis ſunt in noſtra poteſtate tã iuxta Baianos, quàm iuxta Caluinum. 324. *& ſeq.*
Virtutis ſtudium nullum ſine Dei gratia, bonum. 14
Virtutis exercitium naturale dati. 518
Vitæ remedium quodnam ſit. 113
Vitium & virtus quomodo in noſtra poteſtate iuxta Baianos & Caluinum. 374
Vitia & virtutes quis negat eſſe in noſtra poteſtate. 377
Vniuerſitas, vnum ex argumentis doctrinæ Catholicæ. 36
Vocare, Dei eſſe: ſequi verò noſtrum. 794
Vocatio ſecundùm propoſitum ad quoſnam pertineat. 684.685
Vocatio cõgrua quænam ſit. 801. quomodo differat ab incongrua. *ibid.* congruam quibus verbis explicet D.Aug. 804

Digitized by Google

Vocatio reproborum probatur. 185
Vocatio ab Auguſtino admiſſa. 795
Vocationem inter & gratiam an ſit aliqua diſtinctio 809
Vocationem præcedere bonam voluntatem, non contra. 803
Vocatione congrua quid intelligat Auguſtinus. 814
Voluntas per quid moueri poſſit, ſine quo moueri non poteſt. 808
Voluntas poſtrema Ianſenij quæ fuerit. 246
Voluntas hominis ſola non eſt ſufficiens ſine Dei miſericordia. 803
Voluntas facti & voluntas peccati in quo differant. 173
Voluntas illa vnde ſit, quæ cauſa eſt, cur credamus 681
Voluntas bona Dei auxilio præceditur. 891
Voluntas qua credimus an ſit donum Dei. 210
Voluntas æquitatis & pietatis in beatis qualis ſit. 214
Voluntatis motus cur liber. 212
Voluntatis arbitrium quodnam ſit ſecundum Baianos. 93
Voluntatis propriæ differentia vel oppoſitio 183. velle vel nolle. 212
Voluntatis indifferentia quam hæc depugnet. 235
Voluntatis indifferentia ex elogijs tantùm probatur ex mente S. Aug. 240
Voluntas ſentiens & propria voluntas, in qua differentia vera Baianos. 746
Voluntatis nubes quæ ſit prima cauſa 819
& ſeq. 821
Voluntatis bonæ initium eſſe ex diuina per Chriſtum gratia. 128
Voluntatem non eſſe liberam implicare contradictionem. 878
Voluntatem in Deo eſſe ſanandi eos qui non ſanantur. 616
Voluntatem eſſe liberam, doctrinam eſſe Pelagianam aſſerit Caluinus. 393
Voluntatem liberè cooperari Deo ad imprimendam ſibi diuinam motionem. 798
Voluntatem velle, ac liberè velle quid faciat? 690
Voluntatem in Deo remanere in æternum damnandi eos qui damnantur, aſſerunt Baiani contra Aug. 503
Voluntatem Dei eſſe vt quiſque in bona voluntate maneat. 170
Voluntatem non tolli gratiâ, ſed ſi bona fecerit, adiuuari. 373
Voluntatem prædendi non ex nobis, ſed à Deo eſſe 781
Voluntatem malam parere impotentiam benefaciendi aſſerunt Baiani. 217. eam à Deo moueri neceſſario ſine indifferentia quæ nam aſſerant. 391. hominem impie præferri voluntati diuinæ. 726
Voluntate peccamus, & voluntate recte viuimus. 615
Voluntatem bonæ non præcedere Dei gratiam. 801
Voluntates hominum nolli ſubeſſe neceſſitati. 160
Vocabulum quid conferat de Scholaſticis Doctoribus. 65

FINIS.



Digitized by Google



Iutis. 664
Intentio Baianorum quis sit. 116
Iudæos reprobos diuinæ gratiæ resistentes potuisse non resistere. 246
Iudicium S. Caroli Borromæi de Scholasticis Doctoribus & eorum doctrina. 80. *& seq.*
Iulianus Pelagianus quam inferebat sanctis Patribus iniuriam. 8
Iustificatio nulla sine Christi gratia. 155
Iustificationis modus quis sit, an semper fuerit secundùm hæreticos. 332. 335. ille modus à Christo institutus. 136
Iustificatus per baptismum debet perseuerare si saluari velit. 499
Iustitia quomodo custodiatur. 826
Iustitiæ diuinę æquitatem quomodo defendat Aug. 233
Iustum per charitatem posse pleniùs implere mandata quid intendant Baiani id asserentes. 319,
Iustos non perseuerantes habere gratiam qua possunt perseuerare. 355. id negant Baiani. 357

L

LApis motus cur non liber. 212
Largitas bonitatis Dei quanta sit in paruulis. 648
Laudes quas Iansenius tribuit Augustino. 265
Lex naturalis vbinam scripta sit, 598. 635. cur à Deo scripta in cordibus hominum. 600
Lex quam nobis non licet ignorare quænam sit. 597
Liberum arbitrium à Deo motum & excitatum posse dissentire. 201. 205. quomodo indifferens à Deo excitatum secundùm Baianos. 208. illud nihilo magis negari à Caluino quàm à Baianis ostenditur. 381. quodnam admittatur à Baianis 382. 383. illud esse tantùm liberum ad malum ante gratiam asserunt Baiani. 198. illud posse facere bonum & malum ante gratiam, aiunt Baiani. 202. quinam illud crediderint sibi ipsis sufficere. 718. illud non adimi Dei vocatione, auxilio, &c. 725. illud liberè velle, quidquid sponte siue voluntariè vult. 364. quid sit secundùm D. Prosperum. 249. excitatum à Deo posse dissentire. 197. quandonam dicant Baiani esse liberum ad aliquid faciendum. 370. illud præuenire Dei gratiam quinam asserebant. 722. illud esse secũdùm Baianos, ita perditum vt non sit ampliùs liberum. 167. quid sit secundùm Origenem. 375. Liberum voluntatis arb. quodnam sit secundùm Baianos. 93. illud motum & excitatum à Deo posse consentire, vel dissentire. 365
Liberi arbitrij indifferentia quo modo intelligenda. 189. *& seq.* eius duellum cum diuina gratia quo prętextu commissum. 803
Liberi arbitrij vel naturæ affirmare sufficientiam, est negare diuinæ gratiæ necessitatem. 717. eius vsus quomodo temporibus Caluini tollebatur. 912
Libertas quotuplex sit iuxta Caluinum. 376. qualis erat in Adamo. 743
Libertas opinandi quomodo non tollat sensus Ecclesiæ veritatem. 75. in quo cõsistat & quid essentialiter requirat. 570
Libertatis nidum & cubile quinã reperierint. 392. eam non tolli sublatà indifferentiâ, asserunt Baiani 594. eã perire putabant Pelagiani si necessaria esset gratia. 618
Locus Augustini expenditur in Psalmum 70. 497. *& seq.*
Lumina Ecclesiæ quibus hęreticorum tenebræ dissipentur. 49
Lupus Seruatus à Baianis citatus, quid dicat de Patribus antiquis. 58. 59
Lupi à Baianis citati, quorum dentibus ipsimet lacerantur. 57. 58
Lutherus cur hæreticus. 382. quid sentiat de Attritione, quæ concipitur ex timore pœnæ. 314. cur Attritionem impugnarit. 104. quid censeat de Doctoribus Scholasticis. 66. quid sentiat de Sacramentis nouæ legis. 331. quomodo sensim Ecclesiam deseruerit. 94. quid dixerit de Ecclesia. 42. eius sententia de ignorantia inuincibili Ecclesiæ contraria. 158. *& seq.*
Luthero suffragari Baianos cõtra Catholicam doctrinam 561. *& seq.* cùm asserunt omnes errauisse tollendo indifferentiam agendi vel non agendi. 364
Lux quænam fuerit in primi hominis

mente, iuxta Caluinum. 375

M

MAchina à Semipelagianis introducta. 177
Machina Baianorum præcipua. 614
Machinæ Eccleſiæ Catholicæ quæ? 41. 42
Malignitas ante te, benignitas ante te, compara & elige, ait D. Aug. 242
Malitia omnium prmia quænã fuerit. 821
Malitiam tantùm fuiſſe Adamo voluntariam, quinam aſſerant. 580
Malum quomodo non naturale. 484
Malum quod nõ volo, hoc ago, explicatur. 581. nullum inferri à Deo poſſe creaturæ rationali, quinam aſſerant. 407
Mala naturalia non repugnare naturæ innocenti in adultis, ex mente Aug. 533
Mandata Dei impoſſibilia ſecundùm Baianos. 141. ea tranſgredientem poſſe ſeruare ſi velit. 161. quot modis dicantur impoſſibilia. 357. *& ſeq.* ea eſſe omnibus poſſibilia cum eius gratia. 351, an homini iuſto impoſſibilia in aliquibus circonſtantiis. 148. eorum tranſgreſſores cur culpandi. 215
Manichæi quomodo conati ſint Dei gratiam deſtruere. 435. eorum conuerſio pro quibus orabat Auguſt. quænam erat. 687. eorum querelæ de pœnis infantium duo reſpondet Aug. 446. Martyrium prodeſſe infantibus. 456.
Maſſilienſes in quo arguantur. 648. quis error in eis reprehendatur à S. Aug. & Proſpero. 649. cur dicti Semipelagiani. 639 quid ſentiebant de neceſſitate gratiæ. 641. eos credidiſſe liberum arbitr. ſufficere ipſum ſi-i 718. diuinæ gratiæ neceſſitatem auertatos eſſe præſcindendo ab eius efficacia. 707. in quo errauerint. 709. in quo non diſcrepabãt à Pelagianis. 730. eos inter & Auguſtinum qualis erat diſputatio. 732. quam gratiam admittant. *ibid.* corriguntur ab Auguſtino. 733. quodnam admittebant auxilium ad credendum neceſſarium. 765. diuinæ gratiæ neceſſitatem ad initium fidei aperte negabant 723. in quo errabant. 670. cur tertiæ gratiæ nõ meminerint. 736. quandonam abſoluãtur à Baianis. 739. in quo differebant à Pelagianis. 857. quid intelligi voluerint per ſtatum integræ naturæ. 763. qualem admittebant gratiam ad initium fidei. 757. 760. an negauerint gratiam internam ad initium fidei, non eſſe neceſſariam. 652. cur tantùm abhorruerint à propoſito Prædeſtinationis ab Auguſt. conſtitutum. 4. quid eos primò perturbant. *ibid.* *vide* Semipelagiani. eorum doctrina in quo differat à Caluini ſententia. 640. eorum error quis erat. 658. eorum dogmata quomodo vocantur à S. Proſpero. 857. illorum ſcopuli quomodo fugiendi. 662
Medicinæ quotuplicia ſint officia. 182
Medium quodnam ſit inter Maſſilienſiũ, & Caluinì ſententiam. 640
Medium non eſſe inter bonum & malum quinam doceant. 89
Melchior Canus quid ſentiat de Theologia Scholaſtica. 67
Mendacium ad quæ peccata pertineat 580.
Mens nulla ſine gratia Dei, bona. 14
Meritum vnde incipiat ſecundùm Pelagianos & Semipel. 15
Meritum conſtare ex libero arbitrio vertibili & diuina gratia quinam aſſerant. 363
Meritum negari vbi iuuamur. 712
Methodus rerum diuinarum tractandarum. 67
Metum gehennæ quinam dicant eſſe peccatum. 101. ab iiſdem fructoſum dictum. 109
Miſericordiam Dei ſolam non ſufficere niſi conſenſus voluntatis noſtræ addatur. 803
Modi quot ſint diuina myſteria penetrandi ſecundùm Baianos. 50
Molinæ iactantia tanquam Eccleſiæ & SS. Patribus, Auguſtino potiſſimum iniurioſa, à Baianis accuſatur. 716.
Molinæus in quo differat à Caluino. 339
Monitionem Dei actualem, non poſſe eſſe cum actuali diſſenſu aſſerunt Baiani. 197
Mors Chriſti cur fuerit pro omnibus, & non profit omnibus. 175. *& ſeq.*
Motus quotuplex. 228
Motus voluntatis cur liber. 222
Motus concupiſcentiæ improuiſi ſunt peccata. 571

Munimina diuina quænam ſint. 590
Myſterium Baianorum totum de auxiliis diuinæ gratiæ in quo concludatur. 695
Myſteria diuina penetrandi quot ſint modi ſecundùm Baianos. 90

N

NAtura quotuplex iuxta Manichæos. 474
Natura rationalis quomodo media inter ſtatum peccati & ſupernaturalem. 539. in quo ſit miſera, iuxta Baianos. 528. vnde ſuam trahat mutabilitatem. 814
Natura integra quid erat. 763
Naturâ integrâ quid intelligatur. 761. à quibus dicatur ſufficientem habere virtutem ad inchoandam fidem. 731. in quo differat à gratia. 745
Naturæ conueniens bonum poſſe differri ad tempus ſaluâ prouidentiæ æquitate. 516. eius vires contra gratiæ neceſſitatem quinam extollant. 126. eius lex à quo fuerit ſcripta in hominum cordibus. 601
Naturæ ſi eſſent duæ, nulla eſſet gratia. 425
Naturæ ſufficientiam affirmare, vel liberi arbitrij, eſt negare neceſſitatem diuinæ gratiæ. 717
Naturæ puræ ſtatus negatur poſſibilis ab hæreticis. 10 398. 401
Naturam humanam pertinere ad ſtatum gratiæ, ſi careat ignorantia & concupiſcentia quinam aſſerant. 471
Naturam humanam illuminari non poſſe ſine gratia. 624
Neceſſitas coactionis reiiciter à voluntate. 126
Neceſſitas Sacramentorum Pœnitentiæ & Baptiſmi quanta ſit. 137
Neceſſitas quam S. Aug. à libero remouet arbitrio, non eſt impoſſibilis. 229
Neceſſitas victricis delectationis ad bene volendum, &c vnde ſit. 697
Neceſſitatis ignorantia quæ. 618
Neceſſitatem peccandi à Baianis admitti. 500
Neceſſitatem non eſſe cum libero arbitr. probatur ex doctrina D. Aug. 225
Neceſſitatem Sacramenti Pœnit. nullam eſſe ſecundùm Baianos. 154
Neceſſitates quot ſint ſecundùm Aug. 226. 227
Negligentia cur peccatoribus imputetur. 634
Niniuitæ quali timore fuerint concuſſi, 104
Nouus-Auguſtinus, *vide* Baiani.

O

OBedientia gratiam reddit efficacem. 149
Obedientiam carnis erga ſpiritum quinam aſſerant eſſe naturalem homini. 405
Obiectiones S. Aug. in Iulianum Pelagianum. 9
Obiectiones à Baianis factæ ex D. Aug. quomodo diluantur. 172
Obiectiones Baianorum ſoluuntur. 250
Obiecta Baianorum inania contra Bullam Vrbani VIII. 294
Obliuio num ſubiaceat peccato. 630
Obſequia Ianſenij erga ſedem Apoſtolicam quàm ſpecioſa. 296
Obſeruationem mandatorum Dei quinam dicant impoſſibilem. 344
Obſeruatores Bullæ Vrbani VIII. 297
Odium hæreticorum in Scholaſticos ab Eccleſia damnatum. 69
Officia medicinæ quotuplicia. 182
Operatio Dei circa Angelos & homines quotuplex ſit, iuxta Aug. 431
Operationis noſtræ prioritas aut præuentio ad diuinam gratiam adſtruitur. 722
Opera omnia D. Aug. ab omnibus Romanis Pontificibus ſunt approbata. 181
cur à clericis cautè legenda. 863
Opinio Lutheri de Attritione quæ concipitur ex timore pœnæ. 314
Opiniones D. Aug. vt Doctoris priuati in quo differant ab iis in quibus loquitur vt teſtis Eccleſiæ. 862
Opprobrium quod in ſanctos Patres iaculatur Iulianus Pelag. 10
Opus Prouidentiæ diuinæ quotuplex. 430
Opuſcula S. Auguſtini haſtenus approbata damnant Baiani. 671
Oratores antiqui quid cenſeant de libero arbitrio. 879
Origenes quid cenſeat de libero arbitrio. 371. Pelagianorum omnium origo à

Digitized by Google

quibuſnam dicatur. 832
Originale peccatum in quo differat ab actuali. 572

P

PAruuli ſine Baptiſmo è vita diſceſſi, quali crucientur pœnâ. 861. cur quidam in regnum Dei intrent, quidam verò minime. 551. eorum mala, ignorantiam ſcilicet & concupiſcentiam, vinci Dei auxiliis per ætatis incrementa. 553. illos in reſurrectione mortuorum in Chriſto non viuificandos, qui ſine baptiſmo exierunt è vita. 478
Patris æterni voluntatem eſſe, vt nullus ſanctorum pereat. 171
SS. Patres in quo differant à ſcriptoribus Canonicis. 895. Auguſtino antiquiores potuiſſe dici Semipelagianos. 13. à quibuſnam vocati Manichæi. 8
Patres Græci, Auguſtini iudicio, Pelagianis & Semip. non præluſerunt. 21. à Baianis Semipelagiani dicti, quinam ſint. 51. 52. eorum doctrina à quibuſnam Semipelagiana dicta. 42 eorum hereditas apud quem incorrupta ſeruetur. 273
Peccare non intelligendo quid ſit. 605
Peccari tribus modis. 604
Peccandi poſſibilitas, vel non peccandi cuinam tribuenda. 774
Peccandi neceſſitas à Baianis admiſſa. 500. *& ſeq* 622.
Peccator quo ſenſu ſecundùm Baianos peccatum vtiliter adderet peccato. 125
Peccatorem omnem ex Aug. eſſe præuaricatorem. 596
Peccatores facultatem habere non peccandi & tentationibus, quibus ſuccumbunt, reſiſtendi. 624. cur ſint inexcuſabiles. 215. in quo non excuſabiles. 595. quonam timore fiant meliores. 128. per ſententiam Sacerdotis liberari. 137
Peccatum quotuplex. 232. 233
Peccatum originale quo præcipuè argumento impugnabant Pelagiani. 25. ad quod peccati genus pertineat. 584. illud tantùm homines traducere ab Adam. 579. in baptiſmo moritur. 581. vnde probetur. 546. à quibuſnam non admiſſum. 823
Peccatum non eſſe verum nec proprium à quo non eſt liberum abſtinere. 582
Peccatum quod non proprie erat peccatum quandonam fiat verè peccatum. 637
Peccatum cum reatu, & peccatum ſine reatu. 575. *& ſeq.*
Peccatum propriè dictum quodnam ſit. 577
Peccatum Adami ſolum eſſe proprium, cætera impropria, aſſerunt Baiani. 500
Peccatum eſſe mortuum quandiu non eſt appetitus intelligens. 637. quandonam ſit perniciotius. *ibid.*
Peccatum omne debere eſſe voluntarium cenſet Aug. contra Baianos. 571. quomodo vitari poſſit. 150
Peccatum ſine lege mortuum erat, exponitur. 597
Peccatum inter & gratiam an ſit medium. 464. 468
Peccatum ignorantia commiſſum improprie dici peccatum. 636. vnde dicatur incipere. 824
Peccatum mortuum quodnam ſit. 574
Peccatum reatu primi hominis factum. 575. illud excuſari ignorantia inuincibili quis neget. 519
Peccatum quod diſtinguitur contra peccatum originis conſtitui per adcitamentum propriæ voluntatis. 596
Peccatum eſſe gehennæ metum quidam dicant. 101. nullum eſſe inuoluntarium. 569
Peccatum non eſſe primordium naturale. 483
Peccati reum dicere illum, quia non fecit quod facere non potuit, ſummæ iniquitatis eſſe & infamiæ. 235
Peccati pœna quid ſit. 575
Peccati author quis ſit ſecundùm hæreticos. 326. 327
Peccatorum omnium fieri remiſſionem in Baptiſmo perfectam ex Aug. 503. ideo non remanere in Deo voluntatem in æternum damnandi. *ibid.*
Peccatorum reconciliationem nullam fieri poſſe cum Deo ſuſceptione Sacramentorum, aiunt hæretici. 332
Peccatorum heredes eſſe & non autores quid ſit. 166
Peccatorum indulgentiam à Deo non de-

Digitized by Google

negari ea confitenti. 158
Peccatorum remiſſio non eſt effectus ſacramentorum Baptiſmi, & Pœnitentiæ ſecundùm hæreticos. 334
Peccata vitari poſſe naturæ viribus quis aſſerebat. 150 impropria dicta quænam ſint. 574 per quid tollantur ſecundùm hæreticos. 332. ea remittendi quam habuerint facultatem Apoſtoli, ſecundùm hæreticos. 333. ea ante liberum conſenſum eſſe imperfecta. 585. omnia ad peccatum Adami referenda ſecundùm Baianos. 157. innumerabilia committi à neſcientibus quinam aſſerant. 592. quænam vera ſint, iuxta Baianos. 408
Peccata etſi non propriè peccata, ſufficere tamen ad dánationem, & cur id aſſerant Baiani. 500. ea eſſe materialiter creaturæ, & verè formaliterque Dei quinam aſſerant. 495
Pelagius cur ab Epiſcopis Orientis pronuntiatus Catholicus. 24
Pelagiani in quo differebant à Maſſilienſibus. 857. cur fuerint ab Eccleſia damnati. 654. corriguntur à Baianis. 700. quid cenſebant de Dei mandatis. 355. quibus præcipuè argumentis impugnabant peccatum originale. 25. cur contentionem habuerint cum D. Aug. 174. quomodo conati ſint Dei gratiam deſtruere. 435. in quo diſtinguantur à Caluiniſtis circa gratiæ opinionem. 740. quam negabant gratiã, 418. eorum doctrinam eſſe nouam probat Aug. 11. & ſeq. eorum hæreſis quomodo impugnetur à S. Ambroſ. 15. eorum error diuinam gratiam oppugnantium, vnde ortus. 707. eorum origo quænam ſit iuxta Baianos. 832. eorum deliria aſſerentium fatum eſſe gratiam dari, &c. 713. 714. eorum errores quot, & vnde manarint. 889
Pelagianorum erroris damnatio cui attribuenda. 270. eorum error quis erat. 670. eorũ præſumptio quænã erat. 620
Pelagianis Baianos conſentire & naturæ vires contra gratiæ neceſſitatem extollere. 126
Pelagianos tantam tribuere voluntati poteſtatem, vt auferrent orationem pietati. 618. cum Semipelagianis à Baianis confundi. 659. & ſiq.
Perficere Dei eſſe quod ipſi nos cum ordinaria quam dat, gratia, rectè incipimus. 813
Perſecutiones in Chriſtianos quot fuere in Eccleſia primitiua. 35
Perſeuerantia quàm ſit neceſſaria baptizatis vt ſaluentur. 499
Perſeuerantiæ donum quale erat in Adamo, & quale in Prædeſtinatis huius temporis. 753. illud donum in quo conſiſtat. 247
Perſeuerare nemo poteſt niſi Dei auxilio ſuſtineatur ne cadat. 508
Pharaonis cor cur fuerit induratum 174
Philippus Melanchthon quid cenſeat de Theologia Scholaſtica. 67
Philoſophia chimærica Baianorum. 579
Philoſophiæ Eccleſiaſticæ parentes. 58
Philoſophi antiqui quid cenſeant de libertate hominis. 379
Pœna paruulorum ſine baptiſmate mortuorum qualis ſit. 861
Pœnæ proprium quodnam ſit. 584
Pœnæ tẽporales vnde proficiſcuntur ſecundùm Baianos. 127
Pœnarum timorem quinam dicant eſſe peccatum. 99
Pœnarum æternarum timor vnde procedat ſecundùm Baianos. 126. 127. earũ timor quo ſenſu ad iuſtitiam præparet. 121 quo ſenſu dicatur bonus, & quo minimè. 117
Pœnitentia naturalis à quo damnetur. 109
Pœnitentia à Chriſto inſtituta. 135
Pœnitentia & Baptiſmus quid ſignificent. 136. illius propria vis & efficacia. 137. illarum neceſſitas *ibid.* conferunt gratiam cum imperfecta diſpoſitione. 139
Pœnitentiæ Sacramenti efficacia. 133
Pontifices Romani fuiſſe ignorantia lapſi dicuntur à Baianis. 289 doctrinam S. Aug. approbantes quid dixerint. 906. 907. quid in gratiam Scholaſticorum fecerint. 70
Pontificum decretis opponitur Aug. à Baianis. 501
Poſſibilitatis quot ſint modi obſeruandi mandata Dei ſecundùm Baianos. 360
Poteſtas bene agendi quænam ſit in hominibus ſecundùm Baianos. 318

Præcepta

Digitized by Google

Præcepta Dei an homini iusto sint impossibilia in aliquibus circunstantiis. 148. ea transgredientem posse seruare si velit 161
Prędestinatio vnde dependeat. 19. est gratiæ præparatio. 20. non est ex pręscientia meritorum. *ibid.* quid de ea censeat Cælestinus Papa. 859. quid Sadoletus Cardinalis. 860
Prædestinationem hominum quomodo docuerint Patres ætatem Augustini antegressi. 4. eum posteriorem esse meritorum præscientiâ quis affirmet. 6
Prædestinationem Dei non se extendere ad vitia. 170
Prędestinatus in quo differat ab Adamo. 753
Præsules quidã celeberrimi, quid censuerint de gratia, & libero arbitrio. 864. *& seq.*
Præuaricationem nullam esse si non sit lex. 597
Præuaricator nullus nescius legem, nec præceptum naturale. 599
Primordium naturale quomodo dici possit, quod peccato ad naturam accedente superuenit. 483
Principium quo nituntur Baiani, Deum non posse pati vllam miseriam in creatura rationali & innocenti. 453
Principia naturalia quid non sint. 92. quid sint principia Philosophiæ Aristotelicę. *ib.*
Principia quæ à nobis quæri velint Baiani. 88
Principia Baianorum quænam sint. 167
Propositiones quæ non possunt sustineri sine blasphemiæ opinione. 535
Propositiones Lutheri à Scrbonicis Doctoribus damnatæ. 66
Propositiones damnatæ in Bulla contra Baium. 402
Propositiones damnatæ nullo pacto sustinendæ. 286. 287. à Sorbona fuerunt damnatæ vt hæreticæ. 301
Propositiones ab Episcopis Romanis damnatæ, à Baianis approbatæ. 272
Propositiones Baij cur à Pontificibus Romanis damnatæ. 284.
Propositum nullum, sine gratia Dei, bonum 14
S. Prosper qui D. Aug. arcana melius quàm Baiani sciebat, quid de Pelag. referat. 271

Q

Quærelæ Manichæorum de infantium pœnis duo respondet Aug. 446
Quærenti cur Deus adhibeat tales suasiones, talesue vocationes, vt etiam persuadeat, quid respondendum. 790
Quæstio de peccato originali, & quæstio de necessitate gratiæ, vtra magis pertineat ad fidei fundamenta. 43
Quæstio inter Ecclesiam & Massilienses quænam erat. 658
Quæstionem Philosophicam de indifferentia liberi arb. à Trid. prætermissam, falsam esse. 193
Quæstiones strigosæ quænam sint secundum Baianos. 111
Quæstiones Theologicæ quas improbant Baiani quænam sint. 89

R

Rationem nullam supereſſe veram & propriam entis supernaturalis in tota originali iustitia iuxta Baianorum positiones. 419. *& seq.*
Ratione vsum fuisse Ioannem Bapt in vtero matris. 589
Reatus generatione tractus regeneratione dimittitur. 504
Reatum omnem præteritorum malorũ sacro fonte dilui. 585
Reconciliationem nullam esse peccatorum cum Deo in noua lege docent hæretici. 32
Redemptorem esse infantibus necessarium. 547.
Regula ad quam omnia reformanda putent Baiani. 97
Regula fidei ab hæreticis præscripta, quo sensu esset iusta. 44
Religio vera est qua se vnit Deo anima. 692
Religionis veræ dogmata quæ 81
Remedium vitæ quodnam sit. 130
S. Remigius Lugdunensis Archiep. quid censeat de Patrum doctrina, quos Baiani Semipelagianos vocant. 56
Remissio perfecta & plena fit omnium peccatorum in baptismo, contra doctrinam Baianorum. 503
Reprobi quare reprobi. 804
Reproborum vocatio probatur. 185

S

Sacerdos immerititissimus iudicio Sorbonæ opponit imaginaria testimonia. 840. eius imperitia in rebus Theologicis. 844
Sacerdotis Ianseniste rationes quibus conatur probare quod intendit de gratia Semipelagianorum. 846 *& seq.*

Digitized by Google

Sacerdotes nihil posse ad peccata remittenda secundùm Baianos. 336
Sacramentum quandonam supponat remissionem peccatorum. 335
Sacramenti Pœnitentiæ efficacia. 133
Sacramenta veteris legis quid efficiebant, & quid nouę legis efficiant. 138. 139. quid valeant in nobis secundùm Caluinum. 332. eorum efficacia secundùm Concilium Trid. 131. quę sit secundum hæreticos. 330. 331. *& seq.*
Sadoletus Cardinalis quid censeat de Prędestinatione. 860
Salus nulla sine Christi gratia. 155
Salutis promissio erant sacramenta veteris legis, nouę vero sunt dantia salutem. 139
Salutem Christianam per sacramentum Baptismi ministrari. 138
Salutis initium non esse ex Deo quinam asserebant. 723
Sanctificationis gratia quid sit secundùm Iansenistas. 405
Sanguis Christi fuit pretium Iudę. 185
Sapientię & charitatis initium secundùm Baianos. 123
Sapientiam inter & stultitiam an detur medium. 460
Scelera omnia materialiter tantum esse scelera creaturæ, Dei verò esse vera scelera, Caluinus asserit. 467
Scholasticis ab hæreticis obiecta soluuntur. 79
Scholasticis quid soleãt opponere Baiani. 73
Scripturam an ille accipiat ab Ecclesia, qui tantum illius accipit verba. 46
Semipelagiani cur fuerint ab Ecclesia damnati. 614. in quo differant à Pelagianis & Caluinistis circa opinionem de gratia. 740. cur ita dicti. 708. quo nitebantur principio. 710. in quo putauerint libertatem arbitrij destrui. 711. quomodo absoluantur à Baianis. 26. 27. eorum consensu cum Pelagianis sequitur Baianos nullam omnino internam gratiam ad initium fidei necessariam admittere. 728. eorum perplexitas & inconstantia de gratia interna. 653. eorum præcipua & capitalis difficultas quęnam sit. 701. eorum doctrina, qua condemnatur doctrina siue error. 50. *& seq.* eorum error quisnam fuerit. 17. quisnam proprius. 18. eorum & Baianorum tota doctrina. 726 eorum error quis erat. 670. eos negasse internam gratiam ad initium fidei. 717. *& seq.*
Sensus Ecclesiasticus quomodo certissimus maneat cum libertate opinandi. 75
Sententia Augustini de congrua & incongrua vocatione. 800
Sententia eiusdem de gratia potest cognosci quęnam fuerit ex eius discipulis. 170
Sententię D. Aug. quomodo intelligendę. 862.
Sententię indifferentes S. Augustini quomodo distinguantur à necessariis. 859 *& seq.*
Sententiam Baianorum destruere conceptum gratiæ supernaturalis à S. Aug. expressum. 414
Solatium Baianorum quodnam sit. 310
Solutio obiectionum Baianorum. 250
Solutiones Baianorum in locum Aug. de primo Retract. inter se & cum Aug. & cum veritate repugnare. 463
Spiritus veritatis quid de Ecclesia certò credere præceperit. 75
Status puræ naturę quis sit. 398. illum negant esse possibilem hæretici. *ibid. &* 401
Statum purè naturalem, quinam asserant repugnare diuinę iustitię. 482
Studium Theologię quotuplex sit secundùm Baianos. 90
Studium virtutis nullum, sine Dei gratia, bonum. 14
Stultitia quale sit vitium. 469
Stultitiam inter & sapientiam an sit medium. 460
Superbia qua confidebant Pelagiani quę & quotuplex. 610
Supernaturalitas diuini amoris & beatificę visionis quę sit ex sententia Baianorum. 420
Susceptio sacramentorum non admodum necessaria, vt hæretici asserunt. 331
Synodus Valentina Augustinum sibi sequendum proponit. 53. item Lingonensis, Tullensis. *ibid.*

T

TEmperamentum quod Baiani cogunt adhibere. 536
Tenebræ hereticorum quo lumine dissipantur. 49
Testimonia quibus vtuntur Baiani ad accusandam iuris naturalis ignorantiam, quam designent. 590

Digitized by Google

Teſtimonia D.Auguſtini quibus contradicunt Baiani. 178.181.186
Teſtimonia Auguſtini pro ſufficiente gratia ad ſeruanda mandata Dei. 151
Teſtimonia D.Auguſtini pro indifferentia liberi arbitrii. 234
Theologia poſitiua in quo conſtet. 81
Theologia in quo eſſet manca. 79
Theologia Baianorum quàm perturbata, inconſtans, confuſa & Auguſtino contraria. 493. *& ſeq.* 498
Theologia recentior quænam ſit ſecundùm Baianos. 90. quàm ſuadeant relinquere. 90
Theologiæ Baianorum dogmata quænam ſint. 92
Theologiæ Scholaſticæ modus à quo incepit. 67
Theologiam Baianorum confuſam & ſecum pugnantem circa pœnarum timorem. 109
Theologiam B.Thomæ Aquin. à Baianis non recipi. 87
Theologi Scholaſtici quantùm à Baianis & hæreticis deſpiciantur. 65. *& ſeq.*
D. Thomæ Aquinatis Theologiã non accipi à Baianis. 87. quãta ſit eius authoritas. 81. quibus afficiatur laudibus à S.Carolo Borromæo. 82. eius opera à Baianis non approbantur. 280. eius Schola offenditur à Baianis graui impoſtura. 841
Thomiſtæ in quo differant à Maſſilienſibus. 640
Thomiſtarum ſolutiones de Gratia. 204
Timor Dei gratiâ excitatus liber eſt & vtilis. 101
Timor pœnarum æternarum, vnde procedat ſecundùm Baianos. 126.127
Timor quo peccatores vtiliter premunitur vt confugiant ad Dei miſericordiam. 125
Timor pœnarum quo ſenſu ad iuſtitiam præparet. 121
Timor quomodo ſit filialis, & quomodo ſit ſeruilis. 112. ad quid ſit diſpoſitio. *ibid.*
Timor pœnæ quid ſit ſecundùm Concil. Trident. 95. & quid ſecundùm Ianſeniſtas. 99
Timor quo quis pœnas timet quid ſit. 114
Timoris pœnæ author quis ſit. 107
Timoris ſeruilis fructus. 110
Timorem ſeruilem quis dicat poſſe eſſe ſine peccato contra Baianos. 119. illum eſſe peccatum ſecundùm hæreticos. 327
Timorem gehennæ, quatenus eſt homini mala, quinam aſſerant eſſe naturalem 117
Toſtatus quid cenſeat de Auguſtino & eius doctrina de Gratia. 166
Triſtitia quænam faciat hypocritam ſecundùm Lutherum. 105
Tridentini ſententia à Baianis depraua-ta. 148. *vide* Concilium.

V

VAlentina Synodus Auguſtinum ſibi ſequendum proponit. 53
Velle & nolle ſunt proprium voluntatis. 212
Velle Dei eſt, ſequi verò noſtrûm. 794
Veritas in omnibus imaginem antecedit. 30
Veritas ſenſus Eccleſiæ quomodo non tollatur ab opinandi libertate. 75
Veritatis acerrimi defenſores qui ſint. 58
Veritatem à Doctoribus Scholaſticis fuiſſe obrutam, dicunt Baiani. 291.292
Victoriam quo ſenſu Baiani reportarent. 272
Vincentius Lirinenſis quot Catholicæ doctrinæ referat argumenta. 36
Virginem Beatiſſimam ratione fuiſſe vſam in momento conceptionis. 587
Virtus quid ſit ſecundùm Aug. 519, cur non poſſit fluere ex timore pœnæ ſecundùm Baianos. 123
Virtus & vitium nihilo magis ſunt in noſtra poteſtate tã iuxta Baianos, quàm iuxta Caluinum. 324. *& ſeq.*
Virtutis ſtudium nullum ſine Dei gratia, bonum. 14
Virtutis exercitium naturale dari. 518
Vitæ remedium quodnam ſit. 113
Vitium & virtus quomodo in noſtra poteſtate iuxta Baianos & Caluinum. 374
Vitia & virtutes quis negat eſſe in noſtra poteſtate. 377
Vniuerſitas, vnum ex argumentis doctrinæ Catholicæ. 36
Vocare, Dei eſſe: ſequi verò noſtrum. 794
Vocatio ſecundùm propoſitum ad quoſnam pertineat. 684.685
Vocatio cõgrua quænam ſit. 801. quomodo differat ab incongrua. *ibid.* congruam quibus verbis explicet D.Aug. 804

Digitized by Google

Vocitio reproborum probatur. 185
Vocatio ab Augustino admissa. 795
Vocationem inter & gratiam an sit aliqua distinctio 809
Vocationem precedere bonam voluntatem, non contra. 803
Vocatione congrua quid intelligat Augustinus. 814
Voluntas per quid moueri possit, sine quo moueri non potest. 808
Voluntas postrema Iansenij quæ fuerit. 246
Voluntas hominis sola non est sufficiens sine Dei misericordia. 803
Voluntas facti & voluntas peccati in quo differant. 573
Voluntas illa vnde sit, quæ causa est, cur credamus 681
Voluntas bona Dei auxilio præceditur. 891
Voluntas qua credimus an sit donum Dei. 220
Voluntas æquitatis & pietatis in beatis qualis sit. 214
Voluntatis motus cur liber. 212
Voluntatis arbitrium quodnam sit secundùm Baianos. 93
Voluntatis proprium dissentire vel consentire. 183. velle vel nolle. 212
Voluntatis indifferentia quàm bene depingatur. 235
Voluntatis indifferentia ex eligendi facultate probatur ex mente S. Aug. 240
Voluntatis proprium & propriæ voluntatis, in in quo differant iuxta Baianos. 786
Voluntatis malæ quæ sit prima causa. 819. & *seq.* 821
Voluntatis bonæ initium esse ex diuina per Christum gratia. 128
Voluntatem non esse liberam implicare contradictionem. 878
Voluntatem in Deo esse sanandi eos qui non sanantur. 626
Voluntatem esse liberam, doctrinam esse Pelagianam asserit Caluinus. 393
Voluntatem liberè cooperari Deo ad imprimendam sibi diuinam motionem. 798
Voluntatem velle, ac liberè velle quid faciat? 699
Voluntatem in Deo remanere in æternum damnandi eos qui damnantur, asserunt Baiani contra Aug. 503
Voluntatem Dei esse vt quisque in bona voluntate maneat. 170
Voluntatem non tolli gratiâ, sed si bona fuerit, adiuuari. 373
Voluntatem credendi non ex nobis, sed à Deo esse. 781
Voluntatem malam parere impotentiam benefaciendi asserunt Baiani. 217. eam à Deo moueri necessario sine indifferentia quinam asserant. 395. humanam impiè præferri voluntati diuinæ. 726
Voluntate peccamus, & voluntate rectè viuimus. 685
Voluntates bonæ non præcedunt Dei gratiam. 808
Voluntates hominum nulli subesse necessitati. 160
Vuicleffus quid censeat de Scholasticis Doctoribus. 65.

FINIS.

Digitized by Google

LEGATORIA
Via V-1 9-

Digitized by Google